9

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
16 — H
4

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
III. 14. 8

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Joan, Walter Delineav, J. Phi. Thelott sculp. à Franckfurt.

Digitized by Google

Digitized by Google

DEUTERONOMIUM DANNHAWERIANUM.
id eſt:

COLLEGIUM DECALOGICUM

denuò
Typis traditum:
præterea
A mendis repurgatum.
Pluribus locis auctum & explicatum.
Variis conſcientiæ caſibus locupletatum.
ut
TERTII THEOLOGIÆ CONSCIENTIA-ria tomi vices ſuſtinere poſſit.

AUCTORE
DN. JOHANNE CONRADO DANNHAWERO
p.m. olim SS. Theol. D. & PP. Ordinario
in Univerſitate Argentoratenſi. &c. &c. &c.

Opus poſthumum.

ARGENTORATI,
Literis & Impenſis JOSIÆ STÆDELII,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.
ANNO M DC LXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

PERILLUSTRI & GENEROSISSIMO

BARONI ac DOMINO

Domino CHRISTOPHORO ERASMO L. B. à Rägkniz

Domino in Bernegg. S. Ulrich, **Ober-Marnberg** & **Ober-Kirnberg**; &c.
Domino in **Haunßheim**;

DOMINO CLEMENTI,

hoc

Deuteronomium Dannhawerianum
debita animi pietate & gratitudine

d. d. d.
Editor
BALTASAR BEBELIUS, SS. THEOL. D.
& PP. Ord. in Univerſitate Argent.

Digitized by Google

Perilluſtris Domine Baro! Domine Clemens!

EGegerat optimam vitæ partem Moyſes, & emenſus deſertum benedictæ jam terræ imminebat, cum legem Iſraelitis quondam traditam quadam quaſi ἀνακεφαλαιώσει repetere & explanare divinitus juberetur. Extincti erant plerique eorum, qui ante triginta, & plures, annos tabulas viderant, & miracula exhiberi; ſuccreverant autem juniores, quibus de lege DEI non adeo conſtabat; Quare viſum eſt Sapientiſſimo & beneficentiſſimo Numini voluntatē ſuam renovare, & facta explicatione uberius declarare. Non eſt ea minima noſtri officii pars, noſſe, quid DEUS nos velit, quandoquidem nemo debeat pro ſuo quiſq; arbitrio vitam ſuam gubernare. Domini enim eſt leges ſervo ſcribere, &, poſtquam oblivioni iſtæ fuerint traditæ, vel neglectæ, revocare in memoriam, & obſervantiam: quod in Deuteronomio illuſtri DEUS exemplo com-

Digitized by Google

comprobavit. Legem enim voluit repeti, & repetitam in libro ſcribi, qui perpetuo, à Regibus prę ſertim, & ſacerdotibus, legeretur. Noluit ipſe, quam olim ſanxerat, legem aboleri; Abſit enim, ut immutabile Numen tale quid voluerit; Sed nec addi voluit, quod contra ipſam, vel prętere a, eſſet; Eam enim ipſam, quā olim promulgarat, voluit repeti, & quodam quaſi commentario illuſtrari: Ἐπειδὰν ἐν αὐτῷ δευτεροῖ, καὶ διεσάφησε πάντα τὰ προειρημένα, ἔν τε τῇ ἐξόδῳ, καὶ τῷ Λευιτικῷ, καὶ τοῖς Ἀριθμοῖς νόμιμά τε καὶ δικαιώματα καὶ προστάγματα, καὶ ὑπομιμνίσκει τὸν λαὸν, ἵνα φυλάξῃ αὐτά: *quod in ipſo quidquid prædictum erat, ſive in Exodo, ſive in Levitico, ſive in Numeris, omnia legitima, juſtificationes, & præcepta repetit, & declarat, & populum iterum admonet, ut ea cuſtodiat*: verba legiſti Athanaſii, deprompta ex Synopſi tom. II. opp. f. 70. 71. Quibus, ſi plura deſideras, jungi poſſunt, quę habet Hieronymus in prologo Galeato: Auguſtinus q. 49. in Deuteronomium tom. I. opp. f. 166 ſeqq. Nec mireris, id DEUM voluiſſe; Sunt enim leges iſtæ non de crepundiis Leviticis, & egenis mundi elementis

mentis conceptæ, ſed de officiis cuiusq; hominis, ſicut erga DEUM ſeſe, & proximum, imò ſemetipſum gerere debet. Has igitur DEUS repeti voluit, & iisdem interdum, quibus olim, verbis, ἵνα τῇ συνεχείᾳ παγείαν τὴν μνήμην ἐργάσηται, *ut continua repetitio firmiorem redderet memoriam:* judicio Theodoreti. Sed & declarari voluit verbis amplioribus, & confirmari argumētis, & illuſtrari affectibus, ut facilius ſeſe, & penitius hominum animis inſinuarent. Non poſſum, quin adſcribam Megalandri noſtri verba, quibus hoc de libro præclarè, ut de toto Moſe, cenſuit. Sic autem ille tom. III. Jen. f. 76. b. in præfatione annotationibus præmiſſa: *Deuteronomion,* inquit, *id eſt, ſecundaria lex, liber iſte vocatur. Sic enim & ipſemet Moſe appellat Deut. 17. ubi præcipit ei, qui futurus eſſet Rex Iſrael, ut à Levitis accepta hac ſecundaria lege, omnibus diebus in ea legeret. Et Deut. 31. præcipit, ut ſingulis ſeptem annis, quando remiſſio celebrabatur, coram toto Iſrael legeretur in feſto tabernaculorum, in loco, quem elegiſſet Dominus. Vocatur autem ſecundaria, non quod alia ſit, quam ea, quæ in monte*

monte Sinai data eſt. Sed quod denuo repetita ſit, novo pacto, per miniſterium Moſi, coram iis, qui priorem in monte Sinai non audierant. Siquidem illi, qui ab ipſo Domino eam audierant, omnes in deſerto perierant. Eſt igitur iſte compendium Moſe, & ſumma totius legis & Sapientiæ populi Iſrael, in quo prætermiſſis univerſis illis, quæ ad Levitas & Sacerdotes pertinent, tantum ea docentur, quæ populo & vulgo ſcitu ſunt neceſſaria. Atq; ſi proprie ad noſtrum uſum velis libellum adplicare, rectè appellaveris, Explanationem Decalogi, plane copioſiſſimam & luculentiſſimam, qua cognita, nihil deſiderare queas, quo ad intelligentiam decem præceptorum opus ſit. Docet enim populum iſtum juxta decem præcepta bene vivere, tam ſpiritualiter, quam corporaliter, inſtituiq; internum CONSCIENTIÆ regnum, prophanam ſimul rerum politiam, tum externum ceremoniarum modum, planè divina æquitate, & ſapientia, ut nihil ſit in univerſo genere vitæ, quod hic non ſit ſapientiſſimè & æquiſſimè diſpoſitum. Hæc ille. Quæ integra adſcribere volui, quia rem ipſam aptiſſimè explicat, &, noſtro propoſito obviam viam ſternit.

Johannes Conradus Dannhawerus, ſervus & ipſe quondam in domo DEI fidelis, ante triginta fere annos Decalogum quoque in Univerſitate Argentoratenſi & Eccleſia promulgavit. Utramque enim Moſis tabulam egregio commentario illuſtravit, & è publicis valvis ſuſpendit ventilandum. Poſtquam autem moleſtias hujus noſtri mundani deſerti propemodum emenſus in finibus ſupernæ iſtius Chananitidis conſiſteret, operæ precium cenſuit, Deo inſpirante, aliquod adornare Deuteronomium. Multa per longam experientiam, & varia rerum diſcrimina collegerat: acutius etiam, dum æterni iſtius luminis propiores quaſi ſtricturas moriturus aſpiceret, ipſe videbat, quæ poſteris nolebat invidere. Diſtracta erant Exemplaria olim vulgata, & eruditi recentiores iſto ſe theſauro carere indigne ferebant; quare horum deſideriis, & ſuo indefeſſo ſtudio, facturus ſatis, auctiorem Decalogi commentationem exorſus eſt. Addidit autem non de tricis, & lana caprina vitilitigia, ſed quæ prodeſſent omni hominum generi ad officia DEO, ſibi, & proximo præſtanda.

Digitized by Google

ſtanda. Orſus jam erat poſterius Conſcientiariæ Theologiæ volumen, cum decalogum ſub incudem revocaret. Hoc autem quaſi quoddam iſtorum complementum eſſe voluit, in quo paralipomena tractarentur. Aſt heu! indigna rerum fata, dum Ἔμψυχος ille Νόμος in ſua opera verſatur, adeſt mors, & occupatiſſimam animam in cœlum quidẽ, nobis tamen, qui ſuperſumus, maturè nimis, ſubducit. Aliquod tamen in his malis ſupererat Solatiolum, μακαρίτου nimirum exemplar ſua ipſius manu notatum; Exinde ſuppleri nonnihil poterat, quod deerat; ſed *nonnihil* dico; Nam nondum eadẽ, qua priora, elaborata erant induſtria, quæ adhuc deſiderabantur. Ad marginem hinc inde notaverat, quæ Deo volente, & vita comite, elaboraturus erat & expoliturus. Optandum igitur fuiſſet, ut aliquẽ poſt ſeſe Joſuam pari ſpiritu ſuperſtitem reliquiſſet, qui, quod iſte poſt Moſen fecit; cœptũ etiam opus ſimili felicitatè abſolveret. Attamen ne iſtę reliquię prorſus interirent, auſi ſumus nos typis committere, quæcunq; in Manuſcripto Μακαρίτου invenimus. Quædam e-

rant ab ipſomet nonnihil elaborata: quædam ſolum citata; Quod ideo dicimus, ut Lector diſcrimen obſervet inter ea, quæ ſua ipſe fecit auctor, & quæ aliunde, præſertim ex Heterodoxis, allegavit. Hæc enim arbitrari & judicare debemus è præcedentibus, & reliquis Viri ſcriptis, ubi ſuam ipſe ſententiam de rebus ſive credendis, ſive faciendis apertè declaravit. Religioni nobis ducebamus, quicquam eorum omittere, quæ notata inveneramus, ne videremur vel defuncti reliquias temerare, vel erudito orbi quicquam earum invidere. Juſta eſt Eraſmi purioris antiquitatis Zelotæ acerrimi querela in præfatione operibus Hieronymi præfixa: *Equidem, ut non aſpernor ſimplicem vulgi pietatem, ita non poſſum non mirari tam præpoſterum multitudinis judicium. Calceos Sanctorum & ſudariola muco ſordentia exoſculamur, & eorundem libros, ſanctiſſimas & efficaciſſimas divorum reliquias, neglectos jacere patimur. Tuniculam, aut induſiolum divi, aureis, gemmatisq; thecis reponimus, & libros ab illis elaboratos, in quibus, quod illorum fuit optimum, nobis adhuc vivit ſpiratq;*

ratq;

ratq;, cymicibus, tineis, ac blattis impunè rodendum relinquimus. Hæc Eraſmus. Similem eruditi orbis cenſuram ne & nos provocaremus, hunc ipſi commentarium poſthumum voluimus communicare. Quid in ipſo præſtiterit incomparabilis, noſtro ſaltem qualicunque judicio, Ἱεροφάντης, illi arbitrentur, qui legerint ſine præjudicio, ſed cum judicio, & aliquo pietatis ſenſu. Rudes ille informat, errantes refutat, ſegnes incitat, impios terret, miſeros conſolatur, dubios firmat, ſcrupuloſos è tricis ſuis expedit, Eaq; diſtinctè omnia, piè, copiosè, accuratè, perſpicuè digeſſit, propoſuit, elocutus eſt, examinavit, & dijudicavit. i. e. præcipuos commentatoris numeros explevit: *Atq; ſi propriè* (liceat verba Lutheri repetere, & aliquo ſaltem modo huc accommodare) *ad noſtrum uſum velis libellum adplicare, rectè appellaveris: explanationem Decalogi, planè copioſiſſimam & luculentiſſimam, qua cognita nihil deſiderare queas, quo ad intelligentiam decem præceptorum opus ſit. Docet enim populum iſtum juxta decem præcepta bene vivere tam ſpiritualiter, quam cor-*

poraliter, inſtituiq; internum CONSCIENTIÆ regnum: prophanam ſimul rerum politiam, tum externum cæremoniarum modum, plane divina æquitate & ſapientia, ut nihil ſit in univerſo genere vitæ, quod hic non ſit ſapientiſſimè & æquiſſimè diſpoſitum. Non ſunt hæc ſupra modum elogia, ſi meminerimus, ipſum eſſe verbum DEI, unde hic commentarius fluxit, quod quando de hominis officio loquitur, & ſapientiſſimè & æquiſſimè id loquitur, nequid unquam poſſimus deſiderare.

Deuteronomium Moſaicum, poſtquam ultima manus acceſſiſſet, in ſacro repoſitum eſt loco, ubi religioſe ad ſeros uſq; poſteros aſſervaretur. Quare & pro Dannhaweriano quærendum erat aliquod repoſitorium, ubi, quiquid hujus theſauri eſſet, tutò collocaretur. Circumſpicienti autẽ mihi aliquod ejusmodi ſacrarium, vivum occurrebat templũ, in quo ſub illuſtri umbra quieſcere iſtud depoſitum haberet. Quodnam illud? Tu eras, ILLUSTRIS DOMINE, quod occurrebat, & apertis quaſi foribus aditum mihi patefaciebat, & ferè imperabat. Is enim ego ſum, qui ſcriptis hacte-

hactenus literis ſępiùs hoc Sanctum adivi, ſed & reſponſa exinde aliquot vicibus recepi planè exoptata. Patuit quondam & Μακαρίτῃ noſtro, quippe quem Geizkofleriana domus perilluſtris diſpenſatorē beneficii ſui ampliſſimi conſtituerat. Quid igitur, ultrò patente æde, diu circumſpicerē locum, ubi hoc κειμήλιον deponeretur? Glorioſa jam dudum in hoc templo Veſtro ſuſpenſa ſunt alia quoq; ἀναθήματα, religioſæ inprimis conſtantiæ in avita fide, quam omnibus mundi theſauris & deliciis prætuliſtis; & ampliſſimorum in Eccleſiā DEI meritorum, quæ Veſtro poſt DEUM beneficio aliquot hactenus egregiis organis adjuta eſt. Dignum igitur erat, ut in Veſtro hoc ſacello ἀνάθημα eſſet liber, in quo pietatis iſta & charitatis officia imperantur, & commendantur. Si quod eſſet nimium apud Evangelicos reliquiarum æſtimium, dedicaſſem Sacrario aliquam è Dannhawerianis exuviis vel manum, quæ bella Domini fortiſſimè bellavit, vel linguam, quâ pro DEO & veritate animosè dixit, vel calamum, quô hoſtes veluti pugione confecit, vel ſagum, quod pręſtantiſſimum

ſimum Chriſti militem amicivit; Sed relinquamus iſtum ſuperſtitioſis morem; aliæ ſunt præſtantiores Dannhaweri reliquiæ, illæ nimirum, quibus cœcutientibus in re divina viſum, ſurdis aures, mutis loquelam, claudicantibus greſſum, infirmis robur, ęgris ſanitatem, ipſis etiam mortuis vitam reſtituit, & reſtituet porrò: Quę illæ? Præcepta ſunt & conſilia, quę in hoc libro, & aliis, ſcripſit: Hoc igitur anathema eſto, quod Sacrario tuo, PERILLUSTRIS BARO, pietas mea & gratitudo religioſè dedicavit. Suſcipe TU dedicatũ eo, quo conſueviſti hactenus, favore, & inter obſequioſorũ donaria locũ etiam huic aliquem concede. DEUS ille Ter Optimus Maximus, qui in religioſis animabus velut in templis habitat, copioſis è cœlo donis Illuſtre hoc adytum impleat, ut nunquam deſint, quæ in Eccleſiam beneficia redundent: & poſtquam mundus hic deſierit, in ipſum cœlum, ubi fixæ ſunt ſedes, ſanctius hoc templum transferat, Ita faxit Deus! Amen! Ita vovet, precatur, ſuſpirat

Perilluſtris Tui Nominis

obſervantiſſimus cultor
Baltaſar Bebelius, D.

Scribebam Argentorati
Anno Chriſti
die XXIV. Ianuarii.

PRÆFATIO ad LECTOREM.

CUm multæ figuræ Legis Sinaicæ, in S. Literis extent, quibus auctoritas, indoles, & virtus einſdem eſt deſignata: ut ſunt Recta & regia via, à Funambulone, geometrico quaſi paſſu, nec ad dexiram, nec ad ſiniſtram claudicante, preſſa. Prov. 4. 26. quod Apoſtolo eſt ἀκριβῶς περιπατεῖν Eph. 5, 15. ὀρθοποδεῖν. Gal. 2, 14. τροχιὰς ὀρθὰς ποιεῖν Hebr, 12, 13. non declines (ait Auguſt. l. 2. de peccat. merit. c. 35.) in dextram ſuperbâ præſumtione juſtitiæ; nec in ſiniſtram ſecurâ delectatione peccati. Libra ib. פלס מעגל רגלך pondera ſemitam pedum tuorum. Lex tibi ſit inſtar lingulæ in librâ, ad quam, ut ſiclos, appendas bona malave facta, eorumq; precia & momenta: CHIROGRAPHUS geminâ conſtans Scripturâ, Creditoris in Calendario ſuo ac libro fænebri, depoſitum creditumve ſcribentis, cordibus hominum, poſt etiam tabulis ſaxeis, ut columnis curialibus, digito divino, h. e. Spiritu S. inaratus: talenta credita decem ſunt, nempe θεοσέβεια mentis illuminatæ, cordis fiducia, amor, & timor in affectibus, in ore δοξολογία, in corpore προσκύνησις, in ἀναστροφῇ ambulatrix coram DEO: in ſecundo præcepto δοξολογία legendo, audiendo, prædicando, confitendo, benedicendo, vovendo, jurando, cantando, orando, præſtita: in tertio Sabbatiſmus internus, in DEO quies, externus vacatio ab opere tuo, quæſtuoſo, voluptuario etiam aliàs honeſto: in quarto Humilitas, obliviosa propriæ excellentiæ, memor miſeriæ, modeſta in honore, veſtibus decora, obſequioſa: in quinto φιλανθρωπία miſericors, humana,

mana, manſueta, vitæ ac ſalutis tùm propriæ, tùm alienæ ſtudioſa: in ſexto Caſtitas libidinum victrix, verecunda, εὐσχημοσύνης *ſtudioſa in mente, corde, affectu, ore, geſtu, veſte: in ſeptimo Juſtitia ſuum cuiq; tribuens liberalis, parca, æqua in contractibus: in octavo Gloſſarchia, lingua caſtigata, prudens uſu, juſta modo, qualitate utilis, benigna judicio, candida promiſſo: in nono & decimo Fortitudo animi refrenatrix, abſtinens, ſuſtinens,* αὐτάρκεια. *Summam* סוף דבר הכל *proponit Salomon Eccleſ. v. ult. eandem Chriſtus Matth. 22. 40. Apoſtolus omnia complectitur tribus adverbiis,* εὐσεβῶς, δικαίως καὶ σωφρόνως *Tit. 2: 12. Conſtat deinde chirographus, Debitoris antigraphâ ſeu ſyngraphâ, cautione, recognitione in conſcientiâ ſtylo quaſi ferreo ac indelebili exaratâ, quâ ſe obligat ad vel præſtationem rigidiſſimam, perfectam ad unguẽ, perfectione extenſiſſimâ intenſiſſimâ, protenſiſſimâ; vel luitionem, ſi non ſolùm non præſtitit quod ſpopondit, ſed & inſuper vel ſepelierit negligentiâ, vel dilapidarit, vel contrariis debitis h. e. peccatis Herum irritarit. eſt enim mutuum accipiens ſervus mutuantis Prov. 22. 7. hinc actio ex debito, ad carcerem terminata, ni fidem liberet. vide Theol. conſc. part. 1. ſect. 1. art. 3. p. 27.*

Præ omnibus tamen figuris legis Sinaicæ, evidentiâ eminet Figura Speculi, *à S. Jacobo præmonſtrati Jac. 1. 23. 24.* Si quis auditor eſt verbi, & non factor, hic comparabitur Viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ, in ſpeculo: conſideravit enim ſe & abiit, & ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit: Qui autem perſpexerit in legem perfectam libertatis, & permanſerit in eâ, non auditor obliviosus factus ſed factor operis, hic beatus erit in facto ſuo. *Ita enim decet, inq; hunc finem olim in liturgiâ V. Teſt. ſpecula* adornata *ſunt Exod. 38. 8. Miras hæc figura delicias, majores fructus parit. Nam & luculentum præbet ſanctuarij divini anathema, occupatum in hoc anathemate officium monſtrat congruum, & officij præmium pollicetur.*

ANATHEMA primùm Lex *eſt* perfecta, *Lex libertatis. Legem*

gem Sinaicam (non Evangelium Sionium) Lutherus *in præfat. Epiſtolæ Jacobi intelligit*, fretus *ipsâ* literâ *legis, quæ primore, proprio & nativo animi conceptu legem Sinaicam ſignificat*: deinde Scopo *ab* Auguſtino *in l. de fide & oper. c. 14. inſinuato*. Quare jam illud videamus, quod excutiendum eſt à cordibus religioſis, ne malâ ſecuritate ſalutem ſuam perdant, ſi ad eam obtinendam ſufficere ſolam fidem putaverint, bene autem vivere & bonis operibus viam DEI tenere neglexerint. Nam etiam temporibus Apoſtolorum, non intellectis quibuſdam ſubobſcuris ſententiis Apoſtoli Pauli, hoc eum quidam arbitrati ſunt dicere; faciamus mala ut eveniant bona. Cum enim dicit Apoſtolus, arbitrari ſe, juſtificari hominem per fidem ſine operibus legis: non hoc agit, ut præcepta ac profeſſa fide opera juſtitiæ contemnantur, ſed ut ſciat ſe quiſque per fidem poſſe juſtificari etiam ſi legis opera non præceſſerint. Sequuntur enim juſtificatum non præcedunt juſtificandum. Quoniam ergo hæc opinio tunc fuerat exorta, aliæ Apoſtolicæ Epiſtolæ Petri, Johannis, Jacobi, Judæ, contra eam maximè dirigunt intentionem, ut vehementer aſtruant fidem ſine operibus nihil prodeſſe, ſicut etiam ipſe Paulus, non qualemlibet fidem, qua in DEUM creditur, ſed eam ſalubrem planeque Evangelicam definivit, cujus opera ex dilectione procedunt; & fides, inquit, quæ per dilectionem operatur. Unde illam fidem quæ ſufficere ad ſalutem quibuſdam videtur, ita nihil prodeſſe aſſeverat, ut dicat, ſi habeam omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Tùm Synaphiâ, *è cujus colligatione patet, eam legem deſcribi quæ eſt* Regia & maxima, charitatis *ſc. præceptiva, quæ prohibet adulterium cædemq́ue, quæ judicat punitque*. Lex perfecta *dicitur, quia hominem* DEI *perficit inſtructione ad omne opus bonum* 2. *Tim* 3. *v. ult. quia omnia conſilia divina faciendorum exhaurit, additionis neſcia. Deut.* 12. *v. ult. quia obe-*

 dientiam

dientiam exigit omnibus numeris conſummatiſſimam. Lex libertatis appellatur h.e. libera per ſe, quia vera libertatis Magiſtra. ſicut malus, cum regnat, ſervus eſt tot Dominorum, quot vitiorum: ita ſola apud DEUM libertas eſt non ſervire peccatis. Hieron ad Celantiam.: quia homini primum libero, ac liberi arbitrij viribus prædito coactionis neſcio, data, per accidens poſtea facta eſt lex ſervitutis Gal.4.14, Moſis baculo, flagellis, plagis (ut mancipia maſtygia Pharao) ad officij expeditionem adigens: quia denique ſummâ παῤῥησίᾳ peccata notat, deſignat, caſtigat ſepoſito perſonarum reſpectu liberè; quam quisq; faciem offert, eam aut collaudat, aut in ruborem conjicit.

Eſt vero hoc ſpeculum legale, ſicut Bezaleelis illud divina machina, homini primo concreata, ut dignum Deo ſpectaculum exhiberet, ac Numinis ſapientiam, juſtitiam, majeſtatem ex aſſe referret, fractũ poſtea, tamen in tabulis Sinaicis iterum compoſitum ac perpetuis Moſis, Prophetarum, Chriſti & Apoſtolorum commentariis expolitum ac illuſtratũ; Unum ab uno legislatore, integritate, concatenatione Jac.2.9. communitate omnes mortales ex æquo devinciente. Verum adq; vivum repræſentans ἐν τοῖς ἄνω Numinis cœlitumq; Sanctitatem, ἐν τοῖς ὀπίσω primi hominis virtutes: ἐν τοῖς κάτω, τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ; ἐν τοῖς ἔξω actionum humanarum malitiam; ἔσω interiorem malitiæ fontem, omnia ex aſſe adæquatè, plenè: Sunt alioquin ſpecula in mundo varia, alia referentia, ſed falſam ſpeciem; alia veram quidem, ſed aliâ formâ aut majore aut minore debito; videas ſpecula in quibus caput ferme totius corporis, naſus capitis, oculi monſtri informis horrendi, alia in quibus caput verucæ imaginem repræſentet. Et talia ſunt quibus impoſtorum princeps Sathanas imperitis illarum technarum glaucoma objicit, ut aut præſidentia, φιλαυτίᾳ & cæco amore ſui, abrepti plures, ſuimet quaſi lenones, ſemet ſine rivali immodicè ament: aut contrario vitio deluſi alij ſcelerum montes in verrucas coarctent. Lex divina propheticis commentarijs,

Digitized by Google

rijs, Chriſti & Apoſtolorum probè limata ac expolita luminibus, ſincerius longè ac perfectius refert rem viſam, unà cum ſuis momentis & qualitatibus veritati æquat: non lenocinatur: nihil in majus aut extendit, aut debito anguſtius contrahit. Accedis, accedit; recedis, recedit; tranſis, tranſit; vides videt; iraſceris, iraſcitur, qualis es & quantus es, & quo motu & quo modo? omnia conſectatur. BONUM quia Sanctum, ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον, Sap. 7, 26. qui a utile ad noſtri purgationem, ad euchariſtian, ſi conſcientiæ ſerenitatem indicat; ad pœnitentiam, ſi maculas oſtendit, adq; morum informationem. Sicut Speculum Demoſtheni *magiſtri muti inſtar fuit; qui maximum domi ſpeculum in eum finem habuit, ut adſtans illi & in umbra declamans, ac taciturno monitore hoc, ſi quid in geſtu eſſet, reprehenderetur.*

Allophylorum non nemo Auguſti Cæſaris à Phædro recitatum apologum, narrat hunc in modum. Civis Romanus filium habuit & filiolam formæ diſſimillimæ, fortunâ inſolenter errante. Filius Hyacinthus, contra quàm fieri amat, præſtantiſſimæ formæ, Tulliola filia inſigniter deformis erat. Vtriuſque vaga ætas ſpeculum matris reperit & inſpexit. Puer ſpeculum adeo ſibi favere animadvertens. Heus ſoror, inquit, quàm ego formoſus ſum ad te collatus & quàm tu nihil habes formæ! O deformem Canidiam! Puella impatiens tam acerbi vituperii rem patri detulit & fratrem graviter accuſavit, quod ſpeculum rem fœminarum inſpexerit. Pater utrumque peramanter amplexus, ô mea pignora, inquit, cupio ut ſpeculum quotidiè inſpiciatis: Tu quidem, Hyacinthule, ne ſcitam & decoram ſpeciem pravis moribus vitiisque corrumpas: Tu verò Tulliola, ut ſequiorem formam virtutibus & morum concinnitate commendes. Sic ambo rectiſſime habebitis.

Optimè uteris (*ita* Hieron. *ad Demetriad.*) lectione divinâ, ſi eam tibi adhibeas ſpeculi vicè, ut ibi velut ad imaginem ſuam anima reſpiciat, & vel fœda quæque corrigat vel pulchra plus ornet: *porrò ad cautelam inſidiarum, quo conſilio Domitianus ſphengite palatium illuminaſſe fertur, è cujus ſplendore per imagines quidquid à tergo fieret, provideret.* Juſtum *deniq; ſpeculi uſtorij inſtar. Sunt in Mundo pyroptra ignis incendio infeſta: notum eſt Archimedis, & qui ejus exemplum ſecutus Procli, εὕρημα ſpeculi uſtorij, quo ille Syracuſas, hic Byzantium defendere atq; vim propulſare navalem conatus eſt: legis ea vis eſt, non patefacit tantum illa nævos; ſed quodam infernalium flamma-*

rum præludio inſlammat, urit, occidit, quotquot nondum ſceptro legali planè graves occalluere, divino judicio relinquendi, ſed fulmina Sinaica, ad animum admittunt.

Eadem figura Officium anathemati Sacro congruum exigit cõplectens. I. ἀκοὴν auditionem tanquam illicẽ ſpongiæ: monetur primum homo ſuæ deformitatis quâ maculatus eſt. Miniſtri Eccleſiæ eſt, ſicut olim Sacerdotis fuit, lepram explorare, indicare, contagiũ cavere. Lev. 13. confer 2. Chron. 26. 10. & ſeqq. auditoris excipere monita. II. Παρέκυψιν in (non tranſennam aut feneſtram clauſam ſed) ſpeculum clarum & politum, inq; nucleum ſub cortice verborum atq; διάνοιαν; acuto ſc. ac lynceo oculo, cernuo vultu, inclinato capite profundiſſimè inſpicientem; circumſpicientem, perſpicientem 1. Chron. 16. 29. Luc. 24. 12. Joh. 20. 7. 11. 1. Petr. 1. 21. ſcrutantem ac luſtrantem non ſolùm virtutum vitiorumq; ὅ τι: ſed & τὸ ποσὸν, ποιὸν, ποθὲν, πῶς, ποτε, πάθος καὶ ἦθος. III. Καταλήψιν plenam ad πρόσωπον τῆς γενέσεως uſque protenſam h. e. ad formam, congenitivi mali, ac lepræ contagioſæ, monſtroſam. accuratam quaſi circuitoriam Eccleſ. 7. v. 25. Epiſcopam Marc. 11. v. 11. anatomicam εἰς τὰ τετραχηλισμένα Hebr. 4. v. ult. practicam & affectibus comitatam, pudore maximè, qui ad fœditatis conſpectum adhorret Num. 12. 14. IV. Πλύσιν ejus quod in tali ſorte fieri ſolet, nimirum lotionem, non amplius corporalem & Leviticam, quæ tam fœdo malo luſtrando non ſufficit, ſi vel omnia maria confluant; ſed lotionem depoſitivam peccati Eſa. 1. 16. Jac. 1. 21. purificationem, analogam, Linguæ primum maculatricis Jac. 3. 6. per χαλιναγωγίαν. gargarizationis inſtar habitam; manus per eleemoſynas Luc. 11. 41. pedis per ἄσπιλον ambulationem. confer Pſalm. 119. 9. Lotionem denique admiſſam & rogatam à Davide Pſal. 51. 4. 9. cordis per conceptionem fidelem Chriſti, perfectiſſimè lavantis ſanguine ſuo & aqua baptiſmali Pſalm. 51. V. Παραμονὴν inobliviosam non moroſam, jugiter pœnitentem, peccati etiam anteacti recordatricem, cautricem recidivatûs: Maximè verò memoriam

Digitized by Google

riam cuſtodem. Mnemoneuticam artem Moſes præſcripſit, cum Deut. 6.6. Legem Sinaicam vult incordiari ut theſaurum, poliri ut expoſitum ærugini, pulveri, afflatui obſcurativo; manui alligari ut annulum memorialem, legi relegiq́; ut precioſum, ſcribi ad captivitatem verborum volantium; ad ſummam, in ſummo precio haberi, ut normam recti & obliqui, judicem, indicem, vindicemque.

Deniq́; præmium officij μακαριότης *eſt ſive Beatitudo, ſors ſc. cœlitus donanda, ſors admiſſionis ad convivium nuptiale Chriſti; quo indignus eſt illotus, inveſtis, ſordidatus: ſors aditus ad beatificam viſionem puris oculis patentem.* Beatus erit IN facto ſuo: *non 1. PER factum cauſaliter,* οὐκ ἐξ ἔργων ἐν τῇ δικαιοσύνῃ *Tit. 3,5. verbi hæc eſt operatio Jac. 1.21. non operantis. gratia beatitudinis potius eſt cauſa boni operis 1. Reg. 10.8. Matth. 5.11. Luc. 14.15. Act. 5.41. non 2. PROPTER factum meritoriè. nam ſi ſors terrena non eſt mercabilis aut merito comparabilis Deut. 9. Eccleſ. 9. multò minus cœleſtis, ſed 3. ordinativè ſeu conſecutive. IN pro poſt conſer Luc. 9,36. c. 11,37. & ſignificativè;* ποίησις *erit* δεῖγμα *fidei, lotionem Chriſti concipientis Jac. 2,18.* ἔσαι *declarabitur beatus, juxta regulam à D. Glaſſio multis exemplis firmatam l. 3. philol. S. tract. 3. can. 15.*

Officio hoc anathematis tàm ſacri excolendi & expoliendi ut ſungerer, annos ante duo-de-triginta Collegium Decalogicum *Academicis diſputationibus libratum adornavi: nunc exemplaribus omnibus divenditis, illi nova hac editione accedit non limas ſolùm, & auctarium, ſed & gymnaſium conſcientiæ, ac ut Apoſtolus loqui amat,* ἕξις αἰσθητηρίων γεγυμνασμένων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ *Hebr. 5. v. ult. cujus neceſſitatem in Eccleſiâ in part. S. lect. catech. conc. 24. demonſtratum ivi; multò verò prægnantiorem gymnaſian boni faciendi & mali declinandi in opere & effectu requiri, noti verſiculi oſtendunt:*

Quid

Quid juvat innumeros potuiſſe evolvere caſus,
Si facienda fugis, ſi fugienda facis.

Huc relata ſunt quæ in parte ſecundâ Theolog. conſcientiariæ, ne in immenſum hæc excreſcat, commodè non licuit. Spero Lectorem induſtrium, ſi Gymnaſio conſcientiæ Hodoſophico, hoc Decalogicum conjunxerit, eſſe facturum operæ precium, fortè non pœnitendum.

Utere nunc ergò noſtris, nec abutere, curis.

PROOE-

Digitized by Google

PROOEMIUM COLLEGII DECALOGICI.

DISPUTATIO PRIMA.

DE DECALOGO IN GENERE.

PHariſæorum hypocriſis fuit, cum ſubleſtâ legis divinæ interpretatione inducti, quæ extat Exod. 13, 16. Num. 15, 39. 38. Deut. 6, 7. & ſeqq. Deut. 22, 12. φυλακτήρια ſua dilatarunt & fimbrias palliorum magnificarunt Matth. 23. 5. filo hiacynthino decoratas; ſpinis inſuper acutiſſimis, auctore Hieronymo, in cap. 23. Matth. circundatas, quibus ſive ambulantes, ſive ſedentes compuncti, legum recordarentur.

videndi de his φυλακτηρίοις Fagius in Exod. 13. Münſter. in not. ad Matth. Hebraic. Druſ. l. 1. de Sect. Iud. p. 103. Fuller. 5. Miſcell. c. 7. Rivet. ad Exod. 13. p. m. 320. Ludov. de Dieu ad Matth 23.

Nobis inſtar omnium notarum mnemoneuticarum, beneficia DEI ſunto, quæ ad nos cœlitus quovis momento prolixè, non dicam per lenta ſtillicidia deſtillant, ſed nubis inſtar rupta depluunt. Piè *Auguſt.* c. 18. *ſoliloq. omni*, ſcribit, *momentô, Domine, me tibi obligas, dum omni momento mihi tua magna beneficia præſtas. ſicut ergo nulla hora eſt, vel punctum in omni vitá meá, quo tuo beneficio non utar: ſic nullum debet eſſe momentum, quo te non habeam ante oculos in meâ memoriâ.* Cæterum ut ſervo ſatis non eſt, ſcire, Dominum eſſe ob ea, quibus ornatus eſt, beneficia colendum: niſi etiam modum colendi ab eo doctus fuerit: ideò tabulæ divinitus erectæ ſunt, quas aſpiceremus, cultum divinum ex iisdem imbiberemus, & has duces ſequeremur tuti. Quas cum explicare nobis peculiari collegio conſtitutum ſit,

cum veteri Eccleſiâ, hunc in modum auſpicabimur. *Actiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præveni & adiuvando proſequere, ut cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat & per te cœpta finiatur. Amen.*

Ὀνοματολογία.

§. 1. Quem nos Decalogum appellamus, Moſes Exod. 20. v. 1. דברים verba nominat, & quidem *verba decem* Exod. 34. 28. Deut. 4. 13. c. 10. 4. ne verbum hîc de Uno vocabulo, ſed integrâ, brevi autem & ſuccinctâ ſententiâ explicaremus: cum ſi vocabula numeres, denarium ſuperaturus ſis; quo quidem ſenſu Chriſtus dixit Matth. 21. 24. ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ λόγον ἕνα. Stephanus hadebharim vocat λόγια ζῶντα, Act. 7, 38. Alibi dicuntur debhare hathorah verba legis Deut. 17. 19. LXX. ἐντολαὶ. Humana quoque regia mandata Verbi nomine veniunt, Eſth. 1. 12. ubi dicitur Vaſthi detrectaſſe venire ad *verbum* regis, cauſata, ut Joſeph. l. 11. c. 6. opinatur, morem Perſarum, quo mulieres virilibus conviviis arcebantur, auctoribus Juſtino. l. 41. Curt. 5. Plut. l. 1. ſymp. c. 1. Κατ' ἐξοχὴν Thorah dicitur à ירה docendo, fœcundando, jaculando. Νόμος Lex: cujus ὁμωνυμίαν omnem diſſipatam vide à *Dno. D. Gerhardo* Tom. de leg. p. 2. ſynonymian verò collectam p. 4. Differentiam (quam poſt *Thom. Aquin. Becanus* de lege Moſaic. cap. 4. q. n. 1. è Rom. 7. 12. alii è Rom. 9. 4. conantur deducere) à ſtatutis & judiciis p. 7. Fas nobis non eſt plagio eum violare, cui magnam partem noſtri profectus debemus.

Πραγματολογία I.

CAVSA EFFICIENS.

§. 2. Auctoritatem ſuis legibus Nomothetæ profani à DEI alicujus numine aut colloquio captare ſunt ſoliti. Lycurgus leges ſuas, ideo ῥητρὰ vocavit, id eſt, oracula, quod è Delphis allata: Numa cum Egeria congreſſus ſimulavit: Pythagoras aquilam cicuratam vocibus ſiſtere & deducere ſolebat, quaſi per eam è cœlo ſua dogmata adferret. Non is hîc fucus eſt. εἷς ὁ Νομοθέτης Jacob. 4. 12. hanc legem promulgavit immediatè, qui & eam primùm hominum mentibus inſculpſerat: & cujus Majeſtatem decebat, ut qui omnium gentium erat Dominus, omnibus gentibus communem legem

le gem ferret. Immediatè cum dicimus ab eo legem hanc latam, non excludimus 1. *actus præparatorios* Majeſtatis teſtes, utpote *ſeptem illa terribilia*, quæ *Cornel. à Lap. ad Exod.* 19. 18. recenſet, quorum in numero fuit & buccina, typus illius ultimæ, mortuos ad decalogi executionem vocaturæ, 1. Theſſ. 4. 15. claſſicum belli ſacri ac homini adverſus ſeipſum cantans: non cornea è cornu arietis Iſaaco ſuccedanei, ut delirant Judæi, ſed fortaſſis aëria, ſic colliſa, ut ſonum reddiderit ſimilem inflatæ buccinæ. non 2. *adminiſtrantes ac mediatorios* Angelorum & Moſis Gal. 3 19. Actor. 7. 53. Deut. 5. 4. & ſeq. non 3. *vocem promulgantis* primum inarticulatam tonitrubus & tubis confuſam Exod. 19. 18. 19. poſt articulatam c. 20. 1. tam ſonoram ut *è monte editiſſimo obq; nimiam altitudinem & cautes præruptas non aſcenſus tantum hominum, ſed aſpectus quoque ipſos defatigante.* (auctore Joſeph. l. 3. c. 4.) *ab aliquot hominum millibus audiri diſtinctè potuerit.* Humana vox etiam ſi ſtentorea fuerit, ſcribit in h. l. *Brent.* p. m. 89. vix tamen poteſt ad decem aut duodecim hominum millia penetrare. Quantam igitur & quam horrendam putas eam fuiſſe vocem, quæ ad pluſquam ſexcenta millia hominum penetravit?

§. 3. Hoc verò eſt quod negamus: *Angelum* aliquem *creatum* legem hîc tuliſſe, ac, ut ſatis Photinianè *ſcribit Corn. à Lap. ad* v. 1. locutum *in Perſonâ* DEI. *Ego ſum Dominus &c. perinde* ut *Prorex Neapolitanus in ſuis edictis ſcribit*: *Nos Philippus* Rex mandamus &c. *quia nomine Regis Philippi edicit & imperat.* Verba enim clara ſunt v. 1. וידבר אלהים & locutus eſt DEUS אנכי יהוה אלהיך Ego Dominus DEUS tuus. Neque enim, ut abeſt Rex à prorege, DEUS tum abfuit, ut opus habuerit ab aliquo ſuo legato aut vicario repræſentari. Adde quod Dominus in hâc νομοθεσίᾳ dicatur populo *locutus à facie ad faciem* Deut. 5. 4. non quidem *intuitivè à priori*, id enim negaverat ipſi Moſi. Ex. 33. 20. & Populo Deut. 4. 12. non 2. à *poſteriori*, per formam aliquam quaſi corpoream, per viſionem pluſquam Propheticam, quam Moſi peculiariter indulſit Num. 12. 8. populo negavit Deut. 4. 12. ſed 3. *ſine internuncio*, ut ipſe Corn. exponit.

§. 4. Cum conſtet verum DEUM ſine internuntio hîc legem promulgaſſe, illud inſuper hîc quæſtioni eſt. *An myſterium adorandæ Trinitatis in hoc Decalogi introitu involvatur? adeoque an legis*

Digitized by Google

promulgator fuerit, Pater, Filius, & Sp.S? Reſpondeo directè ex hoc in decalogum veſtibulo colligi I. *Eſſentiæ Unitatem*, quia Locutus eſt in ſingulari, εἷς νομοθέτης Jacob. 4. 12. II. *Perſonarum pluralitatem*, quia dicitur in plurali Elohim: ubi fruſtra ſunt, qui, ut pulvillos Socino ſubſternant, *vel 1. ad hebraiſmum confugiunt.* Ut enim aliàs cum verbo ſingulari nomen plurale conſtruatur, id tamen tùm ſolum fit, quando vel nomen plurale eſt tantum terminatione, ſingulari deſtitutum, vel diſtributivè explicandum de multis, vel alio quodam modo ab hoc noſtro exemplo diſcrepat, in quo Elohim ſignificatione etiam plurale eſt, cum ſingulari non careat. *vel 2. ad auctoritatem loquentis pertinere exiſtimant*; de ſe loqui πληθυντικῶς, Id ſi eſſet, *ſi* (verba ſunt *Theodoret.* q. 20. in Gen.) *ſolum manifeſtare Majeſtatem voluiſſet, vel ſemper, vel ut plurimùm, vel maximè hoc loco in monte Sinai loqui de ſe pluraliter debuiſſet: Adeoque non debuiſſet dicere: Ego Dominus, ſed nos Dominus.* Adde quod in hebræis bibliis nuſpiam de ſe quiſquam, quantumvis ambitioſiſſimus, locutus ſit pluraliter, quod utique factum fuiſſet, ſi linguæ ingenium tuliſſet III. per conſequentiam Personarum Trinitatem.

> Qui Decalogum promulgavit in monte Sinai eſt Elohim, v. 1.
> Pater, Filius & Sp. S. promulgavit, &c. E.
> Pater, Filius & Sp. S. eſt Elohim. Exod. 20. 1.

Quoad minorem; de Patre nemo dubitat. De Filio hunc in modum probatur:

> Is qui eduxit populum ex Ægypto eſt Dominus promulgans Decalogum.
> Filius DEI eſt is qui eduxit, &c. Exod. 13. 21. c. 23. 20. Num. 20. 16. nimirum ille Angelus Jehova qui apparuit in rubo, Act. 7. 35. & 38. E.
> Filius eſt Dominus promulgans legem.

De Spiritu S. Is qui duxit populum eſt Legiſlator.

> Spiritus S. duxit populum, Eſai. 63. 14. E. Spiritus S. eſt legiſlator.

CAUSA IMPULSIVA PROMULGATI Decalogi.

§. 5. Fuit quidem ante promulgatam legem, Lex moralis naturæ

naturæ hominum inſcripta; Rom. 2. 15. Non repeto præcepta ante Moſen data Filiis Noæ, de quibus *Cunæus* lib. 1. de Rep. Heb. p. 4. & p. 272. ſed lectorem adduco ad *Tom. de leg. Dn. D. Gerb. cap.* 4. in quo totius Decalogi clara veſtigia ante Moſen cogniti delineantur. Quanquam de *ſanctificatione ſabbathi* non levis ſit orta controverſia, inter duos Theologos Batavos, Gomarum & Rivetum, de quæſtione, *an Sabbathi ſanctificatio ad ſeptimum diem reſtricta, inſtituta fuerit ab ipſis mundi primordiis, in ſtatu innocentiæ, ante legem?* Ait *Rivetus* in exerc. ad Gen. 15. prælect. in c. 20. Ex. p. 173. & ſeqq. Illi nos ſuffragamur convicti I. *diei ſeptimi ſanctificatione*, Gen. 2. 3. quæ conſiſtit, non in ſingulari ad vires generativas influentiâ, ut nugantur Judæi, qui propterea eo die liberis procreandis operam dare dicuntur; ſed in ſegregatione diei aliàs ἀδιάφορον ad ſanctum finem. Sanctificavit autem ſeptimum diem aut propter ſe, aut propter hominem: non illud; quia ſabbathum eſt propter hominem. Marc. 2: 27. Ergò hoc. Ideò igitur ſanctificavit, ut ſciret homo unum diem è circulo ſabbathico feſtum eſſe debere, & divino cultui appropriatum. Hinc *Cornel. à Lap.* ad Gen. τὸ ſanctificavit exponit actû *feſtum inſtituit.* vana hîc eſt Gomari prolepſis, τὸ quievit & ſanctificavit totis ſeculorum intervallis divellens. II. *Manuductione epiſtolâ ad Heb. c.* 4. 3. ubi D. Paulus interpretatur Pſalm. 95. 11. *Iuravi ſi ingreſſuri ſunt in requiem meam*; & hunc fermè in modum concludit. Regius Pſaltes, per requiem aut intelligit ordinariam illam ſabbathicam à jactis mundi fundamentis perfectis v. 3. & 4. aut requiem Cananæā à tot viarum erroribus: aut requiem aliam extraordinariam; cœleſtem, æternam, vitæ alterius. Non primam aut ſecundam; quia hîc agitur de requie promiſſa, non jam olim exhibita. v. 8. 2. agitur de requie ad ſolos credentes & pios pertinente, in quam increduli non introëunt, v. 6. illa verò ordinaria requies jam pridem 1. exhibita, prima quidem ab ipſis mundi primordiis, altera in ingreſſu Chanaan 2. piis ac impiis communis fuit, Ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. Finge Sabbathum non fuiſſe celebratum à mundi incunabulis, falſum dixerit Apoſtolus. III. *expreſſa Sabbathi ante legem latam mentione.* Exod. 16. 26. tanquam rei notæ. confer Matth. 26. 2. Locutus videretur Moſes de re plane nova & peregrina; niſi Sabbathi aliqua fuiſſet cognitio, tametſi multis

lituris obducta & tyrannide impedita, quæ populum in Ægypto deſudantem ne unum quidē diem vacare ſinebat, IV. *legis moralitate.* Quod morale eſt, perpetuum eſt. at ſanctificatio ſabbathi ad ſeptimum diem aliquem, non præciſè ſeptimum Judaicum, reſtricta eſt. nam hunc ceremonialem fuiſſe, ipſa abrogatio teſtatum fecit. Moralis autē poſitiva, non naturalis, quia 1. à DEO legislatore mutatus in N. T. & eſt mutabilis: tranſibit enim ſabbathum hebdomadarium in juge & perpetuum in æterno jubilæo. quia 2. quod naturalis juris eſt, id etiam obligat cum periculo mortis: non item ſanctificatio ſabbathica. Teſtantur de præcepti hujus moralitate inſuper, quod in V. T. ſanctificatio Sabbathi, non ut reliquæ cerimoniæ, ad certum locum erat reſtricta, quod immundi à reliquis feſtis arcebantur, non ab hoc. Nec obſtat Col. 2. 16. Rom. 14. 5. ubi videtur inter cerimonialia & adiaphora referri. Reſp. ad 1. neg. conſeq. quia non ſequitur, nemo vos judicet in ſabbathis, h. e. feſtis legalibus, E. nec in ſabbatho ſeptimi diei: ſicut non ſequitur, nemo vos judicet in cibo. E. etiam, ſi in Euchariſtiæ cibo electionem ſuſcipiatis. ad 2. alius peræquè æſtimat diem quemvis, id eſt, feſtalem ceremonialem, qui offenſionem parere poterat, qualis non eſt dies Dominicus, ut qui in omnibus Eccleſiis invaluerit. V. *conjectura è facto Noachi.* Is ut legitur Gen. 8. 10. & 11. columbam poſt ſeptem dies à primo ejus reditu, emiſit, quæ cum rediiſſet tempore veſpertino cum ramo olivæ, iterum non emiſſa fuit, niſi poſt alios ſeptem dies. Cur ſeptimo tantum die emiſſa columba? niſi quia is dies, quo cultui divino intra arcam vacabant, videbatur magis ominoſus. Utitur prætereà *Rivet. exerc. in Geneſ.* argumento ab Ethnicorum conſuetudine pag. 66. ſed quia illud ipſimet non ſatisfacit alibi prælect. in Exod. p. 176. ideò nec nobis ab illo clypeo tutela. quanquam ipſi etiam gentiles huic legi fuerint obnoxii, etſi expreſsè nuſpiam legantur ob profanatum ſabbathum repræhenſi: diſtinguendum enim inter repræhenſionis meritum & actum. confer Act. 14. 15. c 17. 30. adde horum argumentorum vindicias ejuſdem *in diſſert. de origine Sabbathi.*

§ 6. Nec obſtat 1. primos parentes omnes dies conſumturos fuiſſe in cultu divino & perpetuo Sabbatho, nec adſtrictos ad certum diem. non 2. Adamo ullam legem de certo die latam. nec

3 ra-

Digitized by Google

3. rationes hujus præcepti omnes ad ſolos Iſraelitas, quatenus ſervi olim fuerant & ex ergaſtulo poſt liberati, pertinere. Deut. 5. 15. Exod. 31. 13. Nam ad 1. Reſpondetur omnes dies in cultu divino fuiſſe conſumturos, ad eum modum, quo *Auguſt.* verba illa Pſal. 34. *Semper* DEI *laus erit in ore meo*, exponit, non quod functiones vitæ animalis non obiviſſent, ſed quod nunquam peccaſſent. Non tamen ſequitur: Ergo non habuiſſent unum diem ſacrum & à laboribus non moleſtis vacantem ſpeciali cum DEO familiaritati. Si namq; ipſe DEUS, in quo planè nullus labor, tamen dicitur quieviſſe: quomodo non dicantur primi parentes quieviſſe ab aliquo labore? ad 2. à teſtimonio negativo in hiſtoricis non valere conſequentiam. ad 3. privatas rationes fuiſſe, quæ arctiori vinculo Judæos obligabant: non tamen fuiſſe nullas ante ſervitutem Ægypticam. Sic poſt lapſum mulier abiectiùs & ſeveriùs viro ſubiecta eſt: non tamen ante lapſum nullo modo fuit ſubiecta. His præſuppoſitis manet, legem moralem etiam ante ſolennem promulgationem obtinuiſſe. de cauſa impulſiva huius promulgationis quæri cœptum eſt. Quatuor momenta impellentia commemorat *Dn. D. Gerh.* l. cit. p. 22. & 23. quibus nos nihil addimus.

CAVSA EXEMPLARIS.

§. 7. *Οἰκίαν τὴν ἔχουσαν ὕλην* extrui *ἐξ οἰκίας ἄνευ ὕλης* auctor eſt Ariſtoteles l. 7. Metaph. c. 7. t. 23. Ita lex *ἔκτυπος* habet Ideam *Ἀρχέτυπον* in ipſa DEI Juſtitia ac ſanctitate, quam ita lex refert, ut radii in aquam ſparſi fontem ſuum Solem, ut imago rem imagine expreſſam. Hinc nata regula Theologorum, DEUM ſibiipſi eſſe legem: ut elui nævus ille *Zvvinglij* non poſſit, quin venæ ipſæ & viſcera impudentiæ aperiantur, quando ſerm. de Prov. Dei c. 5. p. m. 364. 2. *negat in* DEO *prævaricationem eſſe, ſi contra legem à ſe latam peccaret, ad eum modum, quo Taurus, ſi totum armentum ineat & impleat, laudi eſt: Herus tauri, ſi unam modo præter Vxorem agnoſcat, reus ſit adulterij. Cauſa eſt, quia huic lex eſt poſita, ne adulterium admittat. illum nulla lex coercet.*

MATERIA DECALOGI
Ex Quâ.

§. 8. Materia Decalogi ex quâ, ſunt ipſa decem præcepta. Agendum hîc de duobus 1. *de numero præceptorum abſolutè.* 2. *de numeri iſtius*

ri iſtius

Digitized by Google

ri iſtius deſignatione. De primo lis nulla eſt. Inter omnes convenit Decem eſſe præcepta ob literam ſcripturæ claram. Ex. 34. 28. Deut. 4. 13. c. 10. 4. Quanquam humana curioſitas, ne hîc quidem acquieverit, ſed in cauſam denarii numeri inquiſiverit, *Philo* l. de Decal. p.m. 629. *Δεκάδα dici æſtimat quaſi δεχάδα, quod perfectiſſimo ſuo ambitu denarius omnia complectatur.* vide ibidem plura de myſterio denarii. Longè namque rectiùs de Decalogo dixeris, quod de ll. 12. tabb. *Cicero, fremant omnes licet, dicam quod ſentio, bibliothecas mehercule omnium Philoſophorum unus mihi videtur XII. tabb. libellus; ſi quis legum fontes & capita viderit & auctoritatis pondere & utilitatis ubertate ſuperare.* Placet aliorum conjectura, qui ad digitorum noſtrorum numerum, DEUM præcepta ſua admetiri voluiſſe cenſent, tanquam & præſentiſſima monimenta & computandi inſtrumenta. Denarium iſtum numerum Salvator non auxit, cum Marc. 10. 19. addit reliquis præceptis μὴ ἀποστερήσῃς ne fraudes, cùm iſta additio ſit tantum exegetica præcepti ſeptimi. Nam καὶ ἀποστερεῖν καὶ κλέπτειν ταυτόν ait Plato. l. 1. de Rep.

§. 9. Alterum præcipuè hactenus ultrò citroque diſceptatum fuit, *quomodo illa ipſa decem verba deſignanda ſint & diſtribuenda?* Fatemur hîc ipſi quoque, cum *M. Chemnitio* p. 2. loc. c. 7. & *Muſculo*, parùm *ad pietatis ſtudium facere ſi præcepta DEI rectè quidem numeres, malè vero cuſtodias*, verba ſunt *Muſculi*, p. 92. Hinc noſtræ quoque *Eccleſiæ Argentinenſes* hoc libertatis jure uſæ, diviſionem ſequuntur eam, quam Calviniani, ſed non ex iisdem rationibus. Lubet aſcribere ipſa verba Straßburgiſcher Kirchenordnung p. 79. Was da anlangt die Abtheilung der Zehen Gebott / daß es unſers theils für ein Mittelding gehalten wird / die eine oder andere Abtheilung zubrauchen / da allein kein ſuperſtition mitlaufft / als ob nur die eine recht / die ander aber unrecht und falſch ſeye. Darumb dann nicht allein die eine Abtheilung / da in der erſten Tafel vier Gebott / in der andern nur ſechs ſind / in dem teutſchen Catechiſmo und in der Kirchen gebraucht wird / ſondern auch in der Schul in dem Lateiniſchen und Griechiſchen Catechiſmo, die andere / da in der erſten Tafel allein drey / und in der andern Tafel ſieben Gebott ſind. Quia tamen à ſacrilegæ mutilationis & novitatis ac interpolationis accuſatione, & à jugo neceſſitatis in re indifferenti liberandi ſumus, cum *quæſtionem*

nem de decalogi diviſione neceſſariam eſſe ſcribat Zach. Urſin. expl. catech. p. 3. l. de lege Dei p. m. 8. ut fruſtrà carpat D. *Gerhardum Rivetus* in præl. I. cit. p. 7. Confer verba Anhaldinorum & Neo-Marpurgenſium nullam aut pacem aut modeſtiam ſpirantia, apud eundem Doct. Gerh. pag. 41. ideò quid momenti in re totâ ſit, diſpiciendum eſt.

§. 10. *Prima itaq;* ſententia eſt *recentium Hebræorum*, ut teſtatur *Burgenſis* in addit. 1. in c. 20. Exod. ſententiam denunciativam in præceptivam mutantium, verbis illis, Ego ſum Dominus DEUS tuus, primum præceptum conficientium: ex illis non habebis Deos alienos &c. ſecundum. Eandem opinionem foviſſe *Heſychium* ad c. 26. Levit. auctor eſt *Thomas* 1. q. 100. art. 4. adde & *Athanaſ. in ſynopſ. Petrum Martyr.* in Epiſt. ad Rom. c. 7. v. 7. & claſſ. 2. loc. comm. c. 17. Hæc verò ſententia ideò rectè ab aliis deſeritur, quia orationem indicativam cum imperativâ confundit. confer rationes alias, quibus eam Burgenſis premit.

§. 11. *Secunda ſententia* eſt eorum, qui *Decalogi tabulæ primæ, quatuor; ſecundæ ſex leges aſcribunt*, in primâ tabulâ præceptum de ſculptilibus ſejungunt à præcepto de non habendis Diis alienis: In ſecundâ tabulâ concupiſcentiæ interdictum non dirimunt. Subnixi, uti ipſis videtur, 1. *auctoritatibus Orig.* l. 3. in Exod. hom. 8. *Auctor. comment. in epiſt. Pauli* in c. 6. Eph. quæ tribuuntur Ambroſio. *Auctor.* qq. ex V. T. apud *Aug.* tom. 4. *Auctor oper. imperf. in Matth. hom.* 49. *Hieron. in Epiſt. ad Epheſ. cap. 6. Greg. Nazian. in carm. Procop. Gazæi* in c. 20. Exod. *Zonar.* annal. tom. 1. *Primaſii* in cap. 6. Ep. ad Epheſ. Jonæ *Aurelianenſis de cult. imag. Ruperti Tuit.* in cap. 31. Exod. quorum verba ſub unum lectoris intuitum conjecit *Chamier Panſtrat.* tom. 2. l. 21. c. 8. II. *Rationibus*, quarum hæc præcipua ſunt momenta. 1. Diſtincta ſunt præcepta, quæ ſententiis diſtinguuntur. At ſententiis diſcrepant, quis colendus ſit (in 1. præcept.) & quomodo colendus (in ſecundo) & alia eſt idololatria craſſior, quâ in objecto erratur; alia ſubtilior, cum in modo. 2. Ad unum præceptum pertinent, quæ ſenſu non differunt. At præceptum de concupiſcentia ad omnia objecta eundem reſpectum habet. Ergo ex illis objectis diſtingui non debet. 3. Primum & ſecundum præceptum periodis & verſibus diſcrepant, non item nonum & decimum. E. illa

revera diſcrepant, hæc conveniunt. 4. Aut ἄτακτος fuit Moſes, quando nunc concupiſcentiam domus præponit concupiſcentiis. Ex.20.16. mox Uxoris concupiſcentiā primo loco ponit & à reliquis diſtinguit. Deut.5,20. aut hæc promiſcuè pro uno præcepto habuit.

§. 12. Nobis primum auctoritates non officiant, cum & libertatem relinquant in re, in quâ cardo fidei non vertitur, & premi contrariis poſſint nominibus, iiſque magnis. Rationes vero diluendæ ſunt. quarum prima falſa eſt, præceptum primum & ſecundum ſententiis differre. Differunt equidem ſententiis ſubordinatis ſed non diſparatis. *Subordinatis* 1. *ſubordinatione genericâ*, quia Deorum alienorum ſpecies ſunt idola ad cultum propoſita. 2. *conſecutivâ*. Ex præcepto primo negativo ſequitur illud affirmativum, DEUM eſſe ſuper omnia colendum: hinc ſequitur tale argumentum,

Qui cultus aliquod ens ſupra DEUM amat, is peccat in primum præceptum

Omnis ἐθελοθρησκεία etiam illa ſubtilior quæ peccat in modo, ens aliquod, ſuas ſcilicet cordis adinventiones ſuprà DEUM amat, colit. E.

Omnis ἐθελοθρησκεία, etiam quam illi ſecundo præcepto vindicant, impingit in primum præceptum.

3. *Cauſali*.

Qui non vult coli ſculptilia, ex ea cauſa, quia Dominus ſolus eſt DEUS noſter, is vi primi præcepti non vult coli ſculptilia.

Sed DEUS non vult coli ſculptilia ex ea cauſa, quia Dominus ſolus eſt DEUS noſter. Lev.19.4. Eſa.42.8.

E. vi primi præcepti non vult coli ſculptilia.

§. 13. Ad ſecundam rationem reſpondetur, ex obiectorum materialium diverſitate nos non colligere diverſa præcepta. Ut enim ex illis potentiæ non multiplicantur, ita nec præcepta. aliàs quot hîc obiecta numerantur concupiſcentiæ in decimo præcepto, tot etiam forent præcepta; ſed ex obiectorum formalium diverſitate, quæ cognoſcitur ex actibus & eorum, ut philoſophi loquuntur, inclinatione ſeu tendentiâ in obiectum & potentiæ immutatione. Ideò etiam bis repetitur verbum non concupiſces,

ut nos

Digitized by Google

ut nos inde actuum diverſitatem colligeremus. Sic tactus non differt formaliter à tactu frigidi: Differt autem tactus calidi ab auditu ſoni acuti: quia ibi idem eſt modus tendendi in obiectum, non hîc. Nam tactus percipit calidum ſine medio intentionaliter: auditus percipit ſonum per medium (aërem) realiter, ad parvam diſtantiam. Jam diverſitas concupiſcentiæ noni præcepti & decimi, à *Thoma* conſtituitur *in organo recipiente*, quia illa eſt carnis, hæc oculorum. 1. 2. q. 100. art. 4. à *Lyrano* in *obiecto formali*, quia illa tendit in bonum utile, hæc in delectabile. Et niſi id fuerit, ratio reddi non poteſt, cur præceptum de non mœchando, diſtinctum ſit à præcepto de non furando, uti rectè diſputat *Cornel. à lap. ad Deut.* 7. 5. Omnium optimè noſtri & nominatim D. *Gerh.* p. 47. in ipſo actu quærunt differentiam, ita quidem, ut in nono præcepto prohibeatur concupiſcentia actualis συλλαβοῦσα, Jac. 1. 15. du ſolt nicht begehren. in decimo originalis ἐξελκομένη καὶ δελεαζομένη, idque confirmatur ex *binâ repetitione* חמר Exod. 20. 17. ut duo ſignificentur actus, tùm *ex ſecuta interpretatione*, Deut. 5, 21. לא תחמר rurſus לא תתאוה quod verbum in Hithpaël poſitum notat facere, ut concupiſcas: è qua obſervatione ſimul hoc colligitur etiam primos motus ſubitaneos ac invitos hîc prohiberi. Dices 1. Paulum unum tantum præceptum de non concupiſcendo agnoſcere. Rom. 7. 7. 2. Actualem concupiſcentiam jamdum præcepto de mœchando vetitam, juxta explicationem Chriſti Matth. 5. 28. Reſp. ad 1. Paulum proprie ibi loqui de primo concupiſcentiæ actu originali, qui ſolus rationi philoſophicæ ignotus fuit, de quo ſolo verum fuit dicere, non cognoſco, id eſt, non cognoſcere poſſum ex lumine naturæ, ſicut abſtemius diceret, non bibo vinum. ad 2. in nono præcepto expreſsè ac immediatè prohiberi concupiſcentiam actualem, in ſeptimo eius prohibitionem involvi mediatè, conſecutivè & exegetικῶς. Ad tertiam obiectionem reſpondetur: κριτήριον illud de diſtinctione verſiculorum non eſſe catholicum, cum periodis diſtinguantur, quæ coniungenda erant, & coniungantur non rarò, quæ disjungenda. ad IV. diſtinguendo inter ordinem numeri & diſpoſitionis. Ex illa permutatione hoc ſolùm ſequitur; diverſimodè diſponi illa duo præcepta ſine ἀταξίᾳ culpabili: niſi Lucas ſit etiam ἄτακτος c. 18. 20. & Mar-

cus cap. 10.19. & Paulus Rom. 13.9. ſed non ſequitur diverſa non eſſe.

§. 14. Tertia *ſententia ſingulis duabus tabulis* quina vindicat præcepta, & habet auctorem Joſeph. l. 3. antiq. Jud. c. 4. & 6. cum ſcribit, in ſingulis paginis ſeu utriuſque tabulæ ſingulis faciebus extitiſſe δύο κ̓ ἥμισυ. Joſephum Philo ſequitur. l. de decal. p. 477. & hos Irenæus l. 2. c. 142. Quos tamen facilè retundit auctoritas Chriſti & Apoſtoli; illius, quando duas tabulas in duo generalia præcepta dividit, Matth. 22. 37. & 39. & præceptum de diligendo proximo, & conſequenter præceptum de honorandis parentibus ad ſecundam tabulam refert. Huius vero, quando Epheſ. 6. 2. præceptum de honorandis Parentibus vocat primum in promiſſione, non certè in primâ tabulâ, in quâ promiſſio jamdum erat facta E. in ſecundâ.

§. 15. *Poſtrema ſententia* in noſtris pleriſque Eccleſiis recepta, *in primam tabulam tria, in ſecundam ſeptem coniicit mandata.* Nititur illa præcipuè fundo illius Patrum patris *Auguſtini* Ep. 189. ad Jan. c. 11. ſerm. 148. de temp. q. 17 in Exod. l. 15. contra Fauſt. c. 7. in Pſal. 32. ſerm. 95. (Nihil proficiunt, qui locum è lib. 3. contra duas Epiſt. Pelag. c. 4. producunt) ſequuntur *Auguſt. Beda* in c. 20. Ex. *Bernhard.* ſup. Salve Regin. mundi 4. *Gloſſa ordin. Lyranus*, *Hugo. Cardin. Lombard.* l. 3. ſent. diſt. 37. Quam quia rationes pro ſecundâ ſententiâ adductæ de ſtatione ſuâ deiicere non potuerunt, ſic utramque ἐλευθερίαν accipimus, ita tamen, ut à neutrâ laqueum in conſcientiâ.

MANTISSA

alibi tractata, nunc repetita.

De Diviſione primi præcepti in Decalogo.

Hanc neceſſariam faciunt, ut Iconopœjæ adiaphoriam evertant Reformati. Tria nobis conficienda ſunt: 1. Coniunctionis interdicti de idolopœiâ, cum interdicto Dei alieni, VERITAS. 2. Eiuſdem ADIAPHORIA. 3. Eiusdem INNOCENTIA.

1. *Coniunctionis interdicti de Idolopœja* cum interdicto DEI alieni Veritas. quia illud huic eſt ſubordinatum, eò quod generale interdictum Nomothetes Sinaicus determinarit ad ſpecies & exempla; & Idololatriam non ſolùm terminativam, ſed & ſymbolicam. Liquet id 1. *Ex indicio Divino,* colligente idem interdictum ex eadem ratione, ſicut Dii non ſunt habendi alieni, quia *ego Dominus DEUS veſter*; ita nec idola fingenda, *quia ego Dominus DEUS veſter,*

Vester, Lev.19.4. qui non vult coli ſculptilia, ex ea cauſa, quia Dominus ſolus eſt DEVS noſter, is vi primi præcepti non vult coli ſculptilia. Sed Dominus non vult coli ſculptilia ex ea causâ, quia Dominus ſolus eſt DEVS noſter. Levit.19,4. Eſa,42,8. Ergò vi primi Interdicti non vult coli ſculptilia. jam quæ DEVS conjunxit, homo ne ſeparet. 2. *Ex Conſecutionis indole*, cùm à genere ad ſpeciem negativè; prohibito genere, prohibetur ſpecies, Deus alienus genus eſt, idolum ſine dubio ſpecies. Ergò &c. Nullus Deus alius eſt colendus. E. nec Idolum. conf. Geneſ.31,19 31. cum 35.2,4. Exod, 32,1. Tùm à negatione ſubſtantiæ ad negationem qualitatis. qui ἄλλον prohibet, is etiam ἀλλοῖον, uxori alius prohibitus vir eſt. E. & privignus, ſit licet non ſolùm amicus ſui patris, ſed & eius viva imago. Sic *eidem* uxori maritus ἀλλοῖος, mentis quodam errore conceptus ut Frater, opinatæ fratrem eſſe, qui Maritus eſt, eſt prohibitus. 3. *Ex pari abſurditatis ratione*, Quàm abſurdè corpus vivens in hominem & animal divideres; tàm abſurdè interdictum τοῦ σεβασμοῦ in Deum alienum & Idolum. Suffragatur conjungentibus authoritas veterum, pondere & evidentiâ potiùs, quàm numero æſtimanda, *Auguſtini* imprimis ac eodem anteriorum poſteriorumque. Auguſtini ſententia clara extat in Ep. 119. cap.11. ſerm. 95. & 148. de Temp. lib. 3. confeſſ. cap. 8. l. 15. contra Fauſt. cap. 4. qq. in Exod. q. 71. Vnus eſt, qui obvertitur locus, è lib.3. contra duas epp Pelag.c.4. *à Voßio* theſ.7.& *Rivet*.pag.1227. productus. *Quis enim dicat, non debere obſervare Chriſtianos, ut uni DEO religionis obſequio ſerviatur, ut Idolum non colatur, ut nomen Domini non accipiatur in vanum, ut parentes honorentur, ne adulteria, homicidia, furta, falſa teſtimonia perpetrentur, ne uxor, ne omninò res ulla concupiſcatur aliena.* At ſi diviſa ſunt præcepta, quia diviſim recitantur, ſine mentione ordinis, erunt & diviſa præcepta, ne uxor, & res ulla concupiſcatur aliena. Quod Voſſius nolit. Dividit Rivetus, pag. 1227. *Quia*, inquiens, *non ita expreſſe ſententiam hanc ſtabilire videtur, quomodo priorem illam aſſeruit*; *Eo vero* (regerit Voſſ. pag. 352.) *illud dignius eſt conſideratione, quod hoc opus poſt illos in Exodum Commentarios ediderit.* An etiam alios allegatos? *Quia*, inquit, ib. *ea, quæ adverſus Pelagianos ſcripſit, majori curâ elaboravit.* At eadem fortè majori curâ, quæ contra Doctiſſimum Diaboli laqueum Fauſtum? Dixi *anteriorum & poſteriorum*, id quod haud diffitetur Voſſius, theſ.8.p.353. *Clemens Alexand.* noſter eſt. Locum illius ab impoſtore corruptum eſſe, Voſſii eſt ſuſpicio, non evictio. Cæterùm ad priſcos auctores dividentes, ut veniamus, quos producunt *Chamier, Rivet. Voſſ. l. cit.* *Philo* Iudæus primo loco collocatur, qui δύο κεφάλαια duo capita memorat, non dicit duo præcepta. Idem quinario ſtudio nimis indulgens, primæ tabulæ præceptum de honorandis parentibus infercit, & ſententiam tenet, quam Aben Eſræ, aliiſque Rabinis tribuit, idem Voſſius theſ.4 ſpiſſitudinem erroris, quam Cramero & Gerhardo imputat, non probat idem Voſſius. *Ioſephus* etiam pentados complendæ ſtudio abreptus, ſtationem hîc habere non poteſt, niſi & honor parentum ad primam tabulam referendus ſit. *Origenes* eodem zelo explendi quinarii deliravit, ut ſæpè aliàs. De ſynopſeos *Athanaſio* tributæ Auctore ipſe Voſſius dubitat. *Gregorius Nazianzenus, Sulpitius* itidem *Severus* recitat præcepta, non ordinat. Verba *Hieronymi* ad Epheſ. 6. in meo Exemplari tom. 8. Baſil. edito Anno 1537. quo tempore nondum Obelus Lojolæus innotuerat, deſunt. Sola iſta extant pag. 361 *Contra ſpirituales hoſtes ſpiritualia arma ſumenda ſunt, ut à diſsimilitudine Diaboli natura armorum fortitudine protegatur. Procopius Gazæus* ſermocinationem vocat, non præceptum. reliqua teſtimonia à Voſſio citata, ſunt obſcurorum virorum. Inſtantias ſolvit noſtra hodomoria phant.6. p. 1160. & ſeqq. Noviſſimè *Voßius* in diſp. 24. de diviſione Decalogi theſ. 7. pag.348. hæc affert: *Sunt, quibus ſententia de non faciendis vel non colendis idolis, ſub præcedente comprehendi videtur, tanquam ſpecies ſub gene-*

 re,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

re, tantumq; explicandi causâ adjungi: unde & juxta eos, una eademq; Idololatria utrobiq; prohibetur, nempe, ne colamus Deos alienos: una idem eademq; affirmativè utriq; negativæ enunciationi reſpondet, nimirum. Soli DEO ſervies. Sed hac parte adſtipulari iis non poſſumus. Nam prius docetur, quis ſit colendus: nempe verus DEVS, non Dij alieni; deinde, quomodo ſit colendus: videlicet in ſpiritu & veritate, non per ſimulachra. Unde liquet, diſtincta prohiberi Idololatriæ genera, prius illud, quod craſſius eſt, cum in objecto erratur: ut cùm non colitur verus DEVS, vel non colitur ſolus: alterum ſubtilius quod eſt ratione modi, cùm non colitur divinè, h.e. prout in verbo præcepit. Reſp. ſi tot ſunt præcepta, quot ſunt diſtinctæ ſententiæ, quatuordecim erunt præcepta. Adde & præceptum de ſanctificando ſabbatho dividendum fore à ſententia præceptiva de ſex diebus labore occupandis. Ad I. negatio præciſa rei negat omnem etiam modum. qui negat, eſſe occidendum, is negat & ſuffocandi & confodiendi & comburendi necem: ita qui negat Deum alienum prorſus non eſſe colendum, is etiam negat modum omnem, quo coli poſſet, tàm ſubtilem, quàm craſſum. Sanè ex præcepto primo negativo, ſequitur illud affirmativum, DEVM eſſe ſuper omnia colendum. Hinc ſequitur argumentum. Qui cultus aliquod Ens ſupra DEVM colit, is peccat in primum præceptum. Omnis ἐθελοθρησκεία etiam illa ſubtilior, quæ peccat in modo, Ens aliquod ſc. ad inventiones cordis ſuprà DEVM colit. Ergò. Verum eſt, quod ſcribit Maſſonius, poſſe aliquem colere alienos Deos, ut non colat idola, nam alienus Deus genus eſt, idolum ſpecies. At manet, non poſſe idolum coli, quin alienus Deus colatur, τὸ internum & externum accidentia ſunt cultus, quæ differentiam ſpecificam inducere nequeunt: ſicut nec λόγος internus ab externo ſpecie differt. Id omne coli prohibetur, quod eſt extra DEVM coram DEO. At non ſolùm Idola interna ſunt coram DEO, ſed & externa. Ad II. ſi quæ accentibus τοῦ paſuk, conſequenter periodis differunt, diviſa ſunt, Iam pentas primorum verſuum in Exod 20. continebit præcepta quinque, toties enim eſt peſukata: ſi quæ τῷ paſuk à ſe invicem diſtinguntur, dividenda ſunt, dividenda erit ſacerdotalis benedictio Melchiſedechiana à ſacerdotalis officii deſignatione, hæc traiicienda ad prolationem panis & vini. Geneſ. 14, 18. id quod Rivetus nolet. Voſſius accentibus ipſe diffidit p.355. ratus à Maſſorethis illos eſſe non Moſe. Reliquarum inſtantiarum λύσις petatur ex Hodom. p.1162.

II. *Ejusdem Conjunctionis Adiaphoria* depulſa eſt à neceſſitatis rigore, quem urgent auctores citati in Hodom. p.1136. Nam ſi conjunctionem veritas perſuadet, quis rigor imperet diviſionem? maneat igitur liberum unum pro duobus, vel duo pro uno numerare. numeri hîc quoque nulla eſt efficacia: dummodò officium ex obligatione præſtetur.

III. *Ejus Conjunctionis Innocentia à ſacrilegij dicâ,* quam intentarunt auctores adducti in Hodom. p.1135. 1137. refutata pag.1169. Excuſata à *Rivero & Voſſio:* Illius verba ſic habent pag. 1224. *Quod ſi aliqui viri pij & docti acrius illam diſtinctionem de tribus præceptis in prima tabula exagitaverint, id inde accidit, quod viderent ſecundum præceptum ſub eo prætextu, quod eſſet appendix tantùm, vel explicatio primi, a multis, data opera omitti, ut ſimplici populo imponeretur, expuncto præcepto de imaginibus, quaſi earum religioſus cultus prohibitus non eſſet. Ex quo etiam apparet, qui id fecerunt, non tam Auguſtini authoritate, quàm Idolorum deſiderio ductos fuiſſe.* Hæc ſuſpicio eſt, quæ in bonum virum non cadit nec activè nec paſſivè. Luthero certè fit immanis iniuria, ut qui, cum in Catecheſi præceptum de idolopœia expreſsè non poſuit, ſpeciem ſub genere ſyntomicè ſubintelligendum dederit: niſi & decalogum deartuaverit Chriſtus Matth.22.23. Et Paulus eundem mutilaverit, Rom.13.9. Eph.6,3. perſuaſus fuit B. Lutherus Iconopœiæ interdictum poſitivum eſſe ac ſolos Iudæos φιλειδώλους (ut quævis gens præ alia aliquid habet peculiare & quaſi genitivum

Digitized by Google

rum vitium) aſtringere, quorum Sophiſtæ Phariſæi, imaginibus interdixere quibuslibet aliis utpote Romanæ aquilæ, Cæſarei vultus, vid. Ioſeph. libr. 18. c. 47. Lorin. ad Deut. 4. pag. 161. Conſer Criſin Chemnitian. in Exam. de Imaginibus p. 39. Quid multa? Annon Rivetus ipſe hic eſt, qui ſcripſit; in Expl. Decal. p. 5. *Lutherani ut SACRILEGIUM illum ſuum excuſarent, quo mandatum de imaginibus religioſis non faciendis & colendis ſolent è libris ſuis eradere &c.* Voſſii hæc ſunt malagmata p. 362. *Quod verò aliqui præſtantes Theologi acrius interdum vulgarem diſtributionem reprehendunt, hoc inde eſſe credimus, quod ſecundum præceptum eo prætextu, quia primi tantùm explicatio ſit, à multis planè videant omitti; atq; hac ratione fiat, ut plebs quæ ad imaginum cultum prona eſt, divinam voluntatem ex parte non intelligat. Sanè quin eo præcipuo fine, ut populo ſimplici facilius fucus fieret, præceptum hoc jam ab aliquot retro ſeculis in Eccleſia Romana ſoleat omitti minimè dubitamus.* Pontificii ætatem habent, reſpondebunt pro ſe. At laborat conſequentia prorirans acredinem juſto immitiorem, edulcorandam ex eo, quod omiſſo eo prætextu ſit facta; quia explicatio tantum ſit viſa: At annon hæc juſta eſt omiſſionis in aliquo compendio Elementali cauſa? An enim quicquid Moſes & Prophetæ commentati ſunt in Decalogum, id omne Catecheſi inferendum fuit? An omnis divina voluntas explicitè, clariſſimè & perfectiſſimè ex ſola catecheſi intelligenda; Gradus diſcentiæ nulli erunt ſuper?

Hic verò morari oportet & reprimere inſtantias *Riveti* recentiores, mihi objectas pag. 1228. *Vir doctus, ait, Gerardi diſcipulus in Acad. Argentoratenſi Profeſſor, etiamſi agnoſcat diſtinctionem, quam ſequimur, apud ſuos receptam eſſe, ait tamen me fruſtra carpere Gerhardum; qui, etſi fateatur Calvinum, Muſculum & Urſinum ſequutos fuiſſe modeſtiam veterum, verum tamen eſſe, Anhaltinos & Neo-Marpurgenſes nullam in ſuis verbis de hoc argumento pacem aut modeſtiam ſpirare. Sed illi in verbis à Gerhardo citatis non agunt de ratione numerandi præcepta Decalogi, quod ſit primum, quod ſecundum; ut nec Gentiletus noſtros, qui omiſſionem hujus præcepti, non facies tibi ſculptile, appellat immane ſacrilegium. Aliud eſt enim duo præcepta in unum conjungere, aliud, unius quod dicunt, partem maximam expungere, quod qui faciunt, non immeritò immanis facinoris arguuntur, mutilatè & ſemiplenè Decalogum docentes, ut loquuntur Marpurgenſes.* At ipſo *Rivero* arbitro, in ſimili, non ſequitur. Hebræi libros, (quos vocamus apocryphos) omittunt in Canone Biblico. Ergò prorſus rejiciunt. Item, qui ſolvit, expungit. Nos ſolvimus. Ergò expungimus Majorem. agnoſcit *Spanhem.* Dub. Evang. 110. pag. 540. *καταλῦσαι eſt planè deſtruere, evertere, quaſi compagem rei ſolvere, & plus, quam καταγνύειν vel ἀκυροῦν. Hoc ſenſu ſumitur verbum iſtud Matth. 26, 6. Marc. 13. Luc. 21, 6. Act. 5. 31. 6. 14. Et ſic Galat. 11, 18. opponuntur καταλῦσαι & οἰκοδομεῖν. Liquet quæ ſit ſignificatio verbi καταλῦσαι hoc loco, & quàm verè dicat Dominus, ſe non veniſſe καταλῦσαι τὸν νόμον, h. e. καταστρέψαι, διαῤῥίψαι, καταβαλεῖν τὸν νόμον; nec ut evertat, deſtruat, exſcindat Legem.* Minor eſt *Anhaltinorum* Categoria. De ratione numerandi, & non-propoſitione (quæ eſt ipſa omiſſio) expreſsè agunt *Neo-Marpurgenſes. Cum tremendi judicij extremi ſententiam, minantur iis, qui præceptum de ſculptilibus, non habent pro ſecundo & totidem verbis illud in Catecheſi proponunt, propterea quod tales horribiliter contradicant ori Altiſſimi, mutilatè & ſemiplenè Decalogum doceant.*

MATERIA IN QVA Sive ſubjectum.

§ 16. Subjectum Decalogi propriè non ſunt tabulæ, in quas lex πεπυρωμένη inſculpta 2. Cor. 3, 7. (cum omne accidens ſit in

ſubiecto fini ſuo proportionato, ut rectè tradunt Philoſophi. Jam tabulæ ipſæ finem decalogi nunquam aſſequuntur; ſed mens humana, cui lex data. Quanquam non inſuper habenda hic ſit ipſa tabularum hiſtoria. *Illa* 1.ratione *cauſæ efficientis* erant מעשה אלהים factura ſeu opus DEI. Ex.32.16. 2.*ratione materiæ* לחת האבן tabulæ lapideæ (ſapphirinæ, an aliæ? nihil attinet diſceptare. vide interea *Corn. à Lap. ad* Exod. 31. 18.) cùm ut commonefaciant de legis rigore & perpetuitate, Matth. 5. 18. tum de adamantinâ cordis humani duritie, Ezech.36.26.3.*Ratione formæ* erant ſcriptæ ex utroq; latere. Quomodo? vid. D. Gerh. l.cit. p.32. 4. *Ratione finis* dicuntur לחת העדת tabulæ teſtimonii, Ex.31.18. c.32.15. c.34.29. & לחת הברית tabulæ fœderis conſecrati, Exod.24.7. De duratione earundem & repoſitione, vide D.Gerh.p.33.& ſeqq.

MATERIA CIRCA QVAM Sive Obiectum.

§. 17. Obiectum duplex eſt *vel reale vel perſonale.* Legis aliàs in univerſum & abſolutè loquendo obiecta ſunt uno verbo τὰ ἐφ' ἡμῖν: Ut meritò mandatum Nabucadnezaris in pluſquam Manlianis, immò Tyrannicis numeretur. Dan.2.5.& 10. Tamen hæc lex divina tyrannica non eſt, tametſi noſtræ corruptæ naturæ ſervatu impoſſibilia imperet, quia 1. non ſunt abſolutè impoſſibilia omni ſtatui humano, ſtatui enim integritatis erant perfectè poſſibilia: ſtatui regenerationis imperfectè, hinc quam claritatem Moſis ſine Chriſto ſuſtinere non potuerunt Iſraëlitæ, eam in monte Thabor præſente Chriſto jucundè aſpectarunt Apoſtoli: Statui ἀποκαταστάσεως τῶν πάντων perfectiſſimè. quia 2. ſine tyrannide debitum poſtulatur à debitore, etſi hic ſolvendo non ſit. Quia 3. tyrannis non eſt, cum is jubet, qui etiam faciendi poteſtatem largitur. Qui enim mortuæ puellæ dixit, ſurge, Is omnibus hominibus, non concupiſcas: impoſſibile illud puellæ, hoc nobis, neutrobique injuſtitia. Da Regem qui imperet & eius præſtandi, imperfectè licet, gratiam & vim largiatur, largiemur nos illi quoque ut impoſſibilia imperet.

§. 18. *Perſonale* Decalogi promulgati *obiectum ſolus homo fuit, non beſtia,* in quam ut propriè nullum jus cadit, ita nec jus naturale, aut quod ab illo ſpecie non differt, morale. Dico propriè, nam

nam definitionem *Vlpiani* ff. de juſt. & jur. rectè *Cuiacius* ſic expoſuit: *jus naturæ dici commune brutis, non quod jus reperiatur in illis, ſed quia in iis deprehenditur, quod quando eſt in homine, jus dicatur.* Id ipſum Ariſtoteles quoq; aſſerit, in beſtiis eſſe plurimarum virtutum ἴχνη καὶ ὁμοιότητας l.8. hiſt.anim. c.1. Nec ſequitur, beſtiæ ſunt ſubiecta pœnæ, Ergò etiam culpæ Geneſ.9.5. Exod.21.28. Lev.20.15. Si 2. iiſdem injuria fieri poteſt, ut Deut. 20, 6. Juris quoque compotes eſſe poſſunt. Si 3 αἰσχροῦ φαντασία ipſis obrepit, ſi pudore & horrore maleficii moventur, ut equa illa regis Perſarum de quâ Ariſt.l.9. hiſtor. anim. c.47. & Elephantus apud Lipſ. cent.1. ep.50. juris eædem capaces ſunt. Nam 1. ut largiar in beſtiarum impetu, quo feruntur in objectum, aliquod diſcrimen, quod leges attendi volunt: dari ſc. actionem in equo calcitroſo & bove curnupetâ, præter naturæ genium ſæviente: non dari, ſi propter loci iniquitatem mulus onus in aliquem ejecerit: tamen & alterum ex iiſdem legibus verum eſt, quadrupedem comparari furioſo & tegulæ caſu decidenti, cum in eo culpa non ſit, qui ſuæ mentis capax non eſt. ff. ad leg.aquil.l.5. adeoq; iniuriam propriè non eſſe, ſed damnum, ſed caſum: nec pœnam formaliter, quæ non irrogatur, niſi ei creaturæ, penes quam ſtetit, quò minus peccaret; ſed materialiter, quatenus omnis paſſio ἀκούσιος pœna appellari poteſt. ad 2. legem illam latam, non ut caveretur iniuria beſtiæ inferenda, ſed ut crudelitas in homine, *quo faciliùs,* verba ſunt *Tertul.* l.2. *contra Marcion.* c.17. *in pecudibus & beſtiis præmeditata humanitas in hominum refrigeria erudiretur.* Confer ſimiles leges Exod.23.19. Deut.22.10. & 24.4. Ad 3. diſtingue inter pudorem natum ex facto ſimpliciter, & natum ex cognitione facti, & legis in quam peccatum erat. Si maximè dederimus beſtiis illum, hunc tamen (qui rationis argumentum eſt) iis denegamus.

§. 19. Cæterùm illud porrò diſceptandum eſt: *an obiectum legis moralis ſit omnis homo, omnes gentes; num populus tantùm Iudaicus?* De eo inter omnes, qui Chriſto duce merentur, convenit, legem ipſam moralem ratione materiæ quà naturalis eſt & ab auctore naturæ profecta, omnes gentes obligare: nec id obſcurè innuitur cum in præfatione Dominus dicit, inde atque ideò non eſſe Deos alienos habendos, quia ipſe ſit Jehova. q.d. eſſentiator, qui

omnibus creaturis eſſentiam dederit, & conſequenter ab omnibus, qui grati eſſe propriè poſſunt, coli velit. Sed; an *hæc præcepta quatenus* (reduplicativè) *à Moſe lata ſunt, omnes gentes obligent?* E Pontificiis id negarunt *Domin. à Soto* l.2. de juſt. q.5. art.4. *Medina.* 1.2. quæſt.103. *Gregor. de Valent.* q.7. de leg. è Calvinianis *Zanchius* l. tract. Theol. c. 11. theſ.1. & l. de oper. red. c.12. His *Bellarminus* l.4. de juſtif. c.6. argumentis quibuſdam contraivit: *Auguſt.* l.10. contr. Fauſt. *Judæo interroganti, cur tenes V.T. cujus præceptum non ſervas? Reſpondet, ſervari à Chriſtianis etiam ex ipſis libris præcepta vitæ agendæ* (moralia) *præcepta verò vitæ ſignificandæ, tunc fuiſſe recte obſervata, cum prænunciabantur iſta quæ nunc revelata.* Etenim ſicut princeps alias leges fert toti communitati, alias & quidem ſtrictiores ſuis aulicis: Ita DEUS alias (morales) toti mundo ferri voluit, alias (Ceremoniales forenſes) ſuo peculio. Ad contrarias rationes 1. ad eos tantum hanc legem pertinere, qui ſunt educti ex Ægypto. 2. legem & prophetas fuiſſe uſque ad Johannem, Luc. 16, 16. 3. ſic liberos nos à lege (quà Moſaicâ) factos, ut eſt uxor à Marito defuncto, Rom. 7, 2. Reſpondet ad I. Becanus de leg. Moſ. c.4. q.8. n.9. tribus modis ductos homines ex Ægypto 1. in propriis perſonis, ut Moſes, Aaron. 2. in perſonis Patrum ſuorum ſecundum carnem, ut Judæi, qui poſtea in deſerto & Palæſtina nati ſunt. 3. in perſonis Patrum ſuorum ſecundum fidem & promiſſionem, ut omnes gentiles converſi, qui in radicem bonæ olivæ inſerti ſunt. Rom. 11, 17. ſed hæc reſponſio ideò non ſatisfacit, quia non omnes gentes, ſed ſolum converſas legi morali videtur ſubjicere. Rectius alii reſpondent iſtam appendicem primi præcepti peculiariter ad Judæos pertinere, & poſſe legem communem quibuſdam argumentis ſingularibus commendari, alios tamen propterea exemtos non eſſe. ad II. agi illîc de lege prophetante & præfigurante, non inſtituente mores hominum. ad III. reſpondent alii liberos nos factos, non à lege ſimpliciter, ſed à legis morſu, terrore, comminatione: alii liberos nos factos à lege (non morali ſed) peccati, cui cum mortui ſimus, illa etiam nobis eſt mortua. Unde ſequitur, poſtquam nupſimus Chriſto, nullum nobis debere cum peccato eſſe commercium. Sed ut finiamus tandem, dicimus legem ratione materiæ ipſius ſc. juris natu-

Digitized by Google

naturalis, omnium hominum mentibus inſiti, omnes gentes obligare: ratione miniſterii, quatenus repetita & à Moſe tradita, ad ſolos Judæos pertinere, utpote quibus ſolis à Moſe promulgata fuit. Nam his ſolis data fuit 1. ut conditio antecedens jus ad vitam 2. ut conditio fœderis Veteris. 3. ut ſub maledicto detinens omnes legirupas. Conf. quæ Lutherus habet von dreyerley Geſetz Schulern in præf. V. T.

§. 20. Forma Decalogi interna eſt, eſſe normam actionum bonarum, coactivam & adæquatam. Decalogus norma eſt & menſura, quia primum in unoquovis genere eſt menſura reliquorum: at in genere actionum honeſtarum, lege Decalogicâ cordibus humanis inſcriptâ & connativâ illas dirigente, nihil prius eſt: ac ut peccati (quaſi) forma eſt ἀνομία, Ita virtutis ἐννομία ſive menſura paſſiva & congruentia ad legem. eſt deinde norma (non ſolum directiva, ut Muſica choræ, ſed) coactiva & obligans, qualis eſt flagellum aurigæ vel clavus naucleri. Ab hac normâ quæcunque Lex aberrat, antinomia eſt, & radix apoliæ. Faceſſat hîc Decalogi mundialis norma, Ratio ſtatus & Jus regnandi, quod (ut Moſis virga, Magorum virgas deglutiit) omne fas & jus turbat, confundit, devorat. Eſt denique norma adæquata, ſola, nullius auctarii indiga: quæcunque enim conſilia, & præcepta Eccleſiæ adduntur, in Decalogo virtualiter continentur, ſi recta; Decalogo ſunt adverſa, ſi obliqua. Sunt autem præcepta Eccleſiæ & conſilia Evangelica, quæ referuntur & laudantur à Bellarm. in Catech. c. 7. & 8. p. 145. & ſeq. confutata in hodomor. ſpir. papæ phant. 2. & 6. confer D. Zeæmann. Fernere Offenbar. tom. 2. p. 201. & ſeq.

Fons huius erroris eſt (ita ὁ δεῖνα) partim quod vulgatus Interpres non uno loco, 1. Corinth. 7. 25. & 40. 2. Corinth. 8. 10. ubi apud Paulum eſt γνώμην, conſilium tranſtulit, quaſi βουλὴν ſcriptum eſſet: partim quia putavit conſilium omne noſtræ relinqui libertati, ſic ut neglexiſſe illud culpæ non ſit, feciſſe ſit laudis: quia aliquid tùm ſuperogetur. Sic enim loqui amant, parabola nixi, Luc. 10, 35. Atqui multis modis falluntur, cum credunt conſilia DEI arbitraria eſſe: Vt ſanè nunc conſilii vocem retineamus cum Optato & Veterum aliis. Quanquam enim Bellarminus mandatum & conſilium, materiâ, formâ & fine diſtinguat: pro comperto tamen habemus, conſilia non ἁπλῶς opponi mandato, ſed mandato communi; ut quæ nil aliud ſint, quam mandata ſingularia, quibus etiamſi non obligentur omnes, illi tamen obſtringantur, quibus fiant. Vnde & B. Auguſtinus non dubitat præcepti

nomine

nomine vocare conſilium, quod Dominus juveni opulento dat. Matth. 19, 21. Quid mirum? Cùm Domino conſulenti ne fas fuerit non ſequi. Quod adeò verum eſt, ut ſi eam bonorum venditionem, inque pauperes diſtributionem in aliqua Eccleſiæ neceſſitate, conſcientiæ ac piorum prudentiumque judicium dictaverit nobis, ſine piaculo eam omittere non poſſimus. Peccatum enim eſt, nolle DEVM magis colere, cum poſſis. Itaque & qui donum habuerit continentiæ, & ſe in cœlibatu curſum Evangelii magis promoturum ſciat, peccabit, ſi uxorem duxerit. Qui item Stipendii poſtulatione abalienaturus à ſeſe ſit animos eorum, quos cæteroquin Eccleſiæ ſit aggregaturus, is ſi aliter honeſtè ſe poſſit ſuſtentare, gratis, Pauli exemplo, Evangelium debet prædicare. Corruunt igitur conſilia perfectionis, quæ vel arbitraria vel ſupererogatoria à Pontificiis creduntur. Contra rectè Anshelmus. Nullus poteſt reddere quantum debet. Solus Chriſtus reddidit pro omnibus, qui ſalvantur, plus quam debetur.

Eadem ratio eſt conſuetudinis longæ, quæ ſi juſta eſt, Decalogum habet auctorem; ſi iniuſta, adverſantem, vide Lact. Catech. part. 1. p. 85. part. 3. p. 274.

§. 21. Finis Decalogi generalis triplex eſt, ut ſit I. *Speculum* tùm ſtatus è quo lapſi ſumus, & quaſi quædam reflexio imaginis Divinæ, tum ſtatus in quo ſumus, tum ſtatus in quem denuò ſumus reſtituendi. II. *Regula vitæ* & *actionum noſtrarum*, ut eas voluntati Divinæ ſubiiciamus, & velimus, quod DEUS nos vult velle. Divina voluntas Sol eſt, humana debet eſſe (Solis ſponſa) heliotropium. Nubes illa viæ dux, nos populus veſtigia legens. Imperatrix illa, nos milites *volones*, quales illi apud Liv. l. 3. bell. pun. III. *Obex impietatis*, Inde datæ leges, ne fortior omnia poſſet. Ut non adeò abſurdè *Rex Mexicanus* novi orbis (teſte Lipſ. in notis ad l. 2. polit. c. 6.) in hæc verba jurare conſueverit, effecturum ſe, ut Sol curſum ſplendoremque ſuum teneret, nubes pluerent, rivi currerent, & terra produceret omne genus frugum. Id bonis legibus ſe aſſecuturum confiſus, quod prudentiâ Ægyptii, de quibus Iſocrates, eos imbrium & ſiccitatum habere poteſtatem: quod ſcientiâ Phyſicâ Rex Aeolus, apud Cæl. *Rhodig. l. 20. c. 18. & 19. Plin. l. 3. 8. Taubm. ad lib. 1. Æneid. v. 58.* ſpeciatim reſpectu juſtificandorum eſt IV. *malleus conterens* Jer. 23, 29. adderem virgam doloris Zach. 11. 7. niſi moram D. Tarnov. in comment. illius loci imperaret. V. Pædagogus ad Chriſtum. Gal. 3. v. Luth. tom. 1. Isleb. p. 104.

Du muſt bey leib nicht unterſtehen auß deinen Kräfften und mit deinen Wercken für GOtt den Vatter zukommen/ dann zwiſchen GOtt und den Menſchen iſt nichts anders/ dann

dann eitel Zorn vnd Feindſchafft/ derhalben muſtu ein Mittler haben / auff welchen der Vatter ſeine Gerechtigkeit vnd Barmhertzigkeit geleget hat / auff denſelben muſtu deine Sünde werffen/ daß alſo die Sünd von der Gerechtigkeit verſchlucket werden. Ein ſolcher Mittler iſt Chriſtus/ vnd wann derſelbe nicht kommet/ vnd vnſer Sünde hinnimmet/ ſo werden wir nimmermehr gerechtfertiget. Dann GOtt will ſein Geſetz von vns erfüllt vnd gehalten haben/ vnd nicht haarbreit daran nachlaſſen / ſolch Geſetz aber erfüllt niemand / er habe dann Chriſtum, an den er glaube. Idem Lutherus in Moſe ipſo exemplum notavit, Comment. in Pſ 90. Tom. 4. Witt. p. 165 f. 2. HErr/ kehre doch wider zu uns/ vnd ſey deinen Knechten gnädig. So ſchleußt vnd begreifft nun dieſe Bitt in ſich die Propheceÿ vom zukünfftige Chriſto / wiewol finſter vnd duncke / dann ſoll dem menſchlichen Geſchlecht Heyl widerfahren/ vnd mit GOtt dem Vatter verſöhnet werden/ ſo mußt es durch Chriſtum Gottes Sohn geſchehen / GOtt mußt Menſch werden/ vnd deß Vatters Zorn ſtillen. Wiewol nun ſolch Myſterium vnd Geheimnuß deß menſchlichen Heyls mußt verborgen bleiben biß auff die Zukunfft Chriſti / vmb der Epicurer vnd gottloſer Menſchen willen / die alles was Göttlich iſt/ verachten. So wolt doch Gott endlich ſeiner Zuſage gnug thun/ vmb der gottsförchtigen außerwehlten Menſchen willen/ die ohn vnterlaß nach Gottes Troſt ſeufftzen/ vnd verlangen hatten / ſandte alſo ſeinen eingebohrnen Sohn in dieſe Welt / in welchem offenbahret ſind alle Schätze der Göttlichen Güte/ Gnad/ Barmhertzigkeit/ Weißheit vnd Erkäntnuß. So will nun Moſes ſo viel ſagen. Ach lieber HErr GOtt / du haſt vns fürwahr nun eine lange zeit wol grollet vnd gepantzerfeget / vnd mit allerley Vnfall / Angſt vnd Trübſaal / Jammer vnd Noth vmbgeben / haſt vns auch Weißheit vnd Erkäntniß geben / daß wir deinen Grim vnd Zorn über die Sünde erkennen den ewigen Todt fühlen / vnd für der Hölle vns fürchten/ vnd vnſer Leben in Todesängſten zubringen. Nun lieber GOtt laß es gut ſeyn. Höre auff von deinem grimmigen Zorn/ du haſt vns gnugſam gezüchtiget / gnug gedemütiget / ja gnug vntergedruckt/ geängſtet vnd getödet / daß wir nicht viel frölicher Tage vnd Stunde gehabt haben. Wir bitten dich lieber GOtt / kehre dich wider zu vns / vnd ſey deinen Knechten gnädig / zeige vns deine Gnad vnd Barmhertzigkeit / auff daß wir einen gewiſſen Troſt haben/ damit wir vns der Angſt vnd Trübſaal beyde hie vnd dort tröſten mögen. So ſehen wir nun/ daß Moſes hie nicht allein bittet von dem zeitlichen Todt vnd Zorn Gottes/ ſondern von dem ewigen Todt vnd Zorn erlöſet zu werden/ Dann was wäre das für ein Wundſch vnd Bitte/ daß wir hie auff Erden einen Tag oder zween möchten Troſt haben / vnd darnach hinſterben wie ein Viehe / wie die Epicurer vnd Lucianer. Will nun ſo ſagen / lieber GOtt wollen die gottloſen / ſichern vnd frechen Geiſter / die rohen / wilden / wüſten Menſchen ihre Tage nicht zehlen / vnd ihres Lebens vnd Sterbens nicht achten / auch vmb ein ſeelig Stündlein nicht bitten/ ſo ſey doch deinen Knechten gnädig/ die ihre Tag ohn vnterlaß zehlen / vnd mit klugem Hertzen einher gehen / deinen grimmigen Zorn vnd Vngnade fürchten / ſich ſtets nach dir ſehnen vnd ſeufftzen / dich für den GOtt halten/ der du allein Wunder thuſt / der nach dem du verwundet haſt / wider heilen kanſt / vnd nach dem du getödet haſt / wider lebendig machen/ vnd nach dem du in die Hölle geſtoſſen haſt/ gen Himmel helffen kanſt/ zu denen kehre dich HErr. Vberrimè verò reſpondet Tom. 8. Witt. pag. 196. Einen Propheten wie mich/ wird der HErr dein GOtt dir erwecken auß dir vnd auß deinen Brüdern/ dem ſolt ihr gehorchen. Das iſt der fürnembſte Ort dieſes Buchs / vnd iſt gantz ein außgedruckte klare Weiſſagung von Chriſto dem newen Lehrer / darumb ziehen die Apoſtel dieſen Ort ſtarck an vnd Moſes ſetzt ihnen auffs allerbequemſte am Ende/ da er vom Prieſtertumb/ von den Oberkeiten / vnd allem Gottesdienſt außgeprediget hatte. Daß er anzeigte / daß

 nach-

nachmahls ein ander Prieſterthumb/ ein ander Reich/ ein ander Gottesdienſt/ ein ander Wort ſeyn würde/ dadurch das gantze Geſetz auffgehaben würde/ vnd hie beſchreibet Moſes ſchlecht ſeines Geſetzes Ende/ vnd überantwortet ſeinen Gewalt dem künfftigen Propheten. Es mag aber kein ander Wort über das Wort Moſe ſeyn / dann das Evangelium/ dieweil alles/ was zur Lehre deß Geſetzes gehört/ Moſes auffs allervollkommeſte vnd überflüſſigſte gelehret hat/ daß gantz nichts dazu gethan möcht werden. Dann was ſolte man doch zun Zehen Gebotten thun (daß ich der ander Geſetz ſchweige?) was mag höhers gelernet werden / dann glauben/ trauen/ lieben/ fürchten GOtt von gantzem Hertzen GOtt nicht verſuchen? ꝛc. dazu was mag rechters vnd heiligers gelehret werden/ dann das Moſes von dem äuſſerlichen Gottesdienſt/ von der Obrigkeit/ von der Liebe deß Nechſten ſetzt? Darumb ſo haben die Juden hie nicht ſtatt zu ſchwetzen/ daß dieſer Prophet werde Moſen außlegen. Moſes der erkläret ſich ſelbs in dieſem Buch alſo/ daß er nicht eines andern dürffe/ vnd niemand möchte einen Buchſtaben oder Titel dazu thun/ dadurch erklärer vnd vollkommener würde/ darumb weil kein ander Wort über die vollkommen Lehre deß Geſetzes ſeyn mag / dann allein das Wort der Gnaden / ſo folget/ daß dieſer Prophet nicht ein Lehrer deß Geſetzes ſondern ein Geber der Gnaden ſeyn werde.

VI *Lux eſt Chriſtianiſmi.* arbiter recti faciendi, obliqui evitandi, adiaphori in æquilibrio tenendi, adq; eum modum tractandi, qui præſcriptus eſt in Theol.Conſc.part.1.ſect.2.art.2.p.277 & ſeq. Ex quibus finibus omnibus bonis, patet ipſiusetiam *Legis Moſaicæ bonitas,* quam ut Impio olim ore inceſtarunt Manichæi apud Aug. l.22. contra Fauſtum, ita Antinomi (die Geſetzſchänder/ Geſetzſtürmer/ Widerſacher deß Geſetzes ut interpretatur Schlüſſelburg in l.4. catal. hæret. Præfat.) verbis. infernali & perennicremo igne piandis lacerarunt. Sic autem illi apud Luth.tom.7 Jen.p.391. Das Geſetz ſey nicht werth daß es Gottes Wort genennet ſoll werden. Decalogus oder die Zehen Gebott gehören auff das Rathhauß vnd nicht auff den Predigſtuhl. Alle die mit Moſe vmbgehen / müſſen zum Teuffel fahren. An Galgen mit Moſe &c. Paulus contra μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ, ἀλλ' ἔννομος χριστῷ. 1. Cor.9,21. Fax & Turbo fuit Joh.Islebius Agricola, ſocius Pflugii Sidoniique in compilando libro Interim, cuius antinomica placita D. Schlüſſelburg. l.cit. recenſuit & confutavit. l.cit.p.37.& ſeq.

§. 22. Adiuncta Decalogi ſunt I. *Tempus promulgationis*, incidit (juxta veriorem computationem) in annum mundi 2058. ætatis Moſaicæ octuageſimum, Aaronicæ 83. cum (ut coniicit Helvicus in ſua Chronologiâ) rebus Germanorum præeſſet Bojus Alemanni Filius: Athenienſium Amphictyon, Troianorum Teucer. II. *Locus* Mons Sinai aliâs Horeb. Deut. 4. 10. Mons ſcilicet, ſi Joſepho fides, l.3. c.4. omnis eius regionis celſiſſimus, & ob nimiam altitu-

Digitized by Google

altitudinem cauteſque præruptas non aſcenſus tantum hominum, ſed aſpectus quoque ipſos defatigans.

§. 23. Denique cum leges Decalogi breviſſimis verbis & quaſi Laconicè conceptæ ſint, egent omninò explicatione, non quod perobſcuræ (Quid enim verbis illis Honora patrem & matrem &c. clarius? ſi linguam intelligas, ſin: obſcuræ fiunt tuâ negligentiâ: Turcica lingua etiam puero Turcico ſeptenni clara eſt, tibi verò barbara) & illis *Caligulæ* legibus apud *Sueton.* ſimiles, quæ minutiſſimis literis exaratæ fuerunt, ne legi, & anguſtiſſimo loco appenſæ ne in notitiam omnium venire poſſent: ſed quia verborum profundior ſenſus, ac in cortice nucleus non cuilibet patet. Exemplum hujusmodi interpretationis propinat *Lutherus* Tom. 8. Witt. pag. 212.

Es ſoll kein Gebrochener noch Verſchnittener in die Gemeine deß HErren kommen/ Hie redet er nicht von der ſtette/ da man zuſammen kom̃t/ als der Tempel iſt/ ſondern von der Gemeine. Und in die Kirch kommen oder gehen/ iſt was anders/ dann ſeyn und leben in der Gemeine/ dann wie wolten die von dem Gehör deß Geſetzes/ und Dienſt Gottes getrieben werden/ die da untüchtig ſind Kinder zu zeugen/ weil das Geſetz iederman gegeben iſt/ ſo vom Saamen Iſrael iſt. Und die Heyden auch nicht außſchleuſt vom Geſetz und Dienſt Gottes/ ja ſie heiſſen ſie Judengenoſſen/ von den offt gebotten wird/ daß die Juden ſollen Sorg für ſie haben. So heiſt nun einher gehen in der Gemeine/ ein offentlich Ampt/ oder Oberkeit führen/ dann er ſagt nicht in die Gemeine/ ſondern in der Gemeine gehen. Wie dann Chriſtus Joh. 10. Die ſo nicht eingehen ſin den Schaffſtall durch die Thüre/ Wölff heiſt/ das iſt/ gottloſe Lehrer. So müſſen nun in der Gemeine Verſchnittene oder Gebrochene ſeyn/ ſie ſollen aber kein Ampt haben umb deß Mangels willen/ daß das Ampt dadurch nicht veracht noch geſchend werde. Umb der Urſach willen/ daß ſolche Leute gemeiniglich feige Hertzen haben/ und Weibiſch ſind/ das Ampt aber und Oberkeit will einen Mann haben in einer erbaren Communität und gemeinem Nutz/ wie der weltweiſe Heide Bias ſagt/ das Ampt zeiget an einen Mann. Zum dritten/ ſoll auch kein Hurenkind in die Gemeine deß HErren kommen/ das iſt/ es ſoll nicht geſchickt darzu ſeyn/ daß es ein Ampt oder Gewalt führe/ umb der Verachtung und Schmach deß Urſprungs und Geburth willen/ auch biß ins Zehende Glied/ das iſt/ nimmermehr/ dann das ziemet ſich nicht in einer erbaren Gemeine/ darumb auch das ein Sprichwort iſt/ daß die Hurenkinder ſelten Biderleut ſind/ und allezeit ein ſonderlich böſes ſtück an ihnen haben. Diß Geſetz wird auch bey vielen Heiden gehalten/ ſonderlich in etlichen Städten/ da ſie ſie auch nicht zum Handwerck annemmen noch zulaſſen/ daß ſie vielleicht ihr Schalckheit erfahren haben. Dazu iſts billich/ daß denen/ die ehrlich und eheſich gebohren ſind/ in weltlichen Händeln und Emptern mehr Ehre gethan werde/ dann den Hurenkindern/ daß die Ehe beſſer gehalten werde/ dann die Hurerey/ und nicht/ wo man einem Unwürdigen ſo Ehre erzeigte/ die Hurerey gering geachtet/ und die Ehe verſchmehet werde. Die Ammoniter und Moabiter ſollen nicht in die Gemeine deß HErren kommen/ auch biß in das Zehende Glied/ das iſt/ nimmermehr. Dieſen Heiden wird nicht auffgehaben der Mangel deß

Leibs

Leibs oder der Geburt / ſondern ihr übelthat vnd Haß / die ſie den Iſraeliten erzeigt / da ſie nicht allein ihnen nicht entgegen gezogen ſind / ſondern auch gewündſcht / daß ſie gar vmbbracht würden / da ſie gebetten haben / daß ſie durch Bileam verflucht wurden / dadurch ſie ihren natürlichen ſteten Haß / den ſie würden für vnd für tragen / wie dann auch hernach die Hiſtorien anzeigen / erwieſen hatten. Wann du nun wolteſt ein Fürſteher / oder Obern machen auß dem / den du weiſt / daß er auß angebornem Haß / dein Verderbnüß ſuche / das iſt nicht allein vnehrlich vnd vngeſchickt / ſondern auch närriſch vnd frevel / vnd eine Verſuchung Gottes. Aber Ehelich mit ihnen werden / Geſellſchafft vnd Gemeinſchafft mit ihnen zuhaben / wird hie nicht verbotten. Dann Ruth das war ein Weib von den Moabitern heilig vnd Gottsfürchtig. Hie ſagt er aber von den Mannen / nicht von den Weibern / daß ich glaub daß eines Hurenkindes Tochter oder Sohns Tochter / oder auch eines verſchnittenen Tochter / die geboren ward für ſeiner Verſchneidung / nicht verbotten ſey zu ehelichen. Du ſolt kein Fried / ſpricht er / mit ihnen machen / vnd du ſolt ihnen weder Glück noch Heil wündſchen dein lebenlang ewiglich. Was iſt das ? verbeut er guts zu thun den Elenden / oder Feinden / oder Frembdlingen / von deinen Völckern ? Hat aber nicht David den König der Amoniter Hanon getröſt ? Hat er nicht Friede mit ſeinem Vatter gehalten ? Antwort ich / man muß ietzt ſehen auff das / das Moſes hie redet. Er redet aber von den Feinden / die mit natürlichem / vnſterblichem Haß brennen / dieſelben ſoll man nicht in die Oberkeit ſetzen. Solchen Neidern / ſprech ich / vnd Mißgünſtigen wird verbotten / daß man weder Fried noch guts für einer Gemeine erzeige / auff daß ihr Haß nicht recht gemacht / vnd ſie zu Obern angenommen werden / vnd daß ihr Geſchlecht nicht zu letzt überhand nemme / vnd über ſie herrſche. Zum fünfften / die Edomiter vnd Egyptier / läßt er nach dem dritten Glied einher gehen / in der Gemeine deß HErren. Dann der Edomiter / ſpricht er / iſt dein Bruder / vnd der Egyptier iſt dein Würth geweſen / vnd du biſt Frembdling in ſeinem Lande geweſen. Darumb wiewol du auß ihnen nicht magſt einen König wehlen / ſo magſt du doch ihnen Empter vnd Vogtey befehlen. Aber denen nur / die nach dem dritten Glied geboren ſind / daß ſie nun gantz auff daß Iſraelitiſch Geblüt kommen ſind / vnd ſein Art angenommen.

Conſequentia inde fluens non ſtatim deprehenditur. Sic Ἐπιείκεια τῷ ἀκριβοδικαίῳ moderatrix Legem mitigat, vid. Luth. Tom. 8. Witt. pag. 201. f. 2.

Hie erkleret ers mit einem exempel / was er für ein vnwilligen Mord will verſtanden haben / welches grob gnug iſt. Als wanns einer ihm nicht fürgenommen / ſondern etwas anders thut / als wann er Holtz häwet / vnd daß ihm das Eiſen entfiele / vnd erſchlüge den Nechſten. Hie ſiheſtu fein / wie GOtt ein Billigkeit vnd Linderung erfordert in ſeinen Geſetzen / daß er nicht will / daß man alleine nach der That richte / ſondern auch nach dem Willen / darauß die That kommet. Dann diß Exempel mag in einer Gemein auff alle Geſetze gezogen werden / auff das / was da geſündiget wird / mehr das Gemüth vnd der Wille deß Sünders angeſehen werde / dann die That. Wie dann hie Moſes mit außgedruckten Worten beſchreibt / daß der nicht ſchuldig eines Todſchlags / der auß keinem Haß / ſondern vngefehr iemands vnwillig tödet / doch ſoll dieſes Gemüth vnd Hertz durch gewiſſen Zeichen vnd Vmbſtänd bewehret werden / daß einer nicht möcht ſagen / wann es geſchehen wäre er hätte es nicht gern gethan / darumb ſetzt Moſes ein Exempel von einem Eiſen oder Axt die

einem

einem entführe / vnd entfiele/ vnd gibt ſchlecht die Vmbſtände/ welche klärlich beweren/ daß der Todſchläger ein anders im Sinn vnd fürhanden gehabt / vnd wider ſeinen willen das gethan hab. Alſo wann einer vnverſehens einem ein Aug mit der Fauſt oder Steine außſchlägt / vnd thät gantz ein anders / dann daß er ſolches im Sinn hätte / der hat kein Gewalt gethan. Alſo auch wann einer dem andern mit eim andern Glied verletzt oder ſchaden thut / wie ich dann geſehen hab / daß einer ſeinen leiblichen Bruder mit dem Schwerdt durchſtochen und getödet hat / da er wolt eine wilde Saw die ſeinen Bruder vnter ſich getruckt hatte / durchſtechen. Dann alſo gehet es zu bey den Menſchen / daß ein jeglicher muß von ſeinem Nechſten der Fahr gewärtig ſeyn/ dann wer da will in einer gemeinen Geſellſchafft leben / vnd deß Friedens/ Sicherheit / Schirms vnd alles rechten/ nutz vnd guts brauchen / der muß auch Fehrligkeiten / Schaden vnd vnnütze / wie es das Glück gibt / leiden. So ſprechen auch die Juriſten. Ein Burger iſt auch dem andern den Brand ſchuldig/ das iſt/ will einer ein Burger ſeyn/ ſo muß er auch mit ſeinem Nachbarn/ in Fahr/ Brand vnd allerley ſchaden ſtehen.

Ipſa breviloquentia obſcuritatem inducit. vid. Vernulei. obſerv. Polit. ad lib. 1. Tacit. Obſerv. 11. Eſt autem in foro Politico recepta triplex Juris *interpretatio. 1. Autentica, uſualis & Doctoralis.* vide Reinking. lib. 2. Regim. ſecul. & Eccleſ. claſſ. 2. c. 11. pag. 421. & ſeqq. Omnis illa, certo tamen modo, in Lege divina explicanda locum invenit. Autentica, ubi Chriſtus ipſe legem interpretatur. Matth. 19. 4. Qualis & eſt, cùm mos eſt ſecundum legem, non item ſi præter & contrà, uti ex Bartholo diſtinguit Reinking. lib. 2. de Regim. ſec. & Eccl. Claſſ. 2. c. 9. n. 36. confer Hermeneut. Sacr. pag. 490. Interpretum afflatu ſpeculum quandoque corrumpitur, pulvere aſpergitur, æruginem contrahit: ideò extergendum hoc & poliendum eſt. Διάνοιαν legibus obſervandam inde patet, quia lex Gen. 9. 6. de ſanguine effundendo homicidę, non competit omni caſui. Fieri poteſt, ut occiſor ſanguinem fundat; nec tamen ſanguinem luat, cùm ſuffocatur, aut rotâ occiditur. Ideò operæ pretium fecerunt omnes illi, qui in hoc argumento verſati, regulas quaſdam hermenevticas præſcripſerunt, quas nos in duas has generales coarctamus. L e g e s *Decalogi explicandæ ſunt è communibus generalibus bonæ ἑρμηνείας inſtrumentis, quæ alibi in Idea interpretis expoſuimus, & exemplo ipſius Chriſti illuſtravimus,* p. 275. *ac iteravimus cum fœnore in hermenevt. Sacr.* p. 460. Nolumus cramben apponere bis coctam. II. L e g e s *ex iis omnibus cognoſcendi principiis exponendæ ſunt, ex quibus communiter tanquam notioribus ignotiora colligi ſolent. 1. è principiis practicis generalibus,* honeſtè vivendum, neminem lædendum, ſuum cuique tribuen-

E dum

Digitized by Google

dum 2. ex cauſâ *impulſivâ, occaſionali & finali, data legis ſcopo* & conſilio. Agnovit id etiam Cicero, qui negat ad verba reſpiciendum, ſed ad conſilium legislatoris, in *orat. pro Cæcinn.* n. 52. & ſeqq. 3. è *ratione legis & rationis paritate*, è quâ pleraſq; regulas in expoſitione legum de gradibus prohibitis concinnavit D. Chemn. part. 3. loc. com. 4. *ex argumento à minori ad* majus. 5. *è normâ legis, fide & charitate*: de quâ B. Lutherus in præf. V. T. 6. à *poſteriori*, ſapientiorum gentilium ſuffragiis. 7. ex *oppoſitis*, quorum contraria eſt conſequentia, quo pacto ex præceptis affirmantibus negantia & contrà inferuntur, quem modum illationis ne ipſi quidem Ethnici ignorârunt, hinc *Iuven. Sat.* 14:

Cum dicis Iuveni, ſtultum qui donat amico,
Qui paupertatem levet, attollat que propinqui,
Et ſpoliare doces, & circumſcribere & omni
Crimine divitias acquirere —— ——

8. è *relatis correlata & vice verſa*, quorum ea natura eſt, ut ſibi mutuò in cognoſcendo affundant lucem. 9. è *prohibitione effectuum* ad *prohibitionem cauſarum*, adeoque è prohibitione actus externi, ad prohibitionem actus interni, cùm lex ſit ſpiritualis, & abſolutam ac defecatam puritatem requirat. 10. è *legibus tanquam principiis, concluſiones legales aliæ.* Exemplar præſcripſit Becan. l. ſæpè cit. q. 5. n. 3. 11. è *prohibitione* levioris *peccati gravius*, è graviori levius. Neque enim Stoæ ſubſcribimus in quâ ἴσα δεῖ τὰ ἁμαρτήματα καὶ κατορθώματα. Aliud docente Salvatore noſtro. Matth. 5. 22. 12. è *primâ tabulâ ſecunda* & è ſecundæ τῷ morali ceremoniale primæ. Nam illa huic derogat, Luc. 14. 26. & morale ceremoniali, Miſericordiam volo non hoſtiam. Illuſtre hujus ceſſionis exemplum præbuit Abimelech, cùm in caſu neceſſitatis Davidi panes Sanctos haut denegavit 1. Sam. 21. 6. Chriſto ipſo probante, Matth. 12. 4, Vrſach iſt (ait Bidembach. ad 1. Sam. 21. pag. 282.) dieſe / die Liebe iſt das gröſte Gebott im Geſetz / der Lieb nun ſollen alle andere Ceremonien dienen. Wo man nun entweder wider die Liebe / oder wider die Ceremonien handlen muß / ſo iſts beſſer / man bleibe bey der Liebe / vnd laſſe etwas an den Ceremonien fallen. *Dices* ſecundam tabulam eſſe ſimilem primæ. Matth. 22. 39. Reſpondeo ſimilem, ſed non æqualem, vid. *Dn. D. Gerh.* de leg. Dei ſect. 7. n. 53. Cæterùm hæc ex praxi & exemplis in ſecuturis diſputationibus

bus clariora fient. Interea vide explicationes Decalogi uberiores adornatas à Luthero tom.6.Witt.p.56.& p.108.& ſeq. tom.1.Isleb.p. 21. Suma (tom.1.Isleb.p.499.f.2;.) Das fünffte Buch Moſis ſoll nicht anders gehalten werden / dann für eine Außlegung der Zehen Gebott. In welcher ſich Moſe reichlich vnd überflüſſig erkläret / vnd einen groſſen Raum machet / was er will verſtanden haben durch die Zehen Gebott / vnd fürnemblich treibet er ſehr auff das erſte Gebott / daran die gantze Macht liget.

GYMNASIUM

Quæſtionum ad Conſcientiæ illuminationem, adornatum:

Q.1. An Lex Decalogi ſit perfectè impletu poßibilis?

NOn quæritur de Legis hujus & iſtius præſtatione, πάντῶ νόμε; ſed omnis impletione: de perfectione non affectivâ; ſed confectivâ: non de gradu perfectionis aliquo, ſed perfectione gradus ſummi, ſummâ perfectione intenſivâ, extenſivâ, protenſivâ: perfectione non ſinceritatis; ſed ἀκριβείας: non comparatâ; ſed abſolutâ; non velatâ gratiæ Evangelicæ umbraculo, de quo Auguſt.l.1. retract. c.19. *Omnia mandata facta deputantur, quando quicquid non fit, ignoſcitur.* Jam huiusmodi perfectioni conſumatæ, Reclamant.1.*S. Literæ.* Pſ.143.2. *Ne congrediaris judicio cum ſervo tuo, nam non eſſet juſtus coram te ullus vivens.* Ad quæ verba Auguſt. *Quantum libet,* ait, *mihi rectus videar, producis tu de theſauro tuo regulam Legis ſcil. Divinæ, coaptas me ad eam, & pravus invenior.* 1.Reg.8.46. *Nemo eſt, qui non peccet,* Matt. 6.12. *Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris.* Jacob.2.10. *Quiſquis autem totam legem ſervaverit, impegerit autem in uno, damnas factus eſt omnium.* c.3.2. *In multis enim impingimus omnes,* II. *Antiquitas orthodoxa,* ac inſtar omnium *Auguſtinus & Salvianus.* Confeſſ.lib.9.c.13 *Væ etiam laudatiſſimæ vitæ, ſi remota miſericordia diſcutias eam. Salviani* hæc ſunt, lib.3. de Gubern. Dei. pag.72. *Diligite,* inquit, *Salvator, inimicos veſtros, Benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. Quis hæc omnia faciat? Quis pro inimicis ſuis, iſta, quæ DEUS juſſit, non dico votis; ſed verbis ſaltem agere dignetur? Aut etiam ſi quis ſe cogit, ut faciat, facit tamen ore, non mente.*

Digitized by Google

Præſtat quidem vocis officium, ſed animi non mutat affectum, ac per hoc, etiamſi pro adverſario ſuo orare ſe cogit, loquitur, non precatur. Longum eſt de ſingulis dicere; ſed adhuc tamen aliquid addam, ut intelligamus, nos non modo non omnibus DEI *obtemperare verbis; ſed nullis penè illius obedire mandatis: Et ideò Apoſtolus clamat: Nam qui ſe exiſtimat eſſe aliquid, cùm nihil ſit, ſeipſum ſeducit. Hoc enim ad crimina noſtra addimus, ut cum in omnibus rei ſimus, etiam bonos nos & ſanctos eſſe credamus, ac ſi in nobis cumulentur iniquitatis offenſæ, etiam præſumtione juſtitiæ. Qui odit, inquit Apoſtolus, fratrem ſuum, homicida eſt. Intelligere ergo poſſumus, multos eſſe homicidas, qui ſe innoxios putant, quia, ut videmus, homicidium non ſolâ tantummodò occidentis manu, ſed etiam odientis animo perpetratur. Unde eſt, quod Salvator mandati iſtius normam, cenſurâ adhuc ſeveriore cumulavit, dicens; Qui iraſcitur fratri ſuo ſine causâ, reus erit judicio. Ira mater eſt odij. Et ideò Salvator iram excludere voluit, ne ex irâ odium naſceretur. Si ergò non ſolùm odium, ſed etiam ira nos in* DEI *judicio reos faciet, evidenter agnoſcimus, quod ſicut nullus omninò immunis eſt ab iracundiâ, ſic nullus omninò immunis eſſe poterit à reatu. Proſequitur autem Dominus quaſi fibras præcepti iſtius & omnes penitùs frutices ac ramuſculos ſecat,* dicens: *Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Qui dixerit fratri ſuo Racha, reus erit* Concilio. *Racha quod genus ſit contumeliæ? multi neſciunt: fatuitas autem quàm injurioſè objiciatur, optimè norunt: Et ideò ſcientiâ ſuâ potiùs homines quàm ignorantiâ utentes malunt reatus ſuos per id convicium, quod ſciunt, divinis ignibus, quàm per id, quod neſciunt, humanis Conciliis expiari. 3. Propria* cujusvis *experientia* ἀνυπόκριτος, quâ inductus S. Paulus ſua deliquia deplorat, Rom. 7. vide Hodom. Spir. Pap. Phant. 9. pag. 195. 300 & ſeqq. 4. *Diaboli indefeſſa tentatio. Sicut enim* (ait Salvian. lib. 6. de Gubern. Dei, pag. 198.) *Exercitus pugnaturi ea loca, per quæ venturas hoſtium turmas ſciunt, aut foveis intercidere, aut ſudibus præfigere, aut tribulis infeſtare dicuntur: ſcilicet ut etiamſi non in omnia ea quiſpiam incidat, nullus tamen penitùs evadat: Ita etiam Dæmones tàm multas, in vitâ iſtâ, humano generi illecebrarum inſidias prætenderunt, ut etſi plurimas earum aliquis effugiat, tamen quacunq; capiatur.*

Q. 2. *An poſſibilis ſit, Deoq; grata ſupererogatio Bonorum operum?*

Non ſolùm eſt impoſſibilis, ſed & fœda ac inviſa Numini.

Impoſſi-

Impoſſibilis, quia toti nihil addi poteſt. Id quod urget Auguſt. l. 2. de ſpirit. & literâ. c. 36. *Non*, inquit, *plus eſſe poteſt, quam ex toto corde, ex totâ animâ: neque enim reſtat in nobis aliquid, quod addi poſſit: quia ſi reſtabit aliquid, illud non erit totum.* Item: Ex omnibus viribus tuis. At ultrà vires omnes, non ſunt vires aliæ, quibus plus poſſimus, quam lex jubet. Quantum eſt, in illo Apoſtoli præcepto. Philipp. 4, 8. 9? *Fœda ac inviſa Numini.* quomodo enim placeat Hero, ſi ſervus debitis non fungatur officiis: interim indebitis, à ſe electis, injuſſis occupatus? Optimè iterùm Salvianus Lib. 2. de Gubern. Dei. pag. 82. *Nulli ſervorum licet ex his, quæ Dominus ſuus imperat, eligere pro arbitrio, quid velit facere, quid nolit, & inſolentiſſima abuſione, quod placuerit, aſſumere, quod diſplicuerit, repudiare: maximè cùm & terreſtres Domini nequaquam æquo animo tolerandum putent, ſi juſſiones ſuas ſervi ex parte contemnant, & pro libidine ſua, quæ putaverint conculcanda conculcent. Si enim pro arbitrio ſuo ſervi Dominis obtemperant, ne in iis quidem, in quibus obtemperaverint, obſequuntur. Quandò enim ſervus ex Domini juſſis ea facit tantummodò quæ vult facere, jam non dominicam voluntatem implet, ſed ſuam. Si ergò nos, qui homunculi imbecilli ſumus, contemni tamen à ſervis noſtris omninò nolumus, quos etſi nobis ſervitutis conditio inferiores, humana tamen ſors reddit æquales: quàm iniquè utiq; cæleſtem Dominum contemnimus? qui cum homines ipſi ſimus, contemnendos tamen nos à noſtræ conditionis hominibus non putamus: niſi tanti fortaſſe conſilij ac tàm profundæ intelligentiæ ſumus: ut qui pati injurias ſervorum nolumus, ſubditam injuriis noſtris DEVM eſſe velimus: & quæ ipſi toleratu humana indigna credimus, DEVM à nobis dignè hæc tolerare credamus.* Si gratiarum actionem captet ab Hero, ob obſequia indebita, ſuperflua, quam non ſperare poteſt ex debitis neceſſariis? juxta illud Luc. 17, 9. 10. Sie die Perfectioniſten (inquit Luth. Tom. 7. Witt. pag. 504.) haben gut thun / weil ſie Gottes Gebott allerdings außgericht / GOtt über alles lieben / keinen Geitz noch Wucher / kein Ehebrecher noch Hurer / kein Säuffer / noch Trunckenbolde / keinen Stoltz / noch Neid ꝛc. vnter ſich haben: Sondern thun alle ſolche geringe / gute Göttliche Werck ſo leichtlich / daß ſie ſchlecht müſſig gehen / darumb iſts billich / daß ſie über ſolche Civiliſche Werck / ſtärcker vnd höher Werck nach der Kirchen oder Väter Gehorſam fürnemmen / als die viel zu ſtarck ſind / ſolche geringe gute Werck mit vns zu üben / ſind weit

überhin geſprungen/ vnd vns zuvor kommen. Aber ſie ſolten dannoch/ nach ihrer hohen / ſtarcken Barmhertzigkeit/ vnd nach St. Paulus Lehre / über vns ſchwache arme Chriſten Mitleiden haben / vnd nicht vns verdammen oder ſpotten / daß wir ſo kindiſch an den Bäncken lernen gehen / ja im Schlam̃ kriechen / vnd nicht mit ſo leichten Füſſen vnd Beinen/ über vnd auſſer Gottes Gebotten/ hüpffen vnd dantzen könden/ wie ſie thun/ die ſtarcken Helden vnd Rieſen/ die gröſſere vnd höhere Werck angreiffen können: als da iſt/ GOtt über alles vnd den Nechſten als ſich ſelbſt/lieben/ welches heiſſet St. Paulus die Erfüllung deß Geſetzes. Rom. xiij. vnd Chriſtus auch Matth. v. Wollen ſie aber nicht Mitleiden mit vns haben/ ſo bitten wir doch vmb Friſt/ biß daß wir die Gebott Gottes/ vnd die geringen Kinderwerck außgerichtet habē/ ſo wollen wir auch gern vns mit ihnen/ an ihre hohe/ geiſtliche / Ritterliche / Mannliche Werck legen/ dann was iſt nütze/ daß ein Kind ſoll gezwungen werden/ einem ſtarcken Mann gleich zulauffen vnd zuwircken? Es wird doch nichts drauß / das Kind vermags nicht. Alſo auch wir arme ſchwache Chriſten/ die wir in Gottes Geboten/ vnd ſeinen geringen guten Wercken/ als die Kinder an den Bäncken gehen/ zuweilen kaum auff allen vieren kriechen / ja auch wol auff der Erden hurſchen / vnd Chriſtus vns muß genglen/ wie die Mutter oder Magd ein Kind gengelt / können ſchlecht ihrem ſtarcken Mannlichen lauffen vnd thun nicht gleich lauffen vnd thun/ vnd GOtt behüt vns auch dafür. Darumb wollen wir der Kirchiſchen vnd Conciliſchen Heiligkeit (wie ſie ſagen) ſparen/ biß wir nichts mehr in Gottes Gebotten vnd Göttlichen Wercken zuthun haben/ vnd ſolche Reformation nicht leiden / als wir auch nicht können.

Q. 3. An Lex Decalogi ſemper obliget conſcientiam?

Negativa ſemper & ad ſemper: affirmativa ſemper, ſed non ad ſemper. Nullum tempus eſt quo liceat ſcortari; eſt, quo non licet obedire parentibus.

Q. 4. An Lex divina ſit ullo caſu mutabilis ac diſpenſabilis?

Non eſt, ſi divina moralis, catholica, rationibus Legis æternæ

Digitized by Google

æternæ ſubnixa, in N. T. repetita eſt, atque hinc quod lege divinâ capitale eſt, nullâ lege humanâ non capitale fieri poteſt, & contrà, Reinking. de Regim. ſecul. & Eccleſ. l. 2. claſſ. 2. c. 2. p. 389. Irrita igitur eſt Papæ diſpenſatio in gradibus cognationis, lege divinâ, vel expreſsè, vel conſequenter, prohibitis: non item diſpenſatio Cæſaris in furum ſuſpendio, quia moralis illa, hæc forenſis. vid. Hodom. Spir. Pap. Phant. 2. pag. 87. Theol. Conſc. part. 2. Dial. 3. p. 786. & ſeqq. Romani ſumus Act. 22. 25. non Judæi, dudum Sceptrum ablatum eſt à Tribu Juda.

Q. 5. An Judæis in Rom. Imperio viventibus, permittenda Autonomia, ac Legum Moſaico forenſium obſervantia: e. g. in Uſurâ mordente, repudij libello, conjugio cum fratriâ?

Nequaquam! anne enim Moſes nobis mortuus ac ſepultus, in Judæis vivus eſſe poteſt ac reviviſcens? nec poſſunt privilegia dari ad commeatum peccandi. Uſura mordens ac repudium per ſe peccatum eſt; cauſa nuptiarum cum fratria permiſſarum, dudum expiravit. Expiravit igitur & Lex. ubi quis vivit, illius loci tenetur legibus. νόμῳ καὶ χώρᾳ. Hinc Sanctiones Imperatorum Chriſtianorum in Judæos diſtrictæ. Extant Leges Imperatoriæ *Conſtantini M.* contra Judæos rebellantes, & Chriſtianiſmi impeditores; *Honorij* contra Judæorum collectas & exactiones è ſanguine Chriſtianorum expreſſas; *Theodoſii* contra Judæos, mancipia Chriſtiana habentes & ſeducentes. Confer Cunæum l. de Repub. Hebr. c. 23. *Hug. Grot.* de ſumm. poteſt. circa ſacra. p. 219. *D. Dorſch.* Anticriſ. pag. 46.

COL-

COLLEGII DECALOGICI

DISPUTATIO II.

DE

PRÆCEPTI PRIMI

PARTE PRIMA.

אנכי יהוה אלהיך אשר הוצאתיך מארץ מצרים מבית עבדים:
לא־יהיה־לך אלהים אחרים על־פני: לא־תעשה לך פסל וכל־
תמונה אשר בשמים ממעל ואשר בארץ מתחת ואשר במים
מתחת לארץ: לא־תשתחוה להם ולא־תעבדם כי אנכי יהוה
אלהיך אל קנא פקד עון אבת על בנים על־שלשים ועל־רבעים
לשנאי: ועשה חסד לאלפים לאהבי ולשרי מצותי:

LXX Interpp.

Ἐγὼ εἰμὶ Κύριος σου, ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐξ οἴκου δουλείας. οὐκ ἔσονταί σοι Θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς. οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς. Ἐγὼ γὰρ εἰμὶ Κύριος ὁ Θεός σου, Θεὸς Ζηλώτης ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεὰν, τοῖς μισοῦσί με. καὶ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας, τοῖς ἀγαπῶσί με, καὶ τοῖς φυλάσσουσι τὰ προστάγματά μου.

Latina Vulgata Sixtina.

Ego ſum Dominus DEUS tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſervitutis. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum, quæ ſunt in aquis ſub terrâ. Non adorabis ea, neque coles: ego ſum Dominus DEUS tuus, fortis Zelotes viſitans iniquitatem Patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me, & faciens miſe-

Digitized by Google

cordiam in millia, his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.

Tremellius Jun.

Ego Sum Jehova Deus tuus, qui eduxi te è terra Ægypti, è domo ſervorum: ne eſto tibi Ullus Deorum alienorum ante faciem meam. Ne facito tibi ſculptile, aut ullam imaginem Eorum quæ Sunt in cœlis ſuprà, aut quæ in terra infrà, & quæ in aquis infrà terram. Non incurvans te Honorem Exhibeto eis, neque colito ea. Nam ego Jehova Deus tuus, Deus fortis Zelotes Sum, viſitans iniquitatem patrum in filios, in nepotes, in eos qui odio proſequuntur me: exercens verò benignitatem in milleſimos a Patribus, qui diligunt me, & qui obſervant mandata mea.

Verſio antiqua excuſa Norimbergæ per Antonium Koburger anno 1483.

Ich byn der HErr dein GOt. der ich dich außführt/von dem Egypt/ von dem Hauß deß Dienſtes. Nit hab frembd Götter vor mir. Nit mach dir Bild/noch eyn yeglich Geleichnuß. Dye do iſt im Hymel oben/vnd die ding die do ſein auff der Erd nyden/noch der ding/ dye do ſein in den Waſſern vnder der Erd. Nit anbett ſy/noch ere ſy. Wann ich byn der HErr deyn GOtt/ ſtarck vnd eyn ewfrender Liebhaber/heymſuchend die Boßheit der Vetter in dye ſün/in das dritt vnd vierd Geſchlecht/der die mich haſſen. Vnd thun erbarmde in tauſenten/ den die mich lieb haben/ vnd behüten meine Gebott.

B. Lutherus.

Ich bin der HERR dein GOTT/ der dich auß Egyptenland/auß dem Dienſthauß geführet hab. Du ſolt ken andere Götter neben mir haben. Du ſolt dir kein Bildnuß noch jrgend ein Gleichnuß machen/ weder deß/ das oben im Himmel/ noch deß/ das unden auff Erden/ oder deß/ das im Waſſer vnder der Erden iſt. Bete ſie nicht an/ vnd diene jhnen nicht. Dann ich der HErr dein GOtt bin ein eyferiger GOtt/ der da heimſuchet der Vätter Miſſethat an Kindern/ biß in das dritte vnd vierdte Glied die mich haſſen. Vnd thue Barmhertzigkeit an viel Tauſenden/ die mich lieben vnd meine Gebott halten.

Digitized by Google

Dietenberger.

Jch bin der HERR dein GOTT / der dich auß Egyptenland / auß dem Dienſthauß geführt hab. Du ſolt kein ander oder frembde Götter bey oder neben mir haben. Du ſolt dir kein Bildnuß derer dinge / ſo nit ſein / noch irgend derding / ſo vor augen ſein / ein gleichniß machen / weder deß / das oben im hymmel / noch deß / das unden auff erden / oder deß / das im Waſſer vnder der Erden iſt. Du ſolt ſye nicht anbetten / vnd auch ihnen nit dienen. Dann ich der HErr dein GOtt / bin ein ſtarcker Eyferer / der da heymſucht der Vätter Miſſethat an den Kindern / biß in das dritt vnd vierde Glied / die mich haſſen / vnd thu Barmhertzigkeit an vielen / die mich lieb haben / vnd mein gepot halten.

Verſio Moguntina:

Jch bin der HERR dein GOTT / der ich dich auß Egyptenland auß dem Dienſthauß geführet hab. Du ſolt kein frembde Götter vor mir haben. Du ſolt dir kein geſchnitzt Bild machen / noch einige Gleichniß deſſen / was daroben im Himmel iſt / vnd was hie vnden iſt auff Erden / vnd was im Waſſer iſt vnder der Erden. Du ſolt ſie nit anbetten noch ihnen dienen: Dann ich der HErr bin dein GOtt / ein ſtarcker vnd Eyferiger GOtt / der ich die Miſſethat der Vätter an den Kindern heimſuche ins dritte vnd vierte Geſchlecht / deren die mich haſſen: vnd thue Barmhertzigkeit in tauſenden / denen die mich lieb haben / vnd meine Gebott halten.

Verſio Herborn. Piſcatoris:

Jch bin der HERR dein GOTT / der ich dich auß Egyptenland auß dem Dienſthauß geführet hab / du ſolt keine andere Götter für mir haben. Du ſolt dir kein Bildnuß noch jrgend eine Gleichnis machen / weder deß / das oben im Himmel / noch deß / das vnden auff Erden / oder deß / das im Waſſer vnder der Erden iſt. Du ſolt ſie nicht anbeten / noch ihnen dienen. Dann ich der HErr dein GOtt bin ein ſtarcker Eiferer / der ich heimſuche der Vätter Miſſethat an den Kindern / biß in das dritte vnd vierdte Glied / deren die mich haſſen / vnd übe Gütigkeit an Tauſenden / deren die mich lieben / vnd meine Gebott halten.

Εςγασία

Ἐϱγασία, ſive Tractatio proœmialis.

§. 1.

PRæceptum hoc primum conſtat membris aliis eſſentialibus, aliis accidentalibus: propriis aliis, aliis comunibus. *Proprium & eſſentiale* membrũ conſtituunt illa verba, è quibus ſolis primum præceptum B. Lutherus expreſſit. *Non habebis Deos alienos coram me*, omiſſis aliis, non κατακλύσει, aut mutilatione (ut canina rodit eloquentia) ſed συνόψει ac ἐπιτομῇ, ſecutus exemplum D. Pauli Epheſ. 2. & 3. *Commune* eſt appendix *Quia ego ſum Dominus DEVS tuus fortis Zelotes &c.* primo præcepto annectitur propterea, (verba ſunt B. Luth. in Exeg. primi præcepti) quod per magni admodum referat, hominem rectum habere caput. Equidem Piſcator in germanica explicatione reſtringere hanc appendicem videtur ad ſolum primum præceptum, & iniquitates patrum de ſolâ idololatriâ exponit, nullâ certâ & ſolidâ fretus ratione. Neque enim DEUS Zelotes dicitur ideò ſolùm, quia ſponſam, amorem in rivales ſparſuram, puniturus erat; ſed etiam, ſi tabulas conjugalis fœderis reliquas fractura eſſet. Adde quod in plurali loquatur מצותי *præcepta mea.* conf. Exod. 34. 6. & 7. Accidentalis pars ut exordium in oratione, ita eſt præfatio illa intimativa *Ego ſum Dominus DEVS tuus &c.* Accidentalia itidem ſunt illa ceremonialia & ad politiam Judaicam pertinentia, de eductione è domo Ægypti, & de εἰδωλοποιΐᾳ abſolutè ſumtâ, quâ de re paulò inferius. extendi tamen omninò poteſt debetque ad liberationem ex Ægypto ſpirituali, factam auſpice CHRISTO, juxta interpretationem Sp. Sancti Jer. 16, 14. 15. Col. 1. 13.

Ἐϱγασία ſpecialis.

I. Præfationis.

§. 2. *Ego ſum Iehova DEVS tuus, qui eduxi te è terra Ægypti, è domo ſervorum.*

Philologicè.

Interpretes inſerunt textui verbum ſubſtantivum SUM, quod in hebræo non legitur, per regulam: Pronomina demonſtrativa nominibus ſubjuncta ponuntur, loco verbi ſubſtantivi; vel elli-

pſin ejus inducunt ſingulari cum elegantia. Vide D. *Glaſſ.* l. 3. phil. ſacr. Tract.2. can.7. tract. 3. can.56. Sic LXX. Interpp. etiam pro concreto ponunt abſtractum, pro domo עבדים ſervorum, ἐξ οἴκου δουλείας, è domo ſervitutis, auß dem Dienſthauß.

Theologicè.

Procemium hoc intimatorium quaſi, rhetoricam habet perſuaſionem, & commodis rationibus excitat noſtræ carnis ſtuporem, præſertim cum ſummus Legislator voluntariam non coactam exigat obedientiam, funibus hominum trahat, non bovinis aut vitulinis, Oſ. 11. 4. Quanquam nullius præmii aut beneficii intuitu DEUS per ſe timendus ſit: nec, ut Plato monet l. 2. de Repub. Juſtitia ἐμπορική ſive mercenaria eſſe debeat, aut quæſtuoſa pietas. 1.Tim.6.5. Concluſio ergò eſt, ſibi deberi obedientiam & cultum, *I. ob autoritatem*, quâ in univerſum humanum genus pollet, quia Jehova eſſentiator, qui omnibus eſſentiam largitur, *II. ob beneficia omnibus Eccleſiæ filiis propria*, cum quibus fœdus pepigit, quòd velit eorum DEUS eſſe, iisque gratioſè cohabitare, de quo Gen. 17.7. Lex.26.12. Pſ.33.12. *III. ob beneficium Iudæis peculiariter exhibitum*, majoris gratitudinis incitamentum, nempe miraculoſam eductionem ex Ægyptiaco ergaſtulo. Jam ſingulis verbis ſuum pondus ineſt: אנכי Ego Unus ac indiviſus in me, diviſus à quovis alio (vide part. 4. Lact. Catech. p. 242.) εἷς namque νομοθέτης, Jac. 4. v 12. *Ego hic* (non ὁ δεῖνα, Almoni Palmoni, ne vagére in cultu, vel hunc, vel illum, vel iſtum colendo: ne quem DEUM addas, mihi unico & vero) qui te eduxit ex Ægypto, *hic* qui in monte Sinai, in igne apparui, *Nunc*, & in poſterum appariturus in carne, cùm te liberabo ex Ægypto ſpirituali. Ego, inquam, Pater ſc.

Inſuper τὸ *Ego* damnat ἱεροσυλίαν, in quam Lutherus hæc notat Tom.3. Lat.p.307. *Dat quidem DEVS immenſa dona, ſed quando nos per ſuperbiam accedimus*, vnd machen ein *Ego* vnd ein *Feci* darauß / ſo iſts ſchon auß / *quia DEVS nec vult nec poteſt pati. Quare DEVS nos libenter locupletaret, & daret unicuiq; integrum regnum, ſed quia ſtatim, poſtquam locupletati ſumus, hanc odioſam particulam, Feci, addimus, ideò cogitur nos affligere, inopiâ, ignominiâ, perſecutionibus, gladio, &c.* vnd kan vns dannoch das *Ego* vnd das *feci* mit aller Noth ſchwerlich nemmen.

Filius olim ἄσαρκος, nunc ἔνσαρκος (vid.Luth.tom.1.Isleb.p.10. f.2. 510. f.2.)

Chriſtus

& Spiritus Sanctus, ut ſuperiori diſputatione monſtravimus. יהוה Nomen DEO proprium, Grammaticè, Logicè & Theologicè, Pſ. 83.19. Zach.14 9. ὁ ὢν Apoc.1,4. αὐτὸς Heb.1,12. αὐτοὼν, αὐτόπατος, αὔταυτος, αὐτοφυὴς, αὐτοούσιος. vide de nomine ipſo fuſiùs agentes Galat. arcan. cath. verit. cap.10. & D. Walth. in ſpecileg. controv. part. 1. Involvit autem quoad rem hoc nomen, DEI majeſtatem abſolutam. I. *Eſſentiæ eminentiam*, quia ille ſolus Jehova ſeu eſſentiator. Creaturæ plus habent non-entis, quàm Entis dicebat olim Plato, & verè: homo e.g. habet unum tantum eſſe humanum, deſunt ei infinita Eſſe alia, utpote eſſe Angelicum, eſſe lapidis, ſolis &c. DEUS autem ut omnis eſſentiæ fons ac autor eſt, ita omnia eſſe in ſe continet eminenter, (eſt πέλαγος τῆς οὐσίας ἄπειρον καὶ ἀόριστον Damaſc.) & conſequenter omnem omnium eſſentiarum bonitatem, pulchritudinem &c. E. ſummum bonum eſt; E. Viſio ac fruitio DEI beatitudo noſtra eſt. II. *Independentiam ac infinitatem*. Quia ſolus Jehova. III. *Æternitatem*: Id enim verè eſt quod æternum eſt: quæ tempori ſubjacent, plus non ſunt quàm ſunt: præteritum namque præterfluxit, futurum nondum adeſt, præſens transvolat. IV. *Immutabilitatem*, cùm in eſſentia, tùm voluntate. DEI nomen eſt Ehjeh aſcher Ehjeh, Exod. 3. 13. Unde nomen Jehova deductum. At quod mutabile eſt, de ſe dicere nequit, Ero qui Ero. Fortaſſis enim paulò poſt mutabitur in non eſſe, adeoque non erit, quod erat. His argumentis omnibus è nomine Jehova petitis, ad timorem DEI commovemur, natum ex eminentiæ divinæ & noſtri nihili collatione: ex independentiæ divinæ, & noſtræ in eſſe, fieri, ac operari dependentiæ conſideratione: ex pœnarum quas transgreſſoribus interminatur immutabilitate ac æternitate. confer part. 1. lact. catech. p. 80.

אלוה. Eloah primitivum eſſe ratione non contemnendâ contendit Walther. in ſpicileg. part. 2. controv. 18. quanquam, ſi omnino radix quærenda, placeat D. D. Glaſſ. l. 3. phil. ſacr. tract. 1. can. 25. ſententia Erpenii & Sixtini Amamæ, qui nominis hujus thema-

thematiː jam inuſitato (אלוה) rationem adorandi aſſignant. Nomen plurale Elohim communicabile eſt multis extra DEUM, & index perſonarum pluralitatis, vide D. Jac. Mart. l. 1. de trib. Eloh. c. 3. & ſeqq. D. Walth. l. cit. controv. 12. Proponitur autem in hac relativâ phraſi (*DEUS tuus*) DEUS, ut *objectum I. ſupra omnia honorabile*, adeoque ſimpliciter adorabile. *II. ſupra omnia amabile ac in quo fiducia noſtra* collocanda ſit: cum *finaliter* ſit ſummum noſtrum bonum. idque confirmatur. 1. *à nomine Iehova*, quod, ut. §. præc. notavimus, eſſentiæ eminentiam ſignificat, quæ omnem omnium rerum ut eſſentiam, ita bonitatem in ſe contineat eminenter. Summum bonum & eminenter bonum ſunt ſynonyma. 2. *auctoritate ſcripturæ S.* cum enim Exod. 33. 18. Moſes DEI viſionem illuſtriorem petiiſſet, Dominus reſpondit, oſtendam tibi col tobhi omnem bonitatem meam. E. DEUS, quem videre tàm ſollicitè petiit Moſes eſt omnis bonitas, adeoque ſummum bonum. Sic Matth. 18. 19. Nemo bonus niſi ſolus DEUS, τὸ ſolus omnium interpretum conſenſu, non eſt excluſivum, ſed ἐξοχικὸν: Solus DEUS eminenter bonus. E. ſummum bonum. 3. *ratione.* Quia proprietates ſummi boni ſoli DEO ex aſſe competunt. ſolus namque DEUS eſt μονιμώτατος τελειότατος, αὐταρκέστατος, ἥδιστος. Cum deinde *Effectivè* bona ſua nobis communicet, atque ſic debitô gratitudinis, amoris, fidei, vinculô ſibi nos devinciat. Eſt autem DEUS noſter. *I. Univerſim ratione Creationis*, de qua Job. 10. 8. & ſeqq. de qua eâdem Galen. l. de form. fœt. c. 6. τὴν τέχνην τοῦ κατασκευάσαντος ἡμᾶς eſſe opus σοφωτάτου καὶ δυνατωτάτου δημιουργοῦ. & *ratione providentiæ*, ſingula etiam hominum individua reſpicientis, ad capillos capitum uſq;. Si namque probrum DEI non eſt, minutiſſimas res feciſſe, multò minus probrum illius factas regere, Ambroſ. l. off. damnanda igitur blaſphema vox Plinii l. 2. n. hiſt. 7. & Ovidii,

Non vacat exiguis rebus adeſſe Iovi.

1. προγνωστικῆς *Præſcientiæ*, nullam tamen liberis actionibus neceſſitatem imponentis. Sicut enim tu memoriâ tuâ non cogis facta eſſe, quæ præterierunt; ita DEI præſcientia non cogit futura facienda, quæ futura ſunt. Confer Bellarm. l. 4. de grat. & lib. arb. c. 13. & ſeqq. 2. *Conſervatricis*, Deut. 1. 31. c. 8. 5. Eſa. 46, 3. 4. vel bona vitæ continuandæ neceſſaria ex paterno affectu largiendô, vel in peccata lapſum

Digitized by Google

pſum μακροθύμως ſuſtinendô, 3. *Curatricis*, 1. Petr. 5. 7. in ingreſſu vitæ, Job. 10. v. 8. Pſal. 71. v. 6. progreſſu, Pſal. 56. 9. Matth. 10. 30. egreſſu, Job. 14. 5. Pſalm. 139. 16. 4. *Omnipræſenter cooperatricis.* Actor. 17. v. 28. finge DEUM non cooperari omnipræſenter, D. Paulus nihil concludet Act. 17. in ipſo ſumus &c. ſic tamen ut mala permittat ac determinet ad bonos fines. 5. *Iudicatricis.* II. *Speciatim* DEUS noſter eſt ratione gratioſæ redemtionis, gratiæ fœderalis ac baptiſmalis, ſanctificationis, electionis, noſtræque acceptionis, æſtimationis, & glorificationis. Luth tom. 8. Witt. p. 163. f. 2.

Dieſe Einigkeit Gottes handelt er im Geiſt/ das iſt/ er gehet nicht allein damit vmb/ daß ein GOtt ſey/ vnd daß wir nur einen haben/ dann daß ein GOtt ſey nützet vns nicht/ ſondern daß er für einen GOtt/ vnd für vnſern GOtt gehalten werde/ (wie er hie ſpricht) das iſt die Seligkeit vnd das Leben/ vnd die Erfüllung aller Gebott. Alſo ſpricht Jacob im erſten Buch Moſe am 28. Capitel. Der HErr wird mir ein GOtt ſeyn. Wie wird er ihm ein GOtt ſeyn/ als were er zuvor nicht ein einiger GOtt geweſen/ denn darumb daß er mit einer gewiſſen Weiſe vnd einiger Ehre ihm fürſetzet den HErren für einen GOtt zuhalten: Alſo wird GOtt verwandelt/ nach dem ſich vnſer Hertz vnd Gemüth gegen ihm verwandelt/ wie er ſpricht im 17 Pſal. Mit dem Heiligen wirſtu heilig/ vnd mit den Verkerthen wirſtu verkehrt. Alſo wird der Antichriſt erhöhet über allen GOtt/ das iſt/ er wird ein eigen Gottesdienſt vnd Ehre auffrichten/ er wird ſich erheben/ über allen wahren vnd falſchen Dienſt aller Götter/ dann es wird keines Wort mehr gefürcht vnd angebettet/ dann deß Antichriſts/ darumb ſo iſt das die erſte Verklerung Moſi über das erſte Gebott/ daß der HERR vnſer GOTT für einen HErrn für vns gelten werde/ das iſt/ ihm ſoll nicht gedienet werden mit mancherley Weiſe/ die wir erfunden/ ſondern mit dem einigen Dienſt/ den er auffgerichtet hat. Et pag. 164. Dann wann wir vns auff ihn verlaſſen/ vnd an ihm hangen/ vnd verſtehen/ daß alle Ding von ihm flieſſen/ vnd daß er für vns ſorge/ ſo folget nothwendig ein ſüſſe Liebe zu GOtt. Wann er ſaget/ du ſolt den HErren lieben/ ſo erwecket er einen frölichen vnd freyen Dienſt Gottes. Dann wann ich GOtt warhafftig liebe/ ſo will ich alles was GOtt will/ vnd iſt nichts ſüſſers/ dann hören vnd thun/ was GOtt will/ wie dann auch die fleiſchliche Liebe thut mit ihrem Geliebten. Alſo empfahen wir durch die Einigkeit Gottes im Glauben alle ding vergebens von GOtt/ durch die Liebe thun wir alle ding willig GOtt vnſerm HErren. Daß er aber hinzuſetzet/ von gantzem Hertzen/ von gantzer Seele/ von allem Vermögen/ das iſt ſo hoch/ daß es auch/ wo GOtt nicht nachlieſſe/ kein Heiliger mit nicht erfüllen möchte. Ja wer iſt der jenige/ der nicht an beyden ſtücken mangel leid/ in dem/ daß er einen GOtt ſoll haben/ vnd den von gantzem Hertzen lieben? dieweil niemands iſt/ der nicht etwa zweiffele im Glauben/ vnd andere Ding auch gleich mit GOtt lieb habe? wie die Früchte bewehren/ dann wann ich GOtt von gantzem Hertzen lieb hätte ſo möchte mich nichts hefftiger verletzen/ dann die Verachtung der Gebott Gottes/ wie dann St. Paul geweint hat zum Corinthern vnd Galatern/ wie er geſehen hat/ daß die Ehre Gottes nidergetretten würde: Wo ſind jetzund die/ die da weinen/ wann der Name Gottes vntergetruckt wird in der gantzen Welt: von gantzem Hertzen iſt ſo viel/ als auß dem innerlichſten vnd gantzem

Gemüth/

Gemüth/ von gantzer Seele/ das iſt/ von gantzem Leben vnd Leib. Von allen Kräfften das iſt/ mit aller Stärcke vnd Gliedern/ von dem ich anderswo geſagt habe/ Nicht daß wir andere Creaturen nicht lieben ſollen/ dieweil alle Ding/ ſo GOtt geſchaffen/ ſehr gut vnd lieblich ſind/ ſondern daß nichts ſey zuvergleichen oder fürzuziehen der Liebe Gottes/ von den dingen/ ſo GOtt zugehören/ vnd daß aller Creaturen Liebe dahin ſich neige/ daß Gottes Liebe dadurch vollendet werde.

II. *Relatè DEVS tuus.* Suffixi hujus adjectio eſt 1. δεικτικὴ ſingulorum mortalium ſigillatim in individuo. v. Luth. tom. 5. Witt. p. 214. fol. 2.

Dieſe Wort Ich der HERR bin dein GOtt/ redet er zu dem gantzen Volck nicht anders/ dann es ſey nur ein Menſch da Spricht nicht/ Ich bin der HErr ewer Gott/ ſondern dein. Das wörtlein dein ſihe wolan: dann es ligt die gröſte Macht an dem wörtlein ſo ſagt er nu. Ich bin der HErr dein GOtt/ als wolt er ſprechen: Ich will mich ewer ſaller/ vnd eines jeglichẽ inſonderheit annemmen/ als were nur einer allein vnd ſonſt keiner auff Erden. Vnd das thue ich darumb/ daß ihr mein Wort deſto fleiſſiger ſolt faſſen/ warnemmen vnd behalten Daß ja keiner möge ſagen/ GOtt hat wol das Geſetz geben/ hat ſich hoch vnd viel erbotten/ er wolte den Menſchen gnädig vnd ihr GOtt ſeyn/ bey ihnen thun wie ein Vatter bey ſeinem Kind/ es gehet aber vielleicht mich nicht an/ wer weiß/ ob er mich auch meinet. Es gehet allein den Hauffen an. Dann das iſt die Art der Menſchen/ daß ſie das Wort Gottes in den wind ſchlagen/ nemmen ſich deſſen nicht an/ gaffen nur auff ander Leut/ gedencken nicht/ daß es ihnen ſolle gelten. Dem will nun GOtt hie fürkommen/ vnd ihnen wehren/ daß ſie nicht das Maul auffſperren/ vnd andern zuſehen/ was ſie thun/ ſondern will ſie gewiß machen/ daß er einen jeglichen inſonderheit meyne/ da er ſpricht: Ich bin der HErr dein GOtt/ dich/ dich meyne ich vnd keinen andern. Als er ſpreche: Sihe nicht was andere thun/ ſondern höre/ was ich dir ſage/ vnd ſihe/ wie du es annimmeſt vnd gläubeſt Sihe nicht die andern/ Ich will mit dir handeln/ Ich nim̃ mich dein an/ vnd du widerumb nim̃ dich mein an.

2. διακριτικὴ: diſtinguit enim cultum DEI Iſraeliticum à cultu Deaſtrorum Ægyptiorum q. d. Ego ſum ille DEUS, diverſus à Diis Elilim Ægyptiorum, qui digitum meum ſuâ potentiâ majorem agnoſcere ſunt coacti. 3. μνημονευτικὴ, qui fœdus cum patribus initum in memoriam revocat, & jus adoptionis in eos collatum repetit, de quo Pſ. 144. 15. Confer interpretationem Hebr. 11. 16. 4. Confer Lact. Catech. part. 1. p. 96. part. 4. p. 49. 4. πιστικὴ ac ἐλπιστικὴ. q. d. Ego ſum DEUS à te fiduciâ ſincerâ colendus. Etenim in quo quiſq; fiduciam ſuam collocat, hoc ei DEUS eſt. Siquidem hæc duo *fides & DEVS unâ copulâ conjungenda ſunt*, ait *Luth.* in expl. Catech. Idem tom. 6. Witt. p. 56.

Du ſolt mich alleine für deinen GOtt halten. Was iſt das geſaget/ vnd wie verſtet mans? Was heißt einen GOtt haben/ oder was iſt GOtt? Antwort. Ein GOtt heißt das/ dazu man ſich verſehen ſoll alles guten/ vnd Zuflucht haben in allen Nöthen. Alſo/ daß geſagt

Digitized by Google

ein GOtt haben nichts anders iſt / dann ihm von Hertzen trauen vnd glauben / wie ich offe geſagt habe / daß allein das trawen deß Hertzens machet beyde GOtt vnd abe gott. Iſt der Glaube vnd Vertauen recht / ſo iſt auch dein GOtt recht / wo das Vertrauen falſch vnd vnrecht iſt da iſt auch der rechte GOtt nicht. Dann die zwey gehören zu hauffe. Glaube vnd GOtt. Warauff du nun ſage ich dein Hertz hängeſt / das iſt eigentlich dein Gott.

3. *Correlativa*, qui à te, mei Numinis cultum verũ, de jure exigo. Nam ut ego ſum DEUS tuus, ita tu viciſſim mei unius cliens devotus, ſubditus, filius adoptivus, à te religiosè colendus. III. אשר הוצאתיך מארץ מצרים qui eduxi te è terra Ægypti. Mizraim fatali nomine ANGUSTIÆ ſive TRIBULATIONIS, à Mizraim filio Chami appellata, Gen. 10. 6. Paral. 1. 8. aliàs terra Cham. Pſ. 105. 23. & 27. Pſal. 106. 22. Item tabernaculum Chami. Pſal. 78. 51. Celebratur genius hujus terræ feliciſſimus Num. 11, 5. 14. c. 16. 13. Jer. 46. 20. ita tamen ut antiſtet terra Chanaan Deut. 11. 10. cui necquicquam detrahit Strabo, quando hanc regionem ὐκ ἐπίφθονον χωρίον non valdè invidendam nominat.

IV. מבית עבדים è domo ſervitutis ac angariæ, fornacis ferreæ. Deut 4. 20. Jer. 11. 4. ſervitutis autem non Ægyptiorum, quibus aliàs in Chamo ſerviendi conditio impoſita Gen. 9. 26. ſed Iſraëlitarum. Deut. 6. 21. quomodo verò hæc eductio ex Ægypto ad nos quoque pertineat, pulchrè expoſuit Theodoret. ad Pſ. 84. p. 736. *Adumbravit* (Ἐσκιογράφησε) *enim univerſorum DEUS, per ea, quæ Iſraelitis acciderunt, omnium hominum ſalutem. Etenim illos liberavit, nunc quidem ab Ægyptiorum, nunc verò à Babyloniorum ſervitute. Sic omnium hominum naturam, ab urgente* (ἐπικειμένης) *Diaboli Tyrannide, & ab interitu vindicavit.* conf. Luth. com. 1. lat. p. 409. f. 2. Lact. Catech. part. 1. p. 114.

Præceptum primum ipſum.

§. 3. Senſus præcepti primi duplex eſt: 1. *primus ac immediatus. Primus, non erit tibi Dij alieni, coràm me.* Juxta hunc primum ſenſum dividi hoc præceptum poteſt *in actum prohibitum*, *actus prohibiti objectum*, *objecti modum*. ACTUS PROHIBITUS EST: לא יהיה לך: non erit tibi, id eſt, non habebis, non agnoſces, non coles, non ſperabis aut confides in eis. Id enim eſt *eſſe alicui DEUM*, juxta regulam, verba quæ fieri, eſſe, vel agere ſignificant, quandoque pro rei cognitione (more hebræorum) practicâ voluntatis inclinatio-

 ne

ne ſtipatâ ponuntur. vid: D. Glaſſ. l. 3. phil ſacr. tract. 3. can. 17. In genere hîc notanda regula R. Eliæ Levitæ in libr. Habachur: præcepta negativa non venire niſi in forma futuri: ut לא תרצח לא תנא, לא תגנוב non occides, non mœchaberis, non furaberis. Nec poteris dicere לא רצח, לא תנא, לא גנוב; non occide, non mœchare, non furare; quia nunquam venit imperativus poſt unam harum dictionum: אל, לא, פן, כי, אם, אשר, א, למען, בעבור: hæc ille. Sunt autem hæc verba præceptiva, ac in numero eorum, quæ non ſolum actum, ſed & jus vel debitum agendi negant, de quibus prolixè D. Glaſſ. tract. 3. can. 6. p. 231. Rem ſic ſe habere, ipſa ſuadet ratio. Finge enim in futuri narrantis ſenſu, vel narrativè hæc præcepta intelligi de ſolo actu, tùm leges non erunt, non obligabunt. Dicet enim DEUS, quid non futurum eſſet, non, quid fieri non deberet. Imò falſum diceret, non erit tibi DEUS alienus, quia de facto Iſraëlitæ fuerunt allotrœo latræ:

§. 4. Obiectum actûs prohibiti ſunt: אחרים אלהים Dii alieni: *philologicè.* Hîc obſervanda I. *conſtructio Sylleptica.* Non erit Dii alieni, i.e. (partitivô ſenſu) non erit tibi ullus ex alienis diis. E nullis nationibus aliquem Deorum aſſumas. Cujusmodi figura Grammatica in his quoque locis occurrit, Eſa. 1. v. 3. Jud. 12. v. 7. Job. 21. 32. Pſal. 1. 3. Zach. 9. 9. Gemina ſunt in N. T. illa Matth. 27. 44. Marc. 1. 2. Act. 13. 40. Perinde eſt Druſio comm. ad diffic. loca Exod. c. 31. ſive dicas, non erit tibi Deus alius, & non erunt tibi Dii alii: dummodò non vice verſâ; cum non ſequatur, non ſunt ipſi Dii alii, Ergò non etiam Deus alius. Nam poteſt quis unum Deum falſum colere, de quo verè dici nequit, quòd colat Deos alios. II. *Expoſitio vocis Acherim.* Ἐμφατικωτέρως reddi Alienus quàm Alius cenſet Rivetus in explic. decal. p. 3: cùm alius eſſe poſſit, qui non eſt alienus. Nobis utralibet expoſitio probatur, (quanquam τὸ Acher propriè alius, זר alienus Job. 19. 27: ſignificare videatur) dummodò rima Socinianis obſtruatur, quâ elabantur ex anguſtiis, quibus premuntur Eſa. 42. 8. ubi τὸ acher omnem alium excludit, ſive extraneum & alienum, ſive ſubordinatum & amicum, qui non eſt Deus naturâ. Fruſtra culpat Piſcator Lutherum qq. in Exod. ad c. 20. v. 3, quod reddiderit frembde Götter. ſiquidem in op-

Digitized by Google

In oppoſitione divinæ infinitæ, & finitæ gloriæ, omne aliud alienum & peregrinum eſt.

Theologicè. 1. *Elohim* δοξαστικῶς accipiendi ſunt, qui ſcilicet opinione & cultu pro Diis habentur, οὐ φύσει, Gal. 4. 8. Nam Dii alieni nulli ſunt. 1. Cor. 8. 4. ſed dicuntur tales, quia eos alienigenæ ſive gentes colunt. DEUS dicitur id omne in quo quis nititur, à quo omnia bona ſperat, etſi falsâ deluſus perſuaſione. conf. Gen. 30. 27. c. 35. v. 2. Exod 32, 8. *Alieni*, Omnia ſcilicet entia extra aut eſſentiam aut ὑπόστασιν divinam, quæ ſeu opinione ſeu cultu pro Diis habentur, Aliàs peregrini. Deut. 32. 16. & חדשים novi ib. v. 17.

§. 5. Obiecti Modus explicatur per voces על פני coram me, LXX. πλὴν ἐμοῦ, præter me, ſuper, vel ad facies meas: **neben mir** Luth. **für mir** Piſc. Prohibetur duplex colendi Deos alienos modus, 1. *quaſi collateralis & adulterinus*, quô homo Deo alium Deum ſeu æquali, ſeu minori etiam cultu invocandum apponit. Hinc idololatria frequenter adulterio comparatur. Ideò & Dagon periit, Deo quaſi è regione oppoſitus 1. Sam. 5. 3. conf. Rom. 1. 25. ubi reprehenduntur gentiles, quòd παρὰ τὸν κτίσαντα coluerint creaturas. hinc etiam cùm Celſus l. 7. diceret, Perſas adorare ſolem & creatorem, reſpondet Origenes: nobis (Chriſtianis) prohibitum eſſe λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. 2. *Opertus & occultus in animo* q. d. noli etiam in animo tuo aliquod præſidii aut fiduciæ idolum erigere: id enim perinde coram me, mihiq; præſens, ac ſi edolares externam aliquam ex arte fabricam. Oculis meis πάντα τετραχηλισμένα Heb. 4. 13. D. Glaſſ. l. 3. phil. ſacr. tr 6. can. 12. p. m. 518.

§. 6. Senſus iſte primus ac immediatus in ſummam contractus hic eſt: *Nullus non DEUS Iſraëlis eſt colendus*. Evolvendum hîc nobis tàm ſubjectum eſt, quàm prædicatum. Non-Deus, eſt omne ſive mentis phantaſma, ſive ſuppoſitum creatum, falsò conceptum, quod non eſt Deus: vel Omnis, (φαινομένως) Deus, qui non eſt Iſraëlis Deus eductor è terra Ægypti. Cultûs duæ ſunt ſpecies; *Devotio & ſubmiſſio religioſa*. Devotio omnibus viribus & potentiis ſuis adhæret DEO, de illâ hi textus agunt, Deut. 10. 20. 2. Paral. 12. 15. Jac. 4. 8. Pſ. 73. 1. Cor. 6. 17. Deut. 11. 22. Submiſſio, è noſtræ vilitatis & Divinæ Majeſtatis collatione nata, totum hominem DEO ſubjicit. Exempla conferas licet Geneſ. 18. 27. Dan. 9. 7. Matth. 15. 27. c. 8. 8. Apoc. 4. 10.

Digitized by Google

Virtutes & Vitia primi præcepti in ſchematiſmum relata ſic habent.

Cultus Dei in primo præcepto mandatus eſt vel

- *Devotio adhæſiva Deo ex omnibus viribus. De qua Deut. 10, 20.*
  - *1. In intellectu & voluntate, Fides, cui opponuntur vitia*
    - *quoad notitiam*
      - *Ignorantia ſimplex.*
      - *Error*
        - *hæreſis.*
        - *ſchiſma.*
    - *quoad aſſenſum, dubitatio.*
    - *quoad fiduciam*
      - in exceſſu, *audax præſumtio, verbo Dei non ſuffulta, alias tentatio Dei: quò etiam pertinet ſuperſtitio confidens in mediis non-confidendis.* in defectu *diffidentia: ad quam etiam referri poteſt curioſitas divinatoria.*
  - *2. In voluntate*
    - *Spes.* — *Deſperatio.*
    - *Charitas.* — *Odium Dei, averſatio Dei, & amor mundi.*
  - *3. In affectu, Zelus.* — *Religionis tepiditas, ſyncretiſmus, hypocriſis.*
  - *4. In loco motiva, externa ceremonia.*
    - *Adiaphororum obtruſio.*
    - *Ceremoniarum omnimoda damnatio.*
- *Submiſſio orta è majeſtatis divinæ & noſtri nihili conſideratione, ejus exempla extant Gen. 18, 27. Eſa. 6. 2. Dan. 9. 7. Math. 15, 27.*
  - *Timor.*
    - *Securitas & atheiſmus.*
    - *puſillanimitas, ad quam etiam ſuperſtitio pertinet timens non-timenda.*
  - *Humilitas.* — *Superbia & θεομαχία.*
  - *Adoratio.* — *Alienorum Deorum cultus.*
  - *Obedientia ad verbum Dei reſtricta.* — *ἐθελοθρησκεία.*
  - *Patientia.* — *Impatientia.*
  - *Gratitudo.* — *Ingratitudo.*

§. 7. SEN-

§. 7. Sensus Mediatus & Quasi-consecutivus eſt, qui ex illo priori ſequitur per argumentationem 1. *ab univerſali ad particulare.* Nullus non-Deus colendus. Ergò fugienda: I. *Δαιμονολατρεία*, cultus Diabolorum, isque vel *invocatorius*, qualem obtinuit pſeudotheus ille apud Braſilienſes, teſte Lerio c. 16. veteres Germanos Noricos, auctore Tertul. apol. 23. Ethnicos in Calecuto, teſte Ludov. Barthema in hodep. ind. orient. l. 2. c. 16. Athenienſes, aſſerente Oecum. in act. 17. Regem Angliæ Reduabdum, autore Bedâ l. 2. hiſt. angl. c. 15. Magos & maleficos ex pacto ortus, in diro illo & nefando ad orbem ſaltatorium conventu, de quo prolixè Martin. Delr. l. 2. diſq. Magic. q. 4. & q. 16. vel 2. *conſultatorius*, quô in auxilium & conſilium Diabolus vocatur. *In conſilium* quidem ad revelationem rerum obſcurarum & ignotarum, idque variis modis; auguriô, ſortilegiô, haruſpiciô, oraculô, pythone, (hinc ἐγγαστριμύθοι, dignô ſcilicet talis numinis ore uſi, vide Selden. p. 120. ſyntag: de Dîs ſyr. c. 2.) ὀνειρομαντεία, χειρομαντεία, γεωμαντεία, ὑδρομαντεία, ἀερομαντεία, πυρομαντεία, κοσκινομαντεία, λεκανομαντεία, ἱπποπυρομαντεία &c. Vide Leſſ. de juſt. & jur. pag. 640. Quorum omnium interdictum extat Lev. 20. 6. Eſa. 8. 19. 2. Reg. 1. 3. & alibi. *In auxilium* verò multis itidem modis, quos ſatius eſt nos aut neſcire, aut tacere, quàm commemorare: eminent verò ſpirituum familiarium conſortia ad ſtudia promovenda, ab impiis hominibus accita. ut enim, qui ſubditus à jurato Regis ſui hoſte ad rebellionem ſollicitante, obligatorium munus accipit, proditorium animum detegit; Ita transfugæ ſunt, qui quovis prætextu ad illa caſtra abeunt, quæ oppugnari, quàm in ſocietatem vocari verius. vide de Dæmonolatriâ, hodomor. pap. phantaſ. 6. p. 1252.

§. 8. Ergò II. eſt fugienda *Theaſtrolatria*, gentilium Deorum adoratio. quorum 30000. è Varrone (vilem adeò Deorum annonam) referunt Euſebius l. 5. præpar. Evang. cap. 15. Petr. Crinit. l. 3. de hon. diſcipl. c. 14. & Auguſtinus. Quamquam auctor l. de mundo c. 7. ſcholion præfigat εἷς δὲ πολυώνυμός ἐστιν: tamen hiſtoria contrarium convincit, (etiam ubi ſeriò res agebatur; quicquid ſit de Platone, qui in ep. ad Dionyſ. Tyrannum, ſeriæ, ſcribit, meæ epiſtolæ initium eſt DEUS; non ſeriæ, cum vulgo ſc. loquens, Dii.) è qua ἀποθέωσιν illam in aliquot *ſpecies* ſeu *claſſes* diſpeſcemus: 1. eſt

ἀνθρωπολατρεία. Teſtatur Cicero l.1. Tuſc.qq. & l.2. de nat. Deorum, pleroſque Deos olim homines fuiſſe, ut Jupiter, Saturnus, Mars &c. Tertullianus inſuper exprobrat gentilibus in apolog.c.1. quòd nequiſſimos nebulones (ſcilicet omniprocum illum Jovem) & proſtitutas fœminas in numerum Deorum retulerint, adeoque (verba ſunt lactei Lactanti) inſipientiùs nunquam locuti ſint ſapientiſſimi Ethnicorum, quàm de Diis ſuis cum locuti ſunt 2. ἀστρολατρεία, quorſum & ignis veneratio pertinet: de qua Jerem. 7. 18. c. 44. 17. Sap.13.2. Epiphan. Tom.1.l.3.c.37. Plutarch. de placit. Phil. 3. ζωολατρεία. Ægyptus

——————— *crocodilon adorat;*

Pars hæc illa pavet ſaturam ſerpentibus Ibin.

Effigies ſacri nitet aurea cercopitheci. Juven. ſat.15.v.2.

Adde μοσχολατρείαν, Ex. 22.4. Syria piſces adoraſſe fertur. Juv. ſat. cit. Cic.l. 3. de nat. Deorum. hinc Dagon quaſi Ἰχθύων, Neptunus. hinc piſcium abſtemii,

ne violent timidi piſcibus ora, Syri. Ov.2.faſt.

piſces vicinis vendere ſoliti, Nehem. 13. v. 16. fortaſſis & columbas. Matth.21.12. quippe &

alba palæſtino ſacra columba ſolo. Tibull.

4. ὑδρολατρεία, fuerunt qui fontes adorarent & fluviorum Nymphas, vide Senec. ep.41. 5. Κηπολατρεία καὶ Γεωλατρεία, terræ, hortorum & fructuum inde naſcentium adoratio. hinc iterum portendorum matri Ægypto

porrum & cæpe nefas violare & frangere morſu. Juv. l. cit. *Iidem Ægyptij cum pleriq; vobiſcum non magis Iſidem, quam ceparum acrimonias metuunt; nec Serapidem magis, quàm ſtrepitus per pudenda corporis expreſſos, extremiſcunt.* vid. Voſſ.5. de Idol. gent. p.52.

De terræ cultu vide Plut. de fac. in orb. Jun. Cæl. Rhod. l.1. c.7. Plin. l.346. Alex. ab Alex. l.4. genial. dier. c.12. Macrob. l.1. Saturn. c.12. confer Chriſteid. art. 1. theatr. 1. phæn. 1. p.34. & ſeq. Origo univerſæ hujus theaſtrolatriæ ad quatuor capita referri commodè poteſt. 1. eſt *adulatio* in reges, quos defunctos quaſi deificarunt, ut incitetur Rex ſucceſſor ad ſimilia in populum beneficia, vide Cic. 3. de nat. Deor. & Cæl. Rhodig. l.21. Antiq. lect. c.33. Belus primus creditur divino honore cultus, Cyrill. l.3. contra Julian. Euſeb. in Chron.

Digitized by Google

Chron. Gregor. Gyrald. ſyntagm. 2. hiſt. Deor. 2. *divinandi ſtudium* vendidit namque Satanas hominum curioſitati futurorum revelationem. Cur enim Deos ſuos tàm anxiè aut quæſivit Laban, aut callidè furata eſt Rahel? niſi, ut ille futurorum conſcium larem ſervaret, hæc proditionem viæ, quâ effugerant, caveret? 3. *Timor*, attoniti enim tempeſtatibus & aliis portendis mortales timere cœperunt vim aliquam cœleſtem, hinc

Primus in orbe Deos fecit timor.

4. *Beneficentia*, quam, undecunque veniſſet, rependere cultu ac honoribus, æquum videbatur. Conf. Sap. 14.14.

§. 9. Ab hâc cultûs alieni ſpecie antequàm digrediamur, illud inſuper hîc nobis explicandum eſt, *an ut colere Deaſtros nefas, ita & appellare ſit illicitum?* D. Meiſn. comm. ad Oſ. 2.17. affert varios modos, quibus nomina Deaſtrorum allegari ſolent. Fit hoc 1. tantùm recitativè, 2 reprehenſivè, ut 1. Reg. 18.27. 2. Reg. 1.3. 3. teſtificatoriè, ut me hercule, medius fidius. 4. technologicè in arte Aſtronomica: 4. poëticè, idque rurſus vel invocando, vel per proſopopœian introducendo, vel nudè carmini inſerendo. Denique diſtinguit inter ipſa nomina, quorum alia ſunt rerum appellativa, alia propria deaſtrorum. Clarius hæc omnia ut diſputentur, nobis lubet certas formare concluſiones. 1. *Nuda appellatio ac pronunciatio nominum ſeu propriorum ſeu appellativorum licita eſt.* De *appellativis* & rebus aliis communibus liquet; hæc enim ſi tollas, quid nobis de nominibus reliquum erit? non licebit nominare ſolem, non piſces, non crocodilum, non alia. Sic Baal abſolutè nominari nil vetat, habet enim mariti ſignificationem, & revera ejus mentio in ſcripturis S. eſt perfrequens. *De propriis* idem probatur exemplô ſcripturæ S. in qua fermè omnia græcorum deillorum nomina reperias in Palæſtinâ frequentata, ut ex collatione eorum, quæ de Dîs Syris eruditè tradit Selden. in ſyntagm. patet. Cæterùm ſubjicimus catalogum Deorum gentilium, quorum in S. literis fit mentio: Adramelech, ſpeciem habens pavonis & muli. 2. Reg. 17.31. Aſdod aliàs Dagon. 1. Mac. 10.83. Arza. 1. Reg. 16.9. Aſima. 2. Reg. 17.30. Aſtaroth. in ovina ſpecie. 1. Sam. 31 10. 1. Reg. 11.5. Baal-Jud. 6.25. 1. Reg. 16.31. c. 18.18. & alibi. Baal-Berith Jud. 9.4. Baal Pehor, Num. 25.3. quem Hieron. Priapo comparat. confer Luther. tom. 7.

Witt.p.335.Beelzebub.2.Reg.2.1.Fliegenkönig. de hoc multa pereruditè Selden.Syntagm.l.2.c.Baalzephon.Exod.14.2.& 9.Num.23.7.Bacchus.2.Macc.14.33.Bel Babyloniorũ. Dan.14.2. Chamos. Num.21.29. Jud.11.14.Jer.48.7.Chion Amos 5.26.Dagon,Jud.16.23.1.Sam.5.3.Diana 2.Macc.1.13.& 15. Gad.Eſ.65.11.Hercules.2.Macc.4.19.Jupiter.c.6. na.2.Malchom.Zeph.1.5.aliàs Molech.Lev.18.21.& Milchom.1.Reg. 11.5. 2.Reg.23.13.Melechet.Jer.7.18.c.44.17.Meni.Eſ.65.11.Miplezeth. 1.Reg.13.15. Nabaam. 2.Reg.17.3. Nanæa.2.Maccab.1.13. & 15. Nabo. Jer.46.1.22. Nechuſtam.2.Reg 18.4. Nergal.2.Reg.17.30. Rimmon. 2.Reg.5.18.Remphan.Act.7.43. Suchot Benoth.2.Reg.17.30. Sichut. Amos 5.26. Thartack.2.Reg.17.31. Thammuz. Ezech.8.14. Theraphim. Gen.31.34.

§. 10. *Dices* ipſam pronunciationem nominis Deorum alienorum ac nominatim nominis Baal prohiberi. Exod.23. v.13. *Et in omnibus, quæ edixero vobis, continete vobis, nomen autem Deorum alienorum, ne recordamini, nec auditor in ore tuo.* Oſe. 2.17. *Amovebo enim nomina Bahalimorum ab ore ejus, ut non commemorentur amplius nomine ſuo. Reſp.* ad utrumque locum: 1. phraſes iſtas (*non audiri, non nominari, non eſſe in ore alicujus*) non negare abſolutè nominationem: obſtat enim totum illud, quod oculis ſubjecimus nominum propè alphabetum; & expreſſus N.T. locus Rom.11.4. ſed limitatè, honorificam nominationem: rem ſcilicet nos ita execrari, ut vel ejus mentione labia noſtra polluere nolimus; cùm ea dicamus in ore habere, etiam apud Latinos, quæ laudamus & honore proſequimur. utpote cum de Viro claro dixit Ennius, volitat per ora virûm, & Cic. l.1. ad Q. F. Ep.1. cujus virtus in auribus omnium gentium eſt poſita. Confirmatur hæc explicatio collatione cùm ſcripturæ S. tùm ſtyli profani: illius quidem Epheſ 5.3. hujus in Ariſtophanis avibus, cùm eum, cui objectum erat, quòd Ariſtocratiæ faveret, reſpondentem introducit, ſe etiam Selli filium abominari, nempe Ariſtocratem, non tàm quod nomen pronunciare nollet, ſed quod honorificè de eo loqui ob invidioſum nomen nollet. vide Lact. catech. part.1.p.137.

§. 11. Concl.II. *Nominum Deaſtrorum uſus.* 1.*Reprehenſivus* eſt licitus: illicitus teſtificativus & invocativus. Illud Zeli religioſi eſt, hoc impiæ cum Gentiliſmo colluſionis argumentum.

tio

§. 12. Concl.III.Nominum iſtorum haut illicita eſt applicatio ad res profanas, neceſſaria magis (quia ſic uſus obtinuit,& longa ætas vitioſum contagium detrivit. Audi Hieron.in cap.24.Iſaiæ *Quando audimus Arcturum, & Oriona, non debemus ſequi fabulas Poëtarum, ridicula ac portentoſa mendacia, quibus etiam cœlum infamare conantur, & mercedem ſtupri inter ſidera collocare. Sed ſcire Hebræa nomina, quæ apud eos aliter appellantur, vocabulis fabularum gentilium in linguam noſtram eſſe translata. Qui non poſſumus intelligere quod dicitur, niſi per ea vocabula, quæ uſu didicimus, & errore combibimus.* Conf. Voſſ. de Idol. c.35. p.491.) quàm ultronea. Hinc *Mathematicè* Stellam Saturnum dicere (quanquam inter hæreſes numerarit Philaſtrius iſtam profanam Planetarum nominationem, ac ſint, qui vellent ſiderum imagines refingi, inque ſacras converti. Quanquam jam olim Idumæus Sophus Job titulos Stellarum deſignarit, cui *Haſch* Arcturus eſt autumnalis; *Cheſil*, Orion hyemalis; *Chimah*, Pleiades vernales; *Chadre Thuman*, inferiora Auſtri,-ſtellæ æſtivæ. *Brovvniſtæ* hîc muſcas excolant, quos perſtringit *Hoornbeck.* in ſumm.Controv. pag. 629. & ſeqq.) *Poëticè* artes liberales Muſas vocare, nihil habet vitii; Perinde eſt, ac ſi iſtâ utaris paraphraſi: ſtella ſeptimi cœli, quam Ethnici Saturnum dixere. Item artes illas, quas Gentiles Muſarum titulo expreſſere. *Illicita* contra applicatio 1. ad DEUM Opt. Max. quem ſine Impietatis nota Jovem non dixeris, ut rectè Bembum caſtiget Scaliger lib. 3. de Poët. Qui Jeſum auſus eſt Heroa vocare, quod nomen *Auguſt.* lib.10. Civ. Dei. c. 21. autumat ab ἥρα Junone derivari, tanquam dicas Junonis Filium. *Negant Camænis* (ita Paulin. ep.1.ad Auſon.) *nec patent Apollini dicata Chriſto pectora: nunc alia mentem vis agit, major DEUS, aliosq; mores poſtulat. Nec Chriſto (ita Alcimus Avitus ad Tuſcinam ſoror.) reſonans cantabit fiſtula Phœbo.* Confer Invectivam Claud. Eſpencæi de divina Poëſi. pag. 1034. ad 2. *res ſacras*: Monſtrum namque canat non carmen, qui, de Euchariſtia ſi loqueretur, inceſto ore vinum ſacrum appellaret Bacchum, & panem benedictum, Cererem. Quid *igitur de applicatione ad hominem ſtatuendum?* De miniſtro quodam Genevenſi in vita Calvini Beza annotavit, abhoruiſſe eum à nomine *Balthaſaris*, & veritum in baptiſmo illud nomen imponere infanti, quod gentile ſit, inque honorem Beli impoſitum Danieli, ut liquet è c. 4 5. eſt enim quaſi theſaurarius Beli à בל טשא אצר quæ ſententia ſi vera eſt

Digitized by Google

ra eſt, nemini quoque imponatur nomen Mariæ, nemini Georgii & aliorum, quia his quoque ad impietatem primo præcepto contrariam & abuſi ſunt olim, & abutuntur adhuc hodiè Pontificii. Diſtinguimus igitur inter nomen Deaſtri ipſum & nomen inde denominatum. Sicut aliud eſt Conſtantinus, aliud Conſtantinopolis: ita aliud Belus, aliud Balthaſar: illud, ut nefas homini imponere, ita ab hoc abſtinere velle, meræ ſit ſuperſtitionis. Jac. Valent. Andreæ in mythol. Chriſt. p. 78. acuto apologo Poëſin hodiernam perſtringit p. 78.

Poëſis ex Platonis urbe profuga, cum apud Chriſtianos divertiſſet, habitaretq; in conductis, haud propriis, ædibus: paulatim petulantius agere, & libidinari cœpit. Itaque in judicium vocata cum de Religione quæreretur, purioris confeſſionem teſtata eſt: cum de moribus, virtutum leges agnovit: denique omnem vitæ rationem ſic à majoribus accepiſſe, explicavit. Placuit equidem formoſiſſima puella, viſaque eſt ſuavi eloquio, quicquid vellet, impetrare poſſe. Sed rigidiores ſenes non intermiſere de pietate ejus, & pudore dubitare. Quid enim ſibi vellet frequens Paganorum inviſio, quid lenonum & luxuriantium cohabitatio, quid os ad maledicendum & laudandum, ad ridendum, quàm lugendum, mobile? Reſpondit illa, Caſtum ſolidumque pectus, quod DEVS agat, nihil alieno vitio maculari. Tum Prudentius ſic cenſuit: Cogitarent Patres, an quem DEVS unus verusq; inhabitat, Diis infamibus delectari poſſit? an cœlum ſapiat, cui Venus quàm Maria: Cupido, quàm Immanuel: Muſa, quàm Spiritus S. Parnaſſus, quàm Oliveti mons: Elyſia, quàm cœlorum regnum: fabulæ, quam verbum vitæ in ore frequentius? an Chriſtianum ſit, vel laudibus, vel morſibus eſſe ad ruborem & formidinem uſque immodicum.

§. 13. IV. Λειψανολατρεία, Reliquiarum adoratio. Negare illis hunc cultum videtur Bellar. in catech. c. 6. p. 103. *Nequaquam preces ad reliquias, quas ſcimus ſenſus expertes eſſe, fundimus; ſed ideò illas honoramus, quia Sanctarum illarum animarum inſtrumenta fuerunt, quibus illæ præclara virtutum opera meritoria vitæ æternæ ediderunt, & ſuo tempore viva ac glorioſa corpora exiſtent. nunc verò precioſa pignora ſunt amoris, quē erga nos geſſerunt, & etiam gerunt Sancti. Et ideò etiam nos ante reliquias Sanctorum preces fundimus, orantes illos per ſanctiſſima ſua pignora, quæ tenemus, ut ſuo auxilio ſe noſtri memores eſſe oſtendant, uti nos honore impenſo illorum memores ſumus*, hæc ille! *Sed obruitur nube aliorum, qui cultum illis religioſum decernunt.* Vid. Hodom. Spir. Pap. p. 1178. ſit inſtar omnium, qui hoc agit *Ferrand.* Lojolita, in diſquiſ. reliq. Ubi inter alia de certis reliquiis diſquirens, l. 2. c. 1. *Theologos omnes*, ſcribit pag. 518. *rectæ & Catholicæ fidei communiter abiiſſe in eam ſententiam video,*

video ut ſentiant, aſſerantq́ eaſdem eorundemq́ divorum exuvias, quæ diverſis in locis aſſervantur, etſi non liqueat certò, quæ veræ illæ ſint, quæ ſecus? religioſo cultu eſſe afficiendas, in quam ſententiam ego pedarius libenter eo. Et cap. 2. pag. 522. *Si reliquiæ in tanta & incerta multitudine fuerint comportatæ adeoq́ ſolemni ac publico cultu adorandæ fidelibus ab Epiſcopo, vel Pontifice propoſitæ ſint: non modo poſſunt, ſed etiam debent abſolutè, atq́ excluſa omni explicita conditione ab illis religioſa affici veneratione.* Adducit Vaſqueſium, pag. 119. *Sicut non eſt peccatum idololatriæ adorare radium Luminis, ſub quo Dæmon delitéſcit, quando quis putat eſſe Chriſtum; eodem modo, ſi quis putans aliquam eſſe particulam Sancti, quæ reverà non eſt, merito ſuæ devotionis non carere.* Hujus quoque è Gentiliſmo originem & hiſtoriam omnem vide apud D. Chemnit. part. 4. Exam. Conc. Trid. p. 9. & ſeqq. Sufficiat hic unicum, quod ex Æliano memorat Lorin. ad Deut. 34. pag. 698. *De Alexandri Magni cadavere, quod inhumatum per 30. dies jacuerat, cùm Ariſtander Telmiſſenſis* Θεόληπτος γενόμενος, ἢ ἐκ τινος ἄλλης συντυχίας κατασχεθεὶς, *Divino numine percitus, aut alio quodam caſu correptus, in medios irruens Macedones revelatam ſibi affirmaſſet, quod quæcunq́ terra tanti viri corpus ſuſciperet, in quo illius anima prius habitaſſet, felicitate abundaret, & omni hoſtili vaſtatione in perpetuum libera foret,* ἡ ὑποδεξαμένη γῆ τὸ σῶμα, ἐν ᾧ τὸ πρῶτον ᾤκησεν ἡ ἐκείνου ψυχὴ, πανευδαίμων τε ἔσαι, καὶ ἀπόρθητος δι' αἰῶνος. *Contenderunt ſinguli, ut id in ſuum regnum quisq́ transferret; cumq́ Ptolomæus transportare vellet in Alexandriam, & Perdiccas bello repeteret; illius pro vero Alexandro ſimulachrum ſuppoſuit, ac regiè ornatum impoſuit currui, ſicq́ Perdiccam illuſit, qui pro vero falſum ac fictum Alexandrum recepit.* Hæc ille. Quoties ſimili arte eluſi Papæi? Eſt verò hæc impietatis ſpecies omnibus modis iniqua, *& injuriam infert.* 1. DEO, quem honore ſibi ſoli debitô defraudat, & ea rogat à lancea, à facie picta in ſudario, quæ non niſi rogari à vero DEO debent. *Felix haſta, nos amore per te fixi ſaucia.* Item, *nos deduc ad propria ô felix figura, ad videndam faciem quæ eſt Chriſti pura. Nos ab omni macula purga vitiorum, atq́ nos conſortio junge beatorum* In hymno, Ave ferrum Triumphale. Et in Antidot. Animæ, ſalve ſancta facies. 2. *Legi divinæ*. Gen. 3. 19. Terra es & in terram reverteris. Quam legem, aut fallunt, de nuda prædictione qui exponunt, aut falluntur (quod impoſſibile) à lege: conſtat enim multos aliis elemen-

tis quàm terræ datos. 3. *Ipſis ſanctis defunctis*, qui à laniis iſtis & diſcerptoribus ſpoliantur eô honore, quô judicavit ſanctos honorandos *DEVS*, ut de Moſis corpore inconſtantiſſimus Jeſuita ſcribit l.2. de Eccleſ. Triumph. c. 3. 4. *Contra*, fœditates noſtri corporis poſt mortem aliorum conſpectui ſubjiciuntur, ut iterum philoſophatur vertiginoſus Cardinalis, lib.2. de purgat. cap.ult. & quod horrendum auditu, cum incertæ ſunt reliquiæ ad ignem pulveremque damnantur à Ferrando in diſquiſ. relig. l.2. c.2. p.325. Denique *hominum ſimplicitati*, quâ abutuntur prodigioſâ reliquiarum multiplicatione, & falſatione, agnoſcente Georg. Caſſandro in conſult. ad art.22. quam non facilè defendet, niſi qui cum Baronio plurium quàm trium clavorum convicto, ad miſerrima præſidia FORTASSIS & FORTE confugiat, è tom.3. ad ann.326. ſect.51. & ſeqq. Conf. de fracto alabaſtro unguenti Conſtantini tempore integro Caſaub. Exerc.14. ad annal. Baron. ad ann.32. n.29. hodom. ſpir. pap. Phant. 6. p.1172. & ſeq. Legatur præprimis Luth. wider den Newen Abgott zu Meiſſen. tom.6. Witt. p.452. & ſeq.

§. 14. V. σαυρολατρεία. Impietatis hæc ſpecies duobus modis committi poteſt, vel, cùm illa ipſa numero eadem crux, quæ corpus Chriſti tetigit, aut ejus pars aliqua adoratur, vel ſimilis, ad illius primæ figuram expreſſa. Utraque ſuperſtitioſa, ſtulta, abominabilis quia 1. res eſt per ſe honoris ac ignominiæ incapax, utpote res per ſe nec laudabilis nec vituperabilis, ſicut & venenum ſcorpionis, etſi naturaliter malum, per ſe tamen vitioſum ac ignominioſum non eſt. *Dices*, cruci inferri ignominia poteſt. E. & honor. Sicut enim (lubet exemplô cauſam conclamatam utcunque juvare) cum apud Thuanum l.29. Sabaudus ebrius numos aureos & argenteos triunciales cudendos curaſſet, in quorum anticâ parte ducis effigies, in poſticâ centaurus conſpiciebatur, arcu lunato collineans & pedibus coronam jacentem calcans, cum inſcriptione: Opportunè! ea contumelia ad Regem Galliæ Henricum pertinuit: ita cruce ignominioſè ſectâ, combuſtâ, conſputatâ &c. crucifixus ignominiâ afficiur. *Reſp.*1. impropriè ignominiâ affici: lignum crucis ſic eſſe honorabile ut lapides quoſdam ad Deorum aras adhibitos fortunatos prædicat Philoſophus. Propriè autem crux ut injuriæ capax non eſt, ita nec ignominiæ. Quia 2. ſi

2. ſi maximè per ſe adorabilis eſſet crucis figura, tamen ab homine non debet adorari: quia ſtultus eſt, qui creaturæ irrationali ſervit, ac proinde eam ut excellentiorem ſeq; ſuperiorem agnoſcit. Quia 3. nondum conſtat inter συνεγλάπται, quæ fuerit crucis Chriſti figura, comiſſa, immiſſa an decuſſata? Lipſio poſt multum in hoc argumento æſtum non liquet l.1.10. utrum lignum tranſverſum eſſet ſuprepoſitum ligno longo, ita ut non emineret lignum longū ſurſum verſus, non eſt certum, juxta Bellarm. l.2.27. Jam qui cultus ex fide non eſt, (h.e. ut exponit Becan. tr. de lib. arb. q.10. n.17. conſcientiæ certitudine) peccatum eſt, Rom.14. v. ult. Cæterùm *objicies* 1. contactum cruenti ſacrificii, ex quo cruci adnata ſit aliqua præſtantia, ob quam adorari debeat Gretſ. l 1. de cruc. p. 125. 2. vicariatum Chriſti, quòd crux ſit vicaria Chriſti, ut legatus principis. 3. ſimilitudinem cum corpore Chriſti; cujus expanſi imago eſt 4. auctoritates patrum, Auguſtini, Baſilii, Cyrilli, Hieronymi, Chryſoſtomi, aliorum. 5. mutationem labari in formam crucis à Conſtantino M. inſtitutam ob viſum ſignum crucis in aëre. Reſp. I. è contactu cruenti ſacrificii tàm non conciliari cruci aliquam adorabilitatem, quàm verum non fuit illam ipſam aſinam, quâ vectus Servator Hieroſolyma ingreſſus eſt, adorandam fuiſſe. Dico autem aſinam illam, ne evadat ſeu Bellarm. ſeu Gretſerus, ſophiſta uterque, diſtinctione inter ſimilitudinem & imaginem, quâ argumentum Claudii Taurinenſis eludunt, ille l.2. de imag. ſanct. c.30. hic l.1. de S. Cruc. c.51. Confirmatur hæc ratio, ad hominem, quia aſina ſanctificationis capax fuit (non item labia Judæ) animal minimè rationale, naturâ ſuâ innoxium, honoris incapax. nihil enim de ligno crucis Gretſerus nugatur l. 1.52. quin idem aſinæ competat. 2. è vicariatu Chriſti nihil obtineri: oſtendantur enim tabulæ, quibus jus vicariatûs aut legationis cruci divinitùs commiſſum ſit. 3. Multò minus è ratione imaginis, quia 1. omnis homo ad imaginem Dei eſt factus. Ergone omnis homo adorandus? quod quidem abſurdè conceſſit Marſennus apud Sixt. Am. antibarb. bibl. p.290. quia 2. etiam latronum cruces figuram habuerunt crucifixi Chriſti, ut indagante Helena abſque miraculo dignoſci non potuerint. Bellarm. l.2.27. § tertiò, quia per evidentia. Ergone latronum cruces etiam adorandæ fuerunt? 4. Nihil efficiunt auctoritates patrum. juxta namque

 fate-

ſatemur, fuiſſe olim ſignaturam crucis in uſu hiſtorico, memoriali, diſcretivo, ſimili ferè intentione inſtitutam, quâ Rubenitæ, Gaditæ, & hemi-Manaſſitæ trans Jordanem altare extruxerunt, Joſ. 22.28. Hinc illa, *non pudeat nos crucifixum confiteri ſed in fronte cum παῤῥησίᾳ ſignaculum crucis imprimatur.* Cyrill. Hierosolym. *Ibi omninò in quo membro (fronte) erubeſcitur, figatur, unde non erubeſcitur.* Auguſt. de verb. Apoſt. ſerm. 8. Damnamus cum iisdem abuſum, poſteà fraude Diaboli inductum 1. λατρευτικὸν, quo cœpit crux, ut remedium ſalutare generi humano, tutela contra ſæva jacula inimicorum, ſpes unica, auctrix juſtitiæ & veniæ donatrix, latriâ adorari, ut ex iſtis hypotheſibus colligit Thom. Aquin. p.3.q.art.4. Id verò noluere Patrès. *Helena regem adoravit non lignum utiq; quia hic gentilis error eſt, & vanitas impiorum, ſed adoravit illum, qui pependit in cruce.* Ambroſ. in orat de obit. Theodoſ. Et quanquam Patres ſæpe hoc in argumento rhetoricati ſunt, tamen mentem illorum planè expoſuit Hieron. in Pſ.95. *Ego crucem dico non lignum, ſed paſſionem. Cæterùm crux iſta, & in Britannia eſt, & in univerſo terrarum orbe. Felix qui crucem & reſurrectionem & locum nativitatis Chriſti portat in pectore ſuo.* & in Matth.c.23. *pictaciola illa decalogi philacteria vocabant*, quòd, *quicunq; habuiſſet ea, quaſi ob cuſtodiam & munimentum ſui haberet: non intelligentibus phariſæis, quòd hæc in corde ponenda ſint, non in corpore, alioqui & armaria & arcæ habent libros, & notitiam DEI non habent. Hoc apud nos ſuperſtitioſæ mulierculæ in parvulis Evangeliis & CRUCIS LIGNO & iſtiusmodi rebus, quæ habent quidem Zelum DEI, ſed non juxta ſcientiam uſque hodiè factitant culicem liquantes & camelum glutientes.* 2. Abuſum ſignaturæ crucis *mimicum & magiæ affinem*, ut eſt ſcrupuloſa conſtitutio certi numeri paris aut imparis, unà cum ſuis myſteriis, quæ pàrtium illarum Epopta Durand. de ritib. Eccl. l.2. c.45. n.9. expoſuit. Nec 5. cauſam deſperatam Conſtantini M. & viſio & inſtitutum juvant. nam 1. id quod Conſtantinus M. in aëre vidit coruſcare, non figura crucis Chriſti fuit, quæ literæ Tav ſimilior, auctore Tertull. l.3. contr. Marc. ſed nominis Chriſti. Vidit enim literam Græcorum ρ literæ χ inſertam, *XPiſti* ſcilicet indicem 2. non dictum eſt Conſtantino, ut flammeô crucis ſignô vinceret, ſe ἐν τούτῳ νικᾷς per hunc (Chriſtum) vince. 3. falſum eſt Conſtantinum primum feciſſe, ut labarum Crucis formam imitaretur: id

namque

namque moris prius obtinuiſſe, auctor eſt poſt Tertul. Pamelius in not. ad Apolog. Tertul. c.15. n.245. Quid igitur, inquies, adjunxit labaro Conſtantinus? nomen Chriſti aurô intextum.

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum Prudent. l. adv. Symmach.

Denique ſi vel maximè ſuâ mutatione Conſtantinus M. adorabilitatem ſigno crucis conciliare voluiſſet, tamen de eo religioſius ſtatuendum non eſſet, quam de Gideone Ephodis auctore impiô. Jud.8.27.

§. 15. VI. Ἁγιολατρεία. In mare hoc antequam vela mittamus, ſtatus primùm controverſiæ ritè formandus eſt. Quæſtio eſt: *An Sancti 1. defuncti* (nam de vivis nulla controverſia eſt, quin & orare pro ſe invicem Jac.5:16. & rogari poſſint, ut apud DEUM intercedant. Epheſ. 6.18. Quod genus rogationis non eſt invocatio religioſa à quâ res petita poteſtatem compellati hominis ſuperat: ſed compellatio civilis, quâ res petita eſt in hominis poteſtate ſita.) *2. cœlo beatorum adſcripti*. (nam quos purgatorium adhuc in vinculis tenet, non ſunt idoneum adorationis objectum, ut diſputat Bellarm. l.2. de purgat. c. 16. 6. §. Quod autem Conf. Thom. 2. 2. q.83. art. 11. reſp. ad 3. quamvis Alphonſ. Mendoza utilem hujusmodi invocationem ſtatuat, Suarez putet non peccare qui invocat, uti refert Corn. à Lap. l.2. Maccab. c.15. p.138.) *3. novi Teſtamenti fœderales* (nam quos limbus ante Chriſti deſcenſum coërcuit, non illi adorari debuerunt è plerorumque ſententiâ.) *4. Per ἀποθέωσιν Papalem canoniſati & numero divorum inſerti.* (Bellarm. l.1. de beat. ſanct. c.7. Melch. Can. l.5. loc. c. penult. Corn. à Lap. ad Syrac. 44. p. 415. Corvin. in Jur. Can. p.113. & ſeq. Forer. part 3. antiq. Pap. p.49. abſque enim iſto Eccleſiæ ſeu teſtimonio ſeu judicio ſi eſſet, fieri poſſet, ut populus erraret, & damnatos pro beatis coleret, Bellarm. l. cit.) *non 1. honorandi* (Id enim in quæſtionem non venit, nam & nos non ita ἁγιόμωμοι vel hagiomaſtyges ſumus, ut calumniabantur olim Andradius, Poſſevinus, Salmeron, Bellarminus, ut honorem ipſis denegemus 1. εὐχαριστικὸν, ἄνω relatum, quô DEO gratias agimus pro tàm eximiis in ſanctos collatis chariſmaſi,

quos cùm laudamus, laus ea tota DEI eſt.

2. μνημονευτικὸν, quo virtutes illorum & legitimum donorum uſum cele-

celebramus 3. μιμητικὸν ac exemplarem, *Quemadmodum pictores, cum imaginem ex imagine pingunt, frequenter ad exemplar reſpicientes, lineamenta inde ad ſuum opificium transferre contendunt: ſic oportet eum, qui ſtudet ſeipſum omnibus virtutis partibus perfectum efficere, ad ſanctorum hominum vitas, velut ad ſtatuas mobiles & actuoſas oculos intendere, atq; illorum bona per imitationem ſua facere.* (ita Baſilius ep. ad Gregor. Naz. v. Corn. ad Syrac. p. 413.) vide poſt art. 21. A. C. & Apol. Aug. qua tamen cautione? videatur Luther. tom. 1. Isleb. p. 113. quem ſanctorum honorem civilem appellare poſſis, quia ſancti viventes ſanctorum defunctorum concives ſunt: item officioſum, ſocialem, cum Auguſt. l. 22. c. 21. honorandi ſunt propter imitationem, non adorandi propter religionem, l. de vera relig. c. 55.) *non 2, nominandi,* (quod in precibus ſuis ſæpe ſancti V. T. fœderalis promiſſionis patribus factę memoriam reſuſcitantes, Exod. 32. 13 & alibi fecêre, non tamen religiosè coluere. ſi enim omnis ſancti in precibus nominatio religioſa eſſet invocatio, jam David & Ezechias Reges ſeipſos adoraſſent Pſ. 132. 1. 2. Eſa. 38 3. hinc etiam, cùm Gen. 48. 16. Jacob. à DEO petit, ut patrum ſuorum nomen ſuper Joſephi filios invocetur, non vult patres ſuos invocari, ſed filios Joſephi haberi pro filiis ac ſervis DEI) *ſed religioſâ, religione ſecundariâ* (religio à religando derivetur, ut placuit Lactant. l. 4. inſtit. 28. Hieron. in Amos. 9. Auguſt. l. de vera relig. c. 55. an à relinquendo ac ſeparando myſterio abſcondito à rebus profanis, ut ſtatuit Macrob. l. 3. ſaturn. 3. id in medio relinquimus. Græcis dicitur, εὐσέβεια 1. Tim. 4. 8. λογικὴ λατρεία, Rom. 12. 1. θρησκεία, Jac. 1. 26. à Θρᾷξ, ut nonnulli opinantur, quod Thraces eſſent multis ceremoniis dediti, εὐλάβεια, Hebr. 12. 28. primùm ac propriè notat actum illum elicitum, qui in DEUM ſolum fertur, per quem uni ſoli DEO religamus animas noſtras, ad cultum divinum amore ſerviendi. Iſid. l. 18. Etym. Quo quidem ſenſu patres hanc vocem intellexerunt. *non* ſit nobis *religio cultus hominum mortuorum* Aug. l. de vera relig. c. 55. *primum officium juſtitiæ eſt conjungi* DEO; *ſecundum cum homine, ſed illud primum religio dicitur; hoc ſecundum miſericordia vel humanitas.* Impropriè autem ac metonymicè religiones vocantur actus à religione imperati; quò quidem pertinet locus Jac. 1. 27. cum quo conferas licet 1. Cor. 13, 4. & ſeq.) *cultum* (id eſt, honorem, cum quadam ſubmiſſione, tàm externâ,

quàm

Digitized by Google

quàm internâ) *DEO tanquam primo omnium rerum principio exhibet.* Eandem Dub.2. à reliquis virtutibus diſtinguit. Impropriè autem ac metonymicè religiones vocantur actus à religione imperati; quò quidem pertinet locus Jac. 1,27. cum quo conferas licet 1. Cor. 13.4. & ſeq. Dixi autem *religione ſecundaria.* Negant enim pleriq; adverſariorum ſe religioſè religione primariâ, quæ ſoli primo principio debetur, colere ſanctos, concedunt ſe ſecundariâ. Bellarm, l.1.c 14. ob tres cauſas quibus cultus ſanctorum religioſus dici poteſt. Leſſ. l cit. dub. 3. in fin. *Latria fundata in extrinſeco reſpectu ad excellentiam divinam,* ajunt enim qui diſtinctionum pulverem oculis objiciunt, ne furta conſpiciantur, bifariam rem aliquam honorari poſſe, ob intrinſecam excellentiam. e.g. ob ſanctitatem & ſtatum beatorum, qui eſt in ipſis; deinde ob reſpectum ac habitudinem ad extrinſecam excellenriam e. g. divinam, cujus habitudinis quatuor modos recenſet Vaſquez q.25. art.6. diſp.110. c.2. Ac ſic perinde ut equô amici honoratô, ipſe amicus videtur honorari; ut Pontifice vicariô Chriſti honorato ipſe Chriſtus; ſtatuâ erectâ & coronâ impoſitâ ille ipſe, cui is honor defertur: ita etiam ſancti tanquam amici DEI, nec ſancti ſolùm, ſed omnes res etiam inanimæ, imò ipſe Diabolus in radio aliquo luminoſo, vel ſpecie crucifixi deliteſcens, (ut non ſine horribili blaſphemia Vaſquez l. cit. profeſſus eſt) coli poſſunt latriâ, quæ formaliter & æſtimatione morali, eſt honor DEI, materialiter ſancti. Leſſ. loc. cit. dub. 3. per tot. *Et dulia fundata in excellentia creatâ ac finita* (h. e. cultu minori, inferiori quàm divinô, cujus objectum eſt ſancti ſtatus, ſanctitas, gloria, &c.) *ſuppliciter* (ut habet Concil. Trid. ſeſſ. 25.) *fiducialiter* (Bellarmin. l.1. de ſanct. beat. c.20. reſp. ad 1. nec aliter potuit, cùm idem ſit objectum fiduciæ & invocationis Rom. 10.14.) *invocandi ſint* (in ſenſu Eccleſiaſtico acceptâ phraſi, quâ invocari eſt in auxilium vocari: quò nonnulli trahunt, quod legitur Oſ 7.11. quô itidem ſenſu Cic. dixit l.7. de nat. Deor. Junonem Lucinam in pariendo invocant.) *non quidem ut primi omnis boni auctores* (quem honorem in ſolidum DEO ſe tranſſcribere videri volunt,) *tamen ut opitulatores ac ſalutis præſules, per communicatam divinitus poteſtatem* (vide autorum verba Tom. 8. §.348. D. Gerh. & exempla innumera part. 3. Exam. Conc. Trid. D. Chemn. p.m. 234. & ſeqq.) *non ſola inſtrumenta* (quip-

Digitized by Google

pe qui meritis ſuis nobis ſuffragentur. Biel.can. miſſ. lect. 30. jam meritoria cauſa, principalis eſt. inde enim atque ideò Chriſtus *αἴτιον σωτηρίας αἰωνίου* auctor ſalutis æternæ dicitur Heb.5.9. quia hanc merendô acquiſivit,) *quin imò qui inſuper ſint coadjutores noſtræ ſalutis reparandæ*, (vide auctorum verba collecta à D. Gerh. l. cit. §. 587.) *ut mediatores non redemptionis, ſed interceſſionis* (Eccius in Enchir. c. 15. v. l. cit. §. 89.) *ut condeprecatores, interceſſores & patroni*, qui pro nobis orent. (Bellarm. l. 1. ſanct. beat. c. 17.) Ait os congregationis papææ Bellarm. lib. 1. de Beatitud. Sanct. c. 19. *Sanctos eſſe invocandos*. Concil. Trident. Seſſ. 25. c. 2. decernit: *Impiè illos ſentire, qui negant, Sanctos invocandos eſſe*. Idem Bellarm. in Catech. hæc profitetur c. 6. pag. 103. *Honoramus, invocamusq́; Sanctos, ut amicos DEI, qui ſuis meritis & orationibus apud DEUM nobis adjumento eſſe poſſint; non tamen eos pro Diis habemus, nec adoramus, ut DEUM. Nec intereſt multum, nos genua flectere quia cultus ille non ſolius DEI proprius eſt, ſed aliis etiam ſublimioribus creaturis, ut ſumm. Pontif. & Regib. defertur, ut & hoc in multis locis uſitatur, ubi religioſi cum genuflexione ſuperiores ſuos adeunt.* pleniorem controverſiæ de Sanctorum cultu hiſtoriam ab ovo ad noſtra mala deductam qui deſiderat, adeat D. Chemnitii examen Concil. Trid. part. 3. p. m. 221. & ſeq. addat, ſi lubet Gerh. Voſſ. diſp. 11. de Invoc. Sanct. p. m. 146. & ſeq. nec prætermittat ſyllabum ſanctorum, ac particularium ab iis beneficiorum collectum à Luthero tom. 1. lat. p. 128. & ſeq.

§. 16. Conſtitutam hôc modô *τάσιν*, caducam reddimus his concluſionibus è diametro oppoſitis. 1. *Sancti defuncti, beati, N. T. fœderales, canoniſati, prorſus non ſunt invocandi*, h. e. in auxilium vocandi, eô quidem modô, quô id Pontificii facere ſolent. quia talia objecta adorationis ſunt 1. *ſcr. ſacris ignota*. 2. *legi divinæ contraria*. 3. *inhabilia*. Primum, ſcr. ſacris *ignota*, quia ejus rei nec mandata, nec promiſſiones, nec exempla extant, ſed è *κακοζηλίᾳ* *ἐθελοθρήσκως* gentilis originem trahunt *Equidem nullum mandatum requiri, quando ipſa nos impellit neceſſitas*, ſcribit *Bellarm.* l. 1. de beat. S. c. 20. quo argumento ſuperſtitionibus quas neceſſitas aliquando urgere videtur, januam aperit. Quæro an cælitum (*in N. Teſt.*) primum, neceſſarium fuerit invocare? ſi? ede quem invocarit ipſe; ſi primus fuit invocandus. Sin? nullum neceſſarium fuit. Quod 1. *mandatum & promiſſiones* attinet, nuſpiam

tale

ale quid extat: Jam quod non eſt ex fide (verbi correlato) peccatum eſt. DEUS (ait Tertull. l. de orat. c 9) *Docere potuit, ut ſe velit orari: ab ipſo igitur ordinata religio orationis.* quæ Bellarm. è ſuo ſenſu affri-tuit, ea ſoluta extant tom. 8. D. Gerh. §. 436. 455. 461. & ſeqq. uſque ad §4.78. confer Gerh. Voſſ. diſp. 8. & 9. de Invoc. Sanct. p. 120. & ſeq. *Exempla* 2. in V. T. non extare, confitentes habemus reos, vid. Gerh. §. 423. & quæ illi cùm è V. tùm è N. T. per ſaturam collegerunt exempla, ea iterum diſſipata legas licet l. cit. §. 442. & ſeqq. Imò hunc honorem à ſe ſanctos non per acciſmum tantùm, ſed verè repuliſſe, exempla extant non pauca, de quibus ibid. §. 400. & ſeqq. quæ nos ſingula ut deſcribamus, æquum non eſt. de κακοζηλία gentili res adeò liquet, ut quidam anxiè laborârint, quomodo oſtenderent, quibus divis gentilium quique ſancti ſucceſſerint, & quomodo noſtri feſti feſtis Ethnicorum reſpondeant, quos inter eminet Nevidius Ferentinus. *Multi Chriſtiani* (ita Ludov. Vives ad l. 8. Civ. Dei. c. ult.) *Divos divasq; non aliter venerantur, quàm DEUM; nec video in multis, quod ſit diſcrimen inter illorum opinionem de Sanctis, & id, quod gentiles putabant de Diis ſuis.* Vide D. Gerh. §. 420. 432. D. Steuber. Tom. 5. Giſs. diſp. 20. theſ. 19.

§. 17. *Eadem ſanctorum invocatio eſt legi divinæ contraria,* cujus ut ſupra monſtravimus, hæc eſt ſententia:

N. Ens extra DEUM, quod non eſt Deus φύσει, eſt invocandum.

O. ſanctus eſt Ens extra DEUM, quod non eſt Deus φύσει. E. Major eſt ſententia legis explicata Gal. 4. 8. firmata per excluſivam Matth. 4. 10. ad quæ nonnulla excipit Bellarm. plumâ leviora, diſſipata à D. Gerh. l. cit. §. 382. & oppoſitivam Eſa. 42. 8. Minor ſine dubio extra controverſiæ aleam eſt poſita.

§. 18. Denique *ſancti ſunt objecta inhabilia cultûs invocativi.*

O. objectum invocabile debet eſſe omniſcium, omnipræſens, omnipotens.

N. ſanctorum eſt omniſcius, omnipræſens, omnipotens. Ergò.

Primum membrum de *omniſcientiâ* inde liquet, quia principium agendi ſcientia eſt; ſi tuos gemitus ſingulares, etiam quos clàm ſpiras, neſciat qui adoratur, nec juvabit; Siſyphi igitur ſaxum

Digitized by Google

verſaris orandô. Minor firmatur 1. è καρδιογνωσίᾳ ſoli DEO vindicatâ. 1.Sam.16.7. 1.Reg.8.39. 2.Paral.6.30. Excipit nonnulla Bellarm. ſed quæ olim Arius & Macedonius ſuæ quoque cauſæ aptaſſent, vide D. Gerh. §. 311. 2. è particularis rerum quæ in his terris geruntur ſcientiæ denegatione Job.14.21. Eccleſ. 9.5. Reperiit hîc quoque Bellarm. rimam, quâ ſe effugere poſſe exiſtimat, ſed occluſam iterum §.314. & ſeqq. confer Voſſ. diſp. 9. de Invoc. S. p.137. Quanquam generalem notitiam, & præteritorum ἀνάμνησιν nulli unquam ſanctis negaverimus.

§. 19. Cæterum quia opiniones nonnullas & conjecturas in re tanti momenti afferunt Pontificii, hæ quoque ſuffocandæ nobis ſunt. *Opiniones* dico, quia 1. malâ conſequentiâ à particulari ad particulare concludunt; Abraham, inquiunt, in parabola, purpurati epulonis depravatam vitam; Eliſæus Gehaſi nequitiam; & Regis Syriæ arcana verba; Petrus Ananiæ mendacium novit. E. ſancti omnes omnia hominum negocia preceſque ſciunt. Vid. D. Gerh. §.309.2. *Conjecturam 1. De ſpeculo Deitatis* proponunt, quam illis ſpeculationem ſi maximè indulgeamus, hilô tamen minus proficient. Nam 1. fatetur Thomas, non omnia hominum negocia hoc in ſpeculo videri, quòd viſio illa pendeat à voluntaria DEI revelatione, alioquin & diem extremi judicii ſcirent, & implicet contradictionem, à finito intellectu comprehendi intelligibile infinitum. part.1. q.57. art.5. Conf. Joſeph Angles in flor. theol. in 4. ſent. part.2. q. de beatit. diffic.3. concl.3. Vide D. Gerh. §.324.325. 2. *de revelatione divina*, qui modus Bellarmino viſus eſt maximè idoneus ad convincendos hæreticos. Quæro autem ex tuis verbis Bellarmine contra te, cur Eccleſia tam audacter dicat omnibus ſanctis, orate pro nobis: cùm liquidò non conſtet, num omnibus DEUS preces iſtas revelarit? cur non petat aliquando à DEO, ut ſanctis revelaret preces noſtras? quid opus his ambagibus, cum rectà ad Deum omnipræſentem pateat aditus? plumbei iterum pugiones ſunt, quibus hîc pugnat Bellarm. Vide D. Gerh. §.329. & ſeqq. 3. *de revelatione per angelos.* Quid verò fiet ſi hi præſentes ſemper non ſint, περιγραπτοὶ γάρ οἱ ἄγγελοι, ὅτε γὰρ εἰσὶν ἐν οὐρανῷ, οὐκ εἰσὶν ἐν τῇ γῇ Damaſc. l.2. orth. fid. c.3. Quid? ſi præſentes ſint, nec tamen orantis cogitationes, nullô ſignô expreſſas, cognoſcant? Quid, ſi hypocritarum

preces

preces, ſigno-tenus tales ad ſanctos deferant? 4. *de celeritate naturæ bona.* Hæc ratio ait Bellarminus non eſt ſufficiens, quia ad cognoſcendas preces, quæ eodem tempore fiunt in locis diverſiſſimis, non ſufficit celeritas, ſed requiritur vera ubiquitas. 5. *de pia credulitate.* Sic namque de hac Cajet. 2. q. 88. artic. 5. fatetur certâ ratione ſe neſcire, an ſancti vota noſtra agnoſcant, quamvis hoc piè credat. Neſcitis igitur ô papicolæ, quod adoratis? Joh. 4. 22. Secundi membri *de omnipræſentia* concepti majorem probat D. Gerhard. §. 393. ex objecti invocandi deſcriptione, & illatione ex oppoſitis. Conf. §. 333. & ſeqq. uſque ad §. 344. Minor iterum extra controverſiam eſt. juxta Auguſt. l. de curâ pro mort. c 16. defuncti per naturam propriam vivorum rebus intereſſe non poſſunt. Tertii membr *de omnipotentia* Major firmatur ab eodem noſtro Doctore 1. ex objecti invocandi deſcriptione & neceſſariâ conditione. 2. ex oppoſitione §. 344.

§. 20. II. *Sancti defuncti &c. non ſunt colendi religione ſecundariâ,* quia 1. talis ſecundaria religio merum eſt χρηστοφύγετον, ignotum antiquitati, deſperatæ cauſæ index. quia 2. conceptus univoci non datur conceptus ſecundarius: ſeu, quod merè univocè tale eſt, (non analogicè) ejus non datur aliquid ſecundarium: at cultus religioſus univocè DEO debetur, quia incommunicabiliter ac indiviſibiliter: unde idololatria cum adulterio comparatur, quia utrobique amor indiviſibilis eſſe debet: neque paſſurus eſſet maritus ſi uxor diceret, amore συννοίας ſecundariô ſe ferri in cuculum. Ita quidem Socer Simſonis adulterium ſuæ Filiæ excuſat, titulo amicitiæ, ſed ſcelus igne luit Jud 15. 2. & 7. Cultus divinus & humanus non gradu, ſed toto genere diſcrepant.

§. 21. III. *Sancti defuncti non ſunt invocandi latriâ, fundatâ in extrinſeco reſpectu ac habitudine ad divinam excellentiam.* quia 1. ad bonitatem actionis non ſola intentio boni, ſed etiam intentio bona, rectis mediis ſuffulta, requiritur. Intentio Gideonis in conſtituendo Ephode Jud. 8. v. 26. collineavit ad bonum finem, nec tamen bona fuit. Conf. Romanor. 3. v. 8. quia 2. hic extrinſecus reſpectus & gentilium idololatriam excuſat, & res omnes adorabiles reddit. *Excuſat,* quia ipſi gentiles ſolem, lunam &c. adorarunt in reſpectu ad primam cauſam, ut ex iis patet, quæ de myſticâ phyſicâ & civili

theologia ethnicorũ è Varrone retulit Auguſt.l.6.C.D.c.5. Quid erat, quòd tantopere inveheretur in μοσχολάτρας ſuos Moſes? ſi vel idololatra non fuiſſet Aaron, ut Franciſ. Moncæjus ſubtilius quam verius, atque ideò Romanâ cenſurâ notatus (teſte Corn.à Lap. in h.l.) conficere laboravit: vel Idololatria non fuiſſet, in reſpectu ad verum DEUM, bovem coluiſſe: Fuit namque tota illa religio analogica & reſpectiva. ut enim Philiſtæi Neptunum per Dagon, ita Ægyptii Iſidem per vaccam coluerunt, utrobique terminativè ſummum DEUM. Id quod intendit Aaron, Exod.32.5. id voluit populus, cùm ſigno tribuerunt, quod erat rei ſignatæ, v.4. cùm dixerunt, Fac nobis deos. Deinde *res omnes adorabiles reddit*, imò & muſcas & muſcarum Deum Beelzebub, quæ ſententia non à Theologo, ſed cenſore, ſed fuſtiario opprimenda eſt. Objiciunt illi quidem pro iſto reſpectu locum è Matth.5.34. *colligitur*, ait Maldon.ib. ex *hac ratione Chriſti etiam creaturis quatenus ad Deum referuntur aliquẽ non ſolùm urbanitatis, ut novi dicunt hæretici, ſed etiam religionis honorem deberi*, Et mox: *ſi per cœlum & terram jurare religio eſt, quia illud thronus, hoc ſcabellum pedum DEI eſt: quantò magis per Petrum, per Paulum, perq; cæteros ſanctos & beatos viros, qui templum DEI ſunt. Impius igitur & imperitus Lutheranorum & Calviniſtarum error eſt, nulli, niſi DEO religionis honorem tribuentium.* Nos verò Maldonati collectionem arguimus malæ conſequentiæ. Non enim ſequitur, qui per creaturas pejerat, non peccat; Laban certè per fictam deitatem, nimirum Deum Nachor jurans, ſi pejeraſſet, peccaſſet utique: neque tamen ſequitur piè recteque eum hôc modô juraſſe. Sic in ſimili DEUS ſanctorum violationem punit, neque tamen adorationem probat.

§. 22. IV. *Sancti non ſunt invocandi honore* δουλείας, *ob excellentiam intrinſecam*, quam δουλείαν adverſarii definiunt, quòd ſit *media quædam inclinatio voluntatis, cum apprehenſione excellentiæ pluſquam humanæ & minus divinæ.* quia 1. δουλεία plus eſt ex natura rei quam λατρεία. E. ſi λατρεία non ſunt honorandi, multò minus δουλεία. probatur antecedens, quia colimus amicos, ſervimus Dominis: durius eſſet ſervire ei, quem colere gravarêre. Ideò Martin. Pereſ. l. de Tradition. part.3. conſid. non multum, ſcribit, ſibi probari nomen δουλείας pro cultu ſanctorum ſumtum, cùm δουλεία propriè ſignificet ſervitutem, & nos non ſimus ſervi ſanctorum, ſed conſervi. quia 2.

aut

Digitized by Google

aut δουλείαν præſtamus ſanctis, quia Domini ſunt abſolutè propter excellentiam inhærentem, aut, quia noſtri ſunt Domini κτητικῶς. non illud, quia ſic non eſt δουλεία: excellentiam namque ſuperiorem veneramur, non ideò ſervimus. Sæpè plebejus virum doctum honorat ob excellentiam doctrinæ, non tamen ideò ei ſervire dicitur. Non hoc, quia illi ipſi ſancti ſunt conſervi noſtri, quamvis nos inferiores, illi nobiliores. Quam etiam ob cauſam ſancti religioſum honorem à ſe repulerunt.

§. 23. V. *Sancti non ſunt invocandi fiducialiter* 1. ob interdictum divinum Pſ.118.8. Pſ.146.3. Jer.17.5. 2. ob repræhenſionem divinam in Aſa. 2. Paral. 16.12. 3. ob naturam fidei, quæ eſt ὑπόστασις certò fundamentô nixa: atqui in invocatione ſanctorum omnia incerta ſunt: incertum an audiant preces, incertum an juvare poſſint? Nos qui ſumus vocamurque Chriſtiani, non in Petrum credimus, ſed in quem Petrus credidit, Aug. l. 8. C. D. 54. Fruſtrà adverſarii objiciunt Joh. 5. 44. ubi Moſes tropicè pro doctrina Moſaica accipitur v. 46. Conf. Luc. 16. 29. 2. epiſt. ad philem. v. 5. ubi ſcripturis ſacris uſitata occurrit verborum trajectio, explicata Coloſſ. 1. 4.

§. 24. VI. *Etſi invocandi ſint ſancti ut primi omnis boni auctores, tamen nec invocandi ſunt ut opitulatores ac ſalutis præſules,* communicatam divinitûs habentes poteſtatem, quia id ipſum ſit κτιστολατρεύειν.

Q. adorat ſubſtantiam (non unitam DEO) quæ habet vim adjutricem & largitricem ſibi traditam, is ex judicio Chriſti κτιστολατρεύει Luc. 4. 6. & ſeq.

At qui adorat ſanctum adorat ſubſtantiam, &c. Ergò. quia 2. non liquet eſſe eosdem opitulatores noſtros.

Non II. ut mediatores interceſſionis, Interceſſores, condeprecatores. quia id muneris ſoli Chriſto competit Eſa. 63. 3. Joh. 14. 6. 1. Tim. 2. 5. is thronus eſt gratiæ, cum quo Dagon conſiſtere nequit. ad hunc per alium mediatorem aut mediatricem (de qua hunc in modum Barrad. nugatur tom. 1. comm. in conc. Evang p. 318. In cœlo Aſtrologi inter leonem & libram, virginis ſignum interponunt. Nos inter leonem de tribu Juda, h. e. Chriſtum in hora mortis judicem, & libram illam judicii terribilem, quâ omnes cogitationes noſtræ

Digitized by Google

ſtræ, opera ac verba examinantur, non virginis ſignum, ſed Virginem, judicis matrem multis precibus advocatam interponamus) penetrare velle, id ſit Chriſtum tacitè alicujus μισανθρωπίας accuſare. contra Heb. 4. 15. Ecquid ſancti agunt, cum aliquando ſui cultum petunt? id, quod Abſolon regiam dignitatem ambiens, eò quod pater eſſet ἀπρόσιτος. Quin potius ubi major in nos amor, ibi major in nos conjunctio & παῤῥησία in illam reflexa. audiatur auctor Priſcus comment in ep. Eph. qui Ambroſio tribuitur. *Solent pudorem paſſi neglecti Dei miſera uti excuſatione, dicentes: Per iſtos poſſe ire ad Deum, ſicut per comites pervenitur ad Regem. Age numquid tam demens eſt aliquis, aut ſalutis ſuæ immemor, ut honorificentiam Regis vindicet comiti, cum de hac re ſi qui etiam tractare fuerint inventi, jure & rei damnentur majeſtatis? Et iſti ſe non putant reos, qui honorem nominis DEI deferunt creaturæ, & relicto Domino ſervos adorant, quaſi ſit aliquid plus, quod reſervetur DEO. Nam & ideò ad Regem per Tribunos aut comites itur, quia homo utiq; eſt rex, & neſcit quibus debeat Rempubl. credere. Ad DEUM autem, quem utique nihil latet (omnium enim merita novit)* PROMERENDUM SUFFRAGATORE NON OPUS EST, *ſed mente devotâ.* *Dices* 1. non minui ſed augeri officium Chriſti mediatorium acceſſione ſanctorum interceſſionis. 2. ſi, quia Chriſtus ſolus mediator eſt, ſancti eſſe mediatores interceſſionis nequeunt, tùm nec Moſes, nec ſancti viventes fuerunt interceſſores. At hoc poſterius falſum E & prius. Reſp *ad* 1. Infinito nihil accedere poſſe: merita Chriſti quibus interceſſio nititur, ſunt infinitæ virtutis: nihil igitur illis accedere poteſt. Quemadmodum DEUS cum mundo acceptus non eſt perfectior ſe ſolô: ita interceſſio Chriſti conjuncta cum interceſſione ſanctorum non eſt perfectior interceſſione ſolius Chriſti. Reſp. *ad* 2. diſtinguendo inter interceſſionem ἱλαστικὴν, nixam perſonæ mediatoriæ & officii propitiatorii dignitate, & συναγωνιστικὴν quâ ſancti, qui adhuc in terris militant, coniunctis precibus adverſus Sathanam & eius organa nobiſcum pugnant. *Omnes homines*, ait Auguſt. contra ep. Parmen. l. 2 8. *Chriſtiani invicem ſe commendant orationibus ſuis. pro quo autem nullus interpellat, ſed ipſe pro omnibus, hic unus & verus eſt mediator.* Dices, juxta Apoſtol. 1. Cor. 13. 8. Charitas nunquam excidit, charitas manet, charitas eſt perpetua: at charitas interceſſoria ſanctorum eſt charitas. Ergò perpetua. Ergò adhuc manet.

Digitized by Google

net. Reſpondet *non-nemo, non malè. Etiamſi charitas ſemper maneat, non tamen protinus ſequi, eſſe in actu continuò, ut loquuntur. Quid enim impedit, quo minus Sancti, tranquilla pace nunc fruentes, charitatem præſentibus officiis minimè exerceant? Quid abſurdi, quæſo, in eo Papiſtæ repe-rient? Secundò, ſi nego perpetuum eſſe officium charitatis, pro fratribus intercedere: unde contrarium evincent? Ad interceſſionem requiritur neceſſitatis cognitio. Si divinare de mortuorum ſtatu licet: veriſimilior eſt conjectura, neſcire ſanctos mortuos, quid hic agatur, quàm eos eſſe conſcios neceſſitatum noſtrarum. Imaginantur quidem Papiſtæ, eos in reflexo lumine, quod habent ex conſpectu DEI, videre totum mundum. Sed profanum eſt figmentum & prorſus gentilitium, quod Ægyptiacam religionem magis reſipit, quam Chriſtianæ Philoſophiæ conveniat. Quid ergò ſi negem Sanctos, cùm ignorent conditionem noſtram, eſſe pro nobis ſalvatores; quo argumento me urgebunt Papiſtæ, ut illud mihi extorqueant? Quid ſi dicam, ita detineri, & quaſi abſorberi DEI intuitu, ut nihil præterea aliud cogitent; quomodo probabunt, hoc non eſſe rationi conſentaneum? Quod ſi excipiant charitatis perpetuitatem, cujus hic meminit Apoſtolus, poſt diem extremum fore, nihil pertinere ad tempus intermedium? Quid ſi dicam mutuæ interceſſionis officium non niſi vivis, & in hoc mundo degentibus mandatum eſſe, ideoq; ad mortuos nequaquam extendi? Dices, Oratio eſt perpetuum officium charitatis, durat charitas in animis Sanctorum, qui mortui ſunt: pro nobis igitur orant.* Eſto largiamur hoc; at adverſarii priorem quoque ſanctis tribuunt, inter Franciſcum & Chriſtum vix aliud quàm veſtis diſcrimen relinquentes. Sic namque Turſellin. apud Poſſev. bibl. ſelect. l. 17.

Exue Franciſcum tunicâ, laceróq; cucullo,
qui Franciſcus erat, jam tibi Chriſtus erit,
Franciſci exuviis (ſi qua licet) indue Chriſtum,
jam Franciſcus erit, qui modò Chriſtus erat. Conferas hîc licet hodomor. Spir. Pap. Phant. 6. p. 1091. & ſeq.

§. 25. VII. Μαριολατρεία ſive Μαριοδυλεία. Vetus hic error eſt Collyridianorum τῇ ὑπερβολῇ θαυμασάντων τὴν ἁγίαν αὐτὴ θεὸν ταύτην παρεισάγειν σπουδαζόντων, ut loquitur Epiph. perperàm à Baronio explicatus. (vide Caſaub. exerc. 1. ad appar. ann. 18. p. m. 80. Confer. Riv. in Cathol. orthod. tract. 2. q. 57.)

Diviſum imperium cum Iove Cæſar habet:

Ita Deiparæ Virgini pater cœleſtis dimidium regni ſui dedit (verba ſunt Gabriel. Biel. in can. miſſ. lect. 80.) ut proinde præ ſtupore conſcientiæ, neſciat Clarus Bonarſcius h.e. Carolus Scribanus in Amphitheatro honoris, poſitus in medio quò ſe vertat? ad Chriſtum, an Mariam Chriſti nudati ſpoliis indutam?

Hæreo, lac inter meditans interq; cruorem,
inter delicias uberis & lateris.
Et dico (ſi forte oculos ſuper ubera tendo.)
diva parens mammæ gaudia poſco tuæ.
Sed dico (ſi deinde oculos in vulnera verto.)
ô Ieſu lateris gaudia malo tui.
Rem ſcio, prenſabo, ſi fas erit ubera dextrâ,
læva prenſabo vulnera, ſi dabitur.
Lac Matris miſcere volo cum ſanguine Nati,
non poſſum antidotô nobiliore frui.

vide Hodomor. Spir. Pap. Phant. 6. p. 151.

§. 26. IIX Papolatria. Papa namque is eſt, qui ſedet in templo DEI tanquam DEUS, oſtendens ſe tanquam ſit DEUS. 2. Theſſ. 2.4. Argumentum eſto tale:

Q. ſummâ majeſtate humanâ ſuperior eſt, is DEUS eſt.
Papa, ex hypotheſibus pontificiorum, ſummâ majeſtate (Cæſareâ, regiâ) ſuperior eſt E. Papa eſt Deus ex hypotheſ. pontificiorum.

Hinc illi legati apud Paul. Æmil. ſancte pater qui tollis peccata mundi, miſerere noſtri & dona nobis pacem. Conf. librum Proteſtantium, qui inſcribitur: ſtattliche Außführung/ warumb die Chur- vnd Fürſten. &c. part. 1. Lact. catech. p. 177. Lutheri hoc eſt monitum tom. 1. Isleb. p. 439. f. 2.

Wem ſoll man dann vertrauen vnd glauben? Liſe das erſte Gebott: Jch der HERR dein GOtt / bin ein eiveriger GOtt. Da ſtehts wem du vertrauen ſolt / nemblich GOtt dem HErren alleine. So nun der Papſt etwas ſagt / ſo bin ichs nicht ſchuldig zu halten / er bringe dann Gottes Wort. Dann GOtt ſaget / man ſoll nur jhn fürchten / vnd ihm vertrauen / wann er gleich durch einen Eſel zu vns redet / darumb ſoltu ſagen: Lieber Papſt / ihr ſeyd doch heilig / gelehrt / daß ihr aber darumb nicht irren ſolt / das glaub ich nicht. Ja ſprechen ſie. Meinſtu / die Concilia können irren. Sprich du dagegen / habt ihr nicht geleſen von zween Männern Hanna vnd Caipha / welche Schälcke waren / ſo nun ſolche treffliche Leute / in ſolchem heiligen Stande von GOtt geordnet vnd geſtifftet dahin gefallen ſind / daß ſie Gottes Sohn gecreutziget haben / ſo folget / das andere Menſchen auch fallen vnd irren können /

Jnnen Hannas vnd Caiphas waren viel gelerther vnd weiſer/ vnd ihr Gehorſam war viel gröſſer dann deß Papſts.

§. 27. IX. Non admittenda eſt Ἀγγελολατρεία, *cùm* veterum hæreticorum Coloſſenſibus inſidiantium ſemiplatonicorum, Simonis, Menandri, Saturnini, Cerinthi, Baſilidis, Sethianorum, & Cainaorum, de quibus Epiphanius in hæreſ. Angelicorum, Auguſt. hæreſ.29. *tùm* recentium pontificiorum, non cautè ſatis ſub δουλεία latentium. vide ex his præcipuè Drexel. in horol. hor.12. c.7. *prohibita* Col. 2. 18, interprete Theodoreto in ill. locum, pugnantibus inter ſe cadmæis fratribus Cardinalibus Bellarmino & Baronio, *illo* in l.de ſanct.beat. c.20. & *hoc* tom.1. ad ann.60. ſect. 20. nec quicquam ſudante, & in *angulis* præſidium quærente Corn. à lap. ad illum locum, cujus inſtantias doctiſſimè contrivit Dn. Steuber, tom.5. Gieſſenſ. Diſp.20. th.11. Conf. Cathol. Orthod. Rivet. tract. 2. q.45. *non admiſſa ab Angelo* Apocalyptico, Apoc.19.10. c.22.8. quam repulſam Angelicam iterum fruſtra ſunt, qui vel frigidâ ſuâ inter λατρείαν & δουλείαν, inter errorem cultûs & perſonæ, diſtinctione cum Bellarm. l.1. de ſanct.beat. cap.14. eludunt; vel in acciſmum aliquem urbanitatis convertunt, ut Ribera in ill. locum. Utrique rurſus parti rimam occluſit Dn. Steuber. l. cit. n.17. Conf. D.Gerh. Tom. de mort. n. 403. ſeqq. hodomor. Pap. Phant.6. p.1079. & ſeq. Juvat coronidis loco repetere programma, quo vindicatus eſt locus Coloſſ. 2. ab inſtantiis, Bellarmini, Baronii & nuper Petav. tom.3. Theol. Doctr. l.2. c.9. p.15. apponere.

Θρησκεία τῶν Ἀγγέλων ab *Apoſtolo* caſtigata Col.2. 18. ex Eſſæo Iudaiſmo derivata, opinione quidem colentium, cœlitibus nuncupata, reapſe autem, virtute ac eventu in Dæmonia terminata. Illuſtris ad hunc locum *Theodoreti Cyrij Epiſcopi* hiſtoria alibi expedita, quæ Cardinales *Bellarminum & Baronium*, illum l.1. de beat, ſanct. c.20. hunc ann. LX. n.20. vertiginibus ita torquet, ut ubi ſe explicent, non reperiant. Verba Theodoreti in comm. ad Col. II. 18. p.m.355. ſic habent, οἱ τῷ νόμῳ συνηγοροῦντες, καὶ τοὺς Ἀγγέλους σέβειν αὐτοῖς εἰσηγοῦντο. διὰ τούτων λέγοντες δεδόσθαι τὸν νόμον. Ἔμεινε γὰρ τοῦτο τὸ πάθος ἐν τῇ Φρυγίᾳ καὶ Πισιδίᾳ μέχρι πολλοῦ. οὗ δὴ χάριν καὶ συνελθοῦσα σύνοδος ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας νόμῳ κεκώλυκε το τοῖς ἀγγέλοις προσεύχεσθαι. Καὶ μέχρι δὲ τοῦ νῦν εὐκτήρια τοῦ ἁγίου Μιχαὴλ παρ᾽ ἐκείνοις καὶ τοῖς ὁμόροις ἐκείνων ἐστίν. Τοῦτο τοίνυν συνεβούλευον ἐκεῖνοι γίνεσθαι, ταπεινοφροσύνῃ δῆθεν κεχρημένοι, καὶ λέγοντες ὡς ἀόρατος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀνέφικτός τε καὶ ἀκατάληπτος καὶ προσήκει διὰ τῶν ἀγγέλων τὴν θείαν εὐμένειαν πραγματεύεσθαι. Τοῦτο λέγει ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν Ἀγγέλων. h.c. *qui legem defendebant, eos etiam ad Angelos colendos inducebant, dicentes legem fuiſſe per eos datam. Manſit autem perdiu hoc vitium in Phrygia & Piſidiâ. Proinde ſynodus qua convenit apud*

Laodicæam Phrygiæ, lege prohibuit, ne precarentur angelos. Et in hodiernum uſque diem oratoria S. Michaelis apud illos illorumque finitimos videre eſt. illi ergò humilitate nimirum ducti hoc fieri ſuadebant, dicentes, univerſorum DEUM nec cerni nec attingi nec comprehendi poſſe, & oportere per angelos divinam ſibi benevolentiam conciliare. Hoc eſt quod dixit in humilitate & cultu Angelorum. Adeò depuduit hodierna Roma ut veterem Apoſtoli virgam haut moratâ, totam illam Ἀγγελοθρησκείαν ſuam fecerit. *Nomen* adoptâvit *Nicol. Serarius* ad Ioſuæ V. q.49. p.m.567. *poſſe*, ajens, *Angelorum cultum ἀγγελοθρησκείαν vocari. Originem* Iudaicæ religioni debet, qui nuperè *Pariſiis* Gallorum prodiit *Ioſeph de Voiſin Burdegalenſis in Theologiâ Iudæorum*, præfatus ſe ex hebræorum monumentis Theologica ſua dogmata eruturum, ut videant omnes quantâ fide antiquæ traditiones apud ſuæ fidei domeſticos conſerventur. Ejus rei ſpecimen inter alia exhibet cap.5. p.77. ubi recitatâ Iudæorum opinione de Angelo Iacobi colluctatore, Geneſ. XXXII. eum fuiſſe ipſiſſimum Archangelum Michaelem, colligit fas eſſe angelos *nominatim orare, exemplo Iacobi*, qui Michaelem oravit. *Memorabile eſt*, ita pergit, *illud quod de Angelo Michaele referunt Iudæi, libro, qui inſcribitur initium ſapientiæ cap.33. illum animas defunctorum DEO offerre. Quemadmodum, inquit, anima per miſericordiam DEI procreatur, ſic per miſericordiam DEI mundatur. Si, quod abſit, immunditiam contrahat, ſicut erat ſacerdos qui mundabat leproſos, juxta illud Levit 14.2. iſta erit lex leproſi in die mundationis ſuæ, adducetur ad ſacerdotem &c. ſic anima igne gehennæ purgatur, ut pura evadat & candida: deinde committitur Michaeli, qui eſt ſacerdos ſuperior, offerens animas iſtorum. Sic, addit, Eccleſia noſtra catholica in miſſis pro defunctis canit, Signifer ſanctus Michael repræſentet eos in lucem ſanctam, quam olim Abrahæ promiſiſti & ſemini ejus. Quemadmodum ergo decebat orare ſacerdotem, ut purgatos à leprâ in Eccleſiam admitteret: quidni etiam pium ſit orare Michaelem Archangelum ſuperiorem ſacerdotem, cui cura animarum commiſſa eſt, ut eas in cœlum introducat? præterea cum orent Iudæi DEUM, ut Angelus patrocinium eorum ſuſcipiat*

וצו מלאך להליץ כל זמתי בעת תשפוט ותדין כל פלילה

Iube eloquatur Angelus omnes juſtitias meas, quando judicabis omnia digna judicio. Quidni ipſum Angelum liceat orare, ut hoc ipſum ipſe a DEO petat: idque eo convenientius quo mortuos homines orant Iudæi, ut pro vivis DEUM orent, ut clarè conſtat ex Zohar. Hæc *Voiſin*, qui integro commentario nobis otium fecit parallelismo Iudaico-Papæo, ut nemo amplius dubitare poſſet, quin ſchola Romana ſit Synagogæ judaicæ, ſeu gemella ſeu mavis filia. *Cultum denique* ipſum dies aperit. parum eſt patrocinia Angelica implorari, genua ſtatuarum angelicarum incerari, niſi acceſſiſſent etiam illa ipſa latriæ exhibitæ documenta à parte adverſa agnita & conceſſa, religiones ſcilicet votorum, juramentorum, ſacrificiorum. *Vota* enumerat Ierem *Drexel.* in horol. horâ XII. p.238. *juramenta* aſſerit Carol. *Stengel.* in S. Gabriele c.XIII. p.128. ex novellâ octavâ Iuſtinianæâ: *Unde* inquit *intelligitur qui reverendiſſimi archangeli vocentur in canone L. quoniam Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis & apud Balſamonem in 9. canon. tit.7. Sacrificia* labiorum decantant litaniæ angelicæ paſſim obviæ.

X. Ἀοριστολατρεία quâ DEUS, ut vagè concipitur, ita tanquam ἄγνωστος indifferenter adoratur. Talis fuit ara erecta ignoto DEO Actor.17.23. & illa oratio Hecubæ ab Eurip. in Hecub. Act 1.v.10. Quò me vertam? ubi? quis Deorum aut Dæmonum opem ferat? Invoco te quicunque ſis, ſive cœlum, ſive terra &c. hinc Ethnicorum

tum βαττολογίας & πολυωνυμίας, ne quenquam Deorum (ut loquitur Caſaub. ad Matth. 6.) præterirent: nam in ſumma rerum divinarum ignorantia, quem potiſſimum Deum aut Dearum adorarent, neſciebant. Ideò Serv. ad l. 1. Georg. poſt ſpecialem, ſcribit, invocationem tranſit ad generalitatem, ne aliquod numen prætereatur, more pontificum è ritu veteri. Meteoris iſtis in religione opponimus hunc Syllogiſmum:

N. non-Deus Iſraëlis eſt invocandus.

Deus; ἄθεος, vagus, hic, vel ille, non eſt Deus Iſraëlis. E.

Minor conſtat; quia DEUS Iſraëlis eſt Ens Unum ſingulare, Eductor populi ex Ægypto. XI. *Anthropolatria*, directa ac tranſiens, in alium hominem lata, per ἀνθρωποθαυμασίαν Deificam, quâ vaſa gloriæ ac Lumina virtutum in Numina deficiunt.

Luth. Tom. 3. Witt. p. 290. Solches iſt gantz wahr / daß man auch auff heilige Menſchen vnd auff Fürſten ſich nicht ſoll verlaſſen / viel weniger auff die Tyrannen vnd Wüterichen. Dann die Frommen nimt GOtt gemeiniglich gern bald hinweg. So fället dann der Anſchlag vnd Troſt dahin / der auff ihnen ſtund / vnd läſt böſe Tyrannen lang leben / wie Salomon ſagt / auff daß die Trewloſen an GOtt deſto verſtockter werden in menſchlichem Troſt. Da Hertzog Friderich von Sachſen lebet / der theure werthe Fürſt / deß man nicht vergeſſen ſoll / da tröſteten ſich beyde geiſtliche vnd weltliche Tyrannen auff ſeinen Todt / vnd ſprachen: Es iſt vmb zwey Augen zuthun / wann dieſelbige zu ſind / ſo ligt deß Luthers Ketzerey auch. Nichts gewiſſers haben ſie ihr lebtag gehabt / dann ſolche ihre Weiſſagung / ſie hattens am griff wie die Fideler / dann ſie dachten nicht anders / vnſere Lehre ſtunde auff Hertzog Friderich / vnd vnſer Troſt vnd Hülff wäre Menſchen Troſt vnd Fürſten Hülffe. Solches nahmen ſie bey ihnen ſelbs abe. Dann gleichwie ſie verzweiffelt vnd abtrinnig von GOtt / allen Troſt auff Fürſten vnd Herren ſetzen / ſo meineten ſie / wir thäten auch alſo / weil ſie keinen andern Troſt noch Hülffe wiſſen. Ich hab auch noch nie gehöret / daß ihr einer ſich hätte mercken laſſen / daß ſein Troſt auff GOtt ſtünde. Sondern alle ihr ſchreyen / pochen / ſcharren vnd trotzen iſt bißher geweſt / der Keyſer / die Fürſten / die Herren / vnd ſchreibens darzu vnverſchampt offentlich auß / zum löblichen Bekäntnüß ihres Glaubens / den ſie an GOtt haben / ja hinder ſich. Alſo gehen ſie auch noch immer dahin in ſolchem trawen / vnd ſind alle ihre Gedancken / Wort / Rath vnd Anſchläge / Tag vnd Nacht nichts anders / dann wie ſie vns mit Gewalt wollen dämpffen / tröſten ſich nichts mehr / dann daß ſie ſehen / wieviel ihr iſt / vnd wie geringe wir ſind / daß ſie aber auch GOtt anruffen / vnd vmb Hülffe beten / da dencken ſie nicht einmahl an. Sie bedürffen ſein nicht einmahl darzu / können es ohn ihn wol machen: So vnd ſo wollen wir thun / ſo haben ſie es dann gewiß / vnd fehlet ihnen nicht / dann wie könte GOtt das ſchaffen / daß ſo viel mächtige kluge Leut ſolten fehlen: Kanſtu wol dencken / es iſt nicht müglich / ſie ſind ihm wol zu klug vnd ſtarck. Da der König Pharao den Kindern Iſrael nachjagte am rothen Meer / hatte er GOtt nicht angeſehen / daß er mit einem Wort hätte geſagt: HErr GOtt gib Rath vnd Hülffe / ſondern ich will mein Schwert außziehen (ſprach er) ſo ſind ſie ſchon todt. Awe ja / gewiß es fehlet ihm nicht ein Haar / ſo eben traff ers / daß er deß andern Tags lag im Meer erſoffen.

erſoffen/ mit alle ſeinem Volck/ vnd nicht einer davon kam. Das iſt das Ende deß menſchlichen Troſts vnd Fürſtlicher Hülffe/ wo man Gottes Troſt vnd Hülffe verachtet. GOtt aber iſts allein/ der beydes hat/ beyde Troſtwort vnd Hülffefauſt/ wie groß vnd mancherley auch die Noth vnd Feinde ſind. Epiſt. Iud. v. 16.

Exempla extant in part. 1. Lact. Catech. pag. 175. Pertinet ad ἀνθρωπολατρείαν etiam *adoratio Chriſti*, ſuppoſito, quod vel non ſit verus ac æternus DEUS, quod erroris genus Sociniani committunt, cum Chriſtum adorari volunt, negant DEUM eſſe, Ergò non DEUM adorant, & in bi-Deiſmum incidunt. *Theodoreti* hæc ſunt, quæſt. 37. in Exod. pag. 96. *Qui labe infecti ſunt Arij atq; Eunomij, manifeſtè in legem divinam committunt: confidentes quidem DEUM Filium, ſed creatum aſſerentes, & à divinâ ſubſtantiâ alienum.* Nam cùm DEUS dicat, non erunt tibi Dii alii, præter me, iſti DEUM alium introducunt. Vel quod homo DEO non ſit unitus, qui Neſtorii error fuit, damnatus in Concil. Epheſ. Anathem. 8. Vid. D. Gerh. Tom. de Morte, §. 408. XII. Ἀρτολατρεία, de quâ videnda Hodomoria Spir. Pap. Phant. 6. pag. 1188. part. 1. Lact. Catech. pag. 170. XI. Ἐργολατρεία, quæ ſuomet reti ſacrificat. Habac. 1. 16. quæ Babelicam turrim, & Babelicâm urbem, manum Saulis, manum Abſolonis, h. e. marmoream ſtatuam, in ſui Nominis gloriam erigit, in ſuâmet juſtitiâ confidit. Vid. Luth. Tom. 1. Isleb. pag. 550. de quâ Luth. in Explicat. primi præcepti p. m. 408. ubi addit. *Quid hoc alud eſt, quàm ex DEO ficulneum ſimulacrum aut pomarium (quod aiunt) DEUM facere, ac ſemetipſum pro DEO æſtimare, inq; eius locum ſufficere.* XIII. Μαμμονολατρεία, Jer. 49. 4. 1. Tim. 6. 17.

Iuvat hic aſcribere deteſtabilem hujus deaſtri formam à Luth. depictam Tom. 4. Witt. pag. 62. f. 2. Nun fähet Chriſtus mit vielen Worten an zu predigen wider den groſſen Abgott Mammon/ vnd mahlet ihn auffs ſchändlichſt abe/ daß man ſich darfür hüten ſolle/ vnd ſpricht zum erſten: Samlet euch nicht Schätze auff Erden/ da ſie die Motten vnd der Roſt freſſen/ vnd die Diebe darnach graben ꝛc. Da gibt er den Schätzen auff Erden drey Fundgrubner/ nemblich Roſt/ Motten vnd Diebe/ das ſind ja ſchändliche Hüter/ wann man ſie über Schätze ſetzet. Nun hats GOtt fein geordnet/ daß/ wo ein Schatz iſt/ da müſſen auch ſolche Geſellen ſeyn/ die ſein hüten/ gleich wie gemeiniglich die Sperlinge oder Ratten vnd Mäuſe bey dem Korn. Dann er iſt auch nichts beſſers werth/ weil wir deß Gelds vnd Guts nicht recht brauchen/ ſondern durch den leidigen Geitz zu vns ſcharren/ vnd keiner dem andern gibt noch gönnet. ꝛc. Es heiſſen aber nicht allein Motten vnd Roſt/ ſo die Kleider freſſen/ noch Mäuſe vnd Ratten/ die man mit fallen fänget/ auch nicht die Diebe/ ſo heimlich die Kaſten räumen/ ſondern auch die groſſe lebendige Motten/ vnd offentliche Diebe/

Diebe / als die groſſen Eiſenfreſſer vnd Scharrhanſen am Hofe / die einem Fürſten können Boden vnd Beutel leeren / vnd zu letzt vmb alles bringen / was er hat / alſo auch in Städten nicht allein / die einem Burger ins Hauß hinein ſteigen / ſondern eine Stadt fein heimlich außſaugen mit wuchern vnd ſchinden / auff dem Marckt / vnd wo ſie können. Alſo das kurtz-vmb wo Geld vnd Gut iſt / da müſſen auch Motten vnd Diebe ſeyn darnach gerichtet / vnd iſt alles in der Welt voll ſolcher Ratten vnd Mäuſe / wo nur Leute vntereinander wohnen / dann was iſt ein vntrewer Rath zu Hofe / oder Amptmann anders / dann ein ſolcher Roſt oder Motte / der nirgend zu dienet / dann daß er eines Fürſten Geld vnd Gut wegfriſſet / weil etwas da iſt? wie dann jetzt ſolcher Heuchler viel ſind / die mit täglichen / ſchweren / vnnöthigen vnd vergeblichen Koſtungen die Fürſten arm machen / vnd nichts darnach fragen / ob ein Fürſt gedeye oder verderbe / wann ſie nur in ſeinem Geld Herren ſind / vnd regieren / wie ſie wollen. Alſo auch in allen Städten vnd Dörffern / findet man alles voll Ratten vnd Motten / beyde groſſer vnd kleiner heimlich vnd öffentlich / als Schuſter / Schneider / Fleiſcher / Becker / Bierbräuer vnd Schencken vnd andere Handwercker / Arbeiter vnd Taglöhner. Ja in einem jeglichen Hauß / wer einen vntrewen faulen Knecht oder Magd hat / was hat er anders / dann ein Kornwurm / der ihm mehr friſſet / dann wann er den Boden voll Ratten vnd Mäuſe hätte? Nun ſihe / was der Mammon für ein feiner Gott iſt / der keine beſſere Hüter vnd Hofgeſind vmb ſich hat / dann eitel Roſt vnd Motten / daß / wann man lange groſſe Schätze geſamlet hat / ſo muß doch ſo weggefreſſen werden von ſolchem Geſind / daß ſein niemand froh wird noch geneuſt / der es genieſſen ſolt / vnd ſind noch viel groſſer Herren vnd Fürſten Schätze iemahl wol angelegt / ſondern gemeiniglich durch Kriege verheeret / oder durch ſolche Freßwürme auffgezehret / oder ſonſt vnnützlich vmbbracht vnd verſchläudert. Et pag. 64. Was iſt das für ein Gott / der nicht ſo viel vermag / daß er ſich deß Roſts vnd der Motten erwehren kund? ſondern muß ſich täglich wegfreſſen vnd verzehren laſſen / vnd da ligen iedermann zum Raub / daß ihn friſſet / was darüber kompt / vnd ein jeglicher Dieb weg trägt ꝛc. Das iſt ja verdrießlich einen ſolchen ohnmächtigen Gott haben / dem Roſt / Motten vnd Diebe vnterworffen / der doch die gantze Welt regieret. Darumb ſollen wir vns ja ſchämen / daß wir ſolche Leute ſind / die ſich an ſolchen Roſt freſſenden Schatz hängen / vnd alle ihren Troſt darauff ſetzen. Et pag. ſeq. Das iſt ja ein ſchrecklich Ding daß die / ſo ihr gantzes Leben dem Mammon gedienet / vnd vmb ſeinet willen manchem vnrecht vnd ſchaden gethan / vnd Gottes Wort veracht / vnd doch in der Noth nicht ein haar breit könten genieſſen / da werden ihnen erſt die Augen auffgethan / daß ſie in ein ander / Welt ſehen / vnd vmb ſich tappen / nach dem / was ſie geſamlet haben zum Vorrath / ſo finden ſie nichts / vnd laſſen ſie mit Schanden leer hinfahren / ſo wird ihnen dann ſo angſt vnd bang daß ſie darüber vergeſſen / was ſie geſamlet haben / vnd im Himmel auch nichts finden / vnd geſchicht ihnen eben / wie Chriſtus Luc. 12. ſagt / von dem Reichen der einen köſtlichen Herbſt erlebet hatte / daß er die Scheuren wolt abbrechen / vnd gröſſer machen / vnd dachte nun gute Tag zuhaben / vnd ſprach: Liebe Seele / du haſt nun groſſen Vorrath / auff viel Jahr / iß vnd trincke / vnd hab einen guten Muth. Sihe / das iſt das Bawrliedlin / das alle Geitzwänſte ſingen / aber was folgt darauff: dieſe Nacht wird man deine Seele von dir nehmen / vnd wes wird es ſeyn / das du bereitet haſt? Alſo hat er beyde dieſen Schatz verlohren / vnd muß ſeines geſamelten Guts auch beraubet werden / vnd ſo ſchändlich / daß er nicht weiß / wer es kriegen ſoll. Dann ſo gehets in der Welt / weil man ſelten groſſe Schätze Göttlich zuſammen bringet / daß ſie es nicht wiſſen ſo wol anzulegen / da ſie gerne wolten / oder iemand zu nutz kommen / ſondern ſo verſtieben / daß es niemand weiß / wo es bleibt / wie ich bereit viel erlebet habe / ſonderlich vnter groſſen reichen Thumpfaffen / die groß Gut gelaſ-

ſen /

ſen/ aber nach ihrem Todt plötzlich verſchwunden / oder ja den zu theil worden/ die ihnen kei Danck dafür gewußt / ſondern weidlich verpraſſet / vnd ſchändlich vmbbracht haben / vn ſonderlich/wo ein Krieg angehet / da gehets nach Freuden vnd Wundſch / wie der Teuffl will/ daß es kriegen die Eiſſenfreſſer / den es nie gedacht iſt / vnd dazu den Leuten alle Pla anlegen. das beſchleuſt nun Chriſtus mit einem Spruch / vnd ſpricht: Wo dein Schatz iſt da wird auch dein Hertz ſeyn das iſt gleich geredet / als wir Deutſchen von einem Geiz wanſt ſagen/ Geld iſt ſein Hertz/ das iſt/wann er nur Geld hat/das iſt ſein Freud vnd Troſt vnd Summa / ſein Gott. Widerumb wann er nichts hat / das iſt ſein Todt / da iſt kein Hertz/ Freud noch Troſt. Darumb will er ſagen / Sehet euch für / vnd prüfet ewer eigen Hertz/ vnd wiſſet gewißlich/ daß ewer eigen Hertz wird gewißlich an dem Ort ſeyn/ da ewer Schatz iſt / wie man ſonſt auch pflegt zu ſagen / was dem Menſchen liebet / das iſt ſein Gott. Dann da trägt ihn ſein Hertz zu/ gehet Tag vnd Nacht damit vmb/ ſchläfft vnd wachet damit/ es ſey Geld oder Gut/ Luſt oder Ehre ꝛc. Darumb ſihe nur auff dein eigen Hertz ſo wirſtu bald finden/ was darinn ſtecket / vnd dein Schatz iſt / dann da iſt ja wol zu fühlen/ ob du ſo groſſe Luſt vnd Fleiß dazu thuſt / daß du Gottes Wort höreſt vnd darnach lebeſt/ vnd jenes Leben erlangeſt/ als wie du viel Geld vnd Gut ſamleſt.

XIV. Γαςρολατρεία, Phil.3.19. der Bauch iſt in allen Religionen der gewaltigſte Abgott. Luth. Tom. 8. Witt. p. 562. f. 2. XV. *Autolatria* reflexa, inq; ſeipſum relata, cum quis ſeipſum per rapinam divinæ gloriæ deificat, vel ſe deificari ſuſtinet, ut Herodes, Act. 12. 22. Dæmonis hoc peccatum fuit. Cujus ſpecimen edidit in eâ tentatione, quâ à DOMINO ſuo dæmonolatriam extorquere voluit. Matth. 4. 9. Evæ hoc peccatum ad ἀποθέωσιν aſpirantis fuit, cujus contagio omnes Evigenæ laborant, ut ne centeſimus quidem gloriam DEO in ſolidum debitam intactam ac illibatam relinquat. Enormia & craſſiora exempla dedere Rex Chaldæus, Eſa. 14. 13. Rex Tyri; C. Caligula; Antichriſtus. Subtiliùs inſanit homo, qui in ſeipſo & ſuis bonis creatis confidens, ſeipſum ſuper omnia amat, & quaſi DEO Deique gloriæ & legibus præfert: ſubtilis hæc impietas, tinea ſanctitatis eſt virtutis ſæpè filia, ſed matricida. *Eſt quadam ſubtilis Idololatria*, ſcribit ex anguſtia in amplitudinem Idololatriæ in meditationibus ductus Jeſuita *Drexel.* de rect. intent. l. 1. c. 10. §. 3. *Et adoratio occultiſſima, cùm in re creata finis ultimus ponitur, in ſolo* DEO *reponendus.* Conſtat autem hæc Autolatria, quam ſuperbia humana affectat, *Deiformitate* arrogatrice & æmulatrice *omnipotentiæ* divinæ, quâ concitatus Xerxes mari imperavit; *omnipræſentiæ*, quâ motus univerſum terræ globum peregrare ſtudet pes nimis curioſus: *adorationis*; cujus aucupio Fœnerator improbus alios ad ſe ſupplicantes cogit: *Omniſcientiæ*; quam affectat ſcientiæ divinationis facile-

crile-

ſcrilegium nefas. Divinatio eſt rei ſecretæ, ſeu præſentis, ſeu futuræ, quæ ſi menſuram ſciendorum & credendorum ſupergreditur, plus ſagire cupit, quàm vel in natura vel ſcriptura revelatum eſt, exerrat, ſi intra menſuram (de quâ paulò poſt) manet, non peccat. Denique XVI. *Idololatria*, quam ringitur Romana nympha cum ſibi tribui audit. at ſi vel maximè *te laveris nitro, & multiplicaveris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tuâ coram me, Dicit Dominus DEVS. Ier,2,22.* En enim tibi legem in Synod. Trid. ſeſs.25. ſancitam.

§. 28. *Mandat Sancta Synodus omnibus epiſcopis & cæteris docendi munus, curamq; ſuſtinentibus, ut &c. Doceant imagines Chriſti Deiparæ, virginis & aliorum Sanctorum in templis præſertim habendas & retinendas, eisq; debitum honorem & venerationem impertiendam, non quod credatur ineſſe aliqua in iis divinitas vel virtus, propter quam ſint colendæ, vel quod fiducia in imaginibus ſit figenda, veluti olim fiebat à gentibus, quæ in Idolis ſpem ſuam collocabant, ſed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræſentant; ita ut per imagines quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus & procumbimus, Chriſtum adoremus, & ſanctos, quorum illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur. Id quod conciliorum præſertim verò Secundæ Nicenæ Synodi Decretis contra Imaginum oppugnatores eſt ſancitum. Si quis autem his decretis contraria docuerit, aut ſenſerit, Anathema ſit.* Hanc ſubminiſtrat *Exemplar Nicenum, Schola Doctorum celebriorum, Praxis Romana, Abſurditas contrarii.* Ad *Exemplar* Synodi Nicenæ provocant ipſi Tridentini Præſules: Doctores ſunt oculi Eccleſiæ, quod illi vident, hoc iſta credit. *Praxin* Eccleſiæ Interpretem laudat *Breſſerus* Lojolita, lib.6. de conſc. c.12. *occupata conſuetudo eſt optima legum Interpres.* Et mox: *Nulla enim verior atq; certior eſſe poteſt canonum interpretatio, quam quæ uſu rerum jugi obſervatione probata cognoſcitur.. Articulus fidei catholicæ innoteſcit per praxin univerſalis Eccleſiæ,* ajunt *Walenburchij*, Exam.3.p.113. *Secundum currentem praxin Eccleſiæ, uti olim dicebat Cuſanus.* addit Corn. à Lap. *communem ſenſum fidelium* ad 2.Cor.12.7. pag.406. Confer Greg. de Valent. Tom.3. diſp.1. q.1. punct.7. §.47. Deductionem ad abſurdum Diſputatori commendat *Auguſtinus* ut *in eo erubeſcens, cujus errorem conſequitur, eundem errorem relinquat.* lib.2 Doctr. Chriſt. c.31.

§. 29. Jam Synodus Nicena II. juxta *Coriolan. in ſum.* Concil. p.626. decrevit: *Imaginum pictarum inſpectionem omnes, qui contem-*

 plantur,

plantur, ad prototyporum memoriam & recordationem & deſiderium veniant, illisq́ ſalutationem & honorariam adorationem exhibeant. Forer. lib. 7. Antiq. Pap. cap. 2. p. 198. laudat ex Baron. tanquam memorabilia verba Nicena: *Quanto frequentius per imaginalem formationem videntur (imagines Chriſti, Deiparæ & Sanctorum) tantò qui has contemplantur alacrius eriguntur ad primitivorum eorum memoriam & deſiderium, & ad oſculum & ad honorariam his adorationem tribuendam: non tamen ad veram latriam: quæ ſecundum fidem eſt, quæq́ ſolum divinam naturam decet.* Latriam tamen reſpectivam, hanc enim ait Coriol. limitationem *addendam eſſe putari, in gratiam Scholaſticorum quorundam Theologorum, qui docent Chriſti Redemptoris, atq́ ſanctiſſimæ crucis imaginem latriæ cultu reſpectivè adorari poſſe. Qua in re à Definitione Concilij non reipſa; ſed verbis tantum & modo loquendi diſcrepare videntur.* Illa igitur ſententia fuit Nicena, quam damnat Synodus Francofurtana, id quod *Coriolanus* agnoſcit pag. 632. (*Baronius* hic & ante ipſum *Bellarm.* l. 2. de Imag. c. 14. putant, Nicænam I. Synodum à Patribus hujus Concilii condemnatam eſſe, At ſententiam de imagine ſolùm faciendâ, habendâ, retinendâ; non damnavit, hancque potius aſſeruit Synodus Francofurtana; ſententiam verò de Iconoſebiâ & Iconolatriâ reſpectivâ, de adoratione, h. e. latriâ damnat. Ergò hæc fuit Mens Nicena, agnita à *Bellarm.* l. 2. de imag. c. 21. Concil. VII. act. 7. definit *imagines Chriſti eſſe venerandas, ſed non latria; vult igitur eſſe venerandas per ſe, & propriè aliquo cultu. Nam ſi concilium ſolum vellet imagines adorari per accidens, vel impropriè, ita ut terminus proprius adorationis non eſſet imago, ſed Chriſtus ipſe, non diceret, non deberi adorari latriâ; Chriſtus enim latria adoratur, cum ſit DEUS. Secundo ſi imago non eſt veneranda, niſi impropriè, quia nimirum coram illa vel in illa, aut per illam adoratur exemplar, certè licebit ſimpliciter negare, imagines eſſe venerandas. Quod enim non dicitur, niſi impropriè, ſimpliciter negari poteſt, ut patet: at Concilium VII. act. 7. anathema dicit iis, qui negant imagines eſſe venerandas.* Etenim ſicut ſe habet imago ad ſuum Exemplar, ita ſe habet cultus imaginis ad cultum exemplaris. Sed imago non eſt verè ipſum exemplar. E. imago non verè colitur. Sicut in cadavere non eſt ὀφθαλμὸς, πλὴν ὁμωνύμως, καθάπερ ὁ λίθινος ἢ γεγραμμένος juxta Ariſtot. l. 2. de anim. c. 1. l. 9. Pergit *Bellarm.* Concilium *idem ibidem definit imagines adorandas eo modo quo veneramur Evangelia*

& ſacra

ly ſacra vaſa: Atqui iſta honorantur per ſe & propriè, & omnes fatentur, nec enim perſonam alicujus alterius gerunt: igitur & imagines per ſe & propriè venerandæ ſunt: Quartò, in ipſa imagine verè ineſt aliquid ſacrum, nimirum ſimilitudo ad rem ſacram, & ipſa dedicatio ſive conſecratio divino cultui: ergò ipſæ in ſe & non ſolum ut prototypi vicem gerunt, honore digna ſunt. Vnde in illis verſiculis

Nam Deus eſt, quod imago docet, ſed non Deus ipſa:
Hanc videas, ſed mente colas, quod cernis in ipſa.

Solum doceri, non deberi imagini eundem honorem, qui debetur exemplari, ut patet ex ratione, quæ in ipſis verſiculis redditur. Quia videlicet imago non eſt Deus, ſed imago Dei, inde enim ſequitur, non deberi imagini honorem, qui debetur DEO, ſed minorem. Nos autem hic non aſſerimus, eundem honorem, ſed aliquem honorem deberi imagini. Jam Nicenæ ſententiæ quaſi gemella eſt ſententia Tridentina, quæ procubitum coràm imagine expreſsè agnoſcit.

§. 30. II. Eadem tradit Schola Doctorum celebriorum, juxta Coriolan. p. 626. Quod idem honor debeatur imagini & exemplari, & proinde Chriſti imago ſit adoranda cultu latriæ: B. Maria cultu hyperduliæ: Sanctorum aliorum cultu duliæ. Bellarm. l. 2. de imag. S. c. 20. diſtinguit primum, id inquit, quod honoratur, poteſt honorari per ſe, vel per accidens, propter ſe vel propter aliud: propriè vel impropriè. Per ſe honoratur ſuppoſitum, in quo ineſt ratio venerationis, per accidens id, quod eſt conjunctum rei, quæ adoratur, nec eſt ipſa ratio adorationis; ut cum honoratur Rex, per ſe honoratur homo ille, qui eſt Rex, per accidens honoratur purpura, & reliqua illi adjuncta, & accidentia omnia ejus, exceptâ regiâ dignitate, quæ licet non ſit id, quod honoratur, eſt tamen id, quo homo ille adoratur. Itaque perſona adoratur per ſe, ut quæ, Regia dignitas honoratur per ſe, ut quâ, reliqua honorantur per accidens. Secunda diſtinctio, poteſt aliquid honorari propter ſe, vel propter aliud. Id honoratur propter ſe, quod habet in ſe rationem venerationis, non dependentem aliunde, & hoc modo ſola natura rationalis eſt venerabilis. Propter aliud honoratur id, quod habet quidem in ſe cauſam honoris, ſed illa tota cauſa pendet ab: alio & hoc modo ſigna rerum ſacrarum ſunt venerabilia; habent enim in ſe relationem ſimilitudinis, ſive repræſentationem rei ſacræ, & proinde quandam excellentiam, ſed illa tota pendet ab ipſâ re ſacrâ. Tertia diſtinctio, Poteſt aliquid honorari propriè vel impropriè. Id propriè dicitur honorari, quod verè ratione ſui ipſius honoratur.

L 2 Impro-

Digitized by Google

Impropriè dicitur honorari, quod honoratur loco alterius. Legatus Regis aliquando honoratur ut Legatus, & tunc ipſe propriè honoretur; licet propter alium honoretur: aliquando honoratur loco Regis honore proprio Regibus, & tunc ipſe impropriè honoratur. Id clarius apparet, quando unus pro alio accipit poſſeſſionem aliquam, vel cum funus celebratur, abſente corpore, circa ſtatuam, & ſiunt ergà ſtatuam omnia, quæ circa corpus ſierent, ut cùm aliquando, teſte Sixto. Aurel. Victore, Romæ triumphavit Trajanus mortuus, & ſtatua ejus pro eo ſedit in curru triumphali, nequaquam poteſt dici. ſtatuam propriè triumphaſſe, ſed Trajanum à ſtatua repræſentatũ. Poſt definit p.1322. Imagines Chriſti & Sanctorum venerandæ ſunt non ſolum per accidens & impropriè, ita, ut ipſæ terminent venerationem, ut in ſe conſiderantur, & non ſolum ut vicem gerunt exemplaris. Ipſæ imagines, inquit Bellarm. l.2. de Eccleſ. triumph. c.21. in ſe non ſolum ut prototypi vicem gerunt, honore dignæ ſunt. Tanner. ſubſcribit Tom.3. p.1386. Fatendum eſt, ajens, imagines non ſolùm abuſivè & impropriè, ſed etiam verè & propriè, licet reſpectivè colendas & adorandas eſſe. Probatur ib. p.1388. hac doctrina ratione. Nam primò, quod coram imagine adoratur prototypon, per id reverà non honoratur imago, ſed ſolùm prototypum: Ergò ſi non aliter imago honoratur, rectiſſimè negari poteſt, adorari, quod tamen nemo Catholicus dixerit. Deinde ſi imago impropriè tantum honoratur, proprie autem loquendo nòn honoratur, ſequitur melius & magis propriè locutos fuiſſe, ac etiamnum loqui Iconomachos, ſeu veteres ſeu recentiores, negantes, imagines colendas eſſe, quam Concilia & Patres dicentes eſſe colendas. Ergò non honorantur, ut purpura Regis concomitanter, ſed ut ſuppoſita, in quibus ineſt dignitas, ratio, virtus honorabilis. Virtus ſc. mirifica. Quia DEUS, inquit, Bellarm. per unam operatur miracula & non per aliam. Crux certe vel imago crucifixi, juxtà Bellarm. lib.2. de imag. c.30. Primò terret & fugat Dæmones. Secundò pellit morbos & omnia mala. Tertiò ſanctificat ea quibus imprimitur, idq; ex opere operato, devotionis majoris incentiva. Certè, ait idem l.2. de imag. c.18. peculiarem devotionem merentur imagines, quæ non ſolum ſunt ſanctæ propter ſignificationem, ſed etiam propter artificem. In quo genere excellebat imago Edeſſena, quæ ab ipſo Chriſto facta credebatur: nec non imago S. Stephani, quæ ab angelo formata & allata fuiſſe putatur, de qua Evodius l.2. de miraculis. Ex conſecratione adipiſcuntur quandam ſpiritualem virtutem, per quam apta redduntur divino cultui, ut ſc. homines devotionem quandam exinde percipiant. Pietatis concitatrix, aliquæ enim, eodem

Bellar-

Digitized by Google

llarmino *authore, magis excitant ad pietatem, quàm aliæ, cùm ſint ma- piæ & religioſæ &c.* Foreri hæc ſunt lib. 7. Antiq. Papatus. c. 2. 198. darauß klar zuvernehmen/ was die offentliche Bekantnus der atholiſchen Kirchen ſey. Iſt nu etwa ein privat Scribent, der an- erſt / als die zwey Concilia, von den Bildern geſchrieben / ſo wird es on vns nit gebillichet: iedoch bey allen Catholiſchen iſt vngezweifelt/ aß man vermittelſt der Bilder/ das Exemplar, welches durch die Bil- er bedeut wird/ verehrt. Wir bekennen auch ins geſambt/ die Bilder nd andere dergleichen vnlebhaffte Ding / werden ultimatè, endlich/ oder haupſächlich gar nicht propter ſe, von wegen ihrer ſelbſt / vnd ih- er eigenen excellenz vnd Fürtrefflichkeit / ſondern allein wegen ihres Prototypi oder Exemplars, vnd deſſelben Fürtrefflichkeit verehrt / wie Bellarminus lib. 2. de imag. c. 21. §. Neque Tannerus Tomo 3. diſp. 5. q. 2. dub. 4. n. 112. vnd Suarez in 3. p. Tomo 2. diſp. 54. ſect. 5. bezeuget. Daher bey den Catholiſchen gemeiniglich die Verehrung der Bilder cultus reſpectivus, vnd nicht abſolutus genennet wird / das iſt / ein Verehrung eines Dings / welches in anſehen eines andern / vnd nicht lediglich ſeinetwegen allein verehret wird. Et pag. 201. Auß dieſen Zeug- nuſſen deren noch viel in Concilio 2. Niceno beygebracht werden/ iſt klar / daß die alte Chriſtenheit der Meynung geweſen / man verehre mit einem einzigen act deß Gemüths zumal das Bild vnd das Exemplar, iedoch mit dieſem Vnterſcheid / daß dem Exemplar die Ehr principa- liter oder abſolutè, haupſächlich / fürnemlich vnd lediglich / vmb ſeiner eigenen Fürtrefflichkeit vnd Excellenz willen / dem Bild aber allein relativè, propter prototypon & concomitanter, das iſt in anſehen deß Exemplars, mitlauffender weiß / (weil durch die Bild- nuß das Exemplar dem Gemüth vorgeſtellet wird) geleiſtet werde; in bedencken/ daß das Gemüth dißfals beyde zumal/ nemlich das Bild/ vnd was es vorſtellet/ miteinander/ vnd mit einer einzigen Einbildung apprehendirt vnd faſſet / vnd dahero auff beyde erſtermelte Stuck be- ſagter maſſen die Verehrung mit einem einzigen act verrichtet. Et pag. 202. Bey ſolcher Beſchaffenheit ſihet ein ieder vnparteyiſcher / welcher geſtalt S. Thomas / vnd etliche andere Scholaſtici geſagt haben/ man bette das Bild Chriſti eben mit dem Dienſt an/ mit welchem man Chri- ſtum anbettet / dann ſolches nicht anders muß verſtanden werden / als wie bißhero iſt erkläret worden / nemlich adæquatè, formaliter & abſo-

 lutè.

lutè. Dann ob ſchon der innerliche affect deß anbettenden / auch etlicher maſſen auff das Bild Chriſti gehet / ſo gehet er doch nur darauff von deß Exemplars vnd nicht von deß Bilds wegen / vnd iſt alſo dißfals viel geringer / als gegen Chriſto ſelbſt. At artificioſum oportet eſſe ſagittarium, qui hîc unum ſine altero ferire velit? facundam ſuadam, quæ populo rudi has argutias Scholaſticas in conceptum inferre poſſit. *Colendæ autem ſunt imagines Adoratione, quæ, quid ſit Sanctius deſinivit ad 3. Reg. 19. ad verba, & omne os. abſque hæſitatione* (ita Tannerus l.c. p. 1367. Conf. Vaſquez lib. 2. de adorat. imag. diſp. 8. cap. 7. & diſp. 6. c. 2.) *fatendum imagines non ſolum venerandas, ſed etiam adorandas eſſe. Vnde in Concil. Niceno II. art. 4. hypocritæ ſtatuuntur etiam ſanctis convitia dicere omnes, qui ſe ſacras imagines venerari confitentur, adorationem autem recuſant.* Votis & dedicationibus. *Lipſius* Idolo Hallenſi pennam ſuam obtulit, atque ei per modum anathematis appendit. Rem totam narravit Aubertus Miræus in illius vita, his verbis. *Anno inſequenti noſter in graviſſimam ægritudinem incidit, votum fecit, Hallas ſe contulit; clientem ſibi ſupplicem Diva recreavit, ac valetudini paulatim reſtituit; Ipſe pennam argenteam (nec potuit precioſius quidpiam) in templo ante aram virginis ſuſpendit & pios (imo ſane impios) verſus ſubſcripſit.* 3. Suffitu. Ex quo ſerpentis ænei *Idololatria fuit agnita. Vaſqueſius* & Lorinus ad Num. 21. agnoſcunt Iſraelitas ſuffitum facientes ſerpenti æneo Ezechiæ tempore ſimilem, nec majorem cultum ei detuliſſe, qui ſolet à Pontificiis reddi imaginibus. 4. *Sacrificio labiorum,* tanto nobiliori, quantò magis ſpirituali. *Signum crucis,* ait Bellarmin. l. 2. de imag. cap. 30. *eſt invocatio quædam meritorum Chriſti crucifixi ſigno expreſſa. Loquimur enim corde, voce, nutibus.*

§. 31. Praxis porrò oſtendit juxta Bellarm. ordinariam adorandi rationem. Ordinaria enim adoratio, eſt illa, quæ exhibetur *imaginibus externis per ſe & proprie. Sic concionatores alloquuntur imaginem crucifixi, eiq́; dicunt, Tu nos redemiſti, Tu nos Patri reconciliaſti. At,* inquies ibi. *iſta non dicuntur imagini, nec ut lignum eſt, nec ut imago eſt, ſed ut accipitur loco exemplaris, id eſt, dicuntur, ipſi Chriſto, cujus tamen imago vicem gerit.* Nimis profectò craſſa catachreſis! nimis ἀδόκιμος reſervatio mentalis! nimis procax & ſcandaloſa ſimplicium impoſtura, qui verba accipiunt, non ſicut is qui dicit, intelligit,

telligit, ſed ut ſonant, & primore conceptu in mentem influunt. Hic quoque valet illud Canoniſtarum, DEUS accipit juramentum, non ſicut is intelligit, qui jurat, ſed ſicut is cui juratur: Ita accipitur hujuſmodi proſphoneſis ſicut Chriſtus intelligit, & interpretatur. Fuit, cum Iſraelitæ ad vitulum dixere, hi ſunt Dii tui; illi metonymicè intellexerant de bovis ſigno: at DEUS interpretatur de bove ipſo Pſalm. 106. 20.

§. 32. Exempla extant in Mercurio Gallico ad ann. 1622. ubi narratur de imagunculâ B. Virginis, quæ à Dominico de Jeſu Maria, Carmelitâ diſcalceato, inter fragmenta lignorum reperta fuit in ædibus cujuſdam Pontificii Bohemi; quæ à Monacho eò uſque fuit commendata, ut pòſt ei acceptam victoriam Pragenſem debuerint, eiq; nomen indiderint *Dominæ noſtræ de Victoriâ.* Eándem imagunculam Pragenſem dicunt Papam ipſum de geniculis adoraſſe; quæ ab omnibus adorata fuit, & cum ornamentis radiantibus impoſita præcipuo altari in tabernaculo affabre facto ex auro & argento. Confer Spondan. ad ann. 1620. n. 3. Baron. in not. ad Martyrolog Rom. refert, Patres concilii Conſtantienſis decreviſſe, ad propulſandam peſtem urbi Conſtantienſi ingruentem, ut imago Rochi à Clero, comitante omni populo, per urbem ſolenni pompa deferretur, ac impenderentur ei honores cæteris ſanctis debiti. Quo facto, quia peſtis illa mox evanuit, *Inde*, inquit, *exemplum ſumtum eſt, ut ubiq; locorum ejus venerandæ imagines, altaria, ſacella ac deniq; templa erecta fuerint.* De *Alexandro Cardinali* Urſino refert Corn. à Lap. ad 1. Joh. 5. p. 548. tempore diſciplinæ publicè in turbâ plebeiorum, cum illis acriter ſe diverberaſſe, idque non raró ad ſanguinem, quod perpetim faciebat in *pervigiliis* B. Virginis, *ut ei ſe ſuamq; vitam ſuo ſanguine offerret & conſecraret. Ribera* ad Oſe. 2. ſcribit. *Eadem ratione Baal è locis diverſis, ubi templis erectis colebatur, diverſa nomina habebat; ſicut apud Chriſtianos (ſi modò in vanis licet uti exemplis religioſis) beatiſſima virgo nunc Lauretana invocatur, nunc ab amne ſerato, nunc ab amne lupi, aut à rupe Gallica cognomen accepit, ut Beelphegor.* Num. 25. dicitur, *quod in monte phegor coleretur, cujus meminit ſcriptura* Num. 23. *& ab Accaronitis Beelzebub vocatur*, 4. Reg. 1. *à muſcis, quæ ad multitudinem ſacrificiorum advolabant.* Confer D. *Dietrich.* ad Sap. 13. pag. 466. Ecquid ſibi vult affrictus ſphærularum precatoriarum

Digitized by Google

riarum ad ſimulacra Sanctorum, niſi ut virtus exinde proditura ſperetur? adde hic oraculorum reſponſa per imagines quandoque edita. Imagines ſacras (ita *Bonfrer.* ad Geneſ.3. p.127.) *aliquando locutas, angelo in ipſis & vice ipſorum voces efformante, legimus: S.Thomam Aquinatem Chriſti imago allocuta dixit: Rectè de me ſcripſiſti Thoma, quam ergò mercedem accipies? B.Virginis imago Spira S.Bernhardum ſalutavit his verbis. Salve Bernharde.* Confer Marchant. in horto paſtorum tract. 1. Lect. 4. propoſ. 4. ſimilia ſpecimina laudata à Laimermanno in Ideâ Principis. Eccur cæci, morbidi, claudi ad fanum B Virginis aliorumque ſimulacrorum confugiunt, peregrinantur, niſi ſpe adducti convaleſcentiæ? res eſt quotidiana, & mille millenis exemplis conſpicua. ſi prototypon hiant, quid opus eſt laſſatis pedibus, ubivis mater miſericordiæ domi eſt, nuſpiam non extant B. Virginis ſimulacra, cur ardent foris, domi frigent Mariani? Quid multa? crucis latriam laudant, hoc ipſo Stavrolatræ. Hoc enim nomen habet in volum. rer. à Societate Jeſu, in Oriente geſtarum l.3. p.277. ubi de ancillâ ab inſtitutâ crucis LATRIA non deſiſtente, quoad Herus eam occidit. Conf. D. Dietrich. in Sap.14. p.623.

§. 33. *Abſurditas contrarij*, producta à Bellarm. l. 2. de imag. c.21. §. ſecundo probatur, Nicenam-mentem evincit. *ſi concilium ſolùm vellet imagines adorari per accidens, vel impropriè, ita ut terminus proprius adorationis non eſſet imago, ſed Chriſtus ipſe, non diceret, non debere adorari latriâ, Chriſtus enim latriâ adoratur, cum ſit Deus. Item ſi imago non eſt veneranda niſi impropriè, quia nimirum coram illâ, vel in illa, aut per illam adoratur exemplar, certè licebit ſimpliciter negare, imagines eſſe venerandas. Quod enim non dicitur niſi impropriè, ſimpliter negari poteſt.* rectè iſta! applaudente philoſopho, cui oculus (impropriè talis) ὁ λίθινος ἢ γεγραμμένος non eſt oculus πλὴν ὁμωνύμως l.2. de anim. c.1. t.9. pergit, *Concilium ibi definit imagines venerandas eo modo, quo veneramur Evangelia & ſacra vaſa. atque iſta honorantur per ſe & propriè. In ipſa imagine verè ineſt aliquid ſacrum nimirum ſimilitudo ad rem ſacram, & ipſa dedicatio ſive conſecratio divino cultui.* adde & vim mirificam, quam inter motiva mutatæ religionis retulit Beſold. in motiv. c.10. p.242. exemplorum abundè eſt. vide novũ recitatum à Caſp. Sanct. ad Ezech.9. p.191. & ſeq. conf. hodomor. p.1212. ſuffragatur. Tanner. tom.3. diſp.5. q.2. dub.5. *ſine dubitatione ſimpliciter & abſolutè fatendum*

eſt.

Digitized by Google

eſt, imagines & reliquias ſanctorum, aliasve res ſacras, non ſolùm abuſivè, & impropriè, ſed etiam verè & propriè licet reſpectivè, colendas & adorandas eſſe. Quâ igitur fronte ſibimet Tannerus reclamare audet, cum Tom. 3. p. 1378. *Apud omnes Catholicos,* ſcribit, *indubitatum eſſe, primò imagines, aliasq; res ſacras, ſaltem eatenus rectè coli, quatenus coràm illis & per illas colitur & adoratur exemplar.* Exploratam nunc ſententiam Tridentinam, & expoſitam categoriâ excipit Elenchus hoc indice.

§. 34. Lex Tridentina eſt *Laqueus* 1. *injuſtus in Numen Divinum,* In quod peccat Antinomiâ, utpote Legi Sinaicæ contradictoriè adverſa, *Non erunt Dij alieni tibi ſuper facies meas.* Ita vertit Arias Mont. ſive quod idem. Nullus alius non Deus, ſuper, juxtà, infra me religioſè colitor. *Non facies tibi ſculptile, & omnem ſimilitudinem, quæ in cœlis deſuper, & quæ in terrá ſubter te, & quæ in aquis de ſub terra, non incurvabis te iis, neq; ſervies eis.,* Lehiſchtachavoth aleha, *ad incurvandum vos ſuper eum,* Lev. 26. 1. ita Ariæ Mont. LXX. οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον. ſive quod ſenſu idem, *Nullam imaginem adorabilem facito, mente concipito, verè adorato, religioſè ſuffitibus, ſacrificiis colito; ſi faxis, à me Zelote luito.* manifeſta *Antinomia*, eaque *Idololatrica*, id quod hoc ſyllogiſmo conficitur. Omnis alius non Dei, adorabilis facti, vera ac religioſa adoratio, ante, coram, ſuprà, juxtà, infrà faciem Dei eſt Idololatria. Omnis cultus ſimulacri, Dei picti, Chriſti ſculpti, Gabrielis tornati, B. Virginis fuſæ, Stephani ducti, &c. eſt adoratio vera ac religioſa alius non-Dei adorabilis facti. Ergò eſt Idololatria. Minorem jam dum præbuit Iconoplaſtes Idolicola Tridentinus. majorem firmat 1. Definitio *inductivè collecta,* ex omnibus illis S. literis, in quibus Idola & eorum latria deſcribitur, infamatur, damnatur, eâ colligendæ definitionis methodo, quam tradidit πρότος ὁ Στογίμης, à Philoſopho, nullarum partium ſtudioſo, monſtratus. τί τίς ἡ μεγαλοψυχία, ait ille l. 2. poſt analyt. c. 14. ζητοῦμεν, σκεπτέον ἐπί τινῶν μεγαλοψύχων, οὓς ἴσμεν, τί ἔχουσιν ἓν πάντες ᾗ τοιοῦτο. ſic ibid. Alcibiades, Achilles, Ajax τί ἓν πάντες. in quo? τῷ μὴ ἀνέχεσθαι ὑβριζόμενον; quam in *Chemnitio* laudat *Bellarmin.* l. 1. de pœnit. c. 11. *Non malè,* aiens, *Chemnitius ex Baptiſmo & Euchariſtia, quæ omnium conſenſu vera ſacramenta ſunt, naturam ac proprietatem ſacramentorum in genere inveſtiganda cenſet.* Inductio ſc. omnis in S. literis nominati notique cultus Idololatrici. εἴδωλον Hebræis eſt אליל non

M Deus

Deus, Lev. 19. verſ. 4. Pſalm. 97. verſ. 7. Plaſma ſculptile, conflatile, ἀξιοπιϛὲς ob virtutes & effectus, à Bellarm. aſſignatos; quos inter ſunt reſponſa, e. g. τῶν Teraphim, ſic nominatorum à LXX. Gen. 31. 30. ſic alibi ſemper in malam partem acceptorum, etiam Oſe. 3. 4. ubi comminatio extat, adverſus Idololatras, qui privandi erant non ſolum publico exercitio veri cultus Dei, ſed etiam Idolis ſuis, Deum irritantibus, (excepto unico loco, 1. Sam. 19. 16.) ſuos hoſce Lares & penates (quos Laban eo ſenſu Deos vocavit, metonymicè, quo idolum Mariæ Maria vocatur,) occulta revelaſſe teſtes ſunt Ezech. 21. 21. Zachar. 10. 2. Subſcribit Menoch. l. 4 de Republic. Hebr. c. 1. p. 382. illos abſtulit Rahel, ne à Pſittacis iſtis proderetur, quà via aufugiſſet. Hoc inquam, plaſma adorabile factum, dignum, in quo ſperetur, eſt habitum, Habac. 3. 18. dignum προσκυνήσει, Apoc. 9. 20. quam per λατρείαν exponit ipſe DOMINUS, Matth. 4. 10. quæ, quà externa (eſto, quod interna devotio ad Deum terminetur) eſt decalogo prohibita; nam ob hanc in primâ Eccleſiâ idololatriæ accuſati qui thura adoleverunt: dignum *Sacrificio*. Num. 25. 2. Ezech. 6. 13. Act. 7. 41. hinc Idolothyta: Act. 15. 29. 1. Cor. 8. 1. Apoc. 2. 14. לפני גילולים ὄψει προσώπου τῶν ἰδώλων, Ezech. 44. 12. dignum *Suffitu*, Ezech. 16. 18.

De quo Corn. à Lap. ad Dan. 3. p. 1289. Ex eorum ſententia Daniel quaſi unus è Diis haberi & coli debebat. Hunc ſenſum exigere videtur, primò, vox hoſtiæ, quæ victimas propriè dictas ſignificat; Secundo vox ſacrificarent, & Chald. לנסכה lenaſſecha, id eſt, libarent; Tertò vox adoravit; Nam Chald. eſt ſegid, ut dixi. Quartò, vox Chald. ניחחין nichochin, quæ non ſignificat quoslibet odores & ſuffitus; ſed ſacros & religioſos, puta incenſum & thymiama. Ad verbum enim nichochim, ſignificat placamina, ſc. ſacrificia, & thurificationem, quibus placatur Deus. Dices: Ergò Idololatriam commiſit hic Rex; eique conſenſit Daniel: tacuit enim, & permiſit eam ſibi impendi; Reſp. Danielem nullo modo conſenſiſſe, ſed omni modo reſtitiſſe, & impediviſſe executionem mandati regii, ut reſtiterunt Paulus & Barnabas. Actor. 14.

dignum *Dedicatione*, 1. Chron. 11. 9. dignum *Oſculatione*, Oſe. 13. 2.

Lutherus notat ad Oſe. tom. 8. Witteb. p. 328. hie iſt die Art der Sprach zumercken/ in dem Wort (jiſchekum) hertzen oder huldigen / dann es heiſt der höchſte Gottesdienſt oder reverentz / die allein GOtt gebühret / wie auß dem andern Pſalmen zubeweiſen / da der Prophet heiſt dem Sohn huldigen. Menoch. l. 4. Republ. Hebr. p. 391. ſcripſit oſculum reverentiæ & adorationis ſignum ſemper fuiſſe, ideoque etiam idola oſculo honorata fuiſſe ab antiquis, ut habemus ex libro Iob. cap. 31. Cum ſanctus ille vir ſe ab omni falſorum Deorum cultu abſti-

Digitized by Google

abſtinuiſſe proteſtatur verbis illis. Si vidi ſolem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè & lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo, quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contrà Deum altiſſimum. Sententia eſt. Maximi flagitii & criminis reus ſim, ſi ſolem aut lunam tanquam numen aliquod ſum veneratus, & manum verſus cœlum porrigens, ſtatim reverenter ad oſculum retuli, more idololatrarum.] Pſalmo & ſecundo idem ritus indicatur, nam quod habemus in editione vulgata, Apprehendite diſciplinam &c. aliqui vertunt ex Hebræo: oſculamini Filium, vel adorate Filium, ut Aquila, qui habet, καταφιλήσατε ἐκλεκτῶς; oſculamini electè, & Symmachus, qui vertit προσκυνήσατε καθαρῶς, adoratè purè. Oſ. 13. dicitur; Vitulos adorant, Pagninus, Regia Biblia & alii vertunt oſculantur vitulos, quæ lectio etiam fuit Aquilæ, D. Hieronymo teſte. Aquila, inquit, interpretatus eſt deoſculantes, qui enim adorant, ſolent deoſculari manum ſuam, quod Iob feciſſe ſe negat hæc ille! dignum Indagine & attentione ad reſponſum, Geneſ. 31, 19.

dignum *Liturgiâ* coràm idolis præſtita.

§. 35. Jam adde ad εἴδωλον ἀξιοπιστείαν actualem adorationem προσκύνησιν, ad geniculationem, advolutionem ad genua,

Cujus has reddit rationes Corn. à Lap. ad Exod. 4. 15. pag. 371. Cauſam naturalem dat Plinius hujus ritus lib. II. c. 45. Hominis, inquit, genibus quædam religio ineſt, obſervatione gentium; hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc aras adorant, fortè quia eis ineſt vitalitas; Antiquis Græcis in ſupplicando mentum attingere mos erat. Secunda cauſa eſt, quia genua miſericordiæ dicata ſunt, Servius in illud Aeneid. 3.

Dixerat, & genua amplexus, genibusq; volutans
Hærebat;

Phyſici, inquit, dicunt eſſe conſecratas Numinibus ſingulas corporis partes, ut aurem Memoriæ; Frontem Genio, dextram Fidei, genua Miſericordiæ. Facientes ergò vota tenebant genua, ut de illorum miſericordia, cujus illa ſunt ſedes, ſibi quæ noſcerent, polliceri ſignificarent. De Diis gentium, ait Arnob. lib. 6. Ita enim non ridetis hæc ſigna, quorum plantas & genua contingitis, & contrectatis orantes. Inde mos ſignandi vota, & incerandi Deorum genua. Votum enim quisque ſuum ceratis inſcriptum tabulis, deorum genibus affigebat. Iuvenal. ſat. 10.

Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.

Tertia cauſa eſt, quod in genibus poſita ſit motus & progreſſionis virtus, quodque ipſa roboris & vigoris integri ſymbolum ſint. Nam uti flectere genua profeſſio eſt imbecillitatis & indigentiæ. Ita non flectere, dignitatis & potentiæ: Vnde Elephas Aegyptiis ſymbolum erat regiæ potentiæ, quod genua non flectat, id eſt, alterius ope non egeat, nec habeat neceſſe alteri ſupplicare. Tangere ergò genua, nihil eſt aliud quam agnoſcere alterius robur atque potentiam, quâ ferre opem poſſit, ſi velit, & confirmare labentem. Quartam cauſam dat Goropius libr. 5. Origin. Antverp. Olim, inquit, ſupplices ad genua provolvebantur, ut femur oſcularentur, quaſi vitam ſibi inde quærere ſignificarent, unde accepiſſent: Semen enim & conſequenter proles & poſteritas è lumbis & femore ortum habent.

adde ſacrificum actum (in victimâ labiorum tantò nobiliorem quanto eſt magis ſpiritualis) ſuffitum, vota, dedicationes (exem-

Digitized by Google

pla recitantur in hodomor. p. 1224.) Quid monſtri prodibit niſi Idololatria? 2. Reg. 17. v. 33. Rom. 1. v. 25. Quid enim aliud eſt adoratio vera ac religioſa quàm ipſiſſima latria, ſoli DEO debita, Matth. 4. 10. Omnis namque cultus ſoli DEO debitus eſt latria. vera & religioſa adoratio eſt cultus ſoli DEO debitus. Ergò. Majorem largiuntur οἱ ἐξ ἐναντίας; minorem Dominus ipſe aſſerit, cùm addit rationem cur ſculptile non ſit adorandum, quia *ego Dominus Zelotes*. Jam omnis cultus marito Zelotæ debitus, eſt ſoli debitus ac atomicus. Adoratio eſt cultus marito-Zelotæ debitus. Ergò. Stat igitur propoſitio major nullo violabilis ævo. Omnis Latria eſt adoratio προσκυνητικὴ, ſacrificialis, devotiva &c. & reciprocè (per conſequentiam converſivam in propoſitione καθ' ὅλου, definitivâ) omnis adoratio προσκυνητικὴ &c. eſt latria. At talis eſt adoratio imaginum Tridentina. Ergò.

§. 36. II. *Definitione domeſticâ*. *Idolum* eſt, ut definit *Cornel. à Lap.* ad Deuteron. p. 490. *ſimulacrum falſi Dei & ficti, ſive ille Deus ſit res aliqua vera & exiſtens, ſive non.* At tale eſt B. Virginis, Angeli, Sancti Imago, ad adorationem propoſita. Eſt enim non Dei. E. falſi Dei: ſicut omne Ens eſt verum: Ita omne non Ens eſt falſum. *Imago* (ita *Bellarm.* libr. 2. de imag. cap. 5.) *eſt vera rei ſimilitudo, ut, cum pingimus hominem, equum &c. Imago ab imitando dicta eſt, idolum autem eſt falſa ſimilitudo*, id eſt, *repræſentat id, quod reverà non eſt, ut cum gentiles proponebant ſtatuas Veneris aut Minervæ, illa ſigna Idola erant; quia repræſentabant Deos generis fœminini, quales Dii nec ſunt, nec eſſe poſſunt. Atq; ita nec verè repræſentabant, ſed erant falſæ imagines, id enim quod non eſt, repræſentari non poteſt. Tantum*, inquit, *Baſilius inter idolum ac Imaginem diſcrimen, quantum inter ſinceram & adulterinam monetam.* At talis eſt imago Georgii, imago ſc. non exiſtentis; Chriſtophorus eſt Homericus ὤν juxta *Baron.* in *Martyrol.* 23. Aprilis. *Pictura illa S. Georgii qua effingitur eques armatus, qui haſtæ cuſpide Draconem interfecit, juxtà quem etiam virgo poſita manus ſupplices tendens implorat auxilium; ſymboli potius, quàm hiſtoriæ alicujus opinor eſſe expreſſam imaginem. Ea cuncta, quæ de S. Chriſtophoro feruntur, de palmâ, flumine, ſtatura procera, ea inquam omnia Hieronym. Vida Epiſcopus Albæ, allegorico ſenſu interpretatus egregio cecinit Epigrammate.* Hæc Baron. ad Martyrol. die 25. Julii. Adde nunc ad idolum, veram & religioſam adorationem, habebis

bebis

Digitized by Google

bebis idololatriam. Juxtà *Richeom.* de Idolol.. Hugon. l.I. c.2. p.*6.* *Idolum eſt falſi Dei, falſæq; Deitatis repræſentatio*, Aut *res eſt creata, quæ veluti Deus creditur, & adoratur*, *Cui nomen & Numen ſoli veroq; Deo debiti honores tribuuntur*, Idem libr.I. c.4. p.14. *Qui vero Deo aut omninò aut ex parte relicto ac poſtpoſito divinitatis ei conſortem adjungit: omneq; ſtudium, aut certe partem ad cultum idoli intendit, ab illius aram ſublatis oculis ac manibus procumbit in genua ſupplicabundus, is verus idololatra, erroreq; perditus, is ſuperſtitioſa vanitate irretitus, impius ſimulacrorum cultor, deteſtandum Cacodæmonum mancipium coram DEO ac cœlitibus univerſis judicandus eſt.* Quis verè ille? talis eſt B. Virgo non Dea, & tamen Dea nominata. Cui nomen & numen ſoli veroque DEO debiti honores tribuuntur: eſt illa, ceu ὑπέρχριστος, majori quàm Chriſtus cultu digna. vid. hodomor. p.1155. ſeq.

§. 37. III. *Agnitio* ζηλώσεως ſive *imitationis Ethnicæ*, cujus non pudet. *Suos*, inquit, *Baron.* ann. 44. n.87. *mortuos Dominus noſter in templa pro Diis veſtris induxit: ac illos quidem caſſos gloria vanosq; reddidit, ſuis autem martyribus honorem illum dedit. Pro Pandiis & Diaſiis & Dionyſiis, hoc eſt Iovis, Liberiq; Patris ſolennitatibus, Petro, Paulo, Thomæ, Sergio, Marcello, Leontio, Antonino, Mauritio, aliisq; ſanctis Martyribus ſolennitates populari ſepulo peraguntur. noſtri*, ait *Corn.* ad Act.13. p.315. *Peregrini geſtant imagines B. Virginis Lauretanæ, &c.*

Parallelismum idoli veteris Epheſini & novi Lauretani inſtituit *Bernegg.* hypobol. Camerá ſeu idoli Lauret. c.12. p.134. ib. c.10. p. 115. adde Parallelismum Deæ Lauretanæ & Deæ Ennæ: item crucem per Mercurio ſubſtitutum apud Cornel. à Lap. ad Proverb. 26. p.337. vid. D. Dietrich. ad Sap.13. p.127.

§. 38. IV. *Abſurditatis indeclinabilis.* Niſi enim adoratio vera & religioſa imaginis vel ſculptilis adorabilis facti, ſit idololatria; non ſolùm nulla inter gentes Politiores, ſed nec in populo Judaico fuerit idololatria, & mendax fuerit Prophetarum Categoria. Politiores, inquam, nam qui ſic ſtupuerunt, obbrutuerunt, ut lapides ipſos Latriâ, ſoli Numini debitâ terminativè adoraverint, vix hominum loco habendi ſunt. Abſit à rationis uſu præditis, ut lapides pro veris Diis habuerint: Ethnici ſapientiores, *non ipſa ſimulacra timemus*, ajunt apud *Lactant*, lib.2. de Orig. error. c.2. *Sed eos, ad quorum imaginem ficta, Et quorum nominibus conſecrata ſunt. Iudæos nomen DEI ſuæ ſuperſtitioni*

Auguſtinus in Pſalm. 113. hæc habet: Quis puer interrogatus non hoc certum eſſe reſpondeat, quod ſimulacra gentium os habent & non loquentur, oculos habent, & non videbunt, & cætera, quæ divinus ſermo contexuit? Cur ergò tantoperè Spiritus Sanctus curat ſcripturarum plurimis locis hæc inſinuare atque inculcare veluti inſcientibus, quaſi non hominibus apertiſſima ſint atque notiſſima, niſi quia per ſpeciem membrorum ſignificat quam naturaliter in animantibus viventem videre, atque in nobis ipſis ſentire conſuevimus? Quanquam ut illi aſſerunt in ſigno aliquo fabrefacto atque eminenti collocato ſuggeſtu, cum adorari atq; honorari à multitudine cœperit, parit in unoquoque ſordidiſſimum erroris affectum, ut quoniam in illo figmento non invenit vitalem motum, credat Numen occultum. Videntur autem ſibi purgatioris eſſe religionis, qui dicunt, nec ſimulacrum nec idolum dæmonum colo, ſed per effigiem corporalem ejus rei ſignum intueor, quam colere debeo. Ita verò interpretantur ſimulacra, ut alio dicant ſignificari terram, unde templum ſolent appellare Telluris, alio mare, ſicut Neptuni ſimulacro, alio aerem, ſicut Iunonis, alio ignem, ſicut Vulcani, alio Luciferum, ſicut Veneris, alio ſolem, alio Lunam, quorum ſimulacris eadem nomina ſicut Telluris imponunt: alio illud, alio aliud ſydus, vel illam, vel illam creaturam, neque enim cuncta enumerare ſufficimus. De quibus rurſus cum exagitari cœperint, quod corpora colant, maximeque terram & mare & aerem & ignem, quorum nobis uſus in promptu eſt. Nam de cœleſtibus quoniam noſtro ea corpore contrectare atque contingere, niſi oculorum radiis non valemus: non ita erubeſcunt reſpondere, non ſe ipſa corpora colere, ſed quæ illis regendis præſident Numina. Itaque Apoſtoli una ſententia pœnam iſtorum damnationemque teſtatur. Qui tranſmutaverunt, inquit veritatem DEI in mendacium, & coluerunt & ſervierunt creaturæ potius quàm creatori, qui eſt benedictus DEVS in ſecula. Nam priore parte hujus ſententiæ ſimulacra damnavit, poſteriori autem interpretationes ſimulacrorum, Effigies enim à fabro factas appellando nominibus earum rerum, quas fabricavit DEVS, tranſmutant veritatem DEI in mendacium: res autem ipſas pro Diis habendo & venerandoq; ſerviunt creaturæ potius, quam creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Quis autem adorat vel orat intuens ſimulacrum, qui non ſic afficitur, ut ab eo ſe exaudiri putet, ac ab eo ſibi præſtari, quod deſiderat ſperet.

præſcripſiſſe, palàm eſt ex Ezech. 20. 39. *Mihi* (ita ib. *Cornel. à Lap.* pag. 1084.) *offerre ſimulatis, quæ idolis offertis, & qui idolorum cultores eſtis, meos vos eſſe dicitis, aut certè me cum idolis conferre & colere vultis.* Et σύμβολ..ις ἐπηρώτων, Oſe. 4. 12.

Id quod etiam caſtigat *Salvian.* lib. 8. de gubern. DEI. n. 265. p. 302. cœleſtem illum ſcil. Afrorum Dæmonem, (quem Reginæ cœli Ier. 7. comparat *Rittershuſ.* in Comm. p. 351.) dico, cui ideò, ut reor, veteres pagani tàm ſpecioſæ appellationis titulum dederunt, ut quia in eo non erat, Numen vel Nomen aliquod eſſet; & quia non habebat aliquam ex poteſtate virtutem, haberet ſaltem ex vocabulo dignitatem. Quis ergò ibi idolo initiatus, quis non à ſtirpe ipsâ, forſitan etiam à nativitate, devotus? nec loquor de hominibus ſicut vita, ita etiam profeſſione ac vocabulo paganis, & qui ſicut profani erant, errore, ſic nomine. Tolerabilior quippe eſt, & minus nepharia gentilitas in hominibus profeſſionis ſuæ: illud perniciosius ac ſceleſtius, quod multi eorum, qui profeſſionem Chriſto dicaverunt, mente idolis ſerviebant.

Sic

§.44. Fidei quoad notitiam opponuntur vitia 1. *Ignorantia* DEI per verbum revelati (DEI autem revelati, quia qui aliter de DEO & ejus attributis ſentit, quàm ut in verbo ſe patefecit, is, quantum in ſe eſt, ex DEO facit Idolum. peccant igitur in hoc præceptum Judæi, qui, cum Filium ignorent, aut malitioſè negent, **DEUM** non rectè concipiunt: peccant ex eadem cauſa omnes idololatræ & πολυθεότητος patroni) *ſimplex.* Hæc ignorantia, ut abſentia naucleri naufragii, ita aliorum vitiorum radix eſt: quemadmodum agnitio cauſa eſt timoris, quomodo enim non timeas Majeſtatem infinitam, ſi agnoveris? fiduciæ, quomodo enim vacillabit voluntas illi petræ nixa? dilectionis, cum nihil volitum quin cognitum. Ich möcht GOtt nicht trauen / wann ich nicht gedächt / er wolte mir günſtig vnd hold ſein / dadurch ich ihm wieder hold vnd bewegt werde / ihm hertzlich zutrauen / vnd alles guts zu ihm zuverſehen. ait B.Luther. Tom.1.Jen.germ.fol.228. 2. *ignorantia affectata*, aliàs error in fide: duplex iterum eſt, vel circa fundamentum fidei, ut ſchiſma, vel in fundamento, ut hæreſis e.g. Jeſum negare eſſe Salvatorem univerſalem, hæreſis: ſed negare ejus humanam naturam omnia membra uno actu perfectè habuiſſe formata, ſchiſma eſt. Quoad aſſenſum porrò fidei opponitur, *dubitatio* de veritate promiſſionum divinarum, quod genus peccati Zacharias peccavit Luc.1.18. Populus Iſraëliticus Num.13.32. Petrus Matt.14.31. Quoad fiduciā deniq; fidei opponitur *Dei tentatio & ſuperſtitioſa confi-*

dentia. Tentatio in univerſum duplex eſt, *vel* 1. ſuperioris reſpectu inferioris,& tunc tentatur homo videndo, quorſum libra ſui liberi arbitrii ſit inclinatura, una cum commeatu allectationis ad bonum, Jac.1.13. inquirendô, quô pactô DEUS tentavit Abrahamum Gen. 22.1. Iſraelitas, Ex.16.4. *vel* 2. inferioris reſpectu ſuperioris, cum auxiliô aut gratiâ alicujus ſuperioris freti, rei alicujus] facimus periculum, cum tamen ſpeciale auxilium non ſit promiſſum, e.g. cùm quis intuitu miſericordiæ Divinæ peccat, aut intuitu omnipotentiæ Divinæ in pericula ſe conjicit non mandata, tunc tentat DEUM, & conſequenter ad iram concitat; hinc tentare pro ad iram concitare Num.14.22. Pſ.78.18. DEUM ex.gr. tentarunt olim qui tranſeundô ignitos vomeres innocentiam ſuam probarunt, cujus rei de *Petro igneo* exemplum extat apud Baron. tom.2. annal.1063. Farraginem hujuſmodi purgationum per ferrum candens, duellum, aquam oleumve fervens reperias in Cent.2. Hor. ſubciſ. Camer. c.18. & ſeqq. & Mart. Delrio l.4. Diſq. Mag. c.2. q.4. ſect.2. p.m.131. & ſeqq. Nec minus impia fuit in quibuſdam locis Germaniæ recepta probatio lamiarum per aquam fluentem, quam inſuper incertam & fallacem, Gödelmán. tract. de mag. & veneſ. l.3. c.5. n.ult. exemplis firmavit: Conf. Mart. Delr. l. cit. q.5. ſ.1. p.m.637. Impiiſſimæ denique ſuperſtitionis genus eſt probatio canonica Eccleſiaſtica, per ſacramenti Euchariſtici ſumtionem, cujus exemplum extat apud Lambert. Schaffnaburgenſem in anno 1077. *Ecce* (dicebat Gregor. VII. Pontif. Henrico Imp. ſuam innocentiam probaturus:) *corpus dominicum, quod ſumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, ut omnipotens DEVS ſuô me iudiciô vel abſolvat objecti criminis ſuſpicione, ſi innocens ſum: vel ſubitaneâ interimat morte, ſi reus.* Crimen hoc eſt pontificem inſtituiſſe, ſcelus Jeſuitam Delrio id defendiſſe loc. cit. p.m.605. Vide è noſtris Dn. D. Bald. l.4. caſ. conſc. c.9. caſ.3.

§. 45. In defectu fiduciæ opponitur *Diffidentia & Superſtitio* plus juſto credula, de quâ copioſius agetur in gymnaſio. Inter homines illud Epicharmeum valet, μέμνησο ἀπιστεῖν: non item, cum divinæ præſtò ſint promiſſiones, ad quas tanquam ad ſaxum conchylia adhæreſcere oportet. vid. part.1. Lact. Catech. pag.131.

Luth-

Digitized by Google

Luth. Tom. 3. Witteb. in Pſ. 62. pag. 47. f. 2. Im 147. Pſalm ſpricht er / verlaſſet euch nicht auff Fürſten ſie ſind Menſchen / die können ja nicht helffen. Dann deß Menſchen Geiſt muß davon / vnd er muß wider zur Erden werden / alsdenn ſind verloren alle ſeine Anſchläge. Als ſole er ſagen. Wann gleich Menſchen Gunſt allenthalben im Leben beſtändig were (welches doch auch nicht iſt / dann heute Freund / morgen Feind / vnd wie man inſonderheit von Fürſten ſagt: Fürſten Gnad Aprilen Wetter) ſo iſt doch ihr Leben keine Stund gewiß. Warumb verläſſeſtu dich dann auff ſie / vnd verachſt vmb ihren willen GOtt / der ewig bleibt / vnd thuſt ſo böſe Tück / wider ihn vnd deinen Nechſten? Alſo ſetzet er ſich hie ſelbs zum Exempel / als der zur Zeit Saul viel geſehen hat / die ſich auff Saul verlieſſen / vnd vmb ſeinet willen thäten / was GOtt vnd Menſchen verdroß. Aber da Saul todt war / mit allen Schanden beſtünden / wie der Sohn Doeg / der nach dem tod Saul kame / vnd wolte David heucheln / er hätte Saul erwürget. 2. Reg. 1. Darumb ſpricht er hie / Mir nicht / daß ich meinen Troſt auff Fürſten oder Menſchen ſetze / wie die gottloſen Hofeſchrantzen thun. Ich will auch gerne dem König gehorſam ſein / ihm dienen / ſein beſtes ſuchen vnd fördern / will helffen vnd rathen / mit Leib vnd Gut ihm beyſtehen / aber daß ich mich auff ihn ſolt verlaſſen / daß er mich reich / herrlich oder ſelig machete / das will ich laſſen. Denn morgen ſolt ſichs Wetter wol vmkeren / daß er mich verfolgete (wie denn auch geſchah / daß David zu erſt der liebſte Diener Sauls war / darnach der allerfeindſeligſte / vnd muſte auch erfahren / daß Fürſten Hulde / Aprilenwetter wäre / ſonderlich wenn es nicht gottsfürchtige / ſondern gottloſe Fürſten ſind / wenn ich alsdenn vmb meines Herrn oder eines Menſchen willen wider GOtt vnd Menſchen gethan / wo wolt ich bleiben / ſo GOtt vnd Menſchen erzürnet wären? Es fahre mir lieber weg Fürſten vnd Menſchen gunſt / vnd bleibe mir Gottes hulde / bleibet mir Gottes hulde / ſo wird ſich Menſchen hulde wol finden / ſind ſie ſich nicht / ſo fahre ſie zum Teuffel / Gottes hulde iſt mir gnug / verliere ich aber Gottes hulde / ſo bleibe mir zu letzt menſchen huld auch nit / ſo fahre denn ich zum Teuffel / mit meinē Fürſten / beyde mit Gottes vnd Menſchen vnhulde / da hab ichs denn fein troffen / vnd wol macht. Et ib. p. 25. Menſchen ſind doch ja nichts / groſſe Leute feilen auch. Sie wegen weniger / deñ nichts / ſo viel ihr iſt. Was Gott iſt haſtu gehört. Nun höre dagegē was Menſchē ſind. Es iſt nichts mit ihnen / ſpricht er / verläſtu dich auff ſie / ſo wiſſe / daß du dich auff lauter nichts verläſſeſt / es wird dir gewißlich fehlen. Ja ſpricht er / wenn man ſolt in eine Wage legen / in eine Schüſſel die Menſchen / in die ander / eitel oder nichts / ſo würden die Menſchen leichter ſeyn / denn nichts. Wie Salomon ſagt: Eccleſ. 1. Es iſt alles eitel / vnd ein lauter eitel / das iſt / es iſt mit Menſchentand nichts / vnd lauter nichts. Hie fragſtu / wie iſt der Menſch nichts / ſo er doch Gottes Geſchöpff vnd Creatur iſt? Antwort: David redet nicht von der Creatur an ihr ſelbs / ſondern vom Brauch der Creatur / das iſt / der Menſch iſt wol ein gut Ding / man braucht ſein aber nicht recht. Ein Fürſt / König / Keyſer / iſt auch ein gut Ding / man braucht ihr aber nicht recht. Wie ſo? Ey man will auff ſie trauen vnd bauen. In ſolchem brauch ſind ſie nichts. Warumb? ſie ſind vngewiß beydes ihres Lebens vnd Hertzens. Sand vnd Waſſer iſt auch gut ding / aber daß ich darauff wolt ein Hauß ſetzen / da weren ſie nichts / vnd weniger denn nichts / daß ich aber Waſſer trincke / vnd mich waſche / da iſt nicht nichts / ſondern ein köſtlich vnd nutzlich Ding. Denn es iſt dazu geſchaffen / vnd das iſt ſein brauch. Alſo auch Fürſt / König / Keyſer iſt geſchaffen / das ſie Fried halten im Land ꝛc. da ſind ſie Gottes Creatur / vnd ein gut Ding / aber das ich auff ſie trauen will das iſt nichts. Er ſpricht nicht: Nolite obedire Principibus, ſed nolite confidere in Principibus. Confidere, gehört GOtt allein. Ich ſoll nicht dreck für Gold verkauffen / dreck hat ſeinen brauch / aber daß er ſold Gold gleich ſeyn / das iſt nichts. Denn du ſiheſt daß dieſer Pſalm redet von eitel glauben / trauen / Zuverſicht / verlaſſen / welche Titel alle ſind

den Menſchen vnd Fürſten zu hoch / wiewol die Welt nichts anders thut / denn auff Menſchen trauen / vnd GOtt nichts vertrauen / das iſt / ſie iſt nichts / vnd trauet auff nichts. Wie ſind aber die Menſchen leichter oder weniger denn nichts? Antwort: Was nichts iſt / das betreugt niemand. Aber wer auff das trauet / das nichts iſt / der hat zweyerley Schaden / einen / daß er nichts findet / den andern / daß er verleuret / was er darauff wendet. Den wer ſchlecht nichts hat / der hat ein einfeltigs nicht / vnd wendet nichts darauff. Wer aber auff Menſchen trauet / über das, daß er nichts findet / verleuret er auch das / was er darauff gewendet hat / vnd wird alſo ſeine Hoffnung vnd Koſt zu nicht / über dem nicht / darauff er gehoffet. Darumb iſts recht geredt / das ein Menſch iſt weniger / denn nichts / denn die Welt läſſet ihr trauen auff die Menſchen nicht / ſo fehlets auch nicht / daß ſie vmbſonſt trauet / auff nichts. O ein herrlicher Preiß vnſer aller die wir Menſchen heiſſen / daß wir weniger ſind. denn nichts. So fein kan einer dem andern helffen. conf. 7. 292.

§. 46. Sequitur ſpes à fide diſtincta, ut actus rei futuræ, ab actu omnium temporum: luculentum diſcrimen indicat S. Apoſtolus cum fidem definit per ὑπόστασιν τῶν ἐλπιζομένων. Finge fidem & ſpem eſſe Unum idemque, definitum veniret in definitionem, atque hic prodiret ſenſus, fides eſt hypoſtaſis (τῶν θαῤῥαλέων) fiducialium. optimè *Auguſtinus in enchir.* c. 8. Differentiam inter fidem & ſpem indicat p. 200.

Quid autem ſperari poteſt, quod non creditur? Porrò etiam aliquid, quod non ſperatur, credi poteſt. Qui namque fidelium pœnas non credit impiorum, nec ſperat tamen? Et quiſquis eas imminere ſibi credit ac fugaci motu animi exhorret, rectius timere dicitur quàm ſperare. Quæ duo Lucanus diſtinguens ita complexus ait: Liceat ſperare timenti. Non autem ab alio Poeta, quamvis meliore proprie dictum ſit. Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. Denique nonnulli in arte Grammaticâ verbi hujus utuntur exemplo ad oſtendendam impropriam dictionem, & ajunt: Sperare dixit, pro timere. Eſt itaque fides & bonarum rerum & malarum: quia & bona creduntur & mala, & hoc fide bona non malâ. Eſt etiam fides & præteritarum rerum, & præſentium & futurarum. Credimus enim mortuum Chriſtum, quod jam præteriit. Credimus ſedere ad dextram Patris, quod nunc eſt. Credimus venturum ad judicandum, quod futurum eſt. Item fides & ſuarum rerum eſt & alienarum. Nam & ſe quiſque credit aliquando eſſe cœpiſſe, nec fuiſſe utique ſempiternum, & alia atque alia: nec ſolum de aliis hominibus multa, quæ ad religionem pertinent, verùm etiam de angelis credimus. Spes autem non niſi bonarum rerum eſt, nec niſi futurarum, & ad eum pertinentium, qui earum ſpem gerere perhibetur. Quæ cum ita ſint, propter has cauſas diſtinguenda erit fides à ſpe, ſicut vocabulo, ita & rationabili differentiâ.

Eſt autem ſpes in tempeſtate hujus mundi Chriſtianæ fidei anchora Heb. 6.19. & calamitatum contemtrix, ſicut Græcus olim apud Valer. Max. l. 3. c. 7. Perſico illi Thraſoni de ſuorum multitudine jactanti, & cras, dicenti, ſolem obſcurabimus ſagittis; reſpondiſſe fertur, Gaudeo ſic enim in umbra melius præliabimur: ſic ſpes omnem

Digitized by Google

omnem afflictionem ex alto ridet, incurrentibus licet ſagittis de umbra protectionis divinæ optimè ſperat. Ei opponitur deſperatio, & diffidentia ſeu in potentiam divinam, qualis fuit equitis illius Samaritani 2.Reg.7.2. ſeu in miſericordiam divinam, Caini, Petri Joſchuani Hungari, Franciſci Spieræ, aliorum.

§. 47. Charitas quæ ab amore & reliquis affectibus ut differat, vide Scal. exerc.317. ſ. 2. vi præcepti divini Deut.6.5. requirit amoris 1. *puritatem*, ut DEUS propter ſe, non propter aliud ametur: ne ſit amor quæſtuoſus & mercenarius 1.Tim.6.5. Hinc *Auguſt.* in Pſal.53. in verba, voluntariè ſacificabor tibi & confitebor nomini tuo, quoniam bonum eſt. *Quarè*, inquit: *voluntariè, quia gratis amo quod laudo. Gratuitum ſit & quod amatur & quod laudatur. Quid eſt gratuitum, ipſe propter ſe & non propter aliud.* 2. *ſinceritatem* 1. Tim.1.5. 3. *indiviſionem. minus te Domine amat qui tecum aliquid amat.* Aug. 4. ὁλότητα. 5. *promtitudinem.* 6. *Conſtantiam.* Pugnant *odium* DEI, *amor quæſtuoſus, hypocriticus, mundanus, partialis, ſervilis, inconſtans.*

§. 48. *Zelus* potiſſimum triplex eſt, 1. *æmulationis*, ortus ex deſiderio boni aliorum ſimilis

Ecquid in antiquam virtutem animosq́; viriles
Et pater Æneas & avunculus excitat Hector? l.3.Æn.

2. *dilectionis*, ortus è metu: ne deamatæ (acquiſitæ) rei (Formæ, mulieris) exturbemur poſſeſſione. Vide Scal. exerc.317. ſic

Exulibusne datur ducenda Lavinia Teucris? l.7.Æn.

3. *Indignationis*, ortus ex amore amici, quem malè haberi indignamur. Hæc poſtrema acceptio hujus eſt loci. Sic zelô in gloriam Dei inflammati fuêre Moſes, Exod.32.19. Pinehas, Num.25.8. Chriſtus Servator Pſ.69.10. & Joh.2.17.

§. 49. Ad *locomotivam* pertinet externus DEI cultus, *per orationem, verbi divini auditum, ſacramentorum uſum, externam adorationem, confeſſionem, juramentum, vota, jeiunium*, de quibus ſingulatim & conciſè in præcepto ſecundo erit agendi locus.

§. 50. *Timor* ab Ariſtotele definitur in univerſum, quod ſit λύπη τὶς καὶ ταραχὴ ἐκ φαντασίας (quia abſque hâc fuerit, timor non eſt exemplô ſomnambulonum) μέλλοντος κακοῦ ἢ φθαρτικοῦ ἢ λυπηροῦ. Sed nobis in hoc argumento objectum timoris latius eſt extendendum.

dum. DEI namque non ſolum iram vel pœnam futuram pertimeſcimus, ſed & majeſtatem. hinc, ſi ego Dominus, ubi reverentia? Malach. 1. 6. Eſt igitur timor DEI affectus ſubmittens ſe divinæ majeſtati & iram eius reformidans. Qui ſi placere DEO debet, ratione formæ debet eſſe *filialis*, ratione modi *ſincerus, ſummus*. Pugnant cum eo *ſecuritas carnalis*, cujus effrenis Filia eſt Cyclopica theomachia

Saulis e.g. qui ore Domini jam ad exauctorationem regiæ dignitatis damnatus, tamen invito Numine Rex eſſe vult, ac ideò Corona regia ſtolidè ſecum ſumtâ in extremâ ſuâ clade, ſe oſtentat, q.d. Ich bin König/trutz Gott / Ich ſtirb dannoch als ein König: ſed corona in capite toto populo celſiori magnes fuit, quâ tracti Philiſtæi, uni inhiarunt, ac ſoli Regi incubuerunt, eadem Davidi in manus reddita.

puſillanimitas, timor creaturæ major quam DEI, timor ſervilis, ſuperſtitio metuens non metuenda. Si qui e. g. certis diebus vel menſibus nolint aliquid inchoare, vel velint, eò, quòd juxtà vanas hominum doctrinas ea fauſta vel infauſta exiſtimant tempora. vide Auguſt in Enchir. ad Laurent. c. 79. Huc pertinent ſuperſtitiones Ethnicorum, quibus de malo aliquo eventu metuerunt, quoties pars aliqua corporis ultrò ſubſiluiſſet: hinc de tinnitu auris vetus epigramma.

Garrula quid toties reſonas mihi noctibus auris?

de Sternutatione Propertius,

——— *argutum ſternuit omen amor,*

Sternutationi Veteres τὸ ζεῦ σῶσον! oppoſuêre: Sternutamentum, ſcribit *Caſaub.* in Athenæ l. 2. c. 15. adoratione expiabant, quòd non ſacrum eſſe tantùm putarent, μόνον τῶν πταρμῶν, verùm etiam Deum. Ideò Xenophon in expedit. Cyri l. 3. cum milites audiviſſent aliquem ſternutare, πάντες. ſcribit, μιᾷ ὁρμῇ προσκυνῆσαι τὸν Θεὸν. Chriſtianis. ait. Gretſ. Agoniſt. p. 231. frequens eſt ſalutis apprecatio; & Germanis illa formula, GOtt helff euch/ DEUS adjuvet te. Quærit idem in agoniſt. ſpirit. c. 19. pag. 231. Num ab hoc more abſtinebit Zeæmannus, eò quod apud Ethnicos quædam ejus effigies reperiatur? Abſtineret, ſi nullum vitæ periculum hujusmodi violento motui ſubeſſe certum eſſet, quale olim fuit, cum ætate Gregorii M. (referente Sigeberto in Chron.) paulò ante Draco terribilis Comitatus catervâ ſerpentum in Tiberi viſus, aquas, ita infecit, ut

ſit vehemens ſubſequeretur peſtis, adeò, ut cum quis ſternuiſſet, continuò occiderit. unde ortus mos, ut audientes ſternutantem, illicò dicerent, te D E U S adjuvet! aliàs Ecquid ad hunc ſolùm corporis motum ſpecialius auxilium poſceret, non ad alios nutus vehementes, ſimilesque. Eccur Serarius laudat judaicam abſtinentiam ab hac apprecatione l. de proceſs. c. 8. Doctor Rambam quærit, pag. 111. *Num ſi quis in domo Midraſch forte ſternutet, et debeat alius rephuah, ſeu, ut moris eſt, ſalutem precari? Et reſpondit: id eo loco non eſſe neceſſarium, quia loci hujus magna ſit ſanctitas, & quidem major, quàm domus ceneſeth.* Adde quod ſternutatio ſanitatis ſignum ſit, non periculi lethalis. Exemplum præbet hiſtoria pueri Sunemitani. 2. Reg. 4. 35. Ridet hæc hujusmodi Cicero lib. 2. de div. & addit, hæc ſi ſuſceperimus, & pedis offenſionem, & corrigiæ abruptionem nobis obſervandam fore. Conf. Joh. Saresber. l. 2. de nug. curial. c. 1. Hujus generis ſuperſtitiones illæ quoque ſunt, quòd veteres Germani non niſi juſſu mulierum, nec ante novam lunam pugnarent. Cæſ. l. 1. bell gall. quòd viſa langueſcere luna militibus ominis loco habita. Tacit. lib. 1. annal. 133. *Faſcinationis* quoque ſuperſtitio olim celebris fuit, de qua tria ſi diſcutiamus problemata, non omninò è via abierimus: 1. *Quid fuerit faſcinum apud veteres? 2. quodnam ejus objectum? 3. Quomodo ſibi ab eo caverint?* Primâ ſuâ ſignificatione notat virus ex oculis inſtar jaculi vibratum, lædens & perimens adſtantes: *βάσκανος* enim eſt quaſi *φάεσκανος, ὁ τοῖς φάεσι καίνων*, id eſt luminibus occidens. Hinc *ὀφθαλμὸς βάσκανος* à Plutarcho dicitur; quem hiſtoria Evangelica *πονηρὸν*, appellat. Fuiſſe olim homines ejusmodi oculorum veneno noxios tradidit Plinius l. 7. c. 2. & l. 33. c. 10. id verò quomodo contigerit absq; Phyſici illius principii periculo (nihil agere in diſtans immediatè) docet Conimbrica ad l. 8. Phyſ. c. 2. q. 1. art. 4. Ad rationem Phyſicam poſtea acceſſit ſuperſtitio, & faſcinum dici cœpit Illud etiam magicum nocendi genus, quô homines ſimplices ſibi perſuaſerunt nominum, imaginum, teſtarum, calicum, ovorum perforatione lædi ac faſcinari ſe poſſe: ideò & ovorum putamina, quod noſtræ quoque faciunt aniculæ, frangere & pertundere ſunt ſoliti, teſte Turnebo l. 23. c. 21. Hinc Ovid.

Sagaq; Phœnicia defixit nomina cerâ
Et medium tenues in jecur urget acus.

Certis

Certis etiam ligaturis incantandi vim tribuerunt, ut à faſcia deri- vatum videatur faſcinum. Hinc Virg. Eclog. 8.

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,
Terq; novenâ ligat triplici diverſa colore
Fila.

Poſt magicam illam & ſuperſtitioſam faſcini appellationem ſecuta eſt metaphorica, ut invidiæ etiam (moraliter) faſcinandi vis tributa fuerit. Hinc apud Symmachum faſcinô mordere, i. e. invidiâ laceſſere. Et apud Græcos autores ſæpè legimus βασκαίνω σοι, id eſt, invideo tibi. Ideò & faſcinum DEUM triumphatorum curribus ſubjecerunt Romani, ut faſcinum in invidos rejicerent & quaſi incantarent. *Objectum* ſecundò faſcinationis Phyſicæ & Magicæ, *cùm beſtiæ* fuerunt, hinc Poët

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos?

tùm *homines* omnes, maximè verò infantes, tanquam veneni iſtius capaciores. *Hieron. in verba Pauli* Gal. 3. 1. *Quis vos faſcinavit?* exiſtimat *Apoſtolum alludere ad infantes*, quòd ſicut illis facillimè faſcinum nocet, ita etiam Galatis nuper natis, & lacte adhuc doctrinæ cœleſtis nutritis, faſcinum perverſæ doctrinæ obfuerit. Moralis autem faſcinationis, invidiæ ſcil. objectum, fuit omnis in univerſum *proſperitas & laudis propriæ prædicatio*: namque

Invidus alterius rebus macreſcit opimis.

Cautela ac remedia contra ſeu veneni vim, ſeu invidiæ morſum varia fuerunt excogitata. De præoccupatione maleficii, quâ ova, calices, cochleas, ſimul ac exorbuiſſent, fregerunt aut perforarunt: de DEO itidem Faſcino currui Triumphantium ſubjecto alibi actum. Superſunt periapta & amuleta alia. Primò faſces ſolvendi, expiandi & excantandi cauſa adhibitæ, ut autor eſt Petronius Arbiter. Deinde ſputum luſtrale infami digitô fronti illitum, unà cum expuendi ceremonia. Hinc Græcum illud cum ſputo enunciatum proverbium ζεῦ σῶσον. Tertiò res turpes ac obſcœnæ, utpote pudenda, bonæ ſcevæ causâ, ut amat loqui Varro l. 6. de ling. lat. ſuſpenſa. Genus hoc amuleti Plutarchus lib. 5. ſympoſ. probl. 7. appellat προβασκάνιον, quô veteres malum oculum eludere ſunt conati. Illos hodie imitatur officina libraria Elzeviriana, quæ Bacchum, Silenos, capras & Satyros larvatos, nulli

cum

Digitized by Google

cum verecundiâ virilium primæ librorum ſuorum paginæ præfigit.

§. 50. *Humilitas* quoque erga DEUM primi præcepti Virtus eſt. Exempla extant. Gen.32.10. c.50.19. 2.Sam.6.22. Phil.2.5. 1.Cor.15.9. Vide de hac virtute *D. Gerh. l. 3. ſchol. piet.* c.15. & 16. *Ioh. Arnd.* l.1.19. l.2.21. & 22. l.3.5. & 20. Inimica eſt θεομάχια & *ſuperbia*. Autor hujus, ut omnium aliorum peccatorum Sathanas eſt, qui pro οἰκητήριον ambivit οἰκουμένην, & utrumque amiſit. Exempla ſuperbiæ enormia ſunt primi noſtri parentes, ſtructores turris Babelicæ, Pharao, Haman, Nebucadnezar, Sanherib, Antiochus Epiphanes, Herodes, Antichriſtus. E. profanis hiſtoriis Ajax, qui invitô Deô victoriam volebat, Xerxes ὁ τοῖς ἀνέμοισι ἀπειλῶν: Sapores Perſarum Rex, Solis ſuâ opinione frater & Dominus ſtellarum: Alexander M. qui, cùm per ſuperbiam Philippi filius eſſe nollet, per veritatem non fuit.

§. 51. *Obedientia ad verbum DEI reſtricta.* Hinc damnata in verbo DEI ἐθελοθρησκεία, Col.2.23. quam *Turrianus* l.5. pro epiſt. Pontif. c.7. malè exponit de religione & vero DEI cultu, hôc nomine meritò refutatus à Corn. à Lap. in h.l. cui tamen aliâ parte genua labant, illâ ſcil. quâ ab ἐθελοθρησκεία excipit conſtitutiones monaſticas & pontificias, voluntarias itidem abſtinentias & pœnitentias. Hujus peccati rei erant filii Aaronis peregrinô igne aram polluentes. Lev.10.1. Gideon Ephodis auctor, qui, ringatur licet Serarius, in h.l. graviſſimè peccavit contra legem DEI Deut.12.5. & 13.

§. 52. *Patientia in cruce* adamantis inſtar infracta, & ſe divinæ voluntati ſubmittens, qualis fuit in Davide ad contumelias Simei, 2.Sam.16.10. & 12. Contra *impatientia* recalcitrat. *Objecta patientiæ ſunt mala*, vel *epidemica*; lues, tyrannis, incendia, annonæ caritas, effluxiones fluminum: vel *peculiaria*; morbi dolores, animi cruciatus, paupertas, contemtus; calumniæ, fames, ſitis, æſtus, frigus, habitatio incommoda, expectatio vana, & ſimilia. *Modus*, quô circa iſta objecta occupata eſt patientia, conſiſtit in *hilaritate, conſtantiâ, gratiarum actione, reſignatione ſui, & conformatione humanæ voluntatis cum divinâ.* confer quæ J. Lipſius de conſtantiâ in adverſis monuit in monit. polit. c.7. p.46. *Gratitudinis* denique objecta ſunt beneficia divina, circa quę illa ipſa occupata eſt, ea *mente* agnoſcendâ,

Digitized by Google

ſcendô, *memoriâ* ruminandô, *corde* magnifaciendô, *ore* prædicandô, *re* ſerviendô. Cui opponitur (quæ occupat extremum ſcabies) *Ingratitudo*.

COLLEGII DECALOGICI

DISPUTATIO III.

DE

PRÆCEPTI PRIMI

PARTE SECUNDA.

LImitem nobis poſuit ſuperioris de primo Præcepto explicationis copia, ut in hanc, quæ ſuperſunt, nobis rejicienda fuerint. Neque nos appendicem primi præcepti aggreſſuri ſumus antè, quàm demonſtraverimus quis illius appendicis fuerit ſcopus? In diverſum hîc eunt auctores. I. *ſententia eſt omnem εἰκονοποιΐαν probiberi Iudæis* (atteſtante Joſepho, L.18.5.) φιλειδώλοις, nimis quàm aſſuetis huic peccato, ut colligere licet è Joſuæ ult. v.14. cujus rei rationem reddit Cunæus non ineptam, Diabolum tunc in Idololatriæ crimen fuiſſe intentiorem, quod hæreſin in tanta Prophetarum luce non poſſet excitare: Atq; hinc legem hanc de εἰκονοποιΐα eſſe ceremonialem in N.T. abrogatam 1.Cor.8.4. vide D. *Chemnit*. loc. de lege DEI p.m.104. II. *εἰκονοποιΐαν prohiberi non abſolutè, ſed quà eſt repræſentativa DEI.* Atque hinc legem hanc *moralem* eſſe, diſtinctam per Soph paſuk à lege de non adorandis idolis. III. *prohiberi quidem Idololatriam, ſed Gentilem tantùm*, quâ Diis falſis idola conſecrata ſunt Corn. à Lap. ad Deut.5. IV. *εἰδωλοποιΐαν prohiberi* ſive *facturam imaginum ad adorationem comparatam*, ut expreſsè traditur Lev. 26. 1. atque hinc, ex appendice partem primi præcepti, non novum præceptum conſtitui, quòd & idola ſint Dii alieni; nec omnis lapidis, ſtatuæ, monumenti erectio prohibeatur Lev.26.1. ſed idololatrica tantùm, exemplo eorum qui

ante

Digitized by Google

ante & poſt legem latam, tale quid ſine piaculo conati ſunt. Gen. 28.18. c.31.45. c.35.14. Joſ.24 27. 1.Sam.7.12. Et quo fine Deut.4.15. prohibita ſunt ſimulachra animalium, ex eodem etiam imagines ſint vetitæ Exod. 20.4. Sed non abſolutè illa prohibentur, ſecus ne in monetâ quidem, privatim, in inſignibus, in libris medicorum, *in ſphæris & globis aſtronomicis* imagines ſiderum pingere licuerit. Ergò ratione cultus. Et ſicut ibi attollere oculos ad cœlum, ad ſolem, ad lunam prohibetur non abſolutè, ſed ratione cultus, ita hoc quoq; loco Omnem verò controverſiam decidit illa, controverſiæ inter Trans-Jordaninos accuſatos (ut loquitur Joſephus l. 8. antiq. c. 8.) νεωτερισμοῦ καὶ ξενικῶν εἰσαγωγῆς θεῶν, & Cis Jordaninos ortæ, deciſio. Joſ. 22, 33.

Ἐργασία Textus.

§. 2. Textus ipſe commodè dividi poteſt in *tres partes* generales: quarum *prima* eſt *interdictoria*, altera *comminatoria*, tertia *promiſſoria*. Interdictoria iterum in interdictoriam εἰδωλοποιΐας ſive facturæ imaginum ad adorationem ac apoſtaſiam ordinatæ, & εἰδωλολατρείας ipſius. Pars interdictoria prior diſpeſci denuò poteſt in *actum prohibitum*, *actus prohibiti* objectum, idque duplex formale & materiale.

§. 3. *Actus prohibitus* לא־תעשה לך *non facies tibi*, ſcilicet (non abſolutè ſed) relatè *Tibi*, fini facturæ ὧ, cui iſta factura ad uſum idololatricum debeat inſervire: non tamen excludit facturam idolorum aliis inſervientem. nam & ſi pictor Lutheranus faceret pontificio idolum, peccaret, quia τὸ TIBI generale eſt, id eſt omni homini, q.d. nulli hominum idolum adornabis ad cultum. Notat Pagninus in Lex. τὸ עשה interdum ornatus potius quàm effectionis notam eſſe. Utrumque igitur prohibetur & factura & ornatio idolorum artificioſa. II. *Objectum prohibitum Formale* duplex eſt. I. פסל propriè notat *ſculptile* à פסל ſculpere, ſub ſculptili autem intellige & fuſile & ductile & tornatile: quod nonnullorum de ſententia opponitur imagini ſuperficietenus pictæ. Cur diſtinctè Moſes mentionem faciat ſculptilis, hanc reddit rationem *Lorinus* in c. 27. Act. 29. *ſculptilis*, ajens, *imago diſtinctius & enixius prohibita eſt, quoniam cultus idolorum verſabatur potiſſimùm in imagine ſculpta vel flaminâ, quæ ſoliditate partium atq; craſſitie magis exhibet perſonam, quæ ado-*

randa proponitur, quàm ſi hæc in ſuperficie duntaxat coloribus exprimatur. LXX. εἴδωλον reddidêre, quod cum Orig. & Theodor. ſtrictius accipiant, de effigie rei non exiſtentis, ſphyngis, Centauri, ut imago ſit exiſtentis, ſolis, animalium; ab eis tamen diſcedit Corn. à Lapide & exponit idolum ſimulacrum falſi Dei, ſive Deus ille ſit res exiſtens ſive non exiſtens. Sed hâc de opinione quid ſentiendum, ſuperiori exercitatione §.14. planum fecimus. *alterum objectum formale* eſt וכל־תמונה *Et omnis imago.* Hæc προσθήκη omnimodam excipiendi anguſtiam injicit, omnis enim imago ad cultum deſtinata prohibetur; ſive veri Dei ſive falſi repræſentativa. Omnis itidem imago ſive externa ſive interna ad apoſtaſiam ſeducens.

§. 2. *Sequitur objectum materiale.* Id triplex eſt in ſcripturis, diviſione Phil. 2. v. 10. uſitatâ, אשר בשמים ממעל quæ in cœlis deſuper. In cœlis ſunt Angeli & ſpiritus beatorum (adde ſolem, cujus imago cryſtallo incluſa Perſis ſacra, apud Curt. l. 3. & reliquas ſtellas, adde & aves in aëre) *probibet* igitur (verba ſunt *D. Chemnit. part.* 4. Exam. p. m. 34.) *ad cultum facere, proponere aut uſurpare, non tantùm imagines idolorum & dæmoniorum* 1. *Cor.* 8. *nec tantùm irrationalium creaturarum, verùm etiam angelorum, ſpirituum juſtorum qui in cœlis ſunt, & hominum defunctorum, quorum corpora ſub terra ſunt, & ne ipſius quidem DEI imaginem ad cultum fieri, proponi & uſurpari vult Lex DEI. DEUS enim noſter in cœlo eſt. Et lex prohibet ejus quod in cœlo eſt imaginem ad cultum fieri. Et Deuter.* 4. *ratio additur, vocem verborum ejus audiviſtis &c.* hactenus Chemnit. II. ואשר בארץ מתחת *& quæ in terrâ de ſubter.* In terrâ ſunt homines & animalia confer Deut. 4. 16. & ſeqq. III. ואשר במים מתחת לארץ *Et quæ in aquis de ſub terra:* Duo hîc diſceptantur 1. *Cur aquæ dicantur ſub terrâ?* 2. quid *per ſubterranea intelligatur, ad* 1. Reſpondet *Corn. à Lap.* ad Deut. 5. aquas ſub terrâ appellari, quòd mare non ſit altius terrâ τῇ φύσει ſcilicet, ut levius altius eſt, non τῇ θέσει διὰ τὸ βέλτιον, ut loquitur Exerc. II. Scalig. Confer. poſt Conimbric. Merulam part. 1. Coſmograph. c. 5. Keckerman. l. 2. c. ult. R. Kimchi ad Pſalm. 107. 23. ſcribit: *Quamvis mare ſit altius aridâ, tamen qui navigaturus eſt, dicitur deſcendere, quia arida eſt altior littore maris. Et ratione littoris dicitur deſcendere.* ad 2. ſubterranea aliàs dicuntur à Paulo Phil. 2. 10. καταχθόνια, ubi poſſunt & intelligi antipodes, quos dari malè olim negarunt Procop.

cop comm. in Geneſ.1. Auguſtin. L.16. C. D. 9. Lactant. L.3. Inſtit. c.24. Narrat Aventinus L.3. annal. Bojor. cùm Virgilius Juvanenſis Epiſcopus Mathematicus, docuiſſet eſſe antipodas, à Zachariâ Pontifice juſſum Eccleſiâ depelli, pro ſingulari ſcilicet ſuâ infallibilitate. Confer Sixtin. Amam. L.3. antibarb. Bibl. p.m.752. & ſeqq. Hîc præcipuè intelliguntur *piſces*, philiſtæorum ſcil. numen. Nam Dagon. à דג piſce. hinc à piſcibus abſtinuêre, & piſces ſuos Judæis vendere ſoliti Nehem. 13. 16. ne violent timidi piſcibus ora Syri. *Ovid. faſt.* 2. III. Dæmones qui καταχθόνιοι dicuntur analogicè & metaphoricè, non quod infernus ſub terrâ, dicuntur enim aliàs κοσμοκράτορες Epheſ.6.12.

§. 5. Idolopœia hactenus. Sequitur interdictum Idololatriæ, quod his verbis continetur I. לא תשתחוה להם LXX. habent, οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, à κυνέω oſculor. in N.T. vox iſta explicatur per γονυπετεῖν, πίπτειν ἐπὶ πρόσωπον confer Matth.8.2. cum Marc.1.40. Luc.5.v.12. per προσπίπτειν πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ confer Matth.15.v.25. cum Marc. 7. verſ. 25. notat propriè illum geſtum orientalem quo alii alios honorabant Geneſ.19. v.1. cap.23. v.7. cap. 42. v.6. adeoque actum ſenſibilem in oculos incurrentem, quo etiam ſenſu uſurpatur Joh. 4. 20. ubi Samaritana è Judæorum ſententiâ refert Hieroſolymis tantùm licuiſſe προσκυνεῖν ſc. externis cerimoniis & ſacrificiis, aliàs ubivis poterant orare. Vulgata habet non adorabis. Adorare eſt quaſi ad os admovere, teſte Mureto & Scioppio l.1. veriſim. 8. Latinis certè ſalutare & adorare ἰσοδυναμοῦντα. hinc Plaut. in Amphit. Nec Bacchum ſalutem hodie nec Cererem. In Deorum enim ſalutatione eminus ſtantes, ne ore profano Deos tangerent, manum ori admovebant ac ſuaviabantur, de quo ritu Plin.28.2. l.12.8. Apulej. l. 4. florid, Hieron. contra Ruffin. & in Oſe.13. Druſ. l.1. obſerv. c.20. D. Glaſs. l.3. philol. ſacr. L.3. tract. 2. p.688. ſignificatur igitur hâc voce omnis externa reverentia, genuflexio, inclinatio, procubitus, oſculatio, capitis apertio pro regionis cujusque & loci genio: II. ולא תעבדם οὐ λατρεύσεις αὐτοῖς LXX. videtur hîc potius interna reverentia prohiberi, quâ ſervire dicitur idolis mentis, qui eorum objectu & allectatione vincitur, non fortiter reſiſtit imaginationibus apoſtaticis. Tyrannus Sathanas eſt, idola mentis ejus carnifices qui hominem cruciant & ingerunt

runt voluptatem cum pediſſequo dolore, amorem numi cum inſomni ſollicitudine &c. Chriſtiana hîc militia imperatur contra pravas carnis ſuggeſtiones. Peccata in hoc interdictum pugnantia duo ſunt: Idololatria craſſior & externa, de quâ prolixè actum eſt in exercitatione ſuperiori §. 14. Et idololatria ſubtilis ac interior, cum ſcil. homo ſuis internis idolis, idolo veneris, Bacchi, Nemeſium, Mammonis, Junoniæ ſuperbiæ, cerbereæ calumniæ &c. ſic ſervit, ut contra præcepta DEI hoſtiliter nitatur. Virtutes ſunt adoratio ſolius DEI, Chriſtiana cùm militia tùm ſervitus.

§. 6. Operæ precium eſt in ampliorem hîc campum excurrere & controverſiam quæ eſt inter nos & ſcholam Calvini paulò diligentius excutere. Eſt autem hujus Lex Tergemina

PRIMA.

Imagines DEI nequaquam nulloque modo pingito. *Tenendum*, ita *Calv. in inſtit.* lib. I. cap. 11. P. 24.) *nobis eſt hoc principium, impio mendacio corrumpi* DEI *gloriam, quoties ei forma ulla affingitur.* Et n. 6. p. 25. ſ. 2. *Dominus non à ſtatuario modo ſibi erigi effigiem, ſed à quolibet artifice effingi prohibet: quia perperam & cum majeſtatis ſua contumeliâ ſic aſſimilatur.* Adde ſuffragia producta in Hodom. Calv. Phant. 6. p. 1124.

SECUNDA.

Imagines cœlitum à Spiritu S. in codice Sacro laudatorum, ad cultum accommodatas, in templis (compitis addit *Rivet*. p. 1757.) nec erigito, nec erectas ſuſtineto, Mögen aber (ita Catech. Palat. q. 98.) nicht die Bilder als der Leyen Bücher in der Kirchen geduldet werden? Antwort / Nein. Denn wir nicht ſollen weiſer ſeyn / dann GOtt / welcher ſeine Chriſtenheit nicht durch ſtumme Götzen / ſondern durch die lebendige Predigt ſeines Worts wil unterwieſen haben. *Agnoſcendum* (inquit *Rivet*. in explic. Decal. p. 1253.) *non omnes figuras eſſe prohibitas, vel quaslibet imagines, ſed eas tantùm, quæ ad cultum eſſent accommodata & relata*, ſeu, uti Vaſquezii expoſitionem non rejicit, *effigiem modo accommodato adorationi erectam, aut conſtitutam.* Adde ſuffragia in Hodom. Calv. p. 1125.

TERTIA.

Imagines eaſdem effringito, ejicito, comburito, cùm Authoritate

ritate Magiſtratus publicâ juſſus, tùm privato ac heroico impetu concitatus. Wahr iſt es (ita Maſſon. anat. pag. 416.) daß wir alle Bilder in der Kirchen für Götzen halten/ vnd glauben/ ſie ſind für GOtt ein Grewel/ vnd eine Chriſtliche Obrigkeit ſey ſchuldig/ dieſelbe abzuwerffen vnd zu verbrennen / die Sach iſt beyderſeits richtig / nemblich dero Pöbel vnd gemeine Hauff / wo eine Chriſtliche Obrigkeit iſt / ſoll nicht für ſich/ auß eigenem Fürſatz/ ohne geheiß der Obrigkeit zufahren/ vnd die Götzen ſtürmen. Im gewiſſen Fall aber kan auch eine Gemeine die Abgötterey vnd andere Sünde abtilgen. Et pag. 417. Wo eine Chriſtliche Obrigkeit iſt / da gebühret dem Pöbel vnd Herr Omnis nicht / daß ſie zulauffen / vnd auß eigenem Gutdüncken / ohne Geheiß/ die Bilder ſtürmen/ vnd dergleichen Sachen fürnehmen. Und alſo hat Churfürſt Friderich der Dritte / als die hohe Obrigkeit / die Götzen vnd verehrte Bilder in der Pfaltz / tragendes Amptes halben laſſen hinweg thun. Hat nun irgend damals ein Schneider / oder iemand anders die Bilder herunter geworffen / zerhawen / einem Crucifix den Kopff abgeſäget / verbrennet vnd dergleichen / ſo iſt hiemit weder Gottes noch der Obrigkeit Befehl überſchritten worden. Ob nun wol aber die Obrigkeit eigentlich durch Gottes Ordnung Macht hat die Götzen Bilder abzuthun / wie gedacht / iedoch leſen wir / daß ſolches auch das Volck gethan. Et pag. 419. daß ein Schneider einem Bild den Kopff abgeſäget/ mag wol ſeyn; Sintemal die hohe Obrigkeit hat damals die Bilder vnd Götzen laſſen abwerffen/ da ſeynd ihrer viel zerſtoſſen vnd zerbrochen/ etliche auch von den anweſenden zerhawen worden/ wie es in ſolchem Fall pflegt zu zugehen. Wiewol hergegen andere/denen die Götzen lieb vnd tieff ins Hertz gewurtzelt/ über dieſen Handel geſeufftzet haben. Es mag nun ein Schuſter oder Schneider / oder ein ander Handwercks-Mann damahls ein Bild verbrennet oder zerhawet oder zerſäget haben/ ligt nichts daran / es iſt dieſes keine Sünd. *Laude dignum cenſet Rivet.* ad Oſe. 8. pag. 173. *fuiſſe Andreæ Carolſtadij factum, qui abſente Luthero Wittenbergæ imagines omnes, quæ fuerant inſtrumẽta Idololatriæ dirui curavit; niſi quod præcipitanter nimis & imprudenter ſe geßit, non expectato collegarum conſenſu: Etſi autem Carolſtadij præcipitantiam non probemus, nec eorum zelum inconſideratum, qui nutu ſuo & privatâ authoritate idola demoliri conantur (quod aliquando etiam novimus factum fuiſſe ſatis animoſè ab iis quorum non erat animus erga DEUM rectus) nollem tamen damnare*

multos

multos, qui ex vero DEI zelo adverſus idololatriam ſuſceperunt, etſi privati, quia quo ſpiritu ducti fuerint, etſi non planè certum ſit, cum videmus tamen eos ſe conjeciſſe in vitæ periculum, non alia de cauſa, quam quod ferre non poſſent talem injuriam DEO fieri, par eſt credere, eos heroico quodam ſpiritu impulſos tale aggreſſos eſſe facinus. Idem Rivet. pag. 1260. *Si imagines quæ coluntur in ædibus privatis communiter ad patres familias pertinet eas abolere; quod Iacobus fecit, cum in Bethel eſſet ſacrificaturus: prius enim familiam ſuam luſtravit, & Deos alienos ſub terebintho defodit*, Geneſ. 35. *Communiter & ordinariè dixi, nempe ſi ad eam rem opus ſit poteſtate aliquâ communi: alioquin unusquiſque privatus abolere poteſt & debet eas quibus ipſe abuſus eſt, poſtquam monitus & emendatus eſt. Publicorum locorum, qualia ſunt templa, alia eſt ratio, tunc enim aut privatus eſt, qui id ſuſcipit: aut Magiſtratus inſtrumentum. De privatis hominibus, reſpondetur ad illos ordinariè non debere vel poſſe ſine publicâ authoritate. Quâ de re habetur* Canon *ſexageſimus* Concilij *Illiberis, ſi quis idola fregerit & ibi fuerit occiſus, quia in Evangelio non eſt ſcriptum, neque invenitur ab Apoſtolis unquam factum, placuit in numerum eum non recipi martyrum. Eſt apud Theodoretum notanda eâ de re hiſtoria libr. 5. cap. 39. de Auda, Perſarum Epiſcopo; qui cùm intempeſtivo Zelo inſtigatus, Pyreum, id eſt templum ignis ſubvertiſſet, & Rex Iſdigerdes acceſitum ad ſe Epiſcopum templum inſtaurare juſſiſſet, quia id ſe facturum negabat, à Rege necatus eſt. Ibi judicat Theodoretus, tempeſtivam non fuiſſe Pyrei ſubverſionem, nam Paulus cum Athenas veniſſet, & vidit civitatem obnoxiam eſſe cultibus ſimulacrorum, nullam aram, quam ipſi venerarentur, ſubvertere tentavit, ſed verbis ignorantiam eorum reprehendit, eosq; veritatem docuit. Quod verò dirutum noluit reſtituere, in eo laudandum fuiſſe Audam cenſet Theodoretus & meritò. Huc referri poteſt hiſtoria diſſidij inter Lutherum & Carolſtadium exorti, de quâ extat narratio apud Sleidanum lib. 3. Hic enim cum abſente Luthero tumultuosè ſtatuas è templis ejeciſſet: concitatâ plebe, Lutherus factum ejus damnavit, demonſtravitq; non hoc ordine progrediendum, ſed imagines & ſtatuas ex animo primum eſſe removendas, populum docendum, ſolâ fide nos placere* DEO, *ſtatuis verò nihil profici: ad hunc modum & rectè informatis animis nullum eſſe periculum amplius, ne quid noceant, & ſponte collapſuras. Non ſe quidem repugnare, quominus tollantur, ſed hoc à Magiſtratu fieri debere, neque permittendum, ut vulgo & promiſcuè fiat ab omnibus.* Et pag. 1261. *Non tamen temerè damnandi ſunt privati homines, ſi aliquando publicam*

Digitized by Google

eam ſuperſtitionem deſtruxerint; quia examinandum prius, quo ſpiritu du-ćti hoc fecerint. Gedeon enim adhuc privatus aram Baalis deſtruxit, ſed pe-culiari inſtinctu, & mandato ſpiritus, qui eum ad majora deſtinabat, Jud. 6. v. 24. & ſeqq. *Ætate Patrum noſtrorum quidam Romæ cruſtulum ex manu Sacerdotis ereptum pedibus conculcavit. Alius idolum, quod in pompâ cir-cumferebatur, arreptum confregit, quæ cum illi fecerint cum fortiſſimo mor-tis certiſſimæ contemptu, committendi ſunt judicio* DEI*: ſed talia non ſunt imitanda: cum legibus, non exemplis vivendum ſit.* Hæc ille. De Carol-ſtadii œſtro Iconoclaſtico prolixè agit Lutherus Tom. 2. Witt. p. 3. & ſeqq. Belgii furores memorat Fam. *Strada* lib. 5. Bell. Belg. decad. 1. pag. 210. Gallicam Iconomachiam enarrat *Thuan.* l. 31. p. m. 307. Cum levi primum rumore &c. Confer lib. 32. pag. 373. & l. 40. p. 920. & ſeqq. in Germaniâ Marpurgenſem Tragœdiam deſcribit Joh. *Lætus* in Comp. hiſt. univerſ. pag. 678.

Gloſſa Rubricæ.

§. 7. Imaginum hîc ante omnia ab idolis differentia atten-tenda eſt. Non differunt idolum & imago. 1. Nominis *etymologiâ.* Idolum enim eſt diminutivum τῦ εἴδους, quaſi Icuncula, non 2. ra-tione *repræſentationis* τῦ ὄντος, tanquam idolum rem verè non exi-ſtentem, imago rem exiſtentem ſemper exprimat: Idipſum enim correxit *Cornel. à Lap.* ad Cap. 5. Deuter. v. 8. Neque Deus Idolorum facturam prohibens, tantum eorum objectorum repræſentatio-nem prohibet, quæ non ſunt, ſed & quæ ſunt, e. g. Coloſſi, Nebu-cadnezaris, qui fuit imago perſonæ exiſtentis; eò enim juxta Caſp. Sanct. ad Dan. 3. p. 123. *incumbunt omnes fermè Patres & Interpretes, ut putent, Regem ſibi erexiſſe ſtatuam & in eâ voluiſſe coli ſe pro* DEO. Non 3. ratione *repræſentationis ſolùm falſi Dei*, quia & verus DEUS ſub ido-lis adoratus olim fuit & etiamnum adoratur. Nec 4. *Ratione in-conſtantiæ & inanitatis,* tanquam id ſolùm idolum ſit, quod eſt vanum Phantaſma, ſpectrum, umbra, & diminutivè icuncula, formula, tenuis ſine corpore vita, cavâ ſub imagine larva. Nam ipſi Pon-tificii τὸ פסל gaudent rectè verti à LXX. εἴδωλον: at Peſel ſubſtan-tiæ ſolidæ, ſculptæ, & conſequenter conſtantis nota eſt, quam di-ſtinctius ac enixius prohibitam ſcribit *Lorin.* in cap. 17. Act. v. 29.

Q præ

præ eâ, quæ in ſuperficie duntaxat & coloribus exprimitur. Sed ratione finium & uſus Idola dicuntur, quæ ad cultum proſtant. Sic imago fuit ſerpens à Moſe elevatus, Num. 21. 9. Poſt accedente cultu factus eſt idolum, deſtructum ab Hiskiâ. Atque hinc *Idolum* ratione *cauſſæ efficientis* eſt ab hominis ingenio per Sathanam agitato, citra DEI mandatum, inventum & confectum: ratione materiæ, Ens aliquod, e.g. aurum, argentum, Pſal.115.4. Ratione *formæ* NIHIL 1.Cor.8.4. Tolle enim Phantaſiam & conceptum hominis de idolo, idolum eſſe deſinet, & manebit, quod ante fuit, aurum, argentum, homo. Ratione *finis* iterum nihil, quia nullam habet virtutem & efficaciam, quo ſenſu etiam voce τὸ *nihil* S. Apoſtolus utitur. 1.Cor.13.2.

Chryſoſt. in Ep. 1. Cor. hom. 20. ſunt quidem idola, ſed nihil poſſunt, neque Dii ſunt. Nihil ſunt ad ſalutem, ait Auguſtinus 20. contr. Fauſt. c.5.

Interpretativè, idolum eſt Dæmonium, Pſalm. 96.5. quia cultus, quem opinio hominum DEO conſecrat, terminatur in Diabolum cultus iſtius auctorem & ſuaſorem. Pſal.106.36.37. *qui honorem DEO debitum aliquâ arte ad ſe transfert*, ut loquiamat *Auguſtin*. l.8. C.D. cap.24.

§. 8. Sic mures aurei arcæ à Philiſtæis appoſiti imagines fuere, ideoq; à DEO Hebræo tolerati; at Dagon, quia idolum, dirutus: Boves ænei templum Salomonicum ornârunt, quia imagines; bos Aaronius, & boves Danito-Bethelici inviſi fuerunt, quia idola, ad cultum ab Aarone, à Jorobeamo initiati, dedicati, expoſiti, cum programmate vocali, *Hi ſunt Dij tui! O Iſrael.* Itidem *Teraphim*, εἴδωλα à LXX. dicuntur ob cultum Labanis; à Michole, extrà cultum uſurpati, nil niſi imagines fuerunt. 1. Sam. 19.13. Lutherus egregiè diſtinguit, unter den anbetiſchen und gedenck-Bildern/ Tom.8. Jen. p.40. Quàm igitur inanes Paratragœdias inſtituit *Grynæus*, cum in volumine Diſputationum Theologicarum part.1. pag. 491. & ſeqq. Imagines & idola perpetuò confundit, nullumque inter Idola Ethnica & imagines Sanctorum differentiam agnoſcit, *ſemper*, inquit, th.14. p.498. ***Repetendum eſt, idola, quæ à Papatu reliqua ſunt nomine ſolum, non autem definitione ab Ethnicis idolis differre, nec poſſe Papiſtis, qui ejusmodi Idolis cultum præſtare pergunt, idololatrarum nomen***

verè

Digitized by Google

verè tribuis, ſi hiſce imaginibus & ſtatuis nomen idolorum derogetur. Tolle imaginationem τὸ ἀξιοπιστίας ab imagine, idolum ſuſtuliſti. An enim nihil diſcrepat imago Mercurii fictitii ab imagine Gabrielis? in illam decantetur illud Buchanani:

Oſcula ſerta, roſas da, & libamina ſaxo,
Teq́; cupis dici, quum facis iſta, pium.
Quid tibi pro tantâ majus pietate precemur,
Quam ut fias Numen, tu quoq́; quale colis.

Hanc, ſi quis nunc noviter ſculpat, ædique ſacræ ornandæ abſque cultu ibi futuro inferat, nunquam ante in templis Papæis collocatam, num idoli nomine diffamabitur? Conf. Hodom. Calvin. ſpir. Phant. 6. p. 1159.

§. 9. Eſt deinde ſtatus controverſiæ rectè figendus. non quæritur de *Iconopoëſi*, *Iconotheſi*, *Iconoclaſi* exotericâ eorum ſculptilium, quæ ab Ethnicis ad cultum conſecrata fuerunt, ac in viridi adhuc reverentiâ habentur, execratione, quàm aſſervatione dignorum. Quamvis ſi deſuetâ ſuperſtitione, & formidine ſcandali ablatâ, in hiſtoriæ ac antiquitatis monumentum clàm retineantur, aut materia eorum precioſa in meliores uſus colliqueſcat, non id vitio habendum ſit.

Vnde *Schadeus*, in ſummo Argent. templo c. 2. pag. 5. Inſonderheit aber iſt in dem Tempel zu Straßburg geſetzet worden / Hercules, welchen die Teutſchen vnd die alte Tribocher damahlen hoch hielten / deſſen Bildnüß auch von den Chriſtgläubigen Francken zur Gedächtnüß hernach auffgehalten / vnd biß auff vnſerer Vor-Eltern Zeit im Münſter / in St. Michaels Capell verwahret worden: biß daß man daſſelbe ſampt andern Götzen vnd Bildern außgemuſtert / vnd Anno 1525. hinweg gethan. Das ſoll nun von Metall gegoſſen zwo in drey Elen hoch dieſer Geſtalt geweſen ſeyn / wie es der Kunſtreiche / der Stadt-Baumeiſter Daniel Speklin mit eigener Hand hinterlaſſen: Wo aber ſolches Bild hinkommen / hab ich nicht erfahren können: Schad iſt es / daß mans der Antiquität halben nicht fleiſſiger auffgehaben vnd verwahret hat. Vnd das allhie nicht zuvergeſſen / ſo iſt dieſer Abgott von den Alten Krützmanne genennet worden.

Sed quæſtio eſt de *Sanctorum* ἔσω τῆς Ἐκκλησίας, Sacro Sancti Numinis, Chriſti, Apoſtolorum, &c. *Iconopœia*, *Iconotheſi*, *Iconoclaſi*. Non 2. de *Iconopœiâ*, *Iconotheſiâ*, vel etiam *repræſentatione monſtroſâ*, *abſurdâ*, *inutili*, *ingloriâ*, *obſcœnâ*, *ridiculâ*, ad ædificationem inutili, *ſcandaloſâ*. *Monſtroſa* eſt illa ab ipſo *Bellarm.* damnata, lib. 2. de Imag. c. 8. *tum pingunt unum hominem tribus faciebus, vel unum hominem cum duobus*

Digitized by Google

capitibus, & in medio eorum columbam, iſta enim monſtroſa quadam videntur, & magis offendunt deformitate ſuâ, quàm juvant ſimilitudine. Vnde etiam miniſtri Hungarici in ſuo opere contrà Trinitatem lib. 1. cap. 4. collegerunt multas formas Imaginum Trinitatis, & eas tanquam monſtra quadam accuratè depicta ridenda proponunt, easq; vocant Cerberos, Geryones, Ianos, Triſontes, monſtra & Idola, quibus certè occaſionem blaſphemandi pictores noſtri dederunt. Inglori.i, in honorem maleferiatorum hominum facta, quorum memoria potiùs ſepelienda, quàm excitanda, e. g. *Garneti Regicidæ*, cujus effigiem ad perpetuas tenebras damnatam indigniſſimè tulit familia Lojolæa, apud *Girald.* in Apolog. pro Senatu Veneto ann. 1609. *abſurda* eſt pictura Dei temulenti, quam ridet *Rivet.* p. 1256. *Si*, inquit, *effingendæ erunt DEO figuræ eorum omnium, quæ ei allegoricè in ſcriptura tribuuntur, nobis etiam DEUM pingerent, excitatum tanquam dormientem, tanquam potentem crapulatum à circo, ut vertit vulgata*, Pſalm. 78. *quàm egregiè id eſſet ſpectaculum?* *Abſurda* eſt pictura Pſeudo-Sanctorum de quibus aliquando non conſtat, in cœlo triumphent, an in inferno ardeant? *Inutilis* eſt imago Chriſti aſcendentis, ridiculis ceremoniis comitata, de quâ Gœbel. conc. 10. in Aug. Conf. p. 554. **Als da iſt am W.ynachten das Kindlein wiegen / am Palmtag ihr Palm-Eſel / in der Charwochen die Rumpelmetten vnd das Retſchen / am Oſterabend das Grab beſuchen / vnd am Tag der Himmelfahrt / ihr Götzenfahrt vnd dergleichen.** Non 3: quæſtio eſt, de *Iconopœia, ἐκ προσθέτως Lenoniâ & obliquanda*, ad id inſtitutâ, vel noviter factâ, politâ, erectâ, initiatâ, vel ex antiquitate, poſt defecatum abuſum, retentâ, ut adoraretur. Quo referas licet ſerpentis ænei ſitum, Judæis φιλειδώλοις licet per accidens ſcandaloſum (de quo videatur Luth. tom. 8. Jen. p. 501. f. 2.) per accidens inquam, nam ſi corrigatur error ſaniori informatione, tàm pruritus etiam in Judæo extingui poteſt, quàm in ἀκράτῳ pridem uſto, æſtus, remedio conjugii. Suſtulit Rex Hiſkias ſerpentem eo conſilio, quo Pittacus Lesbiis inſularibus à vino interdixit, vide Luther. tom. 8. Witt. p. 277. Omnis aliàs culpa eſt inſtituentis, per ſe damnabilis, Iconopœiæ accidentaria. Poteſt ſtatuarius intendere cultum, ſtatua ipſa eſt innocens: item poteſt ſtatuarius aliò ferri, quàm in cultum; poteſt obliquari à colente in idolum.

Qui

Qui fingit ſacros auro vel marmore vultus,
Non facit ille Deos, qui rogat ille facit.

Martial. l. 8. Epigr. 24.

§. 10. Non itidem eſt quæſtio de *Iconopœiâ hiſtoricâ, domeſticâ, utili.* Neque enim (ita Calvin. l. 1. Inſtit. c. 11. n. 12.) *ea ſuperſtitione teneor, ut nullas prorſus imagines ferendas cenſeam Sed quia ſculptura & pictura* DEI *donum ſunt, purum & legitimum utriusq; uſum requiro: ne quæ Dominus in ſuam gloriam & bonum noſtrum nobis contulit, ea non tantùm polluantur præpoſtero abuſu, ſed in noſtram quoque perniciem convertantur. Reſtat igitur, ut ea ſola pingantur aut ſculpantur, quorum ſunt capaces oculi:* DEI *Majeſtas, quæ oculorum ſenſu longè ſuperior eſt, ne indecoris ſpectris corrumpatur. In eo genere partim ſunt hiſtoriæ ac res geſtæ, partim imagines, ac formæ corporum ſine ulla rerum geſtarum notatione, priores uſum in docendo, vel admonendo aliquem habent, ſecundæ, quæ præter oblectationem afferre poſſint; non video.* Aque *Luxu & faſtu* remotâ, ſanctiùs in pauperes, vivas DEI imagines, collocatâ (*ne ſplendidè*, verba ſunt Bernh. *fulgeat Eccleſia in parietibus, & egeat in pauperibus, lapides ſuos auro induat, & filios ſuos nudos deſerat, ne de ſumptibus egenorum ſerviatur oculis divitum,*) ad uſum mnemonicum, hiſtoricum, ornatorium accommodatâ. Luther. Tom. 8. Witt. p. 169. Wiewol ich auch die Bilder nicht faſt liebe / vnd wolt daß man keine ſtellet in den Tempel / nicht daß ich allein anſehe / daß ſie angebet werden / welches ich achte / daß ſelten geſchehe / ſondern daß der es beſtalt hat / ſein Vertrauen geſetzt auff den Koſten vnd Zierde der Bilder / eben als geſchehe dem HErrn ein Dienſt durch ſolch Werck / dieweil doch Koſt vnd Arbeit verlohren wird / die man daran wendet / ſo doch ſonſt zu beſſeren Nutz / nemlich zur Nothdurfft der Brüder ſolte außgetheilet werden. *In hac Lutheri doctrina* (ſcribit *Rivet.* p. 1260.) *nihil eſt, in quo noſtri non conſentiant; & in Colloquio Montisbelgardenſi utrinque in his conventum eſt; abolendas eſſe eas formas omnes, quæ ea forma aut ſpecie pictæ ſunt vel ſculptæ, ut oculis honeſtis conſpici non poſſint; ſed imprimis quarum aſpectus ipſe ad Idololatriam provocat.* Nec de *imaginibus illecebroſis* quæritur, inceſtam venerem, ut Philtra lenonia, accendentibus, Ezech. 23. 16. cum

Lena per innumeros tranſit pictura penates.

Digitized by Google

In quem locum Caſp. Sanct. hæc notat, ad Ezech. 23. p. 567. Pro re morali diligenter obſerva, quantum afferant laſcivis, aut incautis animis, quæ ex uſu aut dignitate nón ſunt, tacitæ aut etiam mortuæ rerum imagines, quando religioſum populum, & jam pridem DEO innumeris beneficiis obligatum ſic egerunt a Religione tranſverſum, ut in profundam idolorum proluviem ferè demerſerint. Quare qui DEO ſe purum & totum exhibere volet, etiam atque etiam videat, ne oculos ad turpia, aut aliquas libidinis illecebras adjiciat, neque ſolum à vivis, ſed etiam ab expreſſis in tabula formis oculos contineat. Sanè id graviſſimè commendant Patres, qui animos, ſi oculi modo fuerint impudici, caſtos eſſe negant, Auguſtinus Tom. 1. in Reg. cler. regul. 2. Non dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos, Notum illud Comicum eſt in Eunucho, qui ex eo, quod plerumque accidit, & ipſa rerum natura poſtulat, induxit adoleſcentem, qui conſpecta jovis imagine, qui aliquid moliebatur improbius, ſeipſum ad ſimile flagitium excitavit, Narrat Gregorius Nazianzenus in Carmine de virtute, quod citatur à ſeptima Synodo Actione 4. impudicam fœminam cum domum eſſet ingreſſura, ubi & ſuæ & alterius libidini ſatisfaceret, in ipſo limine imaginem conſpexiſſe Palæmonis, cujus nota erat atque laudata continentia, & ſic erubuiſſe, atque mutaſſe animum, ut domum e veſtigio compuncta redierit. hæc Sanct. Sed quæritur de eá quæ extra caſum ſcandali conſtituta mundis munda eſt, poſt ſcil. meliorem e verbo divino informationem & opinionis conceptæ mutationem, quò fit, ut qui olim in idola pruriit Judæus, nunc deſputet, vel imagines ſobrie inſpiciat, ſicut pridem remedio conjugii uſus affectus compeſcit.

Non IV. de *Iconoclaſi Tropica*, elenchticâ, verbali, ſecuri gladioque oris factâ, per apocopen ſimulitæ opinionis & uſus obliquati. de quâ Luther. Tom. 3. Jenenſ. pag. 40. Das Bildſtürmen hab ich alſo angegriffen / daß ich ſie zu erſt durch das Wort Gottes auß dem Hertzen reiſſe / unwerth und veracht mache / wie es dann auch ſchon geſchehen iſt / ehe dann D. Carlſtadt vom Bildſtürmen träumete / Dann wo ſie auß dem Hertzen ſind / thun ſie in den Augen kein Schaden. Aber D. Carlſtadt dem nichts gelegen iſt am Hertzen / hat es umbkehrt / und ſie auß den Augen geriſſen und im Hertzen ſtehen laſſen. Nec denique quæſtio de Iconopœiâ eſſentiæ divinæ. *Si quis* (ita Chemnitius exam. part. 4. p. m. 37.) *exiſtimat, eſſentiam DEI vel lineamentorum circumſcriptionibus, vel colorum varietatibus exprimi poſſe, aut talem eſſe divinitatis naturam, ſicut Anthropomorphitæ finxerunt, is meritò damnatur.*

§. II. Sed tota quæſtio eſt concepta, de Iconopœiâ ἐξ ἀκαιρίσεως, præciſâ à cultu religioſo, luxu faſtuque, virtuoſâ, congruâ, adiaphoricâ, utili, in templo erectâ, Theophaniæ, ſive apparitionis divinæ in formâ hominis aut columbæ, ſanctorum cœlitum, Chriſti crucifixi. Item de Iconoclaſiâ ac Iconolethria propriè dictâ, violentâ, contumelioſâ, Deren die da ſagen / haw / haw / reiß / beiß /

Digitized by Google

heiß/ ſchmeiß/ ſtich/ ſtoß/ tritt/ wirff/ ſchlage die Götzen ins Maul/ ſiheſtu ein Crucifix/ ô ſpeye ihm ins Angeſicht &c. Das heiſt Carlſtadiſch die Bilder abgethan. tom.3. Jen. p.39. Hoc, inquit Riv. p.1257. *quæritur, an poßint Imagines ſine præjudicio pietatis in Templis collocari? Hoc utrique Pontificij & Lutherani faciunt, etſi Lutherani alium finem prætexant, ſed non patiuntur è templo auferri eas, quas ipſa ſuperſtitio olim erexit, nec abſtinent à novis in templis collocandis.* p. 1254. *Fatentur omnes, nulla imagine poſſe repræſentari eſſentiam divinam, nec ferendos eſſe, ſi qui id attentarent; vel ſi exiſtimarent DEUM eſſe ſimilem picturis illis, quibus depingitur multis in locis. Dicunt igitur imagines illas tantum eſſe metaphoricas, & repræſentare quasdam patefactiones divinas, non ipſum DEUM propriè; tales autem imagines DEI Patris in figura ſenis, Spir. Sancti in forma columbæ, & Filij DEI in forma corporis, quod aſſumpſit, fieri poſſe aſſerunt plerique. Lineamenta corporis Chriſti, ut alia viſibilia, potuiſſe etiam per picturas oculis repræſentari non inficias imus. Quod tamen hoc tempore fieri non poteſt, quia nullibi extat expreſſa ejus figura.* De Iconoclaſi, inquam, ac Iconolethria propriè dicta, violentâ, contumelioſa, in id factâ, ne (ut Grynæus loc. cit. p. 499.) objecta ſenſus moveant, & quod docendo è corde extirpandum eſt, proſtitutum & in conſpectu poſitum quodammodo regurgitet.

ELENCHUS INTERDICTI.

§. 12. Quid jam porrò Lex hujusmodi interdictoria eſt, niſi I. LAQUEUS conſcientiæ, ligans, refrenans, innodans libertatem ac adiaphoriam à Chriſto partam? *Mendacium* (ita Grynæus in Volum. diſput. part. 1. pag. 507.) *impudens eſt dicere, Idola eſſe rem quandam indifferentem, quæ etiam ob eam cauſam locum in Templis habere poßint. Sic autem κατὰ βίαιον argumentamur, quæcunque res expreßa Lege DEI vetita eſt, ea nequaquam eſt indifferens. Idola autem, quæ illi imagines appellare malunt, expreſſa Lege DEI ſunt prohibita. Ergò.* In adverſum Luther. tom.3. Jen. p.40. Wiewol Bilder ein äuſſerlich/ gering Ding iſt/ wann man aber die Gewiſſen dadurch als durch Gottes Geſetz wil beladen/ ſo wirds das allerhöheſt. Dann es verderbt den Glauben/ ſchändet Chriſti Blut/ verdamt das Evangelium und macht alles zu nicht/ was uns Chriſtus erworben hat. Daß dieſer

Carl-

Digitized by Google

Carlſtadiſche greuel nichts geringer iſt Chriſtus Reich vnd guts Gewiſſen zu verſtören / dann das Papſtumb geweſt iſt mit ſeinem Speiß vnd Eheverbieten/vnd was mehr ſonſt ohn Sünd vnd frey war. Dañ Eſſen vnd Trincken iſt auch gering äuſſerlich Ding/doch mordet es die Seele/ wann man mit Geſetzen die Gewiſſen darinn verſtrickt. Idem Tom. 8. Witt. pag. 168. f. 2. Die vnſinnigen Bildſtürmer weren zu leiden / wie vnſinnig ſie auch weren / wenn ſie allein die Bildniß zerſtörten / vnd nicht auch ein Gewiſſen machten eines nothdürfftigen Wercks / vnd vns werffen vnter den Zorn deß Geſetzes vnd beraubten vns der Freyheit. Et Tom. 7. Witt pag. 362. Wie können wir in das Gefängnüß / das vns Menſchen verbieten ſolten / das GOtt nicht verbotten hat? Und eben die / die wir wider Menſchen Lehre vnd Satzung fechten.

§. 13. II. *Laqueus injuſtus*, àque incompetente Legiſlatore impoſitus. Unicus ac veriſſimus Nomothetes non prohibuit Iconopœiam ac Iconotheſian, in ſtatu controverſiæ evolutam. :Lex Decalogica fruſtrà obtenditur, cujus Exegeſis plenior ſic habet. *Actus probitus* eſt לא־תעשה לך *non facies tibi*, ſcilicet (non abſolutè, ſed) relatè *Tibi*, fini facturæ ꝗ, cui iſta factura ad uſum idololatricum inſerviat: *Objectum prohibitum* formale duplex eſt, I. פסל propriè notat ſculptile à פכל ſculpere; ſub ſculptili autem intellige & fuſile & ductile, & tornatile: quod nonnullorum de ſententia opponitur imagini ſuperficietenus pictæ. Cur ſculptilis diſtinctè Moſes mentionem faciat, hanc reddit rationem *Lorinus* in cap. 27. Act. 29. *Sculptilis*, ajens, *imago diſtinctius & enixius prohibita eſt, quoniam cultus idolorum verſabatur potiſſimum in imagine ſculpta vel ſtatua, quæ adoranda proponitur, quam ſi hæc in ſuperficie duntaxat coloribus exprimatur.* Alterum objectum eſt וכל־תמונה Et *omnis imago.* Hæc [illegible] omnimodam excipiendi anguſtiam injicit. Omnis enim imago ad cultum deſtinata prohibetur, ſive veri DEI ſive falſi repræſentatrix. Omnis itidem imago ſive externa, ſive interna ad apoſtaſiam ſeducens. *Objectum materiale*, triplex eſt, in ſcripturis uſitatâ diviſione. Phil. 2. v. 10. אשר בשמים ממעל quæ in *cœlis deſuper.* In cœlis ſunt angeli & ſpiritus beatorum (adde ſolem, cujus imago Chryſtallo incluſa Perſis ſacra apud Curt. l. 3. & reliquas ſtellas. Addē & aves in aëre) *Prohibet igitur* (verba ſunt D. *Chemnit.*

Digitized by Google

Chemnit.part.4. Exam. p.m.34.) *ad cultum facere proponere aut uſurpare, non tantum imagines idolorum & dæmoniorum.* 1. *Cor.* 8. *nec tantum irrationalium creaturarum, verum etiam angelorum, ſpirituum juſtorum, qui in cœlis ſunt., & hominum defunctorum, quorum corpora ſub terra ſunt, & ne ipſius quidem.* DEI *imaginem ad cultum fieri, proponi, uſurpari vult Lex* DEI. DEVS *enim noſter in cœlis eſt.* II. ואשר מתחת בארץ *& quæ in terrâ deſubter.* In terrâ ſunt animalia & homines, conf. Deut. 4. 16. & ſeqq. *Et quæ in aquis de ſub terram.* Subterranea aliàs dicuntur à Paulo, Philipp. 2. 10. καταχθόνια, dæmones καταχθόνιοι analogicè & metaphoricè, non quod infernus ſub terrâ ſit: dicuntur enim aliàs κοσμοκράτορες, Eph. 6. 12.

§. 14. Jam in Decalogo non abſolutè prohiberi imaginum aut facturam aut ſitum, liquet. I. E. *ratione legis,* quæ eſt *Zelotypia divina.* Illa imago interdicta eſt, quæ DEUM Zeloten in juſtum zelum, iram ac nemeſin armare poteſt; at id non poteſt imago cultus expers. Sicut enim maritus ferre poteſt imaginem viri alîus τῦ δεῖνα in Gynecæo uxoris, non poteſt corrivalis adulteri: ferre poteſt uxoris innocuum imaginis aſpectum; non item oculos adulterinos: Ita & DEO Zelotæ non eſt odio imago Sanctorum, crucifixi nudè aſpecta; exoſa contrà, cum Idololatricâ devotione mens in eo eſt occupata. II. *E collatione Exegeticâ* inſtitutâ à Domino ipſo, Lev. 26. 1. *Non facietis vobis Elilim* (Deillos) *& ſculptile & ſtatuam non erigetis vobis & lapidem ſpeculationis non dabitis in terrâ veſtrâ* עליו להשתחות AD INCURVANDUM VOS SUPER EUM. Ut incurvetis vos *ante*; *ante*, ſcil. poſitivè, faciem cum corde imagini affigendo, devotione proſequendo ac religiosè colendo. Aliàs τὸ *ante* abſtractivum, quod eſt nudæ præſentiæ, vetitum non eſt; cum & S. Paulus in navi oraverit, præſentibus licet Διοσκούροις; intuitum ſerpentis æneï Iſraëlitæ admiſerint, devotionem ad ſolum Numen dirigendo fiduciamque. Sixtin. *Amama* in antibarb. bibl. pag. 842. bene diſtinguit inter objectum adorantis & adorationis. Ante arcam adorare oportuit, non arcam ipſam, vid. *D. Dietrich.* ad Sap. 14. conc. 4. p. 837. 840. 845. 852. Fatetur hîc *Piſcator* p. 359. licitum eſſe erigere ſtatuas in memoriam beneficii alicujus divini: ut judicari poteſt ex ſtatua Patriarchæ Jacobi, Gen. 28. 18. & ſtatuis à Joſua erectis in Jordane, Joſ. 4, 2. Item ex ſtatua erecta à Samuele.

Digitized by Google

1.Sam.7.v.11. Sed fingit de ſtatuâ hic ſermonem eſſe, quâ repræſentetur DEUS; ſed ut dixi, fingit. Periſtaſis textus hanc gloſſam non cogit. Igitur ſublatâ ratione legis, non ferit legis fulmen: ſublatâ colendi devotione, Iconopœia nullius peccati alligat. At relatè, quatenus in actu cultus conſtituta, vel ad hunc finem ab hominibus ordinata. Lev. 26.1. Verum quidem eſt in prohibitionibus Decalogi non tantùm actus, ſed & occaſiones actuum prohiberi, occaſiones ſcil. quæ ſimul ſunt cauſæ actuum. Hinc prohibitione adulterii vinum non prohibetur, ſed ebrietas, quia hæc eſt cauſa libidinis removens prohibens, ut dormitio Palinuri, naufragii. Sprichſt du / GOtt verbeut aber klar das machen / du ſolt dir kein Bildnüß machen. Hierauff antwortet D.Lutherus. tom. 3. Jen. Es muß freylich gemacht ſeyn / ſols angebettet werden / Es gilt aber nicht ein Wort herauß zwacken / vnd darauff pochen / man muß die Meynung deß gantzen Texts / wie er an einander hänget anſehen / ſo ſihet man / daß er von Götzen-Bildern / die nicht anzubetten ſind / redet / vnd wird auch niemand anders darauß beweiſen / darumb auch hernach folget im ſelben Capitel / du ſolt dir kein ſilberne Götter machen / daß ſolch machen gewißlich auff die Götter gedeutet wird / dann dieſer Spruch / du ſolt kein Götter haben / iſt ja der Hauptſpruch / das Maaß vnd das Ziel / darnach ſich ziehen / lencken vnd meſſen ſollen / alle Wort die hernach folgen / dann er zeiget an vnd drucket auß die Meynung dieſes Gebots / nemblich / daß kein andere ſeyn ſollen / darumb muß das Wort machen / dienen &c. vnd was mehr folgt / ja nicht weiter zuverſtehen ſeyn / dann daß keine Götter vnd Abgötterey drauß werden. Und wiederumb uber das hab ich Lev.26. einen gewaltigen Spruch / Ich bin euer GOtt / ihr ſolt euch keinen Götzen machen / noch Bilde / noch kein Mahl / noch Stein auffrichten in euerm Lande / das ihr anbetet. Wie nun? Hie meyne ich / deute er ſich ſelbſt gnug / daß vms anbeten zuthun iſt: So er darumb verbeutet Götzen vnd Mahlſtein / daß ſie nicht ſollen anbeten / ohn zweiffel / daß wo ſie nicht anbeten / wol möchten auffrichten vnd machen / was were ſonſt von nöthen ſolcher Zuſatz vom Anbeten? Et mox, deſſen haben wir auch Exempel im Alten Teſtament / dann Joſua Cap.24. richtet einen Mahlſtein auff zu Sichem / vnter einer Eichen / zum Zeugnüß &c. So doch droben Lev.26. ſolche Steine auffzurich-

Digitized by Google

auffrichten verbotten waren/ ſo hoch als die Bilder. Aber weil es ein Stein deß Zeugnüſſes / vnd nicht zum anbeten war / thät er nicht wider das Gebott / darnach auch Samuel 1.Reg.7. richtet einen Stein auff/ vnd hieß ihn Helffenſtein/ je das war auch verbotten/ wie geſagt iſt. Aber weil kein Anbeten/ ſondern nur Gedächtnüß geſucht war/ thät er kein Sünd. Aber über das alles Joſ.23. machten die Kinder Ruben / Gad / Manaſſe einen groſſen Altar am Jordan / daß auch gantz Iſrael erſchrack / vnd ernſtliche Botten dahin ſandten / als were da wider Gottes Gebott ein Altar auffgerichtet/ wie auch verbotten war. Aber ſihe / wie ſie ſich entſchuldigen / der Altar bleibt ſtehen / daß ſie höreten / es gülte nichts dann anbetens oder opfferns/ ſondern eines Gedächtnüß. Were es aber vnrecht geweſen / einen Altar zumachen / vnd Gottes Gebott ſo ſteiff auch auffs machen zuverſtehen were/ ſolten ſie den Altar zu Pulver haben verbrandt/ ſonſt hätten ſie der Sünden nicht entflogen/ wie ſie doch fürgeben. Nun iſt Altar machen ja ſo hart verbotten / als Bild machen. Kan man nun Altar vnd ſonderliche Steine machen vnd auffrichten/ daß Gottes Gebott dannoch bleibt / ſo werden mir auch meine Bilderſtürmer ein Crucifix oder Marienbild laſſen müſſen. confer Tom. 5. Witt. pag.217.

§. 15. III. *Laqueus laqueo* præpoſterâ ratione *injectus, ac abſurdus*. ſi imagines laquei ſunt oculorum fornicantium, à laqueo violento conſcientiæ medela non paratur; ſed conſcientiæ immundities verbo prius extergenda eſt; Perinde ut cum oculi Holofernis, in amorem inceſtum etiam ſine philtro prurientes, è conſpectu Judith accenſi fuere, venuſta Judithis forma quidem fuiſſet conſpectanda, ſed affectus Holofernis corrigendus. Si licet imagines Doctorum, e.g. Eraſmi ære fuſi, Roderodamenſium ornamenti:

Quidni ait Senec. Ep. 64. ego magnorum virorum & imagines habeam, incitamenta animi; & natales celebrem? quidni illos honoris cauſâ ſemper appellem. Quam venerationem Præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt.

Si Sanctorum adhuc viventium effigies in domo privatâ, per verbum & preces ab inhabitantibus jugiter ſanctificatâ, haberi poteſt, quidni etiam in templo? Sanctiorne locus publicus priva-

Digitized by Google

to? Sanctius templum, an oratorium domeſticum? An dememinit *Rivetus*, quod ſcripſit in cathol. orthod. tr. 2. q. 27. p. 509. *locum à cultu, non cultum à loco ſanctificari?* Illinè *Bellarmini* placito aſſurget lib. 3. de cult. Sanctorum, c. 5. *templum conſecratum Sanctum eſſe præ domo privatâ?*

§. 16. IV. *Laqueus hypocriticus* eorum qui culices excolant, & camelos deglutiunt; ac in ſua illâ claſtomaniâ, ut imagines arceant è templis, templa viva imaginis divinæ anathemaſi ornata arcent, cædunt; ſuamque totam religionem ſuperſtruunt abſoluti decreti idolo ficto, uti evictum in *Hodom. ſpir. Calv.* Phant. 2. p. 81. & p. 245. Sicut, juxta *Luth*: Tom. 3. Lat. p. 387. f. 2. *Omnis Monachus eſt formator Dei, quia fingit ſibi Deum non ex verbo, ſed ex ſuis cogitationibus, quod Deus delectetur hac regula, hoc veſtitu, his votis.* Et pag. 388. *Nihil aliud* (quam idolum) *facit S. Hieronymus, dum* ἐθελοθρησκείᾳ *ligneam crucem adorari jubet? Quid aliud facit Franciſcanus, qui putat ſe damnatum, ſi non cingatur fune, ſi non radatur capite, ſi non veſtis ſordida eum tegat! Facere igitur juſtitiam ex cingulo, raſura, veſte, annon extrema ſtultitia eſt? Adorare ea, annon extrema eſt impietas? At negant ſe adorare! imò revera adorant, cum credunt, Deum illas nugas reſpicere & placere DEO. Hoc autem eſt propriè contra primum præceptum. Non habebis Deos alienos. Credere enim quod hujusmodi operibus placetur DEUS, eſt fingere & formare idolum, & id colere. Verus enim DEUS is eſt, de quo ſcriptum eſt. Oculi tui reſpiciunt fidem.* Ita omnis gratiæ abſolutæ opifex eſt idolifex.

Id quod inſigni apologo in ſua Mythol. D. Ioh. Valent. Andreæ eleganter notavit manip. 6. apol. 19. p. 295. Hypocriſis cum aliquando devotionem viſeret, neſcio quid ſacrarum imaginum repererit, ac imprimis Chriſti crucifixi. Id arripiens quaſi ſuperſtitioſum & idololatriam redolens: Quin tu, inquit, ſanctula, Chriſtum in pectore geris, has amoves anicularum ineptias? Ego verò & Ieſum meum, reſpondit Devotio, in corde & fibris inſcriptum habeo: his verò monitionibus oculorum divagationes coërceo. Nam quoties forma, ingenium, opes, epulæ, vindicta, reliquæque carnis blanditiæ titillant, toties miſerabili hac facie, & vibicum ſanguinisque guttarum repræſentatione iniquitatem mihi exprobro. Tu verò dum Deorum Dearumque Gentilium ſimulacra, Iovis adulteria, Veneris furta & univerſum Paganorum Pantheon undique affigis, quid aliud agis, quàm ut per oculos venenum concipias, quo tandem infectus conſumeris? Dum tu igitur Lucinam ſuſpendis, ego Mariæ Deiparæ imagine me oblecto. Tu raptum Proſerpinæ habes. Ego aſcenſionem Chriſti. Tu tres Parcas: ego Mortis per mortem conculcationem: Tu Deorum convivium, ego ſupremum. Vnde hæc eſt noſtri differentia, ut dum tu extrà te Sanctorum Imagines tollis, intrà te Idolorum Ethnico-

rum

Digitized by Google

ſum ſacellum geras. Ego foris ſanctis picturis me oblecto : intrà me unum verum DEUM poſſideo.

V. *Laqueus aſcopus ac antiſcopus*, quia non terminatur ad Eccleſiæ *οἰκοδομὴν, εὐσχημοσύνην καὶ τάξιν*, ſed contrà in turbas reſolvitur. VI. *Laqueus anomalus*, quo res Libera, diſpenſabilis, temporaria, illocalis; laqueo neceſſitatis ac perpetuitatis ad ubiquitatem & indiſpenſabilitatem alligatur. Exempla hujus alligationis edita ſunt in *Hodom. Spir. Calv. Phant*, 6. p.1124. & ſeqq. p.1333. & ſeq. Neque enim ſi quis uſus ac actus ſecundus adiaphoricæ licentiæ nunc reſtringitur, perpetuitas reſtrictionis in actu primo valere debet. Fuerunt cauſæ, cur olim in Eccleſiæ initio abſtinendum fuit à ſanguine & ſuffocato, quibus ceſſantibus ceſſavit & Lex Eccleſiæ. Tempus eſt ſaltandi, num ævum eſt non ſaltandi? VII. *Scandaloſus infirmis*, à religione tàm nudâ ac deornatâ abhorrentibus, aram, quàm haram mavolentibus, faciliùs alioquin per tropophoriam lucrabilibus. Sic Judæi converſi olim, cum gentibus inſuetis, jugum legis imponere vellent, converſiones retardarunt. Haſt du (ita Luth. Tom.2. Jen. p.55.) gnug geſogen vnd ſtarck worden / wilt du darumb die Zitzen abſchneiden / daß die andern nicht ſaugen können? Solten die Mütter alle Kinder hinwerffen / die da nicht bald eſſen köndten / wo würdeſt du blieben ſeyn? Lieber Geſell haſt du gnug geſogen vnd biſt groß worden / ſo laß ein andern auch ſaugen vnd groß werden. Confer Tom.1. Isleb. pag.84. f.2. Liceat hic *παρῳδεῖν* ex Luther. Tom.7. Witt. pag.521. Es war den Juden (Papiſten die Bilder-Ehr) Moſis Geſetz (ſo zureden) angebohren / eingebohren / eingeſäuget / eingeleibet vnd eingelebet von Jugend auff; daß es faſt ihr Natur worden war / wie St. Paulus / Gal. 2. ſpricht: Wir ſind von Natur Juden / das iſt Moſiſch (Bilderiſch) gebohren / denn er redet da von Geſetz / vnd allein von der Geburt / darumb kunten ſie der Heyden (Puritanern) Weſen nicht ertragen / daß man ſie ſolt ihnen vergleichen / wie ſie in den Ländern vnter den Heyden (Puritanern) zerſtrewet waren / wann ſie ſahen / wie die Heyden Blut / erſtickts Götzen-Opffer aſſen (Puritaner die Bilder ſtürmeten) vnd gleichwol Gottes Volck oder Chriſten ſich rühmeten. Solches hat St. Jacob bewogen / ſolches Ergernüß zuverhüten / damit die Heyden der Freyheit nicht zu frech mißbraucheten / als den Juden zu Trotz / ſondern ſäuberlich thä-

ten/ damit die Juden/ ſo tieff im Geſetz (in Bilderey) Naturt/ nicht für den Kopff geſtoſſen würden/ vnd das Evangelium verſpeyeten/ dann lieber GOtt mit francken vnd irrenden Menſchen ſol man Gedult tragen/ Auch wie wir truncken Teutſchen zuweilen weiſe ſind vnd ſprechen/ einem truncken Mann ſoll ein Fuder Heu weichen/ denn an francken Leuten kan niemand kein Ritter werden/ vnd an vnterſten Stiegen kan niemand kein Meiſter werden. VIII. *Culpificus*, peccatum faciens ex non peccato, & ex non peccato peccatum. Quod genus peccatorum Lutherus vocare ſolebat Narren-Sünden. IX. *Analogus* illi ſathanico, quo abſtinentia à cibis in adiaphoria relictis imperata fuit 1. Tim. 4.1. X. *Parallelus* ſectæ *Mahometicæ*. *Hæc enim* (teſte *Thomâ à Ieſu Carmelitano* Monacho l. 10. de converſ. gent. p. 706.) *maximè & deteſtatur idololatriam prorſus adeò, ut nullas vel DEI vel Angelorum imagines non ſolùm non colat, ſed nullo etiam in loco depingi patiatur.*

VINDICIÆ ELENCHI.

§. 17. Primùm *Theophaniæ* picturam hunc in modum arietat *Crocius* in Conſid. Triad. c. 22. *Cujus prohibitionis cauſa etiam extrà caſum cultus locum habet, ea non eſt tantum de caſu cultus, ſed abſolutè intelligenda. At prohibitionis iſtius cauſa (quæ eſt 1. Nullam Dei ſimilitudinem viſam, 2. ne corrumpantur animæ) etiam extrà caſum cultus locum habet. Ergò.* Reſp. 1. Non ſequitur, Judæis non licuit figurâ aliquâ DEUM repræſentare. Ergò idem nobis non licet. Nam cauſa ob quam Judæis non licuit, erat, quia viſione aliquâ ſe DEUS populo φιλεϑύλῳ ſapienti conſilio non manifeſtarat: manifeſtavit autem nobis Nov. T. fœderatis, quos majore luce & Θεοφανείᾳ ſua Matth. 3. dignatus eſt. 2. *Nego majorem.* Prohibitionis cauſa extrà caſum cultus eſt prohibita. Ergò abſolutè. Poteſt enim prohibitionis cauſa alia fuiſſe & quidem media inter caſum cultus, & abſolutam prohibitionem: nimirum caſus è proprio cerebro affictæ repræſentationis. Non tamen ſequitur, Deus non vult figurâ tali, ſcil. quâ ipſe ſe prius non repræſentaverat, pingi. Ergò planè nullâ, etiam eâ, quâ ſe repræſentavit in Nov. T. Nam & nos formam determinatam & viſionibus conſentaneam volumus non vagam, & è cujusvis hominis cerebro natam. Neque D. *Gerh.* Loc. de Lege

p. m.

p. m: *69:* Excluſivè locutus eſt, *tantum* in caſu cultus hoc interdictum pertinere finaliter. Cur enim feciſſent Judæi iſtiusmodi ſimulacra, niſi ut more Ægyptiorum venerarentur? *Dices* hæc eſſe diſtincta, primùm facturam prohiberi, deinde incurvationem. *Reſpond.* Sint licet diſtincta membris; tamen ſubordinata ſunt finibus. Nam ſi membrorum diſtinctio interdictorum faciat diſtinctionem, ſequetur homini non licere ſublime tueri, quia hæc ſunt diſtincta verſ.19. ne *fortè elevetis oculos & errore* impulſi adoretis. Objicitur 2. *Natura* DEI Eſa.40.18. Rom.1.23. DEUS eſt incorporeus ac immenſus, non igitur poteſt absque majeſtatis ignominia corporeâ imagine repræſentari. Reſp. Concedo, non poſſe quoad eſſentiam. Quod ſi enim ex gutta ſitulæ ne[...]oſſit Oceani vaſtos & profundos ſinus effingere: Si ex tenui pulviſculo altiſſimorum montium, imò totius terræ molem attollere nequeat, quomodo è re tantulâ, quantula eſt ſtilla cadens è ſitulâ, divinæ ac immenſæ naturæ imago conflabitur? Oraculum *Eſaiæ* propriam effigiationem Numinis negat, non negat metaphoricā ſive anthropopathicam; negat cerebrinam Numinis figulinam ἔσω factam, non ἔξω apparitionibus congruam. Lutherus ad Eſa.40. Tom.3. Lat. pag.174. ita παραφράζει. *Cum talis & tantus ſim, non potes aliquid fingere, quo placare me aut demereri favorem meum poſſis. Fingunt enim alium DEUM, qui eum placari operibus credunt, Carthuſianus fingit DEUM cucullatum & cinctum fune, credit enim, quod DEUS delectetur tali vitâ. Sic qui ſuſcipiunt peregrinationes, fingunt DEUM vagum, quia credunt delectari eum peregrinationibus, alioquin non ſuſciperent eas. Sic totus Papatus nihil eſt & fuit, quam figulus idolorum, qui DEUM tot formis induit quot Protheum ſuum habere fingunt Poetæ.* Agit Propheta hîc contra gentes, quæ 1. Deos corporeos & finitos commentæ ſunt, quæ 2. è ſuo cerebro figuras Dei pro pictoris libitu formarunt. Si aliàs Majeſtati Dei repugnat formâ corporeâ pingi, repugnabit idem dignitati angelicæ: repugnabit eidem homo conditus ad Dei imaginem. Violare Majeſtatem divinam eſt peccatum in jus naturale, non tantum in poſitivum, tamque DEUS pingi non poteſt, quàm non poteſt peccare. *Dices* 1. non eſſe tantum periculi in corporeâ angelorum expreſſione, quorum licet non ſubſtantiæ, tamen proprietates exprimi poſſunt per picturas, utpote per puerilem vultum

inno-

Digitized by Google

innocentia. 2. Ex illis ipſis picturis natas eſſe opiniones erroneas conceptas à *Tharaſio* & reliquis Iconolatris, qui putarunt cum Tertulliano & aliis nonnullis, Angelos non eſſe incorporeos. Rivetus pag. 64. 3. *Diſtinguit inter facturam humanam & divinam, DEUM condidiſſe hominem ad ſuam imaginem, idem verò hominibus facere, non eſſe integrum.* *Reſp.* ad primum, etſi non ſit tantum periculi, ſatis tamen eſt corpoream expreſſionem non eſſe contrà dignitatem ſpiritus. Idem quoque in expreſſione Dei evenit, non enim ejus eſſentia, ſed ejus effecta & attributa quodamodo adumbrantur, utpote effecta Sp. Sancti in columbâ & igne, ad 2. Tharaſii error non natus eſt è pictura angelorum, ſed ex opinione de angelorum corporeitate nata eſt pictura, fide ipſummet *Rivet. in Exercitat. in Geneſ.* pagin. 208. Ad 3. Si factura ad imaginem divinam prohibita eſt, quæ ab homine fit, ſequitur, non potuiſſe Adamum in ſtatu innocentiæ generare filium ad imaginem DEI. Porrò in Loco Roman. 1. Apoſtolus caſtigat in Romanis non picturam Numinis, ſed falſam in cerebro (non codice ſacro) natam, διαλογισμοῖς variè tractam, idololatricam, qua gloriam ſcil. adorationis DEO ſuffurati eandem in humanam aliam formam ſacrilegè tranſportarunt. Si porrò ſpiritualis natura non impediit, quin Cherubin pingerentur (pictura non formali ad vivum facta, quæ ipſam Angelorum eſſentiam exprimat, ſed ſymbolicâ & Hieroglyphicâ, ita enim maluimus appellare, quàm Phantaſticam ἐκ φαντασίας cum *Chamier*, l. 21. c. 4. n. 2. ad eum modum, quo etiam virtutes, hominis ætates, quatuor anni tempora ſine vitio effigiari ſolent) quid impediat illâ eadem, picturas Dei. Si nihil à ſua majeſtate alienum fecit Dominus hominem faciendo ad imaginem ſui, quomodo abhorrebit à pictura artis?

Quæri hîc obiter poteſt, ſitnè mendacium Deum corporeâ facie repræſentare? Reſp. Χωριζόντων abſtractivâ cognitione οὐκ εἶναι ψεῦδος: aliud eſt concipere Deum ſub corporeâ ſpecie, aliud affirmare Deum eſſe corporeum: hoc mendacium utique, non illud.

§. 18. II. *Iconotheſian* in templo ſic deponit *Rivet. ſufficit ipſa Lex* DEI, quæ prohibet, ne faciamus *imaginem ſculptam, eorum quæ in cœlo ſunt, vel in terrâ. Quæ Lex cum religionem ſpectet, ad eam etiam reſtringimus negationem: imò cum Vaſquezio, imagines illas, quæ in templis aut religioſis locis, publicis vel privatis, collocantur & eriguntur, modo adora-*

Digitized by Google

adorationi accommodato, quæ reſtrictio prævenit omnibus objectionibus adverſariorum, ductis ab exemplis quarundam picturarum, quæ ad aliarum rerum ornatum faciebant: quia cum figura aliqua velut appendix & ornamentum alicujus operis ponitur, ad nullam ſuam adorationem movet, ſed in totum ipſum opus potius animus intenditur. Agimus igitur de imaginibus, quæ per ſe figurantur: in quibus ſolum eſt periculum idololatriæ, quod omni tempore eſſe vitandum negari non debet. Nam in omnibus præceptis, etiam ubi id non habetur expreſſè, prohibentur tamen implicitè irritamenta omnia ad illa peccata, à quibus ut nobis præcaveamus monemur; occaſiones etiam omnes ex quibus poſſet creari tale periculum, ita ut ne oculi quidem ſint conjiciendi in mulierem, ſi ex eo metuamus, ne exardeſcat concupiſcentia. Hic autem habemus expreſſam prohibitionem: exempla autem innumera non ſolum periculi idololatriæ, ſed etiam peccati hac occaſione perpetrati; neque id tantum apud Iudæos olim, vel apud gentiles, ſed in ipſo etiam Chriſtianiſmo, quod Lutherani nobiſcum vident & fatentur. At quantum ſtramineo huic & Parhermeneutico Achilli periculum à veritatis igne immineat, paulò ante apparuit. Ecquis verò eſt ille modus adorationi accommodatus? Dedicatio ad cultum religioſum? at hanc jam ſuprà à ſtatu controverſiæ depulimus. An nuda erectio ſtatuæ in ſublimem ſuggeſtum poſitæ? Dominus ipſe juſſit erigere ſerpentem æneum in altum, ad aſpectum ſcilicet. Si poſteà verus uſus obliquatus eſt in peſſimum abuſum idololatricum, quis hic peccavit? an Moſes, præcepto Numinis tutus? an ſerpens nullius culpæ capax? Imputetur igitur adoranti non adorato. Nulla figura hujusmodi eſt per ſe adorabilis, niſi potentiâ metaphyſicâ non repugnantiæ. Sic in ſimili non rectè dixeris, Marium pridem Machæropæum feciſſe gladium ſui enectivum: Ita abhorret mens Chriſtiana à Phraſeologia ſequenti: DEUS fecit arborem ſcientiæ boni & mali ſcandaloſam: DEUS dedit Legem mortificam: DEUS creavit ſolem idolificabilem, vinum inebriativum, Suſannam adulterabilem, hominem ſui Numinis blaſphemiloquum, qui protervire poſſit adverſus DEUM. Si fuerunt qui ſcandalum acceperunt, immundo id corde factum eſt, ſuoque vitio, *Mundis omnia munda.* Regerit *Rivetus*, pag. 1259. *Cum omnes agnoſcant nullum eſſe mandatum* DEI *vel naturale vel poſitivum de imaginibus faciendis, neque rem eſſe neceſſariam auſint affirmare; quæ ratio eſſe poteſt, cur eas cum ma-*

 ximè

Digitized by Google

ximo ſcandalo & alienatione Iudæorum, cum maximo periculo, imò pernicie ſimplicium Chriſtianorum, velint retinere? Nam in rebus per ſe bonis & neceſſariis, etſi fateamur propter abuſum non tollendum eſſe uſum, in rebus tamen non neceſſariis vel utilibus, ſi noxia reperiuntur, alia ratio eſt; tunc enim tolli debent è medio; quod à viris piis & prudentibus ſub V. & Novo Teſtamento factum eſſe conſtat. Præterea ib. Idolothytorum exemplo 1. Corinth. 10. docemur, res alioqui liberas non eſſe uſurpandas, ubi ſcandalum & periculum imminet. Inter eos autem qui reformationem profitentur, nemo eſt, qui ignoret, quantam Idolomaniam in regno Pontificio invexerit imaginum abuſus; cùm autem illi videant imagines in templis eorum, qui ſe Evangelicos dicunt, eos ad confeſſionem rapiunt, & putant in eo eſſe conſenſum, propter quod tamen, nempe propter Idololatriæ crimen maximè proteſtati ſunt. Quis vir bonus vellet uxorem ſuam alioqui caſtam habitu meretricio incedere, aut in domo ſua inſignia lupanaris depingi? Quæ igitur prudentia Chriſtianorum Evangelicorum, qui templa ita imaginibus replent, ut à templis Idololatricis Papiſtarum non differant. Notanda eſt Pauli Apoſtoli charitas, qui ſi frater offendatur, nollè ſe carne veſci in perpetuum profitebatur. 1. Cor. 8. v.13. Imaginibus autem in templis, offendi innumeros, non ſolùm infideles, Judæos & Mahumetanos, ſed fideles Chriſtianos, in confeſſo eſt. Infirmos præterea multos ad ſuperſtitionem trahi, Idololatras in pertinacia ſua confirmari. Quâ igitur conſcientia imaginum in templis erectionem probare poſſunt, qui de everſa Idololatria gloriantur? Quid verò, ſi inter ſe ſcandala & pericula certent? Hinc Judæus alienetur; Papiſta unus altervè adorando peccet; illinc ſtatuarum ablatione præſertim violentâ, totus cœtus præſertim infirmorum, alioquin lucrabilium, ab Evangelii receptione retrahatur? Utrum ſcandalum alteri cedere debet? Annon poſthabendum ſcandalum ab obſtinatis acceptum, accepto ab infirmis? O utinam ſpiritus Carolſtadii non tàm furioſè ſæviiſſet, quantum initio Reformationis, animarum lucrifieri potuiſſet! Illuminetur igitur verbo tota Eccleſia, verusque uſus ab uſu ſequeſtretur, ac regulis Paulinis de uſu adiaphororum obſequium præſtetur, non erit, quod quis omnia tuta timeat. Libertatis ſuæ jure utens, nemini facit injuriam. Pilæ uſus non eſt neceſſarius; an igitur propter prodigum ejus abuſum, uſus prohibendus? Pergit *Rivetus D. Gerhardum* carpendo pag. 1259. *Objicit Gerhardus; Ubi additur illa reſtrictio, quod imagines domi habere liceat, in tem-*

plo

Digitized by Google

lo non liceat? verba legis generalia ſunt. Reſpondeo (ita Rivetus,) *reſtri-ctionem eſſe in ipſá præcepti naturá. Præceptum præſcribit religionem, & quæ in eá debent uſurpari, quæ non? Religioſas imagines prohibet præceptum. Sunt autem religioſæ cum eriguntur in templo, in eo quo diximus modo, vel in privato oratorio, & homines intenti ſunt in eas dum precantur.* Par periculum eſt domi & in æde ſacrâ. Erectio religionem nec facit, nec tollit. Pergit *Rivetus* p.1259. *Rectè monet Paulus, Chriſtianos non à malo ſolum, ſed ab omni ſpecie mali abſtinere debere.* 1. *ad Theſſalon. cap.*5. *At quæ nam major poßit eſſe ſpecies mali non video, eá, de quá hic agimus, cum templa Chriſtianorum, quemadmodum olim Ethnicorum ſtatuis & imaginibus referta ſunt.* Reſpondeo, ab omni ſpecie ſub genere malorum moralium; ab omni ſpecie ſcandali ſcil. dati. Præterea diſtinguenda analogia proportionis ab analogiâ attributionis τῆ ἀφ' ἑνὸς πρὸς ἕν. Non omne quod alteri ſimile eſt, ſtatim ab eo dependet, pullus gallinaceus ſimilis eſt alteri pullo, non tamen alterius pulli imago. Eſto igitur, ſimilitudo aliqua generalis appareat inter Iconotheſian Ethnicam & Chriſtianam, an tamen hæc illius imitamen eſt contagioſum? Si nullum in Ethnica templa ſimulacrum veniſſet unquam, tamen Chriſtiani potuiſſent bonâ conſcientiâ hujusmodi ornatum admiſiſſe

§. 17. II. *Antiquitas* obtenditur. *Si quid* (ſcribit *Calvinus*. l.1. c.11. n.13. p.28. f.2.) *nos movet veteris Eccleſiæ authoritas, meminerimus, quingentis circiter annis, quibus magis adhuc florebat religio, & ſincerior doctrina vigebat, Chriſtiana templa fuiſſe communiter ab imaginibus vacua. Ergò tunc primum in ornamentum templorum aſcita ſunt, quum miniſterij ſinceritas non nihil degeneraſſet. An paſſuros fuiſſe ſanctos putamus illos Patres Eccleſiam tamdiu eâ re carere, quam utilem ac ſalutarem eſſe judicarunt? At certè, qui videbant in eá aut nihil, aut minimum utilitatis, plurimùm autem ſubeſſe periculi, repudiarunt magis conſilio & ratione, quàm ignoratione, aut negligentiá prætermiſerunt. Quod etiam Auguſtinus claris verbis teſtatur. Quum his ſedibus locantur, inquit, honorabili ſublimitate, ut à precantibus atq; immolantibus attendantur, ipſa ſimilitudine animatorum membrorum atq; ſenſuum, quamvis ſenſu & anima careant, afficiunt infirmos animos, ut vivere ac ſpirare videantur, &c. Et alibi. Hoc enim facit & extorquet quodammodo illa figura membrorum, ut animus in corpore vivens magis arbitretur ſentire corpus, quod ſuo ſimillimum*

S 2 *videt.*

Digitized by Google

videt. Paulò poſt. Plus valent ſimulacra ad curandam infelicem animam, quod os, oculos, aures, pedes habent; quàm ad corrigendam, quod non loquuntur, neq; vident, neq; audiunt, neq; ambulant. *Vaſqueſium* hic reſpondentem introducit *Rivet.* pag. 1257. *Calvini illud mendacium ex Patribus facilè deprehendo.* *Citat autem* Tertull. *de pudicitia dicentem, in calice fuiſſe depictam imaginem Servatoris, in figura Paſtoris:* Nicephorum *& Sozomenum, illum quidem lib.10.c.30. iſtum lib.5. c.20. ſcribentes tempore Iuliani Apoſtatæ, imaginem à muliere in Paneade Chriſto erectam magna ſolemnitate in templum fuiſſe inductam. Euſeb. in libr. de vita Conſtantini 3. & 5. narrantem in templis à Conſtant. extructis multas fuiſſe imagines aureas & argenteas &c.* Inſtat *Rivetus* p.1258. *Singularia illa, quæ profert Vaſquez aut falſa ſunt, aut nullius ad rem momenti.* *Tertull. lib. de Pudicitia meminit calicum, in quibus depicta eſſet imago Paſtoris ovem humeris geſtantis; ſed non dicit fuiſſe Servatoris imaginem, verum metaphoricam tantùm, & velut hieroglyphicam picturam, quæ ad ornamentum calicum pingebatur, non ad adorationem proſtabat, nec enim calix eſt adorationis locus. Nec* Tertullian. dicit, *Calices illos fuiſſe in templis, id tantum habet, procedant ipſæ picturæ calicum veſtrorum, ſi vel in illis pellucebit interpretatio pecudis illius.* *Quid hoc ad imagines in templis erigendas? Quod refert ex Sozomeno &* Nicephoro, *exemplum eſt ſingulare, quod nihil contra dictum Calvini probat.* *Narrat Euſebius mulierem, quæ curata fuerat à Domino, ex ſanguinis profluvio, Ethnico more, ſtatuam erexiſſe hominis ante ædes ſuas in Paneade, quæ eſt Cæſarea Philippi, cum ſua effigie ſupplicante:* Id *autem non dicit Euſebius ſe vidiſſe, ſed id tantum memorari.* *De hac virili ſtatua poſteriores illi hiſtorici dicunt, quod cum Iulianus Apoſtata eam confregiſſet, & ſuam ipſius loco poſuiſſet, quæ icta fuit fulmine, Chriſtianos ejus fragmenta collegiſſe: In Eccleſia poſuiſſe, ubi tùm ſervabatur.* *At fragmenta ſtatuæ alicujus colligere, & ſervare, non eſt ſtatuam in templum inducere, quod dicit Ieſuita, nec dicit Sozomenus.* *Nicephorus quidem dicit eam loco honoratiore fuiſſe poſitam & à Chriſtianis cultam; ſed conſtat eum fuiſſe mendaciſſimum Scriptorem & Iconolatram.* *Quicquid ſit, fuit particulare factum & ſuperſtitioſum, cum Euſebius agnoſcat id feciſſe mulierem illam ex Gentili conſuetudine.* *Quod de Euſebio ex libris de vitâ Conſtantini refert, falſum eſt.* *Citat librum quintum, cum nullus ſit liber quintus.* *In tertio, quem citat libro c.3. narrat Conſtantinum in tabula depicta, quam in ſublimi antea palatij veſtibula ſuſpenderat, ſe omnium oculis*

Digitized by Google

oculis contemplandum propoſuiſſe, ſalutareq; paſſionis inſigne ſuprà caput ipſius locatum in picturâ exprimendum: inimicam autem illam & hoſtilem belluam quæ Eccleſiam DEI *impiorum tyrannide oppugnaſſet,* (Maxentium intelligit) *in altum demerſam, Draconis ſpecie & figura deſcribendam curaviſſe. Sed quid hoc ad imagines in templis ad cultum erigendas? Cap. autem 60. libr. 4. ſcribit, Conſtantinum in eodem martyrio, quod Apoſtolis ædificaverat, ſibi extruxiſſe monumentum, in quo poſt mortem conderetur, & ibi in duodecim columnis, duodecim Apoſtolorum figuras, à latere utroq; poſuiſſe. Sed aliud eſt extruere ſibi ſepulchrum, aliud imagines in templis collocare ad cultum.* Hæc Rivet. Eſto verò primitiva Eccleſia imaginibus caruerit, ſed & templis caruit, nam & hoc conceſſit Celſo Origines lib. 7. contrà Celſum. An igitur & templa effringenda fuerunt tempore reformationis? Eſto abſtinuerit ab iisdem in gratiam Judæorum facilius lucrabilium; Abſtinuit eadem ex eadem cauſa à ſanguine & ſuffocato. Num igitur ab hoc hodie abſtinendum? vid. Chriſteid. act. Theatr. 1. Phœnom. 4. pag. 168. Quâ verò fronte negare audet *Tertullianum* dixiſſe in calice fuiſſe Servatoris imaginem. Locus integer ſic habet, pag. 707. *A parabolis licebit incipias, ubi eſt ovis perdita, à Domino requiſita, & humeris ejus revecta. Procedant ipſæ picturæ calicum veſtrorum, ſi vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, utrumne Chriſtiano an Ethnico peccatori de reſtitutione colliniet. Præſcribimus enim ex natura diſciplinæ, ex lege auris & linguæ, ex mentis ſanitate ea ſemper reſponderi, quæ provocantur, id eſt, ad ea, quæ provocant. Provocabit ut opinor, quod Phariſæi publicanos & peccatores Ethnicos admittentem Dominum, & cum illis de victu communicantem indignati muſſitabant. Ad hoc Dominus pecudis perditæ reſtitutionem, cui alii configuraſſe credendum eſt, quam Ethnico perdito, de quo agebatur, non de Chriſtiano, qui adhuc nemo, aut quale eſt, ut Dominus quaſi cavillator reſponſionis, omiſſa ſpecie præſenti, quam repercutere deberet, de futura laboraret. Sed ovis propriè Chriſtianus, & grex Domini Eccleſiæ populus, & paſtor bonus Chriſtus & ideò Chriſtianus, in ove intelligendus, qui ab Eccleſiæ grege erraverit.* Quid hoc claro clarius? Adde Apolog. c. 16. p. 238. *Ubi Romanos in crucis ſimulacro Chriſtianorum confectaneos vocat.* Eſto calix non ſit adorationis locus, eſt tamen ædes ſacra, in qua calix diſpenſatur; Eſto, non ſit locus IN QUO; eſſe tamen poteſt locus AD QUEM. Eſto denique illa omnia exempla non probent erectionem in templis ad cultum, probant tamen Iconopœiæ ætatem,

Digitized by Google

tem, Rivetiano calculo antiquiorem. Confer D. Dieterich. conc. 4. in Sap. 13. p. 501,

§. 18. Obducit idem *Rivetus* Teſtimonia *Auguſtini*, in Pſ. 114. *Ubi cum interpretatus eſſet verba illa de idolis Gentium. Oculos habent & non vident &c. anticipavit objectionem de operibus manuum hominum in uſu ſacro Chriſtianorum. Sed enim, inquit, & nos pleraq́; inſtrumenta & vaſa ex hujusmodi materia vel metallo habemus in uſu celebrandorum ſacramentorum, quo ipſo miniſterio conſecrata, ſancta dicuntur, in ejus honores, cui pro ſalute noſtra inde ſervitur. Et ſunt profectò iſta etiam inſtrumenta & vaſa quid aliud, quam opera manuum hominum? Verumtamen nunquid os habent & non loquentur? Numquid oculos habent & non videbunt? Numquid eis ſupplicamus, quia per eos ſupplicamus DEO? Illa cauſa eſt maxima impietatis inſanæ, quod plus valet in affectibus miſerorum ſimilis viventi forma, quæ ſibi efficit ſupplicari; quam, quod eam manifeſtum eſt non eſſe viventem, ut debeat à vivente contemni. Plus enim valent ſimulacra ad curandam infelicem animam, quod os habent, oculos habent, aures habent &c. quam ad corrigendam, quod non loquentur, neq; videbunt &c. Teſtimonium hoc notandum eſt; cùm enim ibi ageret ex profeſſo de imaginibus ad formam humanam effectis, quæ ſunt opera manuum hominum; ſi tùm in templis fuiſſent imagines collocatæ, cur reſpondiſſet tantum de vaſis & inſtrumentis ſacris? Cur oſtendiſſet, nullum in eis eſſe periculum idololatriæ, quia non eſſent efficta ad formam viventium, nec os haberent, vel aures? Certè, ſi tùm in Eccleſiis fuiſſent imagines, debuiſſet potiùs occupare; & nos quidem habemus in templis imagines ex auro & argento opera manuum hominum factas, ſed eas non habemus pro Diis &c. aut aliquid tale. Verùm non erat neceſſe præoccupare, ubi nihil videbat Sanctus Vir, quod tùm Chriſtianis in eo genere objici poſſet.* Eſto; Eccleſia Hippono-Africana non admiſerit imagines, tamen Hipponenſis Eccleſia non eſt omnis Eccleſia. Fuit, cum nec baptiſmum infantum admiſit, num inde præjudicium ferat univerſa Eccleſia? Si porrò Auguſtinus à mentione vaſorum ſacrorum excluſit imagines, non diſputaverit pro ingenio ſuo ſatis acutè & dialecticè. Solvit enim tacitam objectionem, *at vos Chriſtiani ipſi habetis viſibilia ſigna in veſtris Eccleſiis?* finge de ſolis inſtrumentis ſacramentalibus reſpondiſſe, οὐδὲν πρὸς ἔπος dixiſſet. De imaginibus nobis quæſtio eſt, regeſſiſſent gentiles; quas licet Hippona non habuiſſet, habuiſſet tamen alia illi conſanguinea Ec-

clesia.

Digitized by Google

cleſia. Imò ſi inſtrumenta ſacramentalia ſola intellexiſſet, non ſatis reſpondiſſet regeſturis, *etiamſi veſtri calices & panes oculos non habent,* illis tamen ſubeſt Numen occultum, quod à vobis comeditur. Num denique ſatis ſanè Riveto videretur Auguſtinus ſcripſiſſe, cum ſcripſiſſet, *PER hujusmodi vaſa DEO ſupplicamus.* Addit idem *Rivetus* alterum ex eodem Auguſtino Epiſt. 49. quæſt. 3. *Et idola quidem, ait omni ſenſu carere, quis dubitet. Verumtamen cum his locantur ſedibus, honorabili ſublimitate, ut à precantibus atq; immolantibus, attendantur, ipſa ſimilitudine animatorum membrorum atq; ſenſuum, quamvis inſenſata & exanima, afficiunt animos infirmos, ut vivere ac ſentire videantur, accedente præſertim veneratione multitudinis, quâ eis tantus cultus impenditur. Hæc etſi occaſione idolorum Gentium dicta ſint, communem habent doctrinam de locis religioſis, de ſedibus in honorabili ſublimitate collocatis: præſertim ſi adſit multitudinis veneratio; quæ omnia concurrunt in templis Pontificiorm, nec planè etiam abſunt à templis Lutheranorum.* Reſp. aerem ferit & aquam ſecat inaniter. Loquitur Auguſtinus, de Iconopœiâ cauſali, quæ in id inſtituta eſt, UT à precantibus attendatur, cum cultus impensâ. Pergit Rivetus ib. *Id certè non longè abeſt à ritu Papiſtico, quod Electorem Saxoniæ & Lutherum pingunt unum à dextro, alterum à ſiniſtro latere, procumbentes coram imagine crucifixi. Ita enim pinguntur in operibus Lutheri.* Reſp. procubitus Electoralis & Lutheri coràm crucifixo proponitur, non ut factus in re, ſed ut pictus in imagine. Ubi enim Rivetus vidit Lutherum ipſum vivum coràm crucifixi ſtatuâ poſuiſſe genua? Ergò, uti Electoris ac Lutheri effigies perſonam eorum repræſentat, ita & crucifixi forma crucifixi perſonam. Jam ſi ipſiſſimam perſonam Chriſti crucifixi adoraverunt illi Heroes, quid peccarunt? annon obſecundarunt Paulo Philip. 2. 9. Quanquam ſi ad viſam Chriſti crucifixi imaginem, memoriam crucifixæ perſonæ recoluerunt, crucis ſtatuâ uſi nec pro termino, ac ſigno ſuppoſitivo; nec pro organo cultus, ſed pro ſolo ſigno mnemoneutico ac objecto non adorationis; ſed (in ſenſu diviſo) adorantium, dicentium cum Alex. M. ὁ οὗτος ...σαι, quid peccarunt?

§. 19. III. Rationes. *Formæ corporum ſine ulla rerum geſtarum notatione, quid præter oblectationem afferre poſſint, non video. Et tamen tales fuiſſe conſtat omnes propemodum imagines, quæ hactenus in templis proſti-*

proſtiterunt. Vnde judicare licet, non judicio aut delectu, ſed ſtulta & inconſiderata cupiditate illic fuiſſe excitatas, etiamſi nihil vitij ineſſet, nihil tamen habere ad docendum momenti. Hæc *Calvinus* l.1. c.11. n.12. Ecquid ad docendum conferunt onomata noëmatum ſigna, ſeorſim in prima mentis operatione apprehenſa? Quid nomen Jehovæ ſeorſim ſcriptum? Quid? quod & oblectatio proſit ad memoriam? adde objectionum, quas ex ſenſu Ethnicorum & Apoſtolico elencho formavit *Rivetus*, ſolutionem in hodom. ſpir. Cal. phant. 6. p. 1165. IV. Experientia. *Experientiâ*, inquit Rivetus p. 1259. *compertum eſt imagines ad ſui contemplationem homines advocare; cum autem in locis religioſis res divinæ & ſpirituales ſemper ſint meditandæ, quæ in imaginibus exprimi non poſſunt, ſequitur plus in illis locis nocere, quàm prodeſſe.* Si remſe rigore venuſtas puellas è templis ejiciat, perinde ex accidenti nocivas. Eſto, ad nova ſpectacula recens facta advocentur animi, tamen aſſueta ſolent eſſe faſtidio.

VINDICIÆ ELENCHI.

§. 20. Pro Iconoclaſi tuendâ hæc tela emiſit *Crocius* ex Oſe. 2. 2. auferat mater veſtra ſcortationes ſuas à facie ſuâ & adulteria ſua è medio uberum ſuorum, *quemadmodum*, ait, *marito non ſatis eſt, ſi uxorem libidinibus & amoribus vagis &c. ejiciat, eamq; porrò averſetur: Ita Deo non ſatis eſt, ſi adulteria, id eſt occultos amores è medio uberum id eſt è corde populi exſtirpet, niſi ab oculis quoq; removeat ſcortationum irritamenta.* E. N. T. 1. Joh. 5. 2. *fugere* (ait Crocius pag. 331.) *debemus idola, non ergò retinere. Imagines ſunt* βδελύγματα *coràm* DEO *Deut.* 27. 15. *Tendiculæ errorum, Deut.* 12. 30. *Sap.* 14. 11. & 12. 4. *Demolitio imaginum idololatricarum in patriarchis, judicibus & Regibus V.T. laudatur, maximè ſerpentis aenei in Hiskia* 1. *Reg.* 18. 4. *ſic Conſtantinus M. apud* Euſeb. lib. 3. de V.C. c. 1. Et *Theodoſius* apud Socrat. libr. 5. hiſt. cap. 16. Reſp. ad locum Oſeæ, negando conſequentiam, auferat ſcortationes è medio uberum. Ergo & ipſa uberum inſtrumenta. Vir zelotes ejicit adulteram domo, non item lectum, adulterii inſtrumentum. ad 1. Johann. 5. 2. idola fugienda. Ergò etiam imagines inſontes! De alliis illîc, hîc de cæpis. Cur Apoſtolus ipſe non eſt demolitus ſimulacra Athenienſium ex poteſtate Apoſtolicâ quàm habuit, extraordinaria?

Digitized by Google

naria? Cur Caſtorem & Pollucem tulit non ſuſtulit? ad Exod.34. Deut.7. Num.33. Si ut Cananæorum ita Pontificiorum idola nobis effringenda ſunt, ſequetur nec fœdera cum illis facienda, aurum itidem & argentum comburendum eſſe, quia idipſum Lex vult eadem Exod.34.12. Deut.7.25. Quid. ſi Reformatorum alicui aurea vel argentea ſtatua B. Virginis in prædam caderet, in Cineres illam an peculium ſit redacturus? quæritur.

Luther. Tom.8. Witteberg. pag.168. fol.2. Das iſt ſich zuverwundern/ wie es kommet/ daß die Bilder Feinde alſo gütig vnd ſanfftmütig ſeyn gegen die Bilder/ ſo auff güldenen vnd ſilbernen Groſchen ſtehen/ vnd auff ſilbern Gefäß gegraben. Warumb lieben ſie dieſe Bilder allein/ vnd verbrennen ſie auch nicht/ oder werffen ſie von ihnen? ibidem, Sie (die Bilderſtürmer) ſind Blutdürſtige/ auffrühriſche Mörder/ die auch nichts anders im Sinn haben/ dann Mörde vnd Töde/ daß ich leichtlich beweren wil auß dieſem Ort alſo. So ſie wollen/ daß nicht ſey im erſten Gebott/ das äuſſerlich Sitten betreffe/ vnd nach der zeit abgethan mag werden/ ſondern bemühen ſich hoch vnd ſtreiten/ man muß alles/ was das erſte Gebott in ſich hat/ von Noth wegen thun/ ſo werden ſie auch gezwungen auß dieſem Text/ daß ſie die gantze Welt tödten/ die die Bilder hat/ wenn ſie auch gleich die nicht anbetet/ denn es wird eben ſo wol gebotten/ daß ſie die Heyden tödten ſollen/ auff daß/ wenn ſie eins erhalten/ müſſen ſie das ander auch von Noth wegen nachlaſſen. Ja er gebeut hie zu erſt die Heyden zu tödten/ als ein Werck das nöthiger ſey/ denn die Bilder zuſtören.

Quam neme ſin Iſraëlitæ ferro debuerunt, eam nos verbo ac elencho ex armamentario ſpirituali deprompto. Ad 3. Imagines à ſuperſtitione defecatas non eſſe abominationes, eſſe autem, cum illis adhuc ſunt immerſæ. Ad 4. non ſequitur, Populo Judaico φιλειδώλῳ prohibentur tendiculæ errorum. Ergò res illæ abſolutè prohibentur. Adoleſcenti natura laſcivo poteſt prohiberi converſatio cum formoſa muliere, ut tamen abſolutè non prohibeatur alii. Nec autor ſapientiæ abſolutè idola vocat ſcandala & laqueos, ſed addit ἀφρόνων. *Imprudentibus* ſunt ſcandala, concedo; At in tanta luce Evangelii vix quiſquam tam imprudens eſſe poteſt, & ſi eſſet, ſuo vitio caderet, non vitio imaginis. Quid? quod de auro ex quo idola facta ſunt idem dicatur. Deut.7.25. Quis tamen hodiè interdicat ab auri uſu? Ad 5. laudantur Heroes, ob deſtructionem idolorum per ſe ad cultum factorum, actu adoratorum, uſum alium non habentium. Quid verò id ad imagines Sanctorum? Serpens æneus actu fuit Idolum.

Digitized by Google

De quo ex R. Kimchi hæc memorat *Buxtorff.* in hiſt. ſerp. ænei pag. 482. Aſa & Ioſaphat non extirparunt eum, cum reliquam idololatriam extirparent, quia dum regnarent, non deprehenderunt, quod ſerpentem hunc colerent, vel ipſi abolerent: itaque reliquerunt eum in memoriam miraculi. Hiskiæ autem viſum eſt è medio eum tollere, cum aboleret idololatriam, quia tempore Patris ipſius eum coluerunt tanquam idolum: Et licet pii inter ipſos eum tantùm habebant pro mnemoſyno & memoriali miraculi, tamen magis conſultum judicavit, ut aboleatur, & miraculum in oblivionem veniat, quàm ut relinquatur, & hodie vel cras eo Iſraelitæ ad idololatriam abutantur.

Potuit igitur ab Hiskia everti, potuit eidem & opinio divinitatis detrahi: hoc fecit notione diminutiva Nehuſtan (nam ita Hebræi juxtà *Buxtorf.* l. cit. pag. 485. *literam Nun in fine vocum per auxeſin adjectam, ſcribunt denotare diminutionem,* ad indicandum, illum nihil eſſe niſi æs, merum cuprum, nihil virium, nihil opis, nihil commodi, nihil divinitatis habere, ac proinde neque divinis honoribus afficiendum eſſe.) Quæritur præterea, an Hiskias ſerpentem demolitus fuerit, neceſſitate legis compulſus, num libero generoſoque ſpiritu, quo Rex quilibet legem generalem determinare poteſt ex caſu Reip. vel Eccleſiæ? an ideò mutatis circumſtantiis alii Reges id imitari tenentur? Medicus huic febricitanti vino interdicit, num eodem interdicit ſano? Pittacus, quia Lesbus Inſula Patria vino generoſiſſimo abundabat, tàm ſeveram legem ſanxit, ut ab omni omninò ebrietate cives ſuos revocaret: Ita Hiskias populo φιλειδώλῳ, adq; offendiculum hujusmodi facili, etiam inſtrumentum peccandi ademit; num idem facere tenetur Rex Chriſtianus, in aliam ſubditorum indolem incidens? Non quod Spiritus S. laudat, ſtatim præceptum eſt omnibus: nam & Rechabitarum factum laudat Jer. 35. 14. de libertate contendimus. Laudamus utique, ſi ſine periculo & majori ſcandalo Magiſtratus Hiskiaζειν volet, præſertim ubi periculum Idololatriæ majus metuendum, quam uſus ex imaginum θέσει: negamus ad id neceſſitate abſoluta teneri. Præſertim cum periculum eſt, ne neophyti, & nuper demum Evangelica luce irradiati intempeſtivo Iconoclaſmo abſterriti reſiliant: ne lanienæ in Eccleſiam oriantur.

Obiter ex *Iuſtini* Apol. 2. obſervare licet (ita Buxtorf. l. cit.) ſerpentem hunc æneum in crucis formam factum fuiſſe à Moſe, id equidem non aſſequimur, Quod, inquit, in Timæo Plato Phyſica naturalique recte de Filio DEI dixit, cum ait: Ἐχίασεν αὐτὸν ἐν τῷ παντὶ decuſſavit eum in univerſo. A Moſe id itidem acceptum ille protulit. Nam in Moſis ſcripta relatum

reiatum eſt, tempore eo, cum Iſraëlitæ ex Aegypto exirent & in ſolitudine eſſent, obviam iis veniſſe feras venenoſas, viperas & aſpidas, & ſerpentum genus omne, populumque neci dediſſe: ac Moſen per eam, quæ dicitur inſpirationem & inſtinctum æs accepiſſe; & ſignum crucis feciſſe, idque ad ſanctum tabernaculum ſtatuiſſe, populo dixiſſe; Ἐὰν προσβλέπητε τῷ τύπῳ τούτῳ, καὶ πιστεύητε, ἐν αὐτῷ σωθήσεσθε. Si inſpexeritis typum & ſignum hoc & credideritis, ſalvi in eo eritis.

CRISIS ORTHODOXA.

§. 21. *Liberum eſto ac adiaphorum pingere, in templis, templorumve parietibus ac tabulis collocare, tenere, vel in caſu ſcandali infirmorum loco movere, Theophanias, ſive ſeparatim id fiat, ſive conjunctim.* Cui licet ſymbola noëmatum mentis, ſigillatim enunciata recitando exprimere, cur non eidem eadem componere? Inanis eſt exceptio *Riveti* p.1256. *Illa, quam fingunt Trinitas, merum eſt idolum, quo ſenſu volunt, idolum eſſe ſimulacrum rei non exiſtentis: nunquam enim hæc fuerunt ſimul exhibita aut viſa, ſenex barbatus, ambabus manibus crucis cornua tenens, in qua homo eſſet crucifixus, cum columba circumvolante. Dicant, ubi unquam tale viſum fuerit exhibitum?* Quis, amabo, viciſſim unquam extra mappam chartamve vidit nomen יהוה cum ambitu radiorum ſolarium? Quam tamen figuram (à D. *Balduin.* in Caſ. Conſc. lib. 2. c. 2. objectam) non deprecatur *Rivetus*, ſed alia rimâ effugit, *Non*, inquiens, nomen eſt *imago* DEI, *ſed nominis divini aliqua expreſſio, extra locum cultus tamen.* At nomen eſt ſymbolum Noëmatis libr. 1. περὶ ἑρμ. æquè ſuppoſitivum ac eſt imago. Quid verò de radiis ſolaribus? tacet.

§. 22. II. *Liberum eſto imagines Sanctorum cœlitum pingere, in templis collocare, vel tenere ac tueri, vel in caſu ſcandali infirmorum loco movere.* nam ſi Sp. S. in ſuo templo ſpirituali h. e. corde fideli ferre poteſt imaginem Chriſti crucifixi, qui abhorreat ab eadem in templo lapideo? Quod moraliter per ſe eſt vitioſum, id omni loco vitioſum eſt, quia per ſe ad de omni valet conſequentia. Aut igitur imaginum uſus moraliter non vitioſus eſt, aut extrà templum quoque vitioſus eſt. Si intolerabilis imago Chriſti Crucifixi; non debebat olim ferri typus agni paſchalis, ipſiſſima Chriſti imago.

Wol/ (ita Luth. Tom. 8. Witt. p. 457.) iſt es wahr/ daß beyde Moſes vnd die Propheten allenthalben mit groſſem fleiß verbieten/ vnd die Bilder verdammen. Aber das were ſehr Närriſch/

riſch / wenn man ſolche Verbott in gemein von allen Bildern wolte verſtehen. Denn es haben auch die Juden in der Kirchen Bilder gebraucht / wie man ſihet an dem Gebäude Salomonis. Vnd wer wolte daran zweiffeln / daß in der Könige vnd Fürſten Häuſer nicht ſolten gemahlte Taffeln geweſen ſeyn? Dann die Mahler-Kunſt / weil ſie die Ding / ſo wir verſtehen ſollen deutlich dargibt / vnd für die Augen mahlet / iſt nie gerechnet worden vnter die Künſte / ſo verbotten oder vnehrlich ſolten ſeyn. Darumb wie nun ohne Sünde erzehlet wird die Hiſtoria von Salomone 3. Regum. 3. wie er das vrtheil weißlich ſprach über die zwo Huren mit dem lebendigen Kinde / alſo wird ſolche Hiſtoria auch wohl ohne Sünde gemahlet / vnd ich halte nicht / daß die Juden je ſo grob ſeyen geweſen / daß ſie nicht auch an offentlichen Straſſen / vnd nicht allein daheim in ihren Häuſſern ſolten gemahlet haben die ehrlichen Hiſtoria vnd Geſchichte / wie ſie denn ſehr fleiſſig geweſen dieſelbige zubeſchreiben. Daher ſollen wir es nicht allein für ein Grobheit / ſondern auch für einen groſſen Vnverſtand achten / daß an vielen Orten auch die Bilder vnſers HErrn Jeſu Chriſti vnd der lieben Apoſtel ohne Vnterſcheid auß den Kirchen ſind geworffen worden. Denn wer iſt doch ſo ſtarrblind / der nicht ſihet / daß gleichwie Chriſtliche Hiſtorien ohne Sünd vnd Ergernüß / auch mit Nutz vnd Frucht der Zuhörer geſchrieben vnd erzehlet werden / auch vmb der Vnverſtändigen willen ſolche Hiſtorien nicht ohne Sünde köndten gemahlet vnd artig geſchnitzet werden / nicht allein daheim in den Häuſern / ſondern auch offentlich in den Kirchen / daß gleich wie etwa die Beſchlüſſe vnd Mandata der weltlichen Oberkeit offentlich vorgeleſen / vnd angeſchlagen worden / darnach ſich ein jeder hatte zurichten. Alſo auch die groben vnverſtändigen Leute durch ſolch Gemähl allenthalben worden erinnert von ihrer Seelen Seligkeit / von den Wolthaten / von den Straffen / die über die Sünder ergangen ſind / vnd was ſonſt mehr zur Beſſerung der Chriſtlichen Kirchen dienet / Aber ein jeder möchte ſagen / wenn dann die Bilder vnd Gemähl ſo ſehr nutz ſind / warumb werden ſie mit ſolchem Fleiß vnd Ernſt von Moſe vnd den Propheten verbotten vnd verworffen? Antwort: Moſes vnd die Propheten reden von den Bildern / die dazu ſind gemacht / daß man ſie anbete / vnd gläube / daß GOtt durch ſolch anbeten werde recht geehret / wie denn ein klar Zeugnüß ſtehet / im erſten Gebott Gottes / bete ſie nicht an vnd diene ihnen nicht / denn ich bin der HErr dein GOtt / alſo ſagt Moſes auch im fünfften Buch Capit. 5. Der HErr hat mit euch geredt / ſeine Stimme habt ihr gehöret / einicher Gleichnüß habt ihr keines geſehen / auff daß ihr euch keine Bilder machet / daß ihr anbetet. Darumb iſt aller Feil vnd Mangel im anbeten vnd dienen / welcher Dienſt nicht dem Holtz / noch Steinen / Gold noch Silber / ſondern GOtt dem Schöpffer ſelbſt gebühret / darumb wenn das anbeten hinweg gethan wird / ſo kan man der Bilder gebrauchen / wie der Buchſtaben / die vns der Dinge / ſo wir lernen ſollen / erinnern / vnd ſie gleich für die Augen ſtellen. Die Evangelien erklären vns die Hiſtoriam Chriſti / das Geſetz vnd die Propheten erklären vns deutlich den Willen Gottes / Aber wer wolte darumb das Papier küſſen? wer wolte es anbeten? wer hält dafür / daß GOtt im Himmel dadurch geehret werde? wenn einer für die heilige Bibel niederkniet? Man kan ihr anders gebrauchen / daß man ſie leſe / vnd darauß von dem gnädigen Willen Gottes werde vnterrichtet / vnd denſelbigen auch lerne thun.

Vna his, inquit, *Auguſt.* ep. 119. *ſaluberrima regula tenenda eſt, ut quæ non ſunt contra fidem, neq; contra bonos mores & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, ubicunq; inſtitui videmus, vel inſtituta cognoſcimus, non ſolum non improbemus, ſed etiam laudando ac imitando ſectemur, ſi aliquorum infirmitas non impedit, ut amplius detrimentum ſit.*

§. 23. III

§. 23. III. *Nefas eſto, hujusmodi imagines, ſtatuas, ſculptilia, zelôcæco ac violento contumelioſè effringere, dejicere, conculcare, aliisq; modis indignè tractare.* Sic Paulus Deaſtrorum Athenienſium aras idolis infames vi non effregit; ſic cum πλοίῳ παρασήμῳ Διοσκούροις veheretur, vim illis nullam intulit; nec à precibus ideò ſe impediri paſſus eſt Apoſtolus Entheatus ac ſpiritu heroico plenus: qui Apoſtolicâ, quâ pollebat, δυνάμει, perinde ut Elymam obſiſtentem occæcare, evertere potuiſſet (quod notamus contrà gloſſam, quam aſſüit *Calvin.* ad act. pag. 254. confer D. *Zvvinger.* in defenſ. Calvin. pag. 200.) Etſi enim Sanctorum effigies non ſunt religioſè colendæ, tamen nec ignominioſè violandæ. Sicut in nomine Deaſtrorum jurare nefas eſt, non tamen fas pejerare. Non audit lapis jurantem, ſed Deus punit fallentem.

Es ſchreiben auch die Hiſtorien / (ita *Luther.* Tom. 3. Ien. pag. 247.) daß gemeiniglich aller Frevel an heiligen Dingen begangen ſey ſtugs vnd bald gerochen / daher das Sprichwort kom̃t / es iſt mit Heiligen nicht gut ſchertzen / ſie zeichen gerne / Item / du gläubeſt den Heiligen nicht / ſie zeichen denn. Alſo ſagt man von Cn. Pompejo / dem allerglückſeligſten Fürſten zu Rom / daß er nie kein Glück mehr hatte / da er den Tempel zu Jeruſalem verunehrete. Ja es war auch Babylon geweſt / was werden ſolt / da der König Jeruſalem verſtöret / bald darnach nahm es ab / daß er ſelbſt ein vnvernünfftig Thier ward / vnd keiner mehr ſo mächtig / vnd ſein Königreich nach ſein Sohn gar dahin fiel im dritten Glied / wie Daniel ſchreibt. Dann ſo steiff hält GOtt über ſeinem Namen / daß er ihn auch nicht läſtern läſt in den Abgöttern / ſintemal alle Abgötter Gottes Namen führen / vnd ſich GOtt heiſſen. Noch ſind die offt geſtrafft / die der Abgötter geſpottet / oder daran gefrevelt haben. Wie die Heydniſchen Bücher zeugen / daher auch ſolche Furcht kommen iſt vnter die Leute / daß ſie die Abgötter auch gefürcht haben. Nicht das darumb Abgötterey recht ſey / oder vnſträfflich / ſondern daß ein Hertz / das ſo rauch vnd frech iſt / den Abgott zu ſpotten / ſpottet auch gleich ſo ſehr den rechten GOtt / weil Gottes Name da iſt / denn er thuts nicht auß dem Glauben wie die Chriſten thun / ſondern auß Frevel vnd Vermeſſenheit / ſo läſt denn GOtt den Teuffel ſie ſtraffen vnd plagen. Gleichwie zu vnſern Zeiten offt St. Antonius / St. Velten / vnd dergleichen die Freveln haben geplagt / das iſt / der Teuffel / auß Gottes Verhängnüß hats gethan / darumb / daß ſolche Läſterer / vnd Freveler eben ſo wol ſolches thäten an den rechten Heiligen und an GOtt ſelber / als ſie thun an den Heiligen / die ſie für heilig halten. Alſo hab ich geſagt / daß diß Sprichwort daher komme / die Heiligen zeichen gerne / denn was man heilig achtet / obs ſchon nicht heilig iſt an ihm ſelber / ſo iſts doch dem heilig / dem der es dafür hält. Denn er nim̃t Gottes Namen der allein heilig iſt / vnd mißbraucht ſein / vnd läſtert den / vnd frevelt dran. Davon gnug.

§. 24. IV. Libertate Chriſtiana utitor, ſtans in ea, Gal. 5. 1. in *caſu præſertim* confeſſionis, nec è domo angariæ unâ liberatus, in

alteram recide. Optimè Lutherus Tom. 1. Isleb. pag. 89. Fol. 2. Es hat ſich etwan ein groſſer Streit erhaben über den Bildern zwiſchen eim Keyſer vnd dem Papſt / der Keyſer wolt es ſolte kein Bild ſeyn / der Papſt aber ſprach ſie müſten ſeyn / vnd iſt endlich dieſer Handel mit groſſem Blutvergieſſen zergangen / ſie haben aber alle beyde gefeilet / in dem daß ſie ein müſſen auß dem gemacht habē / daß GOtt hat frey gelaſſen. Lieber laß dich nicht mehr düncken / denn die hohe Göttliche Majeſtät / hätte GOtt wollen Gebott oder Verbott drauß haben / er hätt es wol können machen / weil ers denn frey hat gelaſſen / warumb wilt du denn ſo kühn ſeyn vnd wider Gottes Freyheit ein Gebott oder Verbott machen? Quemadmodum Chriſtus ſabbatho curavit, invitis Phariſæis; ſic Paulus circumciſione eſt uſus & non eſt uſus, ringentibus Pſeudoapoſtolis, qui de ſemine hypocritarum pullularunt, vid. Theol. conſc. ſect. 2. art. 2. p. 283. Quàm vellem, ſi per me ſtaret, ut quemadmodum in Muſæo ſtatuam crucifixi Chriſti ex argento & ligno habeo, ita in publicis eadem compitis erigeretur, qui totus *Polycarpo Lyſero* ſubſcribam, hæc ſcribenti in Harm. Evang. cap. 134. pag. 256. *Fuit cauſa, ob quam pii veteres, paſſim in triviis imagines & ſtatuas paſſionis Dominicæ erexerunt, ut viatores transeuntes paſſionis Chriſti recordarentur, & ex illa meditatione conſolationem contra Latrones aut alios graſſatores conciperent. Non negavero, in Papatu multiplicem ſuperſtitionem acceſiſſe, & quasdam ad idolomaniam proſtitiſſe. Sed propterea in imagines immanè ſævire velle, Turcicum potius eſt, quàm Chriſtianum. Tollatur abuſus, relinquatur verus uſus. Eccleſiæ ob imagines, quæ memoriæ cauſa proſtant, nequaquam turbari debent.* Anne igitur & clarorum Eccleſiæ ſcholæque Doctorum imagines in muſæis, codicibus, mappis exponere licet? Riget hîc *Serarius ad* Joſ. 4. q. 8. *nonne*, inquit, *ſi quis paulò jam vel doctior, vel audacior & turbulentior prædicans, profeſſor, lutério eſt; ejus illicò imagines fingi ſculpiq; videmus? nonne Novatorum in mercatibus venum exponuntur effigies? Scherer* Lojolita totus in fermento eſt, in concionibus Alcoran. pag. 258. 260. At verò, nonne & Ignatius, Xaverius, Drexelius libros tabulasque ornare jubentur? medio tutiſſimus ibis! hinc declinabis ingratitudinem in bene meritos, illinc proſopothaumaſian, & apotheoſin, res erit ſalva. Arbiter hic eſt animi ſenſus ac affectus; index illius finis cujus gratia hæ effigies expo-

nun-

Digitized by Google

nuntur in apricum: illum autem quiſque in ſe certiſſimè videt, in alio pari certitudine indagare nequit.

VINDICIÆ GENERALES.

§. 25. I. Pro *Theophaniæ picturâ ac poſiturâ.* Argumenta depromuntur à paritate naturæ & artis. Quod licet naturæ id imitari ſine piaculo poteſt ars. Sed naturæ licet, ſive intellectui noſtro licet, DEUM ſub ſpecie corporea, non quâvis, ſed determinatâ, illa ſcil. quâ ad infirmitatem noſtram ſe demittens apparuit, concipere: Immò ne aliter quidem poteſt, cum omnis noſtra cognitio abſtractiva ſit per ſpecies. Sanè nullum Ens ſpirituale à noſtro intellectu poteſt conceptu proprio concipi. Ut enim lineam Mathematicam ad modum fili extenſi, & punctum ut exiguum corpuſculum animo concipit, ita angelum per modum juvenis alati.

Huc pertinet Præf. B. Luth. ad c. 3. Matth. Dieſe Offenbarung am Jordan / iſt gantz ein hoch übertrefflich Werck / vnd iſt nicht allein vmb Johannes willen geſchehen / ſondern der gantzen Kirchen zu gut / vnd iſt ſehr nöthig zu mercken / daß wir Vnterſcheid halten zwiſchen Heydniſcher vnd rechter Anruffung Gottes / die Heyden wiſſen auch / daß ein GOtt iſt / aber ſie feilen deß wahren Gottes / vnd wiſſen ſeinen Willen nicht von vergebung der Sünd vnd Chriſto / denn ſie wollen dieſen GOtt nicht haben / der ſich durch ſein Wort vnd mit Chriſto geoffenbaret hat. Hie aber in dieſer Offenbarung ſollen wir lernen / wie die wahre Gottheit zu ſuchen vnd zu erkennen vnd anzuruffen ſey / vnd ſo offt du dein Gebett anfaheſt / ſolt du an dieſe Offenbarung gedencken / deine Anruffung zu ſondern von der Heydniſchen / Mahumetiſchen vnd Jüdiſchen / dein Hertz ſoll dieſen GOtt anruffen / der ſich hie hat geoffenbaret / denn darumb hat ſich GOtt geoffenbaret / daß wir wiſſen / wie er zu ſuchen / zu erkennen vnd anzuruffen ſey. Hie gibt ſich der ewig Vatter zu erkennen durch ſeine Stim / da er ſpricht / das iſt mein lieber Sohn / ſo ſtehet der Sohn hie im Waſſer / vnd erſcheint der H. Geiſt.

Equidem conatur *Rivetus* hoc argumentum refellere, quando ſcribit: *Iohannes Gerhardus Lutheranus, aliàs non indoctus, & magnæ Lectionis, communem agit cum Pontificiis cauſam pro imagine Trinitatis. Argumentis ſupra examinatis hoc unum addit; Etſi nunquam pingantur illæ figuræ quæ in viſionibus divinis apparuerunt, tamen quando illas legimus in locis ſuis, aut eas recitari audimus, ſtatim mens noſtra ſibi interius tales imagines format, quia ſpecies intelligibiles nihil aliud ſunt, quàm internæ rerum imagines.* Reſp. (inquit Rivet.) aliud eſſe, ſi viſiones illæ ſeorſim &

quate-

quatenus nobis leguntur, aut recitantur per aliquas ſpecies intelligibiles, interius in nobis efformentur; aliud, ſi conjunctim hominis manu ſculpantur, & Trinitatis nomine donentur, quod neque fit in ſcripturis, neque à nobis fieri debet. Deinde, cum voluntas DEI regula ſit omnium actionum noſtrarum, eaque nobis hanc neceſſitatem naturalem impoſuerit, ut per ſpecies & imagines internas intelligamus & percipiamus objecta pro modulo noſtro; culpari non poſſumus, niſi nobis effingamus, quæ ſunt indigna DEO: ſed cum prohibuerit expreſſo mandato picturas & ſculpturas opera manuum hominum, in iis, quæ religionem & cultum ſpectant, fruſtrà qui contrà præceptum veniunt, adverſus DEUM argumentantur à ſimili, quod diſſimile eſt. Hactenus Rivetus. Nihil tamen efficit. Quia 1. Ratio evidens nulla reddi poteſt, ob quam quod ſeorſim licet, conjunctim non liceat? Dummodo ea non conjungas, quæ ipſa S. Scriptura negativè (non abſtractivè) disjungit. quia 2. iterum ratio reddi nequit, cur quod in naturâ peccatum non eſt, nefas debeat haberi in arte? Quod enim moraliter & naturaliter vitioſum eſt, uti quidem contendit Rivetus, id nuſpiam & nullo in ſubjecto licet. Neque aſſimilatio Dei prohibetur, quod ſit opus manuum, ſed quod detrahat Majeſtati divinæ.

§. 26. Pro II. *Iconopoëſi* ac *Iconotheſi imaginum cœlites referentium* argumenta depromuntur 1. ab *exemplo ipſius DEI*, qui Cherubinis propitiatorium ornari voluit, Exod. 25. 18. & inſtruere Bezaleelem & Aholiab iis artibus, quibus ornari templum debebat Exod. 35. 30. ſeq. Dices 1. *non ſequi, id omne nobis licere, quod DEVS fecit, nam ſic etiam ſacrificia Levitica reducenda forent? Diſtinguendum eſſe inter imaginem per ſe ad adorationem erectam, & inter appendices ſeu ornamenta alicujus operis, quod ad nullam ſui adorationem movet.* 3. *à V. T. ad N. T. non valere conſequentiam, illud fuiſſe tempus umbrarum.* 4. *Cherubinos collocatos eſſe in Sancto Sanctorum, extrà populi conſpectum, ubi ceſſat ratio Idololatriæ.* Reſp. ad I. Hoc ſequitur, quod DEUS fecit non eſſe moraliter illicitum: quia imitatio ejuſdem operis nuſpiam interdicta legitur, ideò in adiaphoris cenſenda. Sacrificia Levitica, ut typi, cùm corpus apparuit, evanuere, non item ornamenta templorum, quæ typica omnia non fuerunt, ſed typorum appendices.

ad 2.

ad 2. *Cherubini* facilius movere poterant Idololatram ad cultum, quàm propitiatorium, cujus illi finguntur fuiſſe appendices. Ad 3. à V. T. valet conſequentia quoad genus operis, non ſemper quoad ſpeciem. e. g. DEUS voluit ſacrificiis propriè dictis coli in Vet. T. Ergò etiam in N. T. id voluit, ſed non eâdem ſpeciem ſacrificiorum. Ita DEUS voluit imaginibus ornari templum in V. T. Ergò id non prohibet in N. T. quanquam quod ſpecis imaginum attinet, alia ſit ratio: ut in V. T. tempus fuit umbrarum typicarum, de futuris, ita in N. T. imagines rerum preteritarum non ſunt illicitæ. quemadmodum Agnus paſcalis fuit figura Chriſti crucifixi; ſed hæc ipſa non poteſt clarius exponi, quàm retrò flectendo, ex ipſâ agni paſchalis figurâ. ad IV. Cherubini fuerunt à conſpectu hominum remoti, non quod repugnaret in conſpectu populi reponi, ſed quod ratio typi, occultantis myſteria, in N. T. demum retegenda, id exegerit. quanquam & iidem oculis Iſraëlitarum fuerint propoſiti in proceſſione Hierichuntina, Joſ. 6. 8.

§. 27. Aliud argumentum noſtrum colligit à *negatione* interdicti. Quod nulla lege morali interdictum eſt, moraliter non eſt illicitum. Poſitio imaginum intra templum nulla lege morali eſt interdicta. Inſtat *Crocius* pag. 395. *hæc duo diſtinguenda eſſe, imagines ſimpliciter prohibitas eſſe, & imaginum ſpeciem adorationis habentium, collocationem in templis prohiberi.* Reſp. quod moraliter, hoc eſt, per ſe vitioſum eſt, id omni loco vitioſum eſt, quia à per ſe ad de omni valet conſequentia. aut igitur imaginum uſus moraliter vitioſus non eſt, aut extrà templum quoque vitioſus eſt.

EPILOGUS.

§. 28. Non fuit hactenus contentio de tribus capellis, ſed de theſauro pretioſo, tantò nobis à DOMINO parto, libertate ſcil. Chriſtianâ, pro quâ omninò nobis vigilandum & concertandum eſt. Illinc laqueus unus conſcientiam trahit cogitque ad Idola. Hinc laqueus alter abſtrahit ab innocenti Imaginum picturâ, ſculpturâ, ſituque. Nobis facilè erit viam complanare ad pacem, ſi illinc ab imaginibus abſtrahatur veneratio religioſa, hinc in adiaphororum regionem relocentur. Neque enim Ceremoniis

ſervire, ſed dominari didicimus è Luth. Tom. 12. Witt. pag. 309. fol. 2: Was aber anlanget das nachlaſſen das Sacrament auffzuheben/ mögen ſich E. F. G. deß tröſten/ deſſen ich mich tröſte/ daß die Ceremonien nicht Artickel deß Glaubens ſind/ vnd doch mehr vnd gröſſer Weſen allezeit in der Kirchen angericht/ weder das Wort vnd die Sacrament/ vnd der Pöfel leicht darauff gereth/ ein ewig Ding darauß zumachen/ darumb ich nichts anders hierinn thue/ denn ſo die Ceremonien ſtehen/ ſo ſtehe ich mit (wo ſie nicht Gottloß ſind) wo ſie fallen/ ſo falle ich mit/ denn die Ceremonien ſind vns vnterworffen/ vnd nicht wir den Ceremonien/ ohn wo es die Liebe foddert/ der wir vnterworffen ſind.

APPENDIX VINDEX.

Collegii Decalogici à D. Andreâ Riveto ſugillati.

§. 29. Sententia *Riveti* hæc fuit in *Explic. Decal. Exod.* 20. pag. 62. *De Chriſto, quatenus homo factus eſt, an pingi potuerit, controverſiam non movemus. Nam lineamenta ejus corporis, ut alia viſibilia, potuiſſe etiam per picturas oculis repræſentari, non inficias imus. Quod tamen hoc tempore fieri non poteſt, quia nullibi extat expreſſa ejus figura, quod manifeſtum eſt ex illa varietate, quæ in ſtatuis* Pontificiis *conſpicitur, ſive lineamenta, ſive colorem ſpectemus, ex quibus apparet, artificum illorum penicillum mendacem eſſe. Nam quod nugantur* Pontificij *de picturis à Luca factis, de expreſſa vultus Chriſti imagine in linteo, quo involvebatur in ſepulchro, aut de effigie ad Abgarum miſſa, illa omnia ægrorum ſomniis ſunt ſimillima.* Illi oppoſitus eſt Elenchus in Colleg. Decal. §. 5. his verbis, *Convenit* DEI *incarnati, hoc eſt Chriſti imaginem pingi poſſe, vid. Martyr. Comm. ad* 1. *Reg.* 7. *claſſ.* 2 *Loc. Comm. c.* 5. §. 10. *non enim exiſtimo probari iis, quibus cum nobis res, Bezæ opinionem, qui in colloq. Montisb.* pag. 418. *profeſſus eſt, ſe ex animo deteſtari imaginem crucifixi. Rivet. in* Explic. *Decal pag.* 62. *quanquam fateatur, lineamenta corporis Chriſti potuiſſe per picturas oculis repræſentari, hoc tamen id tempore fieri poſſe inficiatur, quod nuſpiam extet expreſſa Chriſti figura, cum quæ de picturis à Luca factis, aut de expreſſa vultus Chriſti imagine, in linteo, quo involvebatur in ſepulchro, aut de effigie ad Abgarum miſſa ægrotorum ſomniis ſint ſimillima. Addere*

Digitized by Google

dere hic etiam debuit celebrem illam Chriſti imaginem, à muliere de profluvio ſanguinis ſervata, erectam. Euſeb. l. 7. c. 14. *poſt à Iuliano dejectam.* Sozom. l. 1. 40. ſcil. ut produceretur aliqua pictura veriſimilior adornata à muliere, de quâ liquido conſtat, quod Chriſtum in carne viderit. *Iam de illa imagine quærebam, an omnia lineamenta Chriſti ex aſſe retulerit? difficile id ad fidem. Si igitur παχυλῶς retulit, cur Apoſtoli, qui illuc quoq; loci docuere, vectes populo non ſuaſerunt, & ſecures, quibus mendax imago zelo Calviniano dejiceretur, quam ob mendacem effigiationem dejici oportuiſſet. Et annon videt vir alias doctiſſimus, talem ſe hic ſubſternere fundum, è quo non Chriſti tantùm, ſed omnium Sanctorum imagines dejici poſſint?* quibus tamen extrà ædem ſeu cultum, religioſum locum non denegat, easque per ſe prohibitas eſſe non contendit, Explic. Decal. p. 66. *potuiſſe,* inquit, *olim Chriſti lineamenta per picturas oculis repræſentari non imus inficias. Num enim putabimus ſanctorum imagines omnes ex aſſe corporum lineamenta referre, cùm per annos trecentos uſq; ad Conſtantinum M. ut templorum ita ornamentorum ac imaginum ratio vel nulla vel exigua fuerit habita. Et quidni liceat Chriſtum crucifixum pingere, quem D. Paulus prædicatione ſuis Galatis προεγράφη Gal. 3. 1.*

§. 30. Erat igitur quæſtio. 1. An Chriſti forma hodiè ſit pingibilis, vel pingi licita? Ajo. Uſus inter alia argumento ex Gal. 3. 1. Ubi Apoſtolus ſcripſit, *Ieſum Chriſtum inter Galatas crucifixum ob oculos prius fuiſſe depictum.* Tremell. ob oculos ſenſus, intellectus, an fidei? nihil hic intereſt, dummodo in aliqua forma, vel viſui, vel intellectui, vel fidei repræſentatus. Jam quod tunc licuit, licebit & hodie. Quod Sp. Sanctus in templo ſuo, corde fideli ferre poteſt, id & Chriſtianus in in templo lapideo. *Ego,* inquit, *Auguſt.* lib. 20. contrà Fauſt. Manich. cap. 3. ipſum me, dummodo ſim dignus, rationabile DEI templum puto vivum vivæ majeſtatis: ſimulacrum Chriſtum Filium ejus accipio: aram, mentem bonis artibus ac diſciplinis imbutam: honores quoque divinos ac ſacrificia in ſolis orationibus, & ipſis puris ac ſcriptionibus pono. Regerit *Rivetus* pag. 1257. *ſententiam adverſam certè non ſtabilit, quod Paulus ait, Gal. 3. v. 1. Galatis fuiſſe Chriſtum ob oculos eorum crucifixum Prædicatione ſua, quod mirum in hac cauſa objici poſſe à viro docto?* pag. 1263. *Deſcriptio illa, ſive depictio, ut ita loquar, anteà facta, non penicillo pictoris, vel ſtatuarij dolabra facta fuerat: optimè ut Græci veteres omnes explicarunt, ſed præ-*

dicatione Evangelij. At verò quid illa prædicatio in mente operatur: nonnè conceptum crucifixo ſimilem? Quid? quod exempla extent ſurdo mutorum, qui evidentia veſtigia de ſe præbuerunt conceptæ animo fidei ex ſolo affectu crucifixi, absque prædicatione audita! neque ideò pictorum lineæ adæquantur prædicationi Apoſtolicæ, ſed ſubminiſtrantur ut ſervæ. Pergit, *qui talia objiciunt, annon jure ipſis hoc regeri poteſt*; ex *Auguſt.* de conſenſ. Evang. l. 1 cap. 9. *Sic omnino errare meruerunt, qui Chriſtum & Apoſtolos ejus, non in ſanctis codicibus, ſed in pictis parietibus quæſiverunt.* Annè igitur idem ſunt Chriſtus & Chriſti imago? Auguſtinus fortè indigniſſimâ violentiſſimè hîc torquetur, dixit, *errare meruiſſe*, an eos qui Chriſtum, Petrum & Paulum parietibus pinxerint? neutiquam, ſed qui veritatem hiſtoricam ex pictura per ineptam conſequentiam quæſiverunt. *Chriſtus*, ajentes, *pluribus locis cum Petro & Paulo pictus videtur.* E. *Chriſtus ad Petrum & Paulum Epiſtolas ſcripſit*, hoc ſc. eſt à baculo ad angulum! Ruminaſſent hiſtoriam Evangelicam & Apoſtolicam, facilè deprehendiſſent, Chriſtum non potuiſſe ſcribere ad Paulum, nondum Chriſto initiatum. Nonnè pudet tantâ ἀφλεψίαν loci non rectè inſpecti admiſiſſe? Verba ipſa hæc ſunt: *Cum vellent quidam infideles, aliquid fingere Chriſtum ſcripſiſſe ad diſcipulos ſuos, cogitaverunt, ad quos potiſſimum ſcribere potuiſſe facilè crederetur, tanquam ad illos, qui ei familiarius adhæſiſſent, quibus illud quaſi ſecretum dignè committeretur, & occurrit eis Petrus & Paulus. Credo quod pluribus locis ſimul eos cum illo pictos viderunt, quia merita Petri & Pauli etiam propter eandem paſſionis diem celebrius & ſolenniter Roma commendat. Sic omninò errare meruerunt, qui Chriſtum & Apoſtolos ejus, non in ſanctis codicibus, ſed in pictis parietibus quæſiverunt. Nec mirum, ſi à pingentibus fingentes decepti ſunt. Toto enim tempore, quo Chriſtus in carne mortali cum ſuis diſcipulis vixit, nondum erat Paulus diſcipulus ejus, quem poſt paſſionem ſuam, poſt reſurrectionem, poſt aſcenſionem, poſt miſſum de cœlis Spiritum Sanctum, poſt multorum Iudæorum converſionem & mirabilem fidem, poſt lapidationem Stephani Diaconi & martyris, cùm adhuc Saulus appellaretur, & eos, qui in Chriſtum crediderant, graviter perſequeretur, de cœlo vocavit, & ſuum diſcipulum atq; Apoſtolum fecit. Quomodo igitur potuit libros, quos antequam moreretur eum ſcripſiſſe putari volunt, ad diſcipulos tanquam familiariſſimos, Petrum & Paulum ſcribere, cum Paulus*

ner

Digitized by Google

ondum fuerat diſcipulus eius? Pergit *Rivetus. Periculoſius ſanè obiiciunt alia, qui, DEUM ipſum tabulis ligneis, aut parietibus ipſis Sanctiſs. Trinitatis Myſterium incomprehenſibile, aut ineffabile auſi ſunt affigere.* nec abſurdi pudet in tanta veritatis luce? Nec mendacii piget? Cedò, quinam ſunt illi, qui DEUM ipſum tabulis affigere auſi? Eſtnè imago DEI, DEUS IPSE? Pergit: *Sic Ethnici Phantaſmata ſua imitati Deum corporeum effinxerunt.* Sua illi Phantaſmata, nos Theophanias S. literis conſecratas, àque DEO factas. Pergit. *Tali amore plerumq; decipitur anima, ut nihil putet eſſe, niſi corpus, aut etiamſi autoritate commota, fateatur eſſe aliquod incorporeum, de eo tamen niſi per imagines corporeas cogitare non poſſit; & tale aliquid eſſe credere, quale fallax corporis ſenſus infligit.* Hoc demùm peccatum eſt, tale aliquid credere, quale fallax (h.e. Anthropomorphiticus ac Audæanus) corporis ſenſus infligit. Quid id ad conceptum Theophaniæ puriorem ac abſtractivum? Diſtinguendum hic accuratè inter (ut vocant Metaphyſici) *ſignum ſuppoſitivum & manifeſtativum.* Illud τὸ Quod, Hoc eſt τὸ Quo. Arbor à me viſa, eſt ſuppoſitum, QUOD videtur; ſpecies ſenſilis ab arbore in oculum trajecta eſt ſignum QUO, quo ut medio arbor conſpicitur. Talis & eſt Theophania picta, medium ſc. Quo, e.g ex imagine ſenis feror in Numinis æternitatem: columba eſt id quo feror in Sp. Sancti manſuetudinem &c.

§ 31. Negat contrà *Rivetus*, Chriſti formam hodie eſſe pingibilem, hoc fretus argumento. Nulla forma, cujus hodiè nulla extat expreſſa figura, eſt per picturas oculis hodiè repræſentabilis. Chriſti forma talis eſt, ut nulla ejus hodiè extet expreſſa figura. Ergò. Manumiſsà minori, quam firmat toto libello Vavaſſor Lojolita, Majorem infregi inſtantià Imaginum Sanctorum, extrà ædem ſacram habitarum, qualis eſt, e. g. Imago Pauli. Talis eſt iſta, ut nulla ejus extet expreſſa & certa figura. Ergonè peccat, qui pingit? Quid? quod nec tùm, cum Chriſtus in carne eſſet, expreſſa ejus aliqua figura extiterit, niſi illa in Paneade, quæ quod ad ſpeculum Prototypo par fuerit, non liquidò conſtat. Quo igitur opinatur, id factum Spiritu, an paganitatis, quia ritu Ethnico? Ergò & Baptiſmus paganitatis ſpiritum redolebit, quia Ethnici mithriæ ſacris ſunt initiati ſimili ritu: Ergò & cultus omnipotentis DEI fuerit à ſpiritu Judaiſmi. *Hactenus enim*, ait

Auguſt. libr. 20. contrà Fauſt. c. 4. *& Iudæorum me poteras dicere Schiſma, quia & omnipotentem DEVM colam, quod ſibi & Iudæus omnis audaciter aſſumit, cum non conſiderares rituum diverſitatem, qua à me coleretur omnipotens & à Iudæo.*

Auguſtinus l.20. contra Fauſt. c.23. Vſus quarundam rerum ſimilis videtur nobis eſſe cum gentibus, ſicut cibi & potus, tectorum, veſtimentorum, lavacrorum, & qui ex noſtris conjugalem vitam gerunt, Vxorum ducendarum & habendarum, filiorum gignendorum, nutriendorum hæreditandorum: longè tamen aliter his rebus utitur, qui ad alium finem uſum earum refert; Et alius qui ex his DEO gratias agit de quo prava & falſa non credit &c.

Sanè gratitudo eſt generale officium, quo qui fungitur effigiem erigendo, lege naturæ agit, analogæ licet ritui ſimili inter paganos. Alioqui væ tibi *Eraſme Roterodame* in æs fuſe! neque à me effigies in Paneade adducta eſt in demonſtrationem Iconotheſiæ, ſed ad inſtantiam neceſſitatis in expreſſione certâ. *Fabulam* appellat, non probat.

§. 32. Altera quæſtio eſt; an *Imago ab artifice mendaci penicillo facta ſit dejicibilis?* Ait *Rivetus*: Hujusmodi enim imaginem mendacem intelligit, cum eam effringere, & conſequenter juxtà ſuorum praxin dejicere licere aſſerit, in Expl. Decal. p. 71. Ego nego, iteratâ inſtantiâ. Omnis imago mendaci penicillo expreſſa eſt dejicibilis. Poteram negare mendacium penicilli in imaginem cadere (juxtà Philoſophum) ἀφαιρούντων οὐκ εἶναι ψεῦδος: neque enim mentitur, qui angelum abſtractivè concipit in formâ juvenis alati; ſed qui (in ſecundâ mentis operatione) malè componit, dicitque angelum eſſe juvenem alatum. Potuiſſem per inſtantiam è re pari illam propoſitionis amplitudinem reſtringere. Num ideò Tigurina Bibliorum verſio vel Tremelliana, vel Herbornenſis in rejiculis habenda, quia non ſemper exhaurit ſenſum fontis, non ex aſſe refert, non ad amuſſim vertit? Sed repeto inſtantiam de imaginibus ſanctorum domi retentis, non dejectis, dejiciendis tamen ex principio Rivetiano, Item inſtantiam, de imagine in Paneade dejecta quidem, non tamen ab aliquo Apoſtolo, ſed ab aliquo Apoſtata Juliano. Quid vero, qui pedem pedi contulit, Rivetus contrà? *Hic,* inquit, *paulum ſubſiſtendum, ut videantur quàm juſtè voluerit noſtra nonnulla carpere Doctor Argentoratenſis, dicens; me, Virium*

alias

Digitized by Google

aliàs, ut ait, doctiſſimum non videre talem hic ſubſternere fundum, è quo non Chriſti tantùm, ſed omnes ſanctorum imagines dejici poſſunt. Qualis eſt ergò hic, quem ſubſtruxi fundus? nempe dixi, lineamenta corporis Chriſti, ad vivum non poſſe nunc repræſentari, quia nulla extat ejus imago ita expreſſa, ut eum planè referat, quod patet ex variis crucifixi figuris, in quibus eſt magna diſſimilitudo lineamentorum, coloris, ſtaturæ &c. Ideo penicillum pictorum mendacem eſſe, qui nullum habeant exemplar, quod imitentur. Objicit hoc argumento omnes ſanctorum imagines dejici poſſe. Non agebatur de dejiciendis, ſed dubitari poſſe, an ſint ſanctorum veræ imagines, & annon ſub ſanctorum nomine obtrudatur aliorum ſimilitudo, & forte nequiſſimorum hominum, potius quàm ſanctorum: quæ ſi dejicerentur, quid inde periculi foret in religionis præjudicium? in operum Theologicorum Tom.1. p.1257. Ego verò nego hoc quæſitum; nego de obtruſis nequiſſimorum imaginibus actum fuiſſe. Aut cedò ubi? Fuerunt pictores Chriſtiani, pii, etiam orthodoxi, qui Sanctorum imagines pinxere, de quibus tanquam bonis viris dolus præſumi non debet. Eſto decepti fuerint ab aliis, à ſimplicitate veniam habent. Nego, ſi forte nequiſſimorum hominum formam expreſſerint pro forma Sanctorum, propterea dejiciendas fuiſſe. Quod fortè tale eſt, non liquidò eſt tale. Non erant Sanctæ Filiæ Lothi & uxor Oſeæ: Nec tamen veretur *Hieron.* ep.131. ad Ruffinum aſſeverare, *Loth & Oſeam in eo etiam actu, in quo uxores & filiæ figuræ fuere ſynagogæ, Chriſti fuiſſe typum.* Si homo nequam poteſt eſſe typus Chriſti, h.e. imago Chriſti, quidni & imago Pauli, caſu analoga fortè Judæ? Pergit. p.1257. Ait, *ſe non exiſtimare, eos, quibuscum ſibi res eſt, me fortaſſe, probare Bezæ opinionem, qui in Colloquio Montisbelgardenſi profeſſus eſt; ſe ex animo deteſtari imaginem crucifixi, citatq;* pag.418. *Actorum, nempe prout fuerunt edita à Iacobo Andreæ adverſario. At in actis, quæ edidit Beza hæc tantum habentur. Imaginibus pura tota Eccleſia vetus tàm multis ſeculis caruit, & cruces & crucifixos ignorans, & nefarium ducens hominis pendentis imaginem in ſacro loco ſpectari, alludens ad verba Epiphanij in Epiſt. ad Ioh. Hieroſolymitanum, quam è Græco vertit & edidit Hieronymus.* Quanta amabo differentia eſt inter nefarium & deteſtandum? annon, quod quisque nefarium ducit, deteſtatur? Si alluſit Beza ad Epiphanii judicium, ejusdem exemplo crucifixi imaginem diſciſſionis ream damnaſſet. Sic enim *Beza* ipſe in Reſp. ad act. colloq.

part.

part.1. pag.21. *Epiphanius certè Hieronymi σύγχρονος, quum jam ejus tempore non quidem ſtatuarum, ſed picturarum uſus aliquis hiſtoricus, circiter annum Chriſti 380. in loca ſacra ac præſertim in martyrum μνημεῖα irrepſiſſet, per quam primum rimam Sathan mortuorum invocationem in Eccleſiam introduxit: in illa inſigni ad Ioannem Hieroſolymitanum Epiſtola, non ex more aliquo, ſed contra authoritatem ſcripturarum eſſe teſtatur, videns in Eccleſia pendentem, ſive Chriſti, ſive cujuſpiam ſancti imaginem, adeò quidem, ut velum, in quo imago illa depicta pendebat, manibus ſuis conſciderit.* Nonne hoc eſt deteſtari? aliàs, non omnia quæ ſcribit Epiphanius, Eccleſiæ ſacramenta ſunt. Vide quæ de Epiſtola illa Epiphanii Hypobolimæa notavit Forerus in antiq. Pap. part.3. l.7. c.2. p.177. Addit Beza p.22. *Si Paulinus & alij hodie ſuperſtites eſſent, quà fuerunt alioqui pietate præditi, & ipſas imagines, & omnes earum propugnatores animadverſo errore ſuo* CONSPVERENT. Et pag.23. *Cruces & crucifixos retinuiſtis, atqui nullæ magis imagines fuerunt* ELIMINANDAE. Quâ verò fronte audet *Rivet.* fidem abrogare actis colloquii editis, (non à Jacobo Andreæ, ſed) à Principe Imperii Inclyto, eiusque authoritate, ut fatetur ipſe *Beza* in fronte reſp. ad acta colloquii Montisbelg. *Interim*, inquit, *Princeps ipſe Fridericus in programmate actis Colloquij præfixo. ſingulis ait præſentibus, liberum fuit, ea quæ vellent, annotare. Et quia non dubitamus ab initio hujus colloquij, quin multi abſentes ejuſdem Acta magno deſiderio eſſent expetituri: Quibuſdam ex noſtris id negotij dedimus, ut ſingula, quæ ab utraq; parte dicebantur, quanta poſſent celeritate, dexteritate, diligentiâ & fide ſummâ exciperent, atque in chartas conjicerent, ne quicquam quod ſcitu neceſſarium eſſet, in actis, ſi aliquando publicarentur, deſideraretur: ſed ut pars utraque fateri cogeretur: Acta illius colloquij bonâ fide fuiſſe collecta. Neq; verò nos piguit, noſtrâ etiam manu ea annotare, quæ à adverſâ parte contrà piam, ſimplicem & ſinceram doctrinam, in Chriſtiana noſtrâ Catecheſi comprehenſam dicebantur, atq; pertinaciter aſſerebant.* Verba autem Bezæ, ut jacent, ſic habent: *Fateor,* ME EX ANIMO CRUCIFIXI IMAGINEM DETESTARI. *Quæ eſt imago crudelitatis in Chriſtum.* IDEO EAM NON POSSUM FERRE. Quid multa? *Maſſonius* part.3. anatom.p.421. non tantum non negat, hæc verba fuiſſe à Beza jacta, ſed inſuper hæc addit pag.421. daß Beza das Crucifix insonderheit verworffen / iſt geſchehen / weil es von andern abgöttiſcher Weiſe angebettet vnd verehret

wir:

wird / vnd warumb ſolte nicht ein frommer Chriſt ein abſchew haben mit Ezechia für dem Crucifix / oder höltzern Mannsbild / das weder von GOtt / noch von Chriſto / noch einem Propheten oder Apoſteln zu machen befohlen iſt / das vnſerm HErrn Jeſu ſeinen Titul vnd Ehre ſtihlet / das abgöttiſcher weiſe angebetet / verehret / vnd ſonſt vielfältig zu abergläubiſchem Segen / beſchwören / zaubern / mißbrauchet wird. Non igitur mirum, quod Caſſellani in ſuâ rectificatione Catechiſmi Lutheri, ex hoc ipſo ejecerint das Creutz-machen / wann Lutherus dem Morgen-ſeegen dieſe Vermahnung anhänget: deß Morgens ſo du auß dem Bette fähreſt / ſolttu dich ſegnen mit dem heiligen Creutz / das walt GOtt ꝛc. vide Caſſel. Wechſel-ſchrifften. pag. 310.

§. 33. Hactenus ſchola Calvini in examen deducta. Redeundum eſt ad primi præcepti partem ſecundam, inque eadem partem ſecundam comminatoriam.

PARS II. COMMINATORIA.

§. 34. Humanæ leges ſimiles ſæpè ſunt vel gladio in vagina recondito. *Cic. Catil.* 1. n. 4. vel aquæ è ferventi in frigus relapſæ, *Plaut. Curcul.* act. 4. ſc. 2. quia ut aquam ferventem, quamdiu fervet, nemo tangere audet, cùm refrixit, nemo tangere dubitat. Ita leges primum latæ metuuntur, cum tempore obſoleſcunt & negliguntur. Non talis divina Lex eſt, ſed auctoritate Legislatoris, & pœnarum com minatione ſic armata, ut illius potentiam nemo fugere poſſit, harum gravitatem nemo elevare auſit. Comminatio ſic Legi eſt interpoſita, ut utrinque ſepiret. Proponit 1. *vim ac naturam comminantis.* 2. *Pœnas ipſas, quarum una ſpecies,* nimirum hæreditaria quaſi in filios pœnarum derivatio nominatur; omne tamen pœnarum genus tàm temporalium, quàm æternarum complectitur. *Vis & auctoritas* comminantis duabus vocibus exprimitur. 1. אל ab Evangeliſtâ Matthæo explicatur in voce Immanuel DEUS, propriè notat Fortem. Lubet aſcribere verba *B. Lutheri,* quibus ille ſuos obtrectatores (auſos eum accuſare enervati argumenti pro Deitate Chriſti Eſai. 9: 6.) prius quàm natos refutavit. l. de ult. verb. Dav. tom. 8. Jen. Ger. p. 145. Weil das Wort EL nicht allein GOtt wird zugeeignet in der Schrifft / auch nicht von Art die

Gottheit bedeut / ſo kan man nicht hierauß erzwingen / daß es GOtt heiſſen ſoll vnd muß. Nun aber Eſaias hie redt von ſolchen Namen / die nicht die Perſon / ſondern das Ampt Chriſti vnd Art ſeines Reichs anzeigen / vnd wir wol gewiſſere Sprüch haben / will ich bey der natürlichen Bedeutung deß Wortes bleiben. II. קנא Zelotes, Conf. Exod. v. 14. Deut. 4. v. 24. cap. 5. 9. cap. 6. 15. vide Luth. tom. 1. pag. 500. & p. 498. ubi inter alia p. 498. Für der Welt ſcheinets alſo / als wäre GOtt ein lauter Gehnemaul / der das Maul nur auffſperre / oder ein Hanreye vnd guter Mann / der ein andern laßt bey dem Weib ſchlaffen / vnd ſtellet ſich / als ſehe ers nicht. Wider dieſe Gedancken hat Moſes dieſes geredet: So hütet euch / ihr habt einen GOtt / der iſt ein verzehrend Fewer / das iſt / ein ſolcher GOtt / der euch verzehret vnd auffreumet / ſo ihr gottloß ſeyd / eivert / friſſet vnd machet zu Aſchen vnd Staub / er ſchlinget einen hinein / vnd hat eine ſolche Luſt daran / daß er auß einem Eiver vnd zorn dazu getrieben wird / die böſen zuverzehren. Gehet ſolches einmal an / ſo laſſet er nicht abe. Solches kan man die Leute nicht bereden / ſie gläubens auch ehe nicht / biß die Erfahrung kommet / ſo iſts dann zu lange geharret / alſo kondten die Juden auch nicht glauben / daß ſie ſolten verſtoſſen werden gen Babel / wiewol ſolches die Propheten geweiſſaget hatten / als daß daſſelbige verzehrende Fewer kam / vnd ſie vertilgete. Alſo da Chriſtus auch kam / vnd von der letzten Verſtörung Hieruſalem propheceyet / ſo halffs nichs / ſie woltens nicht glauben / biß daß darnach der Glaub ihnen in die Hände kam / da erfuren ſie es mit der That / wenn iezund hundert tauſend zungen ſagten zu den Tyrannen GOtt ein iſt verzehrend Fewer / ſo haben ſie nur einen Spott darauß / hören nicht / vnd halten ſie auch vnſern HErrn GOtt nur als einen Strobutzen / der im Hanff den Vögeln zu abſchew geſtecket wird / aber wenn er zu ſeiner Zeit kommen / vnd alles zu Pulver vnd Aſchen machen wird / Dann werden ſie es gewar werden. Quotuplex Zelus ſit, in ſuperiori diſputatione expoſuimus. Hic Zelus intelligitur è dilectione & irâ mixtus, qualis eſt mariti in uxorem, quam ita impensè amat, ut eam nolit cum alia communem fieri: vel ſi fiat, graviſſimam inde concipiat iram: vide Prov. 6. 34 Jud. 15. 3. Definitore Luthero heißt Zelus auff teutſch (Tom. 2. Isleb. p. 482. tom. 3 p. 163. f. 2.) eigentlich ein freundlicher vnd doch lieblicher Neid oder zorn

oder

oder ſich zwiſchen ſolchen Leuten begibt die einander ſo trew ſind/daß eins nicht wolt/daß dem andern ein Leid geſchehe/oder daß es übel mit ihm zugienge/das hab ich mit einem Wort nicht beſſer können geben/denn Eiver/wiewol man daſſelbige allein von Mann vnd Weib pflegt zuſagen/daß der Mann dem Weibe/vnd das Weib dem Mann vergönnet mit andern freundlich vmbzugehen. Es ſoll auch ein ſolcher Eiver vnter ihnen ſeyn/daß eins auffs ander ein freundlich auffſehen hab/vnd ein wenig neidiſch mit ſey. Doch alſo/daß mans nicht zu viel mache/denn daß ein Weib wolte ihren Mann lieb haben/daß ſie für Liebe ihm nachlieſſe einer andern nachzuſehen/ey das were eine ſchändliche Liebe/wie denn auch das kein rechte Liebe iſt/die vnter Huren vnd Buben iſt/denn es iſt eine fleiſchliche/teuffeliſche Liebe/vnd nicht von GOtt. Opponitur Deaſtris lenonibus, qui promiſcuos amores nemini invidebant. Homo Zelotes & invidus, dicebat olim Julianus Apoſtata, reprehenſione dignus eſt, quis igitur laudet DEUM ob Zelotypiam? nos breviter reſpondemus verbis *Gerſonis* in Pſal.1. *Furis, ô DEUS, ſemper tranquillus, iraſcerus ſemper placatus: non eſt ira & furor in re & affectu tuo,* *ſed extra rem & in effectu.* Et quod univerſim de iis quæ DEO tribuuntur ab hominibus deſumpta pronunciat Juſtin. in qq. & reſp. ad orthod. q.10. id hic quoque applicari poteſt τὰ ἀλληγορικῶς παρὰ τῶν προφητῶν περὶ τοῦ θεοῦ λεχθέντα, κατ' ἀναφορὰν ἐλέχθη ἐκ τῶν φύσει εἰς τὸ οὐ φύσει, οἷον ὡς τὸ ὠσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας, ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων ὠσφράνθη κατὰ φύσιν ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ καταχρηστικῶς καὶ οὐ φύσει.

§. 35. Sequitur *pœna ipſa* (quæ duplex, æterna & temporalis. Temporalis iterum vel ſingularis, vel hæreditaria, vel epidemica, ſonderbare Straff/Erbſtraff/Landſtraff) ab unâ tantùm ſpecie denominata, ita tamen ut inde univerſum pœnarum genus colligeremus. Cujus uberiore expoſitione defuncti ſumus in Lact. Catech. part.1.p.337. & ſeq. Inſuper argumentum derivationis pœnarum hæreditariarum explicatius pertractatum eſt in præ Adamitâ Utini p.315. & ſeq. Unde quæ hîc deficiunt, ſupplenda ſunt. Verſatur igitur pœna cujus hic fit mentio, hæreditaria, inter hos terminos I. STIRPEM à QUA pœna derivatur, ea eſt PATRES (primùm naturales, ſecundariò etiam patres patriæ, ut rectè [illegible]avit ad Ezech.18,2. Sanctius, juxta proverbium, quicquid

delirant reges plectuntur Achivi) quatenus odio proſequentes. Equidem *Auguſtin. tom. 6. L. contra Adamant.* cap. 6. hanc τῶν μισούντων (odientium) ad filios reſtringit, *Ex eo*, ſcribens, *quod additur, qui me oderunt, intelligitur eos puniri peccatis parentum, qui in eadem perverſitate parentum perſeverare voluerunt.* Cæterùm Syntaxis hebræa τὸ לשׂנאי cum אבת connectit. Neque enim hìc habetur præpoſitio על ut in membris præcedentibus, ſed ל genitivi nota, cum regitur à nomine præcedenti. Hinc D. Feurborn. faſc. 2. diſput. 3. theſ. 42. & Piſcator qq. in Exod. ad c. 20. q. 201. obſervant ellipſin hoc in loco duarum vocum על בני hoc ſenſu, viſitans iniquitatem patrum in filios, in pronepotes & abnepotes, in filios, inquam eorum qui oderunt me. Diximus autem Patres eſſe hujus pœnæ terminum à quo, non excluſivè, quaſi pater non ipſe quoq; pœnæ eſſet particeps, ſed incluſivè. Quanquam enim ſæpè patres directe ac immediatè puniantur in liberis, non in ſe, ut David 2. Sam. 12. 14. tamen patres quoque ea pœna cruciat, *percutitur pater in filiis, ut eò acrius uratur. Greg.* in c. 21. *Iob. hinc Chryſoſt. tom. 29.* in Geneſ. ſcribit, *Chamum multò tuliſſe acerbius filij ſui maledictionem, quam ſi fuiſſet ipſimet inflicta.* Sic Zedekiæ non prius effoſſi ſunt oculi, quàm filiorum cædem aſpexit: nec Pharao prius ſuffocatur, quam Lanienam primogenitorum, ſuique primogeniti expertus eſt: nec Sennacherib prius vitam amiſit, quam parricidium à ſuiſmet filiis tulit: nec Ruben inceſtum ſuum luit prius, quam audivit extremam Patris maledictionem potius quàm benedictionem. *Acerrima* (inquit Luther. ad Geneſ. 49. p. 199.) *& horribilis concio eſt in pauca verba redacta, ac Ruben haud dubiè in conſpectum omnium fratrum cum ſumma confuſione & perturbatione animi adſtitit: Pater Iacob hactenus tacuit, jam verò moriens relinquit triſtè & acerbum vale.* Läßt ein ſchändlich *valete* nach ſich. *Horrenda enim ſententia eſt, nec in ulla ſyllaba additur conſolatio, ſed ferè ſingulis punctis tollit vitam, & tamen non occidit. Sicut Moſes quoq; ait: Vivat Ruben, ſed ſit parvus numero. Ac fuit ſanè tribus omnium infirmiſſima, quæ nihil unquam præclarè geſſit.* Hinc Germani proverbialiter GOtt ſchlägt offt auff den Sack vnd meinet den Eſel. Quid ſi verò pater maturius diem obeat, quomodo poteſt pœna filii pertinere ad patrem? Reſponderi facile poteſt etiam mortuis parentibus pœnas ſequentes eſſe pœnas parentum, quatenus

tenus

Digitized by Google

tenus eis fuerant prædictæ. Itaque non ſine metu de ſorte liberorum ſuorum exeunt, qui judiciorum DEI comminationes è verbo DEI audiverunt.

§. 36. II. *Inter Terminum* Ad quem. Is proponitur in his verbis על־בנים על־שלשים ועל־רבעים In filios, in tertianos & quartanos h.e. diſtantes tertio quartoque gradu, pronepotes & abnepotes. Terminus hîc non eſt 1. *incluſivus infinitè*, tanquam poſuerit tertiam & quartam generationem pro Univerſis generationibus, quæ ſeptenario numero ſignificantur, ut allegorizat *Auguſt.* l.1.qq.V.T. c.24. periret enim gratia comparationis, in quâ ita miſericordiæ juſtitia opponitur, quòd illa hâc ſit amplior. non 2. *abſolutè-definitivus certi, præciſi ac finiti numeri*, tanquam non aliquando in plures aut pauciores gradus animadvertere DEUS poſſit, quia hâc lege ſibi libertatem agendi non eripit. Loquitur de eo quod homines merentur, & quod ipſe facere juſtè poteſt, non quod ſemper obligatione quâdam facturus eſt: Teſtatur enim Scriptura S. ab hâc pœnâ exemtos fuiſſe ſpeciali gratiâ Hiskiam impii Achaſi filium 2.Reg.16.20. Joſiam Manaſſis Nepotem, & Ammonis filium 2.Reg 21.24. Confer Num.26.11. 1.Reg.14.13. *Sed 3. ætati patrum accommodativus*, quia olim ſoliti fuêre patres tam diu vivere, donec filios tertios aut quartos habeant, exemplo Jobi c.42.16. Ut ſic mutuò videre poſſint & filii peccata parentum ad imitandum, & patres pœnas filiorum ad dolendum, verba ſunt *D. Feurborn: diſp. cit. theſ.72. confer Thom.2.2 q.87. art.8. Lombard. L.2. diſt.33. Lit. L. & 4. comparativus cum miſericordiâ divinâ*, quoad inæqualem viſitationis extenſionem & diſproportionem quaternarii ad milleſimum; quæ inæqualitas in DEO non eſt ſed in effectibus divinis. Non ineleganter ὁ δεῖνα comparat DEUM cum Artaxerxe Xerxis filio, qui quod haberet dexteram majorem ſiniſtrâ, Longimanus dicebatur: Ita DEUS ſit ad benefaciendum Longimanus, ad caſtigandum brevimanus, ad accipiendum nullimanus.

§. 37. Cæterùm ut patres abſolutè non ſunt termini à quo, hujus pœnæ, ſed cum προσθήκῃ hæc dicuntur. Ita Filii non abſolutè ideo tantum, quia filii ſunt, denunciatas pœnas excipiunt, ſed conditionatè quatenus communicantes delictis parentum. Non *abſolutè* quia obſtat 1. relatio pœnæ & culpæ, quarum unâ negatâ alteram quoque negari neceſſe eſt, quia 2. negativa expreſsè extat:

Ezechiel. 18. 4. cujus loci pleniorem explicationem & vindicias vide-ſis cit. faſc. D. Feurborn. theſ.15. & ſeqq. ſed *conditionatè*, quatenus communicant vel 1. *carnali generatione*, ὅτι οἱ γονεῖς στέργουσι τὰ τέκνα ὡς ἑαυτῶν τι ὄντα l.8. Eth.c.12. quo pacto peccatum originis & ejus pœna in poſteros derivatur. Sic quandoque è libidinoſis, ebrioſis &c. naſcuntur ſimiles: κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν. Non quod ipſi habitus propagentur, ſed inclinationes ac diſpoſitiones, quale quid in podagricorum filiis ipſis quoque podagricis deprehendere licet. vide *Auguſt. in Enchir. ad Laurent.* c. 46. l. 6. *contra Iulian. pelag.* c.10. vel 2. *imitatione*, quæ delictum aggravat, quatenus aliorum exemplo impudentius, audaciùs peccatur. confer Jerem.7.26. vel 3. *Conſenſione*. *Societas namq; malorum una perſona*. Aug. tom.7. ad Donatiſt. poſt collat.c.7. hinc ſcholaſticis

Juſſio, Conſilium, conſenſus, palpo, recurſus
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans,

cauſæ alicujus delicti morales habentur. vel 4. *Conniventiá*, cujusmodi peccati ſe alligârunt vigiles Ezech.3.18. Heli 1.Sam.3.13. cujus molliorem in filios Belial indulgentiam ſerò poſt luit Ahimelech, ſecum trahens totius Cleri ac civitatis Nobææ excidium.

Quæ etiam cauſa fuit cladis populi cum Saule pereuntis in poſtremo ejus belli; pars populi Davidem prodidit, pars una cum Saule eundem perſecuta, pars maxima connixit; nec diſplicuit.

Sunt, qui filios abſolutè pœnæ parentũ ſubjiciunt, rejectâ ſententâ de communicatione delictorum. Ita è veteribus *Tertull. L.2. Marcion.* c.15. *Thom.*1.2. q.87. art.8. Quorum nuper patrocinium ſuſcepit *Andreas Rivetus* in explic. decalog. p.m.102. invictis, ut opinatur ipſe, argumentis. quia 1. iis, qui oderunt DEUM, opponit DEUS eos, qui ipſum diligunt & ipſius mandata ſervant. In poſteriori autem membro intelligi parentes ipſos, non autem eorum generationem, vix eſt qui dubitare poſſit. quia 2. ſi loqueretur de filiis qui oderunt DEUM, imitantes parentes ſuos, loqueretur etiam de iis qui DEUM diligunt eodem modo, ac proinde diceret in tertiam & quartam generationem, & non in millia: aut certè erga eos, qui DEUM oderunt in mille etiam pænè infinitas generationes protenderet. Quis enim neſcit DEUM viſitaturum impiorum patrum impiam generationem in perpetuum? quia 3. periret gratia comparationis

in quâ

in quâ ita opponit miſericordiã juſtitiæ; ut eam extollat in eo, quod exerceat in filios, in mille generationes propter parentes, cùm tamen non puniat eorum peccata in filiis, niſi uſq; ad tertiam & quartam generationem, quia 4. non tàm puniret DEUS peccata parentum quàm filiorum. Quænam autem hæc eſſet dehortandi ratio? cavetote vobis ab idololatria, quia ſi filii veſtri uſque ad quartam generationem idololatriam committant, eos puniam. *Reſpondeo* ad 1. non ſequi DEUM, ſi filios abſolutè gratia afficiat, ideò ſolùm quia piorum parentum filii ſunt, eosdem abſolutè etiam pœna afficere, quia piorum parentum filii ſunt, eosdem abſolutè etiam pœna afficere: quia ut hujus oppoſitionis non æqualis eſt ambitus quoad extenſionem, Ita non eadem cauſa, quoad merendi rationem. Gratia enim divina immerentem afficit, Ira divina immerentem non punit. deinde dubitari utique poteſt annon in poſteriori membro etiam generatio intelligatur, quæ ſi DEUM dilexerit, etiam habet quod ſperet præmia, ad 11. fateri ipſum Rivetum inæqualem eſſe Miſericordiæ & juſtitiæ ambitum. Cauſa inæqualitatis ſupra fuit edita. Diſtinguendum hîc inter peccata propria & communicativa. Propria DEUS in perpetuum punit: ſed communicativorum peccatorum quoad puniendi rationem certus eſt terminus. ad III. non perire gratiam comparationis inde patet, quia eandem ſupra obſervavimus, rejectâ licet opinione contraria. ad IV. viſitari nihilominus in filiis peccata parentum idq; tribus modis 1. *ratione gradus*, quia gravius puniuntur liberi, quàm ſi ſoli deliquiſſent. Nec malè *Corn. à Lap. in Deut. 5. ſolet*, ſcribens, *DEUS non ſtatim ad peccata vindicanda proſilire, ſed exſpectare donec menſuram peccatorum à ſe definitam, multitudine ſuâ & enormitate homines compleverint* confer Gen. 15. 16. Matth. 23. 32. & 35. Cùm verò completa fuerit hæc menſura, tunc uno quaſi gurgite effundit iram ſuam DEUS, graviusque punit poſteros, quàm puniviſſet ſi ſoli ipſi peccaſſent. 2. ratione derivationis pœnalis ob alia delicta. Senſus namque eſt (verba ſunt *D. Feurbor.* theſ. 44.) *quod DEUS facinora parentum peſſima in filiis flagitioſis velit plectere, ſive filij illa eadem crimina paterna patrent, ſive alia facinora prava deſignent.* Si enim duntaxat hic eſſet ſenſus, quòd DEUS patrum peccata, quæ eadem filii nequiter imitati ſint, velit in iis viſitare, tùm filii tantummodò ob,

dò ob ſua peccata viſitarentur: cum tamen peſſimi filii ob parentum etiam maleficia viſitentur. 3. *ratione medicinæ atq; crucis* piorum liberorum. Impiorum liberi innocentes ſæpe affliguntur ob delicta parentum, non per modum pœnæ ſed medicinæ & crucis.

§. 37. *Fundamentum* pœnæ eſt *Iniquitas & odium*, quarum illa negat rectitudinem & notat deflexionem à lege ipſam ſcil. *ἀνομίαν* עין ab עוה perverſitas, curvitas. Hoc inſuper hoſtilem in DEUM ſenſum complectitur. Comparatè veteri Judæorum proverbio dicebatur *uva acerba*, quâ dentes filiorum obſtupuerunt Ezech.18.2. Jerem.31.29. Comparatio potiſſimùm conſiſtit in effectu. Uva acerba primùm edenti parit odontalgian, quâ impeditus guſtare dulcem cibum nequit, & ſuo merito affligitur aliquâ injucunditate, pœnâ ſcil. intemperantiæ. deinde propè ſtanti & aſpectanti dentes obſtupeſcunt nihil tale merenti. vide Ariſt. L. probl. ſect.7. q.5. Ita commiſſio peccati parit debitam pœnam, impedit quò minus guſtare peccator poſſit, quàm ſuavis ſit Dominus Pſal.34.9. Et *dum peccato anima paſcitur, panem juſtitiæ edere non valet. Greg.* in c.13. Job. Idem peccatum in parentibus obſtupefacit filiorum dentes, id eſt, in pœnæ ſocietatem trahit.

§. 38. IV. *Afflictio* quam Dominus minatur eſt *viſitatio*. Quæ vel eſt 1. *gratioſa*, ut Luc.7. verſ.16. & alibi, qualis hic non intelligitur. vel 2. *pœnalis & judicialis* Num.16.29. Eſa.29.6. Jer.58. c.9. 9. c.11.22. & alibi, vel 3. *Medica* quæ crucis afflictio & prædia appellatur. Hebr.12.5. Reſpectu liberorum impiorum & in peccata parentum conſentientium, viſitatio *τιμωρία* eſt: reſpectu piorum ac innocentium *δοκιμασία*. *Τιμωρία* reſpectu impiorum, de quâ prolixè §. præced. *δοκιμασία* verò reſpectu piorum & innocentium. neque enim cum Jonathan Saulis hæres coronam regiam non eſt conſecutus: aut cum in bello cecidit cum Patre, ea pœna fuit. illic enim beneficium indebitum non accepit, non tulit ſupplicium; hîc cecidit ut Heros, nulla ſua culpa, pro lege & grege. Ibi pœna ubi noxa, ait JCTUS. Exempla legas licet Gen.7.12. 1. Sam.3.2. 2.Sam.12.15. Jerem.31.15. Matth.2.18. Dicuntur autem innocentes non abſolutè ſed relatè ob meritum Chriſti fide apprehenſum Rom 8.1. vide *D. Feurb.* l. cit. theſ.12 & 15. & nominatim infantes ob maleficiorum præelectivorum *ἀπειρίαν* ib. theſ.35. Infantes dilu-

vii

Digitized by Google

vio ſuffocati & Sodomico igne deglutiti mortem DEO debuerunt per juſtitiam; genus mortis eidem Numini liberum fuit ex jure Dominii reſervato; Ninivitarum liberis (ipſis quoque pœnitenciam ſuam jejunio & lactis privio confitentibus) parcitum eſt, ex miſericordiâ: æterna pœna condonâta propter illum, qui in mundum venit, ut quæreret quod eſt perditum, ex gratiâ patris cœleſtis, nullum ex his minimis perire volentem.

§. 39. Exempla pœnarum hœreditariarum *præcepti* 1. Primogenitus Pharaonis, ob inobedientiam Saulis Jonathan 1.Sam.31.2. Exod.12.19. Achabi Idololatræ, Filii: Ezechiæ tandem in ambitionem lapſi 2. Reg. 20. verſ. 13. Manaſſis & Hammonis Joſias 2. Reg. 23. v. 26. ipſe quoque temerarius bellator 2. Paralip. 35. 23. ob neglectum Chriſti, pueri Bethlehemitarum Matth. 2. 16. II. Ob *perjurium filij Zedechiæ in oculis* Patris occiſi Jerem. 39. 6. & filii Saulis ob perfidiam 2. Sam. 21. 6. 8. 9. III. Ob *contemtum Verbi Divini* Judæi, Pontificii, totus ferme Oriens, de quibus non immeritò quæritur, *quomodo pœna ob Acediam parentum afflicta poſteritati, ſtare poſſit cum Univerſali ac miſericordi DEI omnes homines ſalvandi voluntate?* Diſtinguimus nos breviter inter ſalvandi voluntatem, & actualem vocationem, cujus duplicem modum declarat *D. Meiſn. dec. 2. anthropol.* diſp. 3. q. 3. theſ. 15. ſpecialem unum, apertum, directum, illuſtrem & manifeſtum, & hunc vel extraordinarium vel ordinarium: Et generalem, obſcurum, implicitum, indirectum. Quâ poſitâ diſtinctione has formamus concluſiones. I. *ſalvandi & vocandi voluntas eſt univerſalis,* quæ ter ſe actu ſecundo prodidit 1. in protoplaſtis, 2. in familiâ Noachi, 3 tempore Apoſtolorum Marc. 16. 20. Rom. 10. 18 Col. 1. 6. II. *Vocatio generalis itidē univerſalis* eſt quatuor pœnitentiæ præconibus uſa, quibus etiam ethnici (ut ſtellâ viſâ Magi, gentium ſc. primitiæ) ad Eccleſiam invitantur, vide D. Meiſn. Loc. cit. & D. Frantz. de Interpret. Script. S. p. m. 154. & seqq. III. *actualis vocatio extraordinaria* per ipſam DEI vocem & inſignia miracula *particulariſſima eſt*, quæ Judæis olim contigit, non ita populis aliis. IV. *Actualis vocatio ordinaria* itidē particularis eſt. Cum univerſalitas actualis & ſemper continuatę vocationis, repugnet & divinę libertati & ſeveritati in malitioſos verbi contemtores diſtrictæ, de quibus comminationes extant Amos 8. 11 Act. 13. 46. Confer Remonſtr.

 defenſ.

defenſ.circ.artic.ſecund.de morte Chriſti pag.325. IV. Ob *Contumeliam patri illatam* Chami filius natu minimus Chanaan Gen.9.25. ſeu quia, ut quorundam fert conjectura, ipſe quoque avo illuſerat, & prior patri indicaverat, quo in ſtatu Avum reperiſſet: ſeu quia acriori talione puniendus erat Chamus patris illuſor, in filio minimo, quem teneriori affectu proſequebatur. V. Ob Tyrannidem & inſultationem in victos Babylonii Pſ.137.9. Eſa.13.8. Tyrii Joel. 3.8. & injuſtam Chriſti traditionem ac cæſionem Judæi. Matth. 27. 25. confer Matth.23.35. VI. Ob *Davidis adulterium* filius mortuus præmaturè 2.Sam.12.15. & ob eandem cauſam ſpurii Deut.23.2. Sap.3.18. & filii Sodomæorum Gen.19 25. VII. Ob *avaritiam liberi* Giezi 2. Reg.5.27. ob furtum Achanis poſteri Joſ.7.24. de quibus rectè conjicit Reinking. in bibl.polit. l.3.axiom.40.p.84. So viel das Exempel Achans anlangt / ſo meldet die Schrifft gar nicht / daß ſeine Söhne vnd Töchter ihres Vatters übertrettung halben zum Tode verurtheilet vnd verbrandt worden / ſondern wird Joſua als ein gewiſſenhaffter / verſtändiger Richter / der in dieſer Sache / ſo fleiſſig inquiſition vnd Erkündigung aller Umbſtänd / auch deß corporis delicti angeſtellet / befunden haben / daß Achans Kinder mit ihrem Vatter in pari reatu geweſen ſind / vnd ſich deß verbanneten Raubs mit theilhafftig gemachet / ſonſten wann er dieſelbe vnſchuldig / oder deß Alters von Jahren befunden / daß ſie darinn nicht geheelen / oder ſich ſolcher That theilhafftig machen können / er die vnſchuldige mit den ſchuldigen nicht würde wider die Gerechtigkeit tödten laſſen. Dann als Korah / Dathan vnd Abiram mit ihrem gantzen anhang wegen ihrer Rebellion vnd Auffſtandes wider GOtt vnd wider Moſen / als Rei Majeſtatis verdammet / vnd lebendig von der Erden verſchlungen worden. Num.16. ſind doch die Kinder Korah / ohn zweiffel weil ſie vnſchuldig geweſen / vnd ſich ihres Vatters Miſſethat nicht mit theilhafftig gemacht / übrig geblieben vnd nicht mit von der Erden verſchlungen worden. Num.16.11. VIII Ob *accuſationem injuſtam Satraparum* liberi Dan.6.24. IX. & X. Ob *gulæ concupiſcentiam* Evæ, totum genus humanum Rom.5.12. Claudat hunc paragraphum Claudianus,

In prolem diluta ruunt perjuria Patris,
Et pœnam merito filius ore luit.

Et

Digitized by Google

Et quas fallacis collegit lingua Parentis,
Has eadem nati lingua refundit, opes.

PARS III. PROMISSORIA.

§. 40. Hactenus Comminatio divina. Sequitur Promiſſio, in quâ conſideranda 1. *objectum perſonale* 2. *objectum reale* 3. *terminus promiſſionis.* Objecta perſonalia ſunt ii Quibus facta promiſſio. Uti ſunt 1. *diligentes* Dominum לאהבי ab אהב diligo, quod verbum maximè ſponſæ amorem in ſponſum exprimit, adeoque fidelitatem uxoriam. 2. Cuſtodientes præcepta mea ולשמרי מצותי *Objectum reale eſt res promiſſa*, nimirum beneficentia ſeu factio miſericordiæ ועשה חסד voce חסד notari exceſſum boni, cum quis plus quàm teneatur, benefacit, auctor eſt Pagninus in Lex. è R.Kimchi. Unde חסידה ciconia Lev.11. verſ.18. Jerem.8. verſ.7. ut intelligamus paternum DEI affectum ac στοργὴν in diligentes ipſum, vide D.Frantz. hiſt. anim. part. 2. c.8. Quæ conſideratio nobis evidens præbet argumentum contra meritoriam juſtificationem. Quod enim DEUS compenſat ex miſericordiâ, id non ex juſtitiâ, meritum mercede, compenſante. At amorem ſui ac obedientiam compenſat ex affectu miſericordi & quaſi pelargico. Adde quod ad meritum propriè dictum tria requirantur ut præſtes 1. operam indebitam. 2. ex propriis & naturalibus viribus. 3. ex virtute juſtitiæ commutativæ compenſandam, ut quantum quis meruit accipiat, non plus minusve. Quorum nullum de noſtris operibus affirmare licet. 1. ſunt multis nominibus debita. 2. ex naturalibus viribus non procedunt, ſed ſunt fructus ſpiritus. 3. plus accipiunt quàm præſtiterunt: nulla namq; proportio noſtrorum operum ad beneficia divina Exod. 34. 6. & ſeqq. Supereſt terminus Millibus לאלפים qui terminus iterum non eſt limitativus libertatis divinæ, ſed miſericordiæ cum juſtitiâ comparativus, ut ſupra. §.36. & ſeq. Complectitur hic terminus primùm ſubjecta hæreditaria, ipſos Liberos, deinde adjuncta, bona ſcil. hæreditaria, ut ſunt, 1. quoad animum, Generoſitas, fortes namque creantur fortibus, nec imbellem progenerant aquilæ columbam. Quanquam enim ſæpe heroum fili noxæ, & חמץ בן יין tamen id

 potius

potius evenit ex accidenti, neglecta ſcilicet educatione & ſupervenienteſeductione. 2. quoad corpus hæreditaria ſanitas & formoſitas. Quoad 3. fortunæ bona; 1. hæreditaria felicitas, Proverb.20.7. Lux hæc illa eſt, quam Dominus in Davidis poſteris ſe ſervaturum pollicitus eſt, vide 1. Reg. 11. 36. 2.Paralip.21.7. Confer Druſ.l.1. q. Hebr. q.26.2. hæreditatia amicitia, qualis fuit inter Davidem & Mephiboſeth 2.Sam 9. Salomonem & Hiram 1.Reg.5.7.8. hæreditariæ divitiæ, dum contra apud impios de malè quæſitis non gaudet tertius hæres. 4. hæreditaria nobilitas, quæ vel una illuſtre hujus promiſſionis in milleſimam generationem exemplum eſt. Fuêre qui acumine ſuo abuſi hanc dignitatem olim elevarunt, quibus exempla ſanctorum opponimus, Davidis, cujus poſteri hâc luce divinitus ornati: Danielis & ſociorum Dan.1.2. quorum exemplo hanc quoq; exercitationé obſignamus. Interim Lectorem ad hodomoriã utramq; legi primæ adverſam, remittentes.

GYMNASIUM CASUALE LEGIS DECALOGICÆ PRIMÆ.

Quæſt. I.

An, cur, quantum, quo modò & quo actu Numen conſcienter colendum eſt?

§. 41. Stulti interrogatio prima videri poſſet, niſi *Atheiſmus*, qui hâc inſaniâ laborat, pervincendus eſſet. Sanè è quo lumine docemus Numen eſſe, eo & colendum eſſe. Colendi debitum δικαίωμα naturale exigit. Ἐυεργεσία & ἐυχαριστία ſorores ſunt. Beneficium trahit venerationis officiũ. *Si pauca*, ait Seneca, *quis tibi donaſſet jugera, accepiſſe te diceres beneficium, immenſa terrarum late patentium ſpatia, negas eſſe beneficium? Si pecuniam aliquis tibi donaverit & arcam tuam, quia id magnum tibi videtur, impleverit, beneficium vocabis: tot metalla defodit, tot flumina emiſit in maria, ſuper quæ decurrunt ſola aurum vehentia, argenti, æris, ferri inane pondus omnibus locis obrutum, cujus inveſtigandi tibi facultatem dedit; latentium divitiarum in ſumma. Terra ſigna depoſuit: negas te accepiſſe beneficium? Si domus tibi donetur, in qua marmoris aliquid reſplendeat, & tectum nitidius, auro aut coloribus ſparſum: non mediocre munus vocabis ingens tibi domicilium, ſine ullo incendij aut*

ruina

Digitized by Google

vninæ metu ſtruxit, in quo vides non tenues cruſtas, & ipſa quæ ſecantur lumina graciliores, ſed integras lapidis precioſiſſimi moles, ſed totas variæ diſtinctaq; materiæ, cujus tu parvula fruſta miraris; tectum verò aliter nocte, aliter interdiu fulgens. negas te ullum munus accepiſſe, & cum iſta quæ habes, magni æſtimes, quod eſt ingrati hominis, nulli debere te judicas. Vnde tibi iſtum quem trahis ſpiritum? Vnde iſtam, per quam actus vitæ tuæ diſponis, atq; ordinas lucem? Vnde ſanguinem, cujus curſu vitalis continetur calor? Vnde iſta palatum tuum ſaporibus exquiſitis ultra ſatietatem laceſſentia? Vnde hæc irritamenta jam paſſæ voluptatis? Vnde iſta quies, in qua putreſcis ac marces. Nonne ſi gratus es dices:

——— DEVS nobis hæc otia fecit?
Namq; erit ille mihi ſemper DEVS, illius aram
Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus.

Sed & lacteum eſt illud Lactantii dictum libr. 3. c. 9. *Quo redarguit Anaxagoram ſapientem, qui rogatus cujus rei cauſa natus eſſet? reſpondit: Solis ac cœli videndi.* *Nam non,* ait Lactantius, *naſcimur; ut ea quæ ſunt facta videamus; ſed ut ipſum factorem rerum omnium contemplemur, id eſt mente cernamus. Quare ſi quis hominem, qui vera ſapit, interroget, cujus rei gratia natus ſit? reſpondebit intrepidus ac paratus, ſe colendi* DEI *gratia natum, qui nos ideo generavit ut ei ſerviamus.*

§. 42. Cauſam colendi indicat DOMINUS ipſe, cum coronam quaſi axiomatum, virtutum ac elogiorum divinæ eſſentiæ & majeſtatis in S. literis concinnat, pleroma ſcil. Deitatis in Phænom. 3. hodoſoph. expoſitum. Quot nomina divina tot illicia laudis. cum deinde DOMINUS ſeipſum nominat Α & Ω auctorem & finem omnium rerum, à quo omnia bona fluunt, in quem omnia refluunt, atque hinc Numen eſt glorioſum, ἀξιοσεβὲς, σέβασμ. *Quantum* deinde venerationis, tantum eſt, ut nullo noſtro cultu poſſit adæquari. hîc certè finiti ad infinitum nulla eſt proportio: Sicut autem in pœna infernali, ob crimen læſæ Majeſtatis infinitæ ac internæ, infinitum duratione ſempiternitatis aliquatenus compenſatur: Ita & æviternitas cultus Divini par impar eſt. Tum *MODVM* colendi monſtrat Modus (quanquam ſine modo) Numinis ſive πνεύματος ipſius. Eo namque modò colendus eſt, quo ipſe DEUS eſt. docet id Chriſtus Joh. 4. 24. *DEVS eſt ſpiritus: & qui adorant eum, oportet ut ſpiritu ac veritate adorent.* Eſt Numen

 unum

unum & ſummum, eſt DEUS Zelotes. Ergò unicè, indiviſè, atonicè, ſummè, ſuper omnia colendus, eo cultu ac amoris caſtimoniâ rivalis neſciâ, quâ uxor maritum proſequitur, unicè unicum. Hinc *Auguſtinus* l.1. de conſenſu Evang. c.17. quærit, cur Romani colentes deos omnium gentium non coluerint DEUM Hebræorum, cum Hebræos æquè ac alias gentes, ſubjugaſſent? *Nam*, inquit, *coluerunt, aliarum gentium Deos, quas Romanum ſubjecit imperium, præſertim cùm eorum ſententia eſſet, omnes Deos colendos eſſe Sapienti*, at reſpondet: *Nihil reſtat ut dicam, niſi quia hic ſolum ſe coli voluerit.* Maluerunt ergò illo carere, quàm reliquis omnibus. Et hic quidé pantheiſmus eſt, in illo pantheo Romano graſſatus, in quo omnes Dii aſciti, ſolus Chriſtus excluſus eſt. Hìc quoq; πολυφιλία ἀφιλία! adde & colendus *diviſè* à quovis alio cultu. Sicut enim nomen DEI analogicè etiam creaturis tribuitur, ſoli primo independenti enti propriè & incommunicabiliter; ita & σεβάζω vel σέβασμα nomen vel commune eſt omni eo quod eſt venerabile, Cæſar σέβαστος audit, quia honoris officio proſequendus Act. 25. 21.

Quem in locum hæc annotat *Cornel. à Lap. Abuſi ſunt gentiles hiſce elogiis & titulis, cum ſuos reges & Imperatores vel metu, vel adulatione pro diis habuerunt divinis honoribus ac ſacrificiis coluerunt. Unde Virgilius de Octavio Auguſto Eccl.1.*

Namq; erit ille mihi ſemper deus illius aram
Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus.

Sanius Chriſtiani reges & Impp. Auguſtos nuncupant & venerantur quaſi divinitus datos, & religioſâ quadam veneratione, humanâ tamen, non divinâ ob merita in remp. obſervandos.

At Numen cœleſte ſicut unum eſt, & diviſum à quovis alio ente, ita & σέβαστος eſt unicè, propriè, incommunicabiliter ac diviſè ab alio extra ſe. Sic enim gloriam ſui alteri extra ſe, nulli ac nullus dabit. Solus reſpectus vicariatus, amicitiæ, organicus, ad Numen ſupremum, hanc θεοσέβειαν nulli enti extra ſe communem facit, ſicut nec Regis nomen vicario Regis, aut Sponſi Regii dignitas regio alicui amico concedi ſolet. Extant quidem vaſa gloriæ divinæ ἀξιοτίμια, non item ἀξιοσέβαστα & religioſè colenda. Vas electum S. Paulus fuit ac mirificum, at Sacrificii honorem eſt deprecatus Act. 14. 14. θαυμάσιος καὶ ἀξιοσέβαστος eſſe noluit S. Petrus; ſed hunc honorem Jeſu Nazareno in ſolidum tranſcripſit Actor. 3. 15. Si alioqui omnis is, qui eſt organum gratiæ divinæ mirificæ, religioſè colen-

dus

ctus eſſet, omni miniſtro Sacramenta diſpenſanti hæc gloria deberetur, ac vivo magis quàm cœliti longè abſenti, de quo non liquet, an gratiæ ſupernaturalis diſpenſandæ fuerit organum, vel an ſupplicatione interceſſoriâ eam conſecutus fuerit? Eſt tamen aliqua ἀξιοσέβεια revelatā quæ uni alicui creaturæ intra SS. Trinitatis ſinum receptæ, quæ nec alter ſit (hoc enim perſonale nomen eſt) nec extra DEUM, ex gratiâ unionis perſonalis & exaltationis gloriæ, carni ſc. Chriſti donata eſt Phil. 2.8. Manet nullum ens eſſe ἀξιοσέβαστον religiosè, in quo non eſt σέβασμα ſive Majeſtas DEO digna, totiusque Deitatis pleroma, ſive per naturam ſive per gratiam ſingularem.

§. 43. Eſt præterea DEUS *Numen verum*. Ergò verè, qualem ſe in ſpeculo ſui verbi depinxit ac ſine hypocriſi, ac ut Chriſtus tradit, *in ſpiritu*, non ſolo externo corporis geſtu, ſed toto & ſincero animi ſenſu, ex toto corde, ex totâ animâ, ex omnibus viribus colendus. Eſt *Numen optimum* E. optimè colendum, juxta voluntatem Numinis revelatam, regulam oris Dominici mandantis ac promittentis, ex intentione gloriæ divinæ ſeu actuali ſeu virtuali, ἐθελοθρησκείας omnem reſpuentis. an non enim ipſa natura docet, Heri non ſervi modulo ſed ipſius Heri preſcripto ſerviendum eſſe? Eſt autem iſta regula quærenda in lumine aliquo, quod tam benefici Numinis dictamina continet; Igitur altiori lumine opus atque hinc cultu illuminato è S. literis. nec timere, nec diligere DEUM poteſt, qui vel neſcit, vel non rectè diſtinguit, concipit, applicatque virtutes DEI & terrificas & lætificas. Ita & qualem quiſque DEUM ſibi fingit pingitque talem habet.

Luth. tom. 1. Isleb. pag. 133: Hält er ihn für einen gnädigen GOtt / ſo läſt er ſich alſo erfinden / vnd erzeiget ſich alſo gegen ihm. Aber böſes Gewiſſen vnd ein vngläubig Hertz thut ſolches nicht / hat nicht ſolche Zuverſicht zu GOtt / ſondern fleuhet ihn / vnd hält ihn für einen ſtrengen Richter / der findet ihn alſo.

Iuxta voluntatem revelatam dixi, quæ ſola actionum noſtrarum norma eſt 2. Sam. 10.12. 1. Maccab. 3.58.59.60. Diſtinctionem voluntatis revelatæ & arcanæ exemplis declaravimus in Hodoſoph. Phænom. 3. pag. 164.

Nunc addatur memorabilis conſcientiæ informatio, edita à Brentio in Act. 10. pag. 2375. Obedientia Petri monet nos, ut abſcondita fidei myſteria minimè curioſè perſcrutantes mani-

feſtis.

Digitized by Google

feſtis & revelatis DEI mandatis obſequamur. Etenim ſi, ut Petrus de intelligentiâ viſionis illicitus, priusquam illam aſſequeretur, juſſus eſt à Spiritu, ut ad Ethnicos accederet cum illis profecturus, ac obediens reipſâ tandem omnium divinorum myſteriorum cognitionem adipiſcemur. Myſteria autem nunc non ea tantùm voco, quæ ſunt de divina prædeſtinatione, de divinis Sacramentis & id genus aliis rebus, ſed omnia DEI conſilia nobis occulta. Vt ſi quis Paterfamilias habeat numeroſam prolem, fame ac rerum omnium egeſtate prematur, novit quidem ex verbo Domini DEVM promiſiſſe populo victum & amictum, ſed neſcit conſilium quomodo ille velit familiæ ipſius conſulere. Quid ergo faciendum eſt? Num occultum illud conſilium DEI curioſe perſcrutandum eſt? Ne poteſt quidem. Num deſperandum? Abſit, ſed credendum eſt promiſſioni divinæ & manifeſta DEI præcepta facienda ſunt. Quæ, dicis? non furandum, neminem impoſturis decipiendum; ſed ſuæ vocationi diligenter ſerviendum, Hæc DEVS manifeſtè præcipit, quæ ſi fecerimus omnia vitæ neceſſaria adjicientur nobis. Afficitur aliquis gravi morbo, is novit quidem, DEVM omnibus afflictis & contritis corde liberationem promiſiſſe, ſed inſtante ſubinde magis ac magis dolore neſcit conſilium DEI, quo velit ipſum à morbo liberare. Quid ergò agendum? Licebitne arcana conſilia DEI perſcrutari, minimè: neque enim humani ingenii eſt, poſſe occulta DEI veſtigia inveſtigare, Deſperandumne eſt de liberatione? Multo minus id fieri debet, ſed obediendum eſt manifeſtis DEI præceptis. Iuſſit enim DEVS credere, orare & permiſit ordinariis medicinis uti. Hæc ſi fiant, Dominus DEVS noſter opportuno tempore nobis etiam arcanum ſuum conſilium de reſtituendâ ſanitate revelabit. Proinde abjectâ omni curioſitate hoc ſolum conemur per Chriſtum Ieſum, hoc ſolum agamus ut revelato DEI verbo obediamus: ſic enim fiat ut tandem DEVM cognoſcamus, ſicut ab ipſo cogniti ſumus.

IRNER. Opusne eſt ſemper adeò & ubique noſtram voluntatem divinæ accommodare: nihil ut velle poſſimus quod ipſe nolit, nihil ut nolle, quod ipſe velit? DUAR. Reſpondet *Leo M.* ſerm. 1. de jejun. *Si inter homines ea demum firma amicitia eſt, quam morum ſimilitudo ſociavit: cum tamen parilitas voluntatum ſæpe in reprobos tendat affectus: quantum in nobis optandum, atq; nitendum eſt, ut in nullo ab iis, quæ DEO ſunt placita diſcrepemus? & iterum. Si enim humanæ amicitiæ pares animos & ſimiles expetunt voluntates: nec unquam diverſitas morum ad firmam poteſt venire concordiam; quomodo divinæ particeps erit pacis, cui ea placent, quæ DEO diſplicent: & iis appetit delectari, quibus illum novit offendi?* Hæc Leo. Exemplum extat in Samuele DEI amico, Saulis, ex albo amicitiæ divinæ expuncti, ſortem lugente 1. Samuel. 16. 1. quod non oportuit; ſuppoſitâ abſolutâ repudii voluntate haut ignoratâ. Dices: Fas eſt & æquum parentes amiſſos lugere, communes clades lamentari; propria infortunia deplorare: quod aliud non eſt, quàm illa nolle, quæ certum eſt DEUM velle. Reſpondet Sopranes in Davide p. 30. *cum iſta omnia incommoda dolemus; non ea abſolutè nolumus quæ DEVS vult; ſed ad ea ingemiſcimus, quæ nol-*

lemus

Digitized by Google

lemus, niſi DEO aliter viſum, cui paremus. Nam & qui merces projicit, mare extremum naufragium intentante, dolet ſine dubio de illarum jactura: quam tamen ſi nollet, merces non projiceret; unde conſtat, & de eo nos quoq; poſſe dolere; quod nolumus accidiſſe; ac proinde non eſſe argumentum, quod ea nolimus, quæ vult DEVS: ſi de iis dolemus & ingemiſcimus, quæ immittit DEVS. Repetat hic Lector deductiones locorum propriorum è ſingulis nominibus ac elogiis divinis, quorum quodlibet præbet modum colendi congruum, adque conſcientiæ informationem directum, in Lact. Catech. part.4. conc.2.p.185.

§. 44. *Actus deniq; colendi* in genere eſt θεοσέβεια primùm interna & cordalis.

Luth. tom.8. Witt. p.163. Jch halt daß der hebreiſchen Sprach Eigenthumb ſey/ daß ſie Gottesfurcht nenne/ daß wir die Ehre Gottes oder Gottesfürchtigkeit / oder auff Griechiſch Theoſebian, das iſt/ Gottes Ehre heiſſen. confer Auguſt. enchir. ad Laurent. c.1.

Sive Euſebia Θεῦ 1.Tim.4.8. λογικὴ λατρεία Rom.12.1. quam vocem, ſi quis rectè liquidatam, ad ſolius Numinis venerationem referre & applicare velit, evitandæ homonymiæ ergo, nullis id noſtris ingratiis facturus eſt; dummodo largiatur quod olim largitus eſt & *Valla*, annot. ad Matth.4. & *Ludov. Vives* ad l.10. C.D.c.1. *differentiam inter λατρείαν & δουλείαν primùm ab Auguſtino inſtitutam l. 1. ſuper Geneſin quæſt.61. & in Exod. lib.2. quæſt.94. & in Levit. lib.2. quæſt.66. & lib.10. de C.D.c.1. L.1. cap.12.* ita ut latria Soli Numini debeatur; δουλεία etiam creaturis, *jubemur*, ait, l.1. de Trinitate c.6. *per charitatem ſervire invicem, quod eſt Græcè δουλεύειν, ſed non eo modo quo tantum DEO ſervitur, quod eſt Græcè λατρεύειν.* Unde idololatræ dicuntur, qui ſimulacris eam ſervitutem exhibent, quæ debetur DEO. *Nec deinde eſſe biblicam; nec perpetuam;* ſiquidem in S. literis dulia etiam Numini apponitur Matth. 4. 10. Act. 20. 19. Rom. c.16.18. Eph. 6. 7. Col.3.24. δουλεύειν in utroque teſtamento tricies novies, λατρεύειν tricies de DEO dicitur. 3. *Nec cultum religioſum ita diſtingui, ſed cultum in genere,* ſub quo religio & honor civilis, ut ſpecies diſparatæ, continentur.

Luth. tom.8. Witt. pag.165. f.2. Hie haben die Sophiſten mancherley Träume erdacht/ von dreyerley Dienſtbarkeit/ ſo ſie den Menſchen/ heiligen/ vnd GOtt zugemeſſen/ vnd auff Griechiſch/ das ihnen doch wie alle andere Künſte vnd Sprachen faſt vnbekandt geweſen/ haben ſie es genent/ dulian, latrian vnd hyperdulian, der Ebreiſche Text zeigt mit einem

einigen Werk an die Dienſtbarkeit Gottes vnd der Menſchen/ daß ihre Theilung vergebens iſt. Er will aber das ſagen / dem ſoltu allein dienen / das iſt / alles was du thuſt oder wirckſt/ es ſey auch vnter der Dienſtbarkeit der Menſchen/ oder in Regierung zeitliches Guts/ oder ander Ding/ das ſoltu alles mir zuwenden/ vnd ſoll in keinem wege anders von dir geſchehen / dann daß du gewiß ſeyeſt im Glauben / daß mir allein darinn gedienet werde / vnd wann du wüſteſt / daß mir nicht gedienet würde in denſelbigen deinen Geſchäfften / ſo ſolteſtu bald davon abſtehen/ vnd nichts thun den Menſchen zugefallen/ das wider mich iſt / ob du auch gleich ihr Gefangener ſeyeſt vnd ſolt nichts deiner Begierde vnd Ehre nachlaſſen/ wenn du auch gleich alle Dinge in überfluß beſitzeſt. Alſo lehret auch St. Paulus/ daß die Knechte ihren Herren ſollen vnterthänig ſeyn/ aber als dem HERRN/ vnd daß die Weiber ihren Männern vnterthan ſeyn / aber in dem HERRN / vnd er will deß Philemons brauchen / aber in dem HERRN/ vnd will daß ſich eine Jungfrau vermehle / aber in dem HERRN/ vnd will daß der Mann in die Ehe komme/ aber in dem HERRN/ Ihm träumet aber nichts von der Dienſtbarkeit / die ſie/ die Sophiſten / dulian vnd hyperdulian nennen/ ſondern er erhebt die einige vnd einfältige Dienſtbarkeit Gottes über alle Ding/ vnd breitet ſie auß über alle. Alſo ſagt S. Peter in den Geſchichten der Apoſtel/ daß David gedienet dem Willen Gottes. Darüber wenn die Dienſtbarkeit der Menſchen wird abgeſchieden von Göttlichem Dienſt/ ſo iſts weder menſchliche noch göttliche Dienſtbarkeit/ ſondern ein teuffeliſcher vnd abſcheulicher Dienſt/ dieweil du hie höreſt / daß du ihm allein dienen ſolt/ darumb ſo wird deine Dienſtbarkeit ſo du dem Menſchen thuſt/ entweder eine Göttliche Dienſtbarkeit oder eine Abgöttiſche Dienſtbarkeit/ wenn ſie geſcheiden ſollen werden.

id enim voluit *Auguſt.* cum l. 20. contra Fauſt. c. 21. *Populus*, ſcribit, *Chriſtianus memorias martyrum religioſâ* (religione ſc. imperata ac metonymica) *ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conſocietur atq; orationibus adjuvetur: ita tamen ut nulli martyrum, ſed ipſi* DEO *martyrum, quamvis in memorias martyrum, conſtituamus altaria. Quis enim antiſtitum in locis ſanctorum corporum aſſiſtens altari aliquando dixit, Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane: ſed quod offertur, offertur* DEO, *qui martyres coronavit, apud memorias eorum, quos coronavit, ut ex ipſorum locorum admonitione major affectus exurgat, ad acuendam charitatem, & in illos quos imitari poſſumus, & in illum quo adjuvante poſſumus. Colimus ergò martyres eo cultu dilectionis & ſocietatis, quo & in hac vita coluntur ſancti homines* DEI, *quorum cor ad talem pro Evangelica veritate paſſionem paratum eſſe ſentimus. Sed illos tanto devotiùs, quanto ſecuriùs poſt incerta omnia ſuperata: quanto etiam fidentiore laude prædicamus, jam in vitâ feliciore victores, quam in iſta adhuc uſq; pugnantes. At illo cultu, qui Græcè latria dicitur, Latinè uno verbo dici non poteſt, cum ſit quædam propriè divinitati debita ſervitus, nec colimus, nec colendum docemus, niſi unum* DEUM. *Cum autem ad hunc cultum*

Digitized by Google

rum pertineat oblatio ſacrificij, unde idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent: nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam martyri, vel cuiquam Sanctæ animæ, vel cuiquam angelo: & quisquis in hunc errorem delabitur, corripitur per ſanam doctrinam, ſive ut corrigatur, ſive ut caveatur. *Nonne ſi templum*, ait idem Pater Auſer l. 1. contr. Maximin. *alicui Sancto Angelo excellentiſſimo de lignis & lapidibus faceremus, anathematizaremur à veritate Chriſti & ab Eccleſiâ DEI: quoniam creaturæ exhibemus eam ſervitutem, quæ uni tantum debetur DEO?* Nec 4. *ſanæ rationi conſentaneum eſſe*, cum creaturis non in nos dominantibus (quales ſunt Angeli cœliteſque σύνδουλοι) nulla δουλεία debeatur. Jam porrò eadem Euſebia. εὐλάβεια dicitur Hebr. 12.28. divina rectè capeſſens; θρησκεία Jac. 1.26. *Religio* uni ſoli vero Numini alligata.

Religionis Nomen bonis Latinis ſoli DEO competit. Cic. in partit. In communione quæ poſita pars eſt, juſtitia dicitur, eaque erga Deos religio, erga parentes pietas metum gravandæ conſcientiæ notat. Habere religioni eſt averſari, vereri: nempe afferre metum gravandæ conſcientiæ. Quod eſt in Cicer. epiſt. 1. famil. Senatus religionis calumniam, non religione ſed malevolentia, & illius regiæ largitionis invidia comprobat. Patribus religionem ad Numinis cultum ſignificat, hinc Lactant. l. 4. inſtit. c. 25. Hac conditione gignimur, ut generatione nos DEO juſta & debita obſequia præbeamus, hunc ſolum noverimus, hunc ſequamur. Hoc vinculo pietatis obſtricti DEO & religati ſumus, unde ipſa religio nomen accepit, non ut Cicero interpretatus eſt à relegendo. Lact. l. 6. inſtit. c. 6. Primum officium Iuſtitiæ eſt conjungi cum DEO, ſecundum cum homine. Sed illud primum religio dicitur, hoc ſecundum miſericordia vel humanitas nominatur.

Devotio uni ſoli vero Numini adhærens, ſe ſuaque omnia eidem devovens, maximè cor totum ad contritionem, obſequium, martyrium etiam cruentum, ad ſacrificium holocauſticum Prov. 23. 26. Rom. 12. 1. h. e. omnia cordis ſenſa, ἤθη καὶ πάθη. vide Lact. Catech. part. 1. p. 121. & ſeqq. & p. 131. & ſeqq. adeoque Theoſebia ſeu Religio illuminata, ac ut Apoſtolus loquitur, λογικὴ: illuminata autem ex verbo DEI lecto, audito, intellecto, ſtudiosâ meditatione in corde verſato Luc. 2. 19. cordique applicato. Hoc enim eſt Dominum religiosè quærere, os Domini quærere, oraculum divinum in conſilium advocare Gen. 25. 22. 2. Reg. 22. 13. exorare reſponſum, DEO quandoque per tentationem ad hujusmodi indaginem inſtigante. *Religio porrò ſolidata* in σεβάσματι DEO proprio, in opere quod non

niſi à DEO perfici poteſt, mereri ſc. vitam æternam ac luere ἱλα-στικῶς pœnam æternam pro aliis; cordi divino adhæſiva, abſtrahens ἀπὸ τοῖς κάτω; congrua, ut quis ſit vir ſecundum cor DEI ac divinarum virtutū imitator Matth.5.45. ὅπως γένησθε ut *ſitis*, hoc eſt, cognoſcamini, *Patris cœleſtis Filij*: verbū γίνεσθε non ſimpliciter fieri, ſed notum fieri, hic ſignificat. Quemadmodum enim boni fructus non faciunt arborem bonam, ſed bonam illā eſſe declarant; ita beneficentia & miſericordia non faciunt filios DEI, ſed illos filios DEI eſſe declarant. Atque ita Chriſtus hæc interpretatur Joh.13.35. *In hoc cognoſcent omnes quod mei ſitis diſcipuli, ſi diligatis vos invicem*: In hac ſignificatione verbum γίνεσθε uſurpatum legas, Joh.15,8. confer Joh. 13.35.15.8. Jucundè hic conferri poteſt harmonia virtutum divinarum, juſtitiæ & miſericordiæ ſibi invicem obviantium ex Pſal.85.11. ad quam cor humanum quoq; conformari debet, ut ſit juſto-miſericors **von Gnad und Recht will ich ſingen/** Pſ.101.1 ideſt, De temperamento juſtitiæ & gratiæ. *Virtutum*, inquam, *divinarum*. nullum in DEO vitiū eſt, cujus imitationem homo vereatur. Gentilium Deorum hoc probrum fuit; unde *Auguſt.* l.2.C.D.cap.7. ſolerter advertit, *dæmonem ſuggeſſiſſe Poëtis, ut illa ſcriberent, quò Deorum exemplo homines ad omne nefas impellerentur. Sic enim adoleſcens ille Terentianus. Iovis libidinibus ſe ad eaſdem incitatum, & pene adactum aſſerit. Ab hac,* inquit Auguſt. *tanta auctoritate adhibet patrocinium turpitudini ſuæ, cum in ea ſe jactat imitari Deum, at quem Deum?*

Qui templa cœli ſummo ſonitu concutit:
Ego homuncio id non facerem? Ego verò illud
Feci, ac lubens.

Eſt eadem Religio *ſupplicativa*, conſtans votis cordialibus, precibus mutis, gemitibus inenarrabilibus, genuflexione ſpirituali; *incommunicabilis excluſiva*, *diviſa* à cultu corrivali quolibet, adumbrata quadantenus in στοργῇ Filii ſoli Patri Matrive debitâ, in evnœâ conjugali, cujus ſocietatem inſitus à DEO Zelus maritalis non admittit; **Mit jederman freundlich/ mit dem Ehemann allein herzlich:** εὔνοια nullum ſocium admittit, quocunque illum colore pingas, aut titulo cohoneſtes.

Bene Luth. tom.7. Witt. p.335. **Die Seel heiſſet ein geiſtliche Jungfraw und Braut Gottes/ allein von dem Glauben/ darinn ſie Gottes Wort empfähet und der heilige Sa-**

me

des Göttlichen Wortes macht ſie fruchtbar: Baal heiſt auff Hebreiſch einen Mann/ der ſich zum Weibe halte/ vnd begreifft in ſich das beyſchlaffen vnd männliche Werck.

Socer Simſonis amorem Filiæ in corrivalem excuſat amicitiæ titulo Jud.15.2: ſed luit in rogo. ad ſummam, exochicè, tanquam veneratio ejus, qui eſt A & Ω, à quo omnia, in cujus (tanquam finis ὃ καὶ ὦ) gloriam omnia terminantur. longe aberrat à linea, & quandam quaſi hiſtrioniam agit, cui DEUS medium eſt, & quaſi rete ad propriæ gloriæ venatum.

In quem egregiè declamat *Hieronymus*, ad Galat.5. *Eleemoſyna*, inquit, ſi ob laudem fiat, inanis gloria eſt: longa oratio, pallor ex jejunio, ipſa quoque caſtitas in matrimonio, viduitas, virginitas, ſæpè plauſum quærunt humanum, & quod dudum timeo dicere, ſed dicendum eſt, martyrium ipſum; ſi ideò fiat, ut admirationi & laudi habeatur in fratribus, fruſtra ſanguis effuſus eſt. Loquatur Apoſtolus, loquatur vas electionis, ſi tradidero corpus meum, ut glorier, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Idem recitat Tom.1. ad Euſtoch. de virginitate ſervanda, ſe vidiſſe nobiliſſimam Romanarum mulierum, (cujus nomen tacet ne Satyram quis ille putet) in baſilicâ B. Petri ſemiviris antecedentibus, propriâ manu, quo religioſior putaretur, ſingulos nummos diſpartire pauperibus. Interea, (ut uſu noſſe perfacile eſt) anus quædam annis panniſque obſita, præcurrit ut alterum nummum acciperet, ad quam cum ordine perveniſſet, pugnus porrigitur pro denario, & tanti criminis reus ſanguis effunditur. Nec non Eli plus amando Filios nebulones, quàm Numen cœleſte, in gloriam Numinis peccavit.

Eſt Deus Terminus à quo & ad quem, in quo ut ſinu materno infans, febri æſtuans, jactatus nunc in hoc, nunc in illo lecto irrequietus tandem dulciſſimè ac tutiſſimè recumbit. *Domine feciſti nos ad te, & irrequietũ eſt cor noſtrum, niſi quieſcat in te*, ait *Auguſt.* l.1. confeſſ. c.1: quo nemo celſior ſit: vid. part.1. Lact. Catech. conc.6. pag.116. & ſeqq. Dicat aliquis, ſi ſic ſe res habet; nihil tutius fuerit, quàm vitam contemplativam ſectari, in clauſtra correpere, in eremos, ac ibi uni Numini Divinis officiis, abdicatis humanis, vacare licet. At hoc ipſum fuerit militis inſtar transfugæ aciem & caſtra deſerere, dividere quæ DEUS conjunxit, vaſa gloriæ à gloriâ Numinis ſeparare: ſiquidem officia proximo præſtita non ſunt religionis ſufflamina, ſed exercendæ organa: officioſus honor ex religioſo naſcitur & propter hunc ſuſcipitur. qui fideliter ſervit Hero etiam difficili, ipſi ſervit Domino remuneratori. Hinc cura viduarum religio vocatur à S. Jacobo, metonymicè quia à religione imperata.

 Quærit

Quærit Luther. tom. 1. Isleb. p. 514. Möchte aber einer ſagen/ thu ich denn nicht vnrecht/ wenn ich die Könige anbete/ vnd thue einem Fürſten eine Ehre/ vnd den Prieſtern eine Reverentz mit dem Knie beugen oder Hut abziehen/ warumb ſagſtu denn ich thue übel daran/ daß ich die Heiligen anruffe? Mariam anbete? darauff antworte ich/ wenn du einen Fürſten alſo ehreſt/ daß du ſiheſt GOtt durch ihn dir alles gutes geben/ da iſts recht/ ſo thuſt du wol. Denn du empfäheſt nicht den Friede vnd Schutz hie in dieſem Lande von Hertzog Johann Churfürſten/ ich verlaſſe mich auch nicht auff ihn/ ſondern GOtt gibt dir durch dieſen Mann/ daß du Friede habeſt/ daß du alſo nicht bleibeſt hafften an dem/ durch welchen es dir geſchihet/ ſondern kommeſt zu dem der dir es durch den Fürſten gibet. Denn Friede iſt ein Werck das GOtt allein zuſtehet zu geben/ vnd iſt nicht eines Fürſten oder anderer Obrigkeit Werck: Nun iſts ein ander Ding/ Wolthat empfahen durch einen Menſchen/ vnd dem Menſchen vertrauen/ oder auff ihn ſich verlaſſen/ von Fürſten/ Predigern vnd von Eltern ſoll ichs als von Creaturen empfahen/ wiewol mirs GOtt der HErr durch ſie gibt/ aber ſie fürchten vnd vertrauen auff ſie/ als were kein ander GOtt/ das iſt nicht zuthun. Ich ſoll ſie nicht fürchten noch ihnen vertrauen/ denn Furcht vnd Vertrauen gehört alles hinauff zu GOtt. Da ſoll ich ſagen/ was recht iſt/ dabey will ich bleiben/ GOtt gebe/ es zürne Fürſt/ Herr/ Vatter oder Mutter. Daß nun etliche ſagen/ was ſoll man mit den toden Heiligen thun? ſoll man ſie nicht ehren/ wie man ſonſt die Eltern vnd Fürſten ehret? Antwort du ſieheſt nicht daß die Heiligen/ als Maria/ S. Margaretha vnd S. Barbara dir helffen/ wie du erfähreſt/ daß dir dein Fürſt vnd Vatter hilfft/ darumb darffeſtu nicht die toden Heiligen anbeten. Der Fürſt ſchützet dich/ handhabet dich zu recht/ wie denn die Obrigkeit iſt geordnet/ GOtt will durch ſie ſeine Gottheit dich ſehen laſſen/ vnd gibt dir durch ſie Landsfriede/ daß ſie dich vertreten/ das haſtu nicht von den toden Heiligen/ die haben deß keinen Befehl/ Ordnung/ noch darzu eingeſetzten Stand/ darumb ſoltu die Heiligen nicht anruffen/ ſie nicht fürchten/ noch auff ſie vertrauen. Dazu iſt noch das allergröſſeſte/ GOtt hat dichs nicht geheiſſen/ denn weil du dich nicht ſolt fürchten noch ihnen vertrauen/ welche doch GOtt ſelber dir geordnet hat/ zu nutz vnd gedeyen/ vnd daß er durch ſie dein GOtt ſey/ viel weniger will er haben/ daß du die Heiligen fürziehen vnd auff ſie hoffen ſolleſt. Durch deine Eltern gibt er dir Leib vnd Leben/ ernehret vnd verſorget dich/ dennoch ſolt du ihnen nicht vertrauen/ gebrauchen magſtu ſ ihr nach Gottes Ordnung/ aber über GOtt ſie nicht achten/ denn ſie ſollen nur ein Mittel ſeyn/ dardurch er dich in dieſe Welt ſchaffet vnd eine zeitlang erhält. Aber die verſtorbenen Heiligen ſitzen nicht in dieſem Stande/ thun dir auch der keines/ ſie ſind auß der Welt genommen/ wir können ihr nichts genieſſen/ als ſonſt der Lebendigen nach Gottes Einſatzunge. Darumb wenn ich ſage der Heilige hat das Ampt im Himmel/ das ertichte ich auß meinem eigenen Kopffe/ ohn Gottes Wort/ vnd der Teuffel betrengt mich durch ſeine Verführung vnd falſchen Schein/ vnd iſt doch dahin das gröſte Vertrauen gerichtet/ daß wir vns beſondere vnd eigene Götter erwehlt haben/ die wir viel mehr gefürcht/ denn vnſern HErrn GOtt ſelber. Alſo haben wir gefürcht S. Valentinum/ Antonium vnd Sebaſtian/ denn weils von vns ertichtet iſt/ ſo gefällets vns. Da hat man geſagt/ ja S. Margreth hat mir geholffen/ wie wenns der teuffel gethan hätte/ denn der kan auch einem helffen? Aber das kanſtu ſehen/ vnd allhier haſtu Gottes gewiſſes Gebott/ daß er alſo dieſe Stände geordnet hat/ daß dir dein Seelſorger/ Fürſt vnd Eltern fürſtehen/ vnd ſie ſind von GOtt darzu verordnet/ daß er durch ſie dir helffen will/ darumb gebeut er auch daß man ſie ehren ſolle. So iſts nun ein lauter Aberglaube vnd Abgötterey/ wenn ich Hülffe vnd Rath ſuche anderswo denn bey GOtt/ ich ſoll zu denen keine Zuflucht haben/ da GOtt mir keine Hülffe verordnet hat/ ich ſoll ſie auch nicht ehren/ denn darnach folget

folget Verachtung vnd Mißtrauen gegen GOtt/ daß GOtt ſchwerlich zu glauben iſt/ vnd dem Teuffel man ſo leichtlich glaubet / denn was GOtt eine zeitlang aufſzeucht / das gibt der Teuffel bald.

§. 45. In ſpecie conſtat *Religio* hactenus explicata tergiminâ virtute Cardinali, *Fide*, *Charitate*, *Timore*. Equidem Auguſtinus in Enchir. c. 1. ſpem Fidei & charitati ſociat, ſed nos catecheſεως noſtræ memores, ſpem ſub fide continemus. Fides à S. Apoſtolo definitur Hebr. 11. 1. Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. πίστις à πείθω perſuadeo, verbo igitur opus eſt, cujus quaſi ſuadæ illicio cor humanum perſuadetur. Id verò non eſt niſi verbum divinum, prorſus infallibile, omnis formidinis oppoſiti expers. perſuadet Cicero ſed verbo humano fallibili; nec plus gignit quam humanam fidem cum formidine oppoſiti. Fuit, cum bona & quaſi mellea verba Saul dedit Davidi 1. Sam. 26. 21 ſed quia nil niſi verba dedit, prudenter his David diffiſus eſt 1. Sam. 27. 1. Hinc fiducia Mundi ſimilis eſt Ciccajon Jonæ, cum nil niſi umbrā præbet fugacé, & arbori Juniperi, cum umbrâ viatorem deſtituit.

Illud, ſcribit Caſp. Sanct. ad Reg. p. 1267. Eliæ præterea accidit incommodi, quod arborem nactus eſt infelicem, cujus umbra aut nulla eſt, aut exilis, cum frondes Iuniperus non habeat, ſed ſpinas, quæ etiamſi à ſe radiis ſolaribus opponant, neque Solem avertunt, neque calorem frangunt. Adde quod non ſolum Iuniperi umbra inutilis eſt: id enim ferendum eſſet, ſed etiam vehementer noxia. Ita Virgil. Eclog. 10.

Surgamus, ſolet eſſe gravis cunctantibus umbra,
Iuniperi gravis umbra.

nulla fulmina palleat, ſe tamen & dextram ſuam pro Numine habet. Dextra mihi DEUS, & telum, quod miſſile libro, ait *Mezentius* apud Virg. l. 10, 733. Alexander Tyrannus haſtam, qua Polyphronem interfecerat, ſacram habuit, coronis ornavit, & tanquam DEUS eſſet, ſacrificiis proſecutus eſt. Experientia per omnia ſecula, per omnes nationes hanc theſin teſtatam facit. *Quæ gens* (ait *Cicero*) *eſt, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam Deorum?* quam appellat πρόληψιν Epicurus, quæ πρόληψις eſt agnitio τοῦ θεοῦ, Thearchiæ præſertim judicatricis, in pœnam mali, & boni remunerationem intentæ Hebr. 11, 6. Imo adeò altè inſedit ſenſus Divinitatis cordibus mortalium, ut falſum Deum habere malint, quàm nullum. *Nullum*, ita *Maximus Tyrius*, *eſt genus hominum, neq; Barbarum, neq; Græcum, ſive in mari, ſive in continenti vivat, ſive ſine ſede vagetur, ſive urbem incolat, quod non aliqua Divini cultus ſigna erigat.* De priſcis Germanis clarè *Tacitus* memorat, *Deorum numero eos ſolos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus apertè juvantur, Solem & Vulcanum & Lunam, reliquos ne famâ quidem acceperunt.* *Benzo de Indis Peruanis* l. 3. hiſt. nov. orb. c. 20. *ſcribit: Peruenſes cum Dæmonibus colloquia miſcere & Solem præ præcipuo numine habere, & apud ipſos ingentia atq; immenſæ opulentiæ delubra, parietibus auro & argento incruſtatis extructa, inveniri teſtatur.* De *Braſilienſibus Lerius* c. 16. *At quærat fortaſſe quiſpiam fierine poteſt, ut brutorum inſtar Americani ſine religione vivant? Ego verò reſpondeo, quod jam antea attigi, perparum ab eo abeſſe, nec credere me gentem ullam in toto terrarum orbe exiſtere, quæ ab omni religione ſit magis aliena. Attamen ut etiam exponam quantulum lucis inter denſiſſimas tenebras quibus obcæcantur perſpexerim affirmo: Eos non modo immortalitatem animorum credere, ſed pro certo etiam habere, poſt mortem, eorum animas qui virtutem coluerint, poſt altiſſimos montes evolare, & Patrum atq; Avorum ſuorum animis, ibiq; in amæniſſimis hortis deliciis ac tripudiis lætum ævum agere: Ignavorum contra manes abripi a Aygnan* (ſic cacodæmonem vocant) *& cum eo ſempiternos inter cruciatus vivere &c.* Nihil efficit inſtantia aræ Athenis *Ignoto Deo* erectæ; etenim ignotus vocatur in individuo determinato, notus in vago: e. ſe aliquem Deum quo adjuti à peſte liberati fuerant; ignotum quis ille ſit? vide Lact. Catech. part. 1. p. 78. nec exempla Athe[...]rum infringunt noſtram theſin Hominis portentum fuit *Luc[...]*

Vanin[...]

Vaninus, gente Italus, profeſſione Philoſophus & Medicus, Athei-ſmi quaſi Apoſtolus; qui eundem ex Parlamenti Toloſani ſententia in rogo luit; at cum naturam Deam agnovit, DEUM aliquem eſſe agnovit.

Easdem tibias inſlavit Atheus ille, cujus mentionem fecit *Claſen* relig. polit. c. 5. Quamdiu ingenio ac judicio meo uti potui, nihil dementius mihi quicquam viſum fuit unquam, atque pleroſque docere: dari aliquem Deum, ſupremum Numen, cujus nutu fiant, & regantur omnia. Quæ fiunt, NATURAE, vi ac operatione fiunt; producit natura, tonitrua & fulmina efficit natura: natura producit herbas & plantas, ad quarum generationem tamen concurrit ſiderum influxus, qui tam neceſſarius eſt, ut aliter ſe habere non poſſit. Quæ ergo dementia aut ſimplicitas eſt, precari in templo pro hoc vel illo ægroto, ſi natura & præcipuè Aſtrorum influentia valet diverſimodè, nunc pluet, nunc ſerenitas erit aëris, preces utique pluviam cœlitus non trahent; ſic & ægrotus moritur, natura in ipſo debilitata, quamvis mille pro ejus ſalute orent: neque credas tuam orationem ægroto revaleſcenti reddere ſanitatem. Interim ſi hæc fiant ad vulgus imperitum detinendum, non improbo conſilium iſtud ſatis prudenter olim à priſcis Politicis ſuggeſtum. Aliàs & doctis iſta velle obtrudere ſtultitia eſt. Nam quæſo perſuaderine poteſt Viro prudenti corpora noſtra poſt mortem reſurrectura: Corpus exanime reſolvitur in ſua elementa uſque dum perveniatur ad materiam primam, ut filii Phyſicorum loquuntur: hæc materia prima fit ſubjectum alterius corporis generandi, ut ita meum deſinat, & alterius incipiat corpus eſſe. Tunc & ego alter habebimus unum corpus in reſurrectione? nam poſita principii identitate in corpore, ponitur identitas corporis ipſius &c.

Ita enim *Gramond. hiſt. gall.* ad ann. 1618. p. 208. de Vanino, *naturã pro matre optima & omnium autrice adorabat Gente Italus, literarũ rudimentis Romæ imbutus, Philoſophiæ & Theologiæ incubuerat magnâ ſpe, cum ad impia & ſacrilega prolapſus, ſacrum ſacerdotij charactere polluit libro infami, quem ſcripſit in hunc titulum, de arcanis Naturæ; quo non erubuit profiteri naturam omniũ deam.* Idem Deum eſſe ſenſit; cum Judices ſuos juſtã ultionem meruiſſe agnovit: à quo vero expetendam? à potentiori utiq; & juſto vindice; at nemo DEO potentior, nemo juſtior. *Cùm more ſolito* (ita Gisbert. Voetius de Atheiſmo p. 147.) *imponeretur, illi à judicibus, ut à DEO, Rege & juſtitia veniam poſtularet: Negavit ſe id poſſe facere: Non à DEO quandoquidem eum eſſe, certum non eſſet, nec ipſe crederet: Non à Rege, quod nihil in eum peccaſſet, imò nullum ſe fideliorem ſubditum Rex habuerit: Non à juſtitia ſeu judicibus, quod in eos non peccaſſet, & illi ipſum maxima injuria afficerent; & ſi diaboli eſſent in inferno, ut quidem hoc addi & dici ſolet, ſe potius devoturum judices, ut ab illis auferantur. Alij tradunt dixiſſe ipſum: ſe potius DEUM precaturum ut vindicaret: ſed quia certum*

Digitized by Google

certum non eſſet, DEVM & diabolos eſſe, relinquere ſe hoc in medio: hoc eſt nec veniam à DEO & judicibus petiturum, nec vindictam im[...]raturum. nec evincunt contrarium hiſtoriæ de barbaris DEUM neſcientibus. De Pelaſgis *Herodotus* in Euterpe ſcribit: *Pelaſgi, Deorum nomen penitus ignorarunt neq; illud ipſis auditum fuit, antequam ab Ægyptijs acciperent.* De *Souldanis* in Africa ſcribit Thom. Herberus Anglus in peregr. p.17. *Ipſe tamen præſens nullo ſigno aut percontandi ratione quicquam invenire potui, quo argui poſſit Souldanos quibuscum verſabar, vel unam religionis foviſſe ſcintillulam, Deumve ipſum, cælum, infernum aut æternitatem omnino illis ſuboluiſſe.* De *Guineenſibus* Hugo à Lindſchotten in narrat. itineris anno 1579. *Guineam regionem populoſam eſſe dicit, ſed ubi nulla ſit DEI cognitio neq; ulla vigeat honeſtior diſciplina. de Indis* vide Joh. Læt. in deſcript. Ind. occid. l. 10. c. 1. l. 13. c. 14. l. 15. c. 2. l. 17. c. 6. Joh. Lerium c. 16. Acoſtam l. 7. c. 3. c. 2. At ipſe idolorum ac falſorum Deorum cultus, evidens argumentum eſt agnitæ divinitatis, licet vagæ. Ipſe Numinis adverſi ſenſus ſcientiam Numinis deſignat, Refert Joh. Lerius c. 16. *Quoties cum Barbaris illis colloquebamur ac mentio de DEO incidebat, dicebamus nos credere in unum DEVM creatorem cœli & terræ, qui ut orbem & quæcunq; in eo ſunt, condidit, ita omnia pro arbitrio gubernat. Illi ubi hæc audierant, alij alios intuentes, & in hanc vocem (quæ admirationis nota ipſis familiaris eſt) erumpentes Thè! defixi & ſtupefacti hærebant. Præterea quoniam tonitru fragore vehementer terrentur (id Toupan vocant) ſi eorum conſulentes ruditati occaſionem inde arriperemus, eos docendi, diceremusq; DEVM illum eſſe, qui ut ſuam indicaret potentiam, cælum terramq; eo modo concuteret: illi excipiebant, DEVM illum à quo adeò terrerentur eſſe nequam.* non malè hìc nonnemo conjicit, *Lerium* qui linguæ Braſilienſis ſe non adeo peritum eſſe multis in locis ingenuè fatetur, barbaram vocem, quam per *τὸ Nequam* explicat, etiam iratum atque infenſum ſignificare; eâ planè analogiâ, qua Germani per vocabulum böß/ & Galli per mauvais & malignum atque improbum & iratum atque malevolum notant. Iſt er dann ſo böß? Eſt id donc ſi mouvais? quod Latinè diceres: Anne eſt adeò improbus ille? vel alio etiam ſenſu? Tantæne animis cœleſtibus iræ? Et hanc quidem conjecturam confirmat ipſe Braſilienſiem Genius, utpote qui bonitatem, atque malitiam ex amicitiâ vel odio ſolum metitur, Eo

nequam

nequam appellitans, quos ſibi noxios aut infeſtos credit. Quid? quod vel ipſa reverentia Numinis metum Deorum incuſſit Numæ Pompilio, qui juxta Livium omnium primùm rem, ad multitudinem imperitam & illis temporibus rudem, efficaciſſimam, Deorum metum injiciendum ratus eſt; qui cum deſcendere ad animos ſine aliquo commento miraculi non poſſet, ſimulat ſibi cum Deâ Egeriâ congreſſus nocturnos eſſe. Quid? quod ne beſtiis quidem omnem abditum Numinis (absq; tamen *συνέσει τῆς ἀληθείας*) ſenſum negare poſſit, qui perpendit gemitum creaturarum, luctum Beſtiarum Ninivitarum boantium, rugientium, mugientium, balantium, ac ut poſt Cæſaris mortem

> Non ulli paſtos illis egere diebus
> Frigida, Daphni, boves ad flumina, nulla neque amnem
> Libavit quadrupes, neque fluminis attigit undam.
> Daphni, tuum Poenos etiam ingemuiſſe leones
> Interitum, montesque feri, ſylvæque loquuntur.

adde horrorem in beſtiis animadverſum ad tonitrua & fulmina ſiderantia Pſal. 29. ad ſpectra & θεῖα, Aſinæ Bileami ad conſpectum Angeli obſiſtentis.

§. 54. Contra *Agnœa privativa* nimia eſt in iis, qui cum debeant, poſſint, & actu etiam ſciant aliquod Numen eſſe, eſſe tamen 1. Elohim Pſal. 14. hoc eſt plures divinas perſonas, (eſt enim τὸ Elohim nomen perſonale) eſſe aliquam DEI in Mundum thearchiam judiciariam inficiantur. (Elohim enim Regentes ac Judices ſignificat Exod. 21. 6. Pſ 82, 1.) Id quod omnium Atheiſtarum Pater *Cain* negaſſe fertur à paraphraſte Chaldæo ad Geneſ. 4. quem ſequuntur illi in libro Jobi c. 22, 12. deſignati. *Quid aientes, novit DEUS? & quaſi per caliginem judicat. Nubes latibulum ejus, nec noſtra conſiderat & circa cardines cœli perambulat.*

Vbi Caſp. *Sanct.* ita παραφράζει: Hinc ortus error ille, & veſana cogitatio, à DEO nihil eſſe metuendum, cujus oculi, quæ in tanta locorum diſtantiâ fiunt, intueri non poſſunt, aut certè nonniſi obſcurè admodum & quaſi per interpoſitam nebulam. Neque præterea conſiderare, aut curare noſtra, cum in denſiſſimis nubibus ſuum ſibi ſeceſſum conſtituerit: ubi vitam agat otioſam & ab omni curâ, atque ſollicitudine vacuam: aut circa cœlorum cardines: in ſummo videlicet eorum faſtigio, quaſi laxaturus animum otioſè perambulat, aut ut majora tantùm univerſi momenta moderetur.

neſciunt ſc. actu ſecundo, affectibus ſc. ſoporati, obnubilati, excœcati, ἀσυνέτως σκοτισμῷ Rom.1,21. efferati, ἀπηλγηκότες. pejores hi ſunt qui virtutes divinas & thearchiam pertinaciter negant, quàm qui τὸ εἶναι θεότητος: ſicut ægriùs tu ferres, ſi quis te cœcum, quam qui non hominem diceret: *pertinaciter*, inquam, excipienda enim lucta eſt Sanctorum, qui cum è lethargo excitantur, εἰς ἀνάμνη quaſi redeunt, in quos Apoſtolus 1. Cor. 15, 34. *Evigilate juſtè, & ne peccate: quidam enim DEVM non norunt: ad pudorem vobis incutiendum loquor.* confer 2. Tim. 2, 26. Sic Manaſſes, cum vapularet, cruce magiſtrâ, didicit *DEVM eſſe. Eſſe 2. DEVM certum, indiviſum, ac diviſum à quovis alio*, malunt τὸν δεῖνα, Almoni palmoni; quam τοῦτον, quem DEUS Pater, ut Filium ὁμοούσιον toti genti humanæ audiendum & honorandum intimavit ad Jordanem, in quo πᾶν πλήρωμα θεότητος, ut in templo proprio, habitat, qui certo verbo & Sacramentis ſe deſignavit: vide devotiſſimam explicationem Lutheri in Joh. 14. ad verba Wer mich ſihet/ der ſihet auch den Vatter: tom. 7. Jen pag. 69. & ſeqq. Igitur ἄθεος eſt, qui eſt ſine Chriſto. Eph. 2, 12. Athei qui plures Deos adorant, vel ſigillatim, ut comites Jonæ, vel univerſim, ut Romani in ſuo pantheo. In pantheo Dii omnes civiles, & ſine Zelotypiâ cuculi, pacificè ſe invicem tolerarunt, nullus alteri caput contrivit, nullus calcem admordit: Sed cum DEUM Nazarenum Apoſtoli in Romam introduxerunt, gladio ſpiritus errorem reſecantem, oracula muti facientem, Diabolos expellentem, diris hunc perſecutionibus depuelrunt, exſibilarunt, exdearunt: toleraſſet illum & amicè honoribus mactaſſet, (ſcil. ut Philippicus ille Dæmon Act. 16, 17.) ſi Jeſus ſuſtinuiſſet & ſyncretico ſe fœdere illi ſociaſſet. vide Luth. Tom. 6. Witt. p. 130.

Vor Chriſtus Zukunfft war die Welt ſo voll mancherley Abgötterey / als kein Hund voll Flöhe iſt umb S. Johannistag / daß es krimmelt und wimmelt von Abgöttern / allenthalbē. Noch trieb da kein Teuffel den andern auß / trat kein Abgott den andern auf den Kopff / biß auch keiner dem andern in die Verſen kunden ſich wohl neben einander leiden und vertragen. Alſo daß auch die Römer / auß aller Welt / alle Abgötter ſamleten und eine Kirche baueten / die ſie nenneten Pantheon / oder aller Götter Kirchen. denn die Weltweiſen Herren wolten alle Götter in ihrer Stadt haben / da aber dieſer rechte GOtt / Jeſus Chriſtus kam / den wolten ſie nicht leiden. Iſts nicht wunderlich Ding / alle Götter annehmen und dieſen einigen allein außſchlagen und verfolgen? Die andern alle ſind ſtille und halten Friede unter einander. Da aber dieſer komt / da hebet ſich das Spiel und der Unfriede an / da wollen

hen alle Götter toll werden ſampt ihren Dienern den Römern/ ſchlagen todt/ Apoſtel/ Märterer/ vnd alles was dieſen Chriſtum nennen thar/ der ander Götter Dienern thun ſie keinem leid/ ſondern alle Ehre vnd Tugend. Were aber Chriſtus auch ein Teuffel geweſt/ wie die andern Abgötter/ O wie gern vnd heerlich hätten ihn die Teuffel neben ſich laſſen annehmen vnd anbeten. Nun ſie alle wider ihn toben vnd wüten/ bekennen ſie damit/ daß er muß der einige rechte GOtt ſeyn/ der ſie auff den Kopff tritt/ vnd ihren Hoff ſtürmet/ ſie überwindet/ ihren Haußrath außtheilet. Da ſchreyen ſie dann/ vnd beiſſen ihn in die Verſen/ geben ihm ſchuld/ er richte Vnfriede an zu Rom vnd in aller Welt vnd meinen/ ſie thun groſſen Gottesdienſt dran/ daß ſie ihn ſo hefftig verfolgen vnd ſo viel Blut vergieſſen. Ja freylich wenn wir thun was der Teuffel wil/ vnd laſſen Chriſtum fahren/ ſo haben wir guten fried für ihm. Denn er kan vns allerley Abgötterey vnd Irrthumb wohl laſſen/ ohn dieſen ſeinen Kopffretter/ den kan er nicht leiden. Alſo auch vnter dem Papſtumb iſt die Welt ſo voll Rotten vnd Secten geweſt/ als zuvor vnter den Heyden/ da ſind ſo mancherley Orden/ Stifft/ Kirchen/ Walfahrten Brüderſchafften ꝛc. daß ſie nicht zuzehlen. Die haben alle vntereinander Friede gehabt/ vnd ſich täglich gemehrt/ keine hat die andern außgebiſſen. Ob etliche gleich vntereinander feind waren/ hat ſie gleichwol der Papſt alle beſtetiget vnd haben müſſen heiſſen heilige Orden/ heilige Stände/ heilige Seule/ heilige Liechter der Chriſtenheit. Aber nun das heilige Evangelium kompt vnd prediget von dem gemeinen Orden der Chriſtenheit/ die in Chriſto ein Leib iſt/ ohn Secten (denn hie ſpricht S. Paulus/ iſt kein Jude/ kein Grieche/ kein Barfüſſer/ kein Cartheuſer ꝛc. ſondern alle einer vnd in einem Chriſto) da toben vnd wüten die H. Orden/ wider dieſen einigen Orden Chriſt/ vnd ſonſt wider keinen Damit bekennen ſie/ daß ſie die Rottenkirchen vnd deß Teuffelsorden ſind/ vnd dieſer Orden müſſe der einige rechte Orden ſeyn. Wenn wir aber ſonſt ein neuen andern Orden hätten angefangen/ wie ihre Orden ſind/ das hätte keine Neuerung geheiſſen/ flugs hätte es der Papſt beſtetigt/ vnd die andern hättens gern angenommen/ vnd neben ſich geehret vnd gefordert mit aller ſtille vnd fride. Aber nun wir den gemeinen Orden Chriſti widerumb preiſen daß derſelb der beſte vnd heiligſte ja allein der rechte heilige Orden ſeye/ damit tretten wir der Schlangen auff den Kopff. Das will vnd kan er denn nicht leyden/ beißt vmb ſich nach der Verſen Chriſti vnd ſchreyet durch ſeine heilige Vätter in ſeinen Secten/ daß wir Vnfriede/ Vnruhe/ Auffruhr anrichten. Ja freylich/ wenn wir den gemeinen Orden Chriſti wolten laſſen fahren/ vnd lehren was dem Rattenkönig vnd Rottenkönig dem Papſt ſampt ſeinen Rotten wolgefiel/ ſo hätten wir Friede mit allen Ehren. En vivam atheiſmi ſyncretici imaginem! Hinc Lutherus in *Eraſmum* tom. 3. lat. p. 162. f. 2. Summa, hæc tua verba hoc ſonant, apud te nihil referre, quicquid à quolibet, ubique credatur, modo pax mundi conſtet, liceretq; ob periculum vitæ, famæ, rerum & favoris, illum imitari, qui dixit, Ajunt ajo, Negant, nego, & habere dogmata Chriſtiana nihilo meliora, quàm Philoſophorum & hominum opiniones, pro quibus ſtultiſſimum eſt rixari, pugnare, aſſerere, quod inde nihil niſi contentio & turbatio pacis externæ veniant, quæ ſupra nos, nihil ad nos. Ita diremturus noſtros conflictus venis medius, ut utrosque ſuſpendas, & perſuadeas, de ſtultis ac inutilibus rebus nos digladiari, ſic, inquam, ſonant tua verba. Et quid hic premam, puto te intelligere, mi Eraſme. Dixi enim hæc ideò, ut deinceps deſinas noſtram cauſam arguere pertinaciæ & pervicaciæ. Nam hoc conſilio aliud nihil facis, quàm quod ſignificas te in corde, Lucianum aut alium quendam de grege Epicuri porcum alere, qui cum ipſe nihil credat eſſe DEUM, rideat occultè omnes qui credunt & confitentur. Sine nos eſſe aſſertores, & aſſertionibus ſtudere & delectari, tu ſcepticis tuis & Academicis fave, donec te Chriſtus quoque vocaverit. Spiritus S. non eſt ſcepticus,

pticus, nec dubia aut opiniones in cordibus noſtris ſcripſit, ſed aſſertiones ipſa vitâ & omni experientiâ certiores & firmiores, ad hæc Luther. ſummam, πολυθεότης ἀθεότης.

Eſſe 3. *eum* quem Moſes, Prophetæ, Apoſtoli in S. literis depinxerunt; eſſe Zelotem, ſed & in ſingulos mortales miſericordem, velle imploratum juvare.

Id quod exemplo comitum Ionæ in navi Ioppæa egregiè declaravit Lutherus Tom. 3 Ien. p. 204. f. 2. Es feilet den Gefärten Jonæ noch an zweyen Stücken/ das erſte/ ſie glauben wohl/ daß GOtt ſolches vermöge vnd wiſſe zuthun/ zuhelffen vnd zugeben/ aber daß er wolle vnd willig ſey an ihnen auch zuthun/ das können ſie nicht. Darumb bleiben ſie nicht feſte auff ihrem Sinne/ denn die Macht glauben ſie vnd kennen ſie/ aber am Willen zweiffeln ſie/ weil ſie das Widerſpiel fühlen im Vnfall/ das ſieheſtu hie wohl/ denn die Leuthe ruffen wohl zu GOtt/ damit ſie bekennen daß er helffen möge/ wenn er wolt/ glauben auch/ daß er andern helffen wolle/ da laſſen ſie es bleiben/ höher können ſie nicht kommen/ denn ſie verſuchen ja alle ihre Macht/ thun ihr beſtes vnd höheſtes. Hie kan der Freywill nicht mehr. Aber ſie glauben nicht daß er helffen wolle/ denn wo ſie das glaubten thäten ſie ſo nicht/ ſie wurden nicht das Gerethe vnd die Wahren auß dem Schiff werffen/ wurden auch nicht zu Jona lauffen/ vnd heiſſen ſeinen GOtt anruffen/ ſondern ſtille ſeyn vnd Gottes Hülffe harren. Item/ ſo were auch das Meer ſtill worden vmb ihres Glaubens willen. Nun iſt aber vonnöthen ſolcher Glaube/ der nicht zweiffel/ GOtt wolle nicht andern allein/ ſondern auch mir gnädig ſeyn/ das iſt ein rechter lebendiger Glaube/ vnd eine groſſe [illegible] ſeltzame Gabe deß H. Geiſtes/ wie wir in Jona ſehen.

hæc hujusmodi ſacer ſi Codex revelavit, quem qui non agnoſcit, eſſe θεόπνευστον, non mirum eſt, protervè audere tres magnos impoſteres orbis nominare Moſen, Chriſtum & Mahometem.

§. 55. *Atheiſmus in cultu* ipſa ſc. *aſebia*, verum DEUM non glorificans, cultu decenti Rom. 1, 21. eo ſc. quem ſuprà definivimus. Eſt & hæc aſebia *Atheiſmus*, quia DEUM verum in mente quaſi exauctorat, non DEUM eſſe jubet, exdeare audet. Nam Deus inglorius non eſt Deus: Deus in conceptu mentis non decenter glorificantis eſt Deus inglorius E. in ejus conceptu mentis eſt non Deus. Committitur hæc *aſebia* 1. *in genere* verum DEUM non verè glorificando, ac in ſpecie non agnoſcendo, ac æſtimando os Domini, non quærendo os Domini, non adorando,

Sic Finni apud Tacit. de morib. Germ. 46. Securi adverſus homines, ſecuri adverſus Deos, rem difficilem aſſecuti ſunt, ut iſtis ne voto quidem opus ſit. Coel. Rhodig. l. 19. c. 30. confer Senec. in Herc. v. 1290. Statium de Capaneo l. 2. & 10. Thebaid. apud Plutarchum in Pelopida.

verbum

verbum Domini faſtidiendo. vide Theol. conſc. p. 506. lac doctrinæ cœleſtis, cibum ſolidum, apothecam; omniaque media colendi Numinis ſusque habendo; Pilatino ludibrio, Gallionico ſupercilio, Feſtiano faſtu repellendo (quod de Tiberio olim dictum, de multis Chriſtianis verum eſt: *parcus Deorum cultor & infrequens. Non agnoſcendo,* inquam, in eâ facie quâ Scriptura S. illum depinxit)

Luth. Tom. 3. Witt. p. 141. Was hilffts nun / daß du mit Worten hoch rühmeſt vnd bekenneſt / du ſeyeſt ein Herr von Gottes Gnaden / ſo doch dein Hertz vnd gantzes Leben ſich nicht anders erzeigt / denn als hätteſtu keinen GOtt / vnd wereſt von dir ſelbs ein freyer Herr / der alle Macht hätte zuthun wider Gottes Gebott / nach allem Muthwillen: Denn wer Gottes Wort nicht acht / noch hält / der acht vnd hält auch GOtt ſelbs für nichts. Sintemahl wer GOtt ehren vnd haben ſoll / der muß ihn haben / in vnd durch ſein Wort / ſonſt iſt es vnmüglich GOtt zuerlangen / haben oder kennen / weil denn die Gottloſen Gottes Wort vnd Befehl nicht achten noch haben / ſo haben ſie auch keinen Gott. & pag. 162. ib. Man findet ſolche gottloſe Menſchen / die für das Ewige Leben wüntſchen vnd begehren in dieſem elenden Leben zu bleiben / dörffen zu GOtt ſagen daß er ſein Himmelreich behalte / vnd laſſe ſie hie nach ihrem Willen leben / ja daß noch mehr iſt / es verdreüßt ſie / daß ſie von GOtt vnſterblich geſchaffen ſeynd / wolten lieber / daß ſie / wie ein vnvernünfftig Thier / wie ein Eſel oder Kuhe dahin ſturben / daß ſie weder Todt noch Hölle fürchten dörfften / ſchlagen alles in Wind / verachten vnd ſpotten alles was man vom Himmelreich vnd vom Ewigen Leben ſagt / thun wie jener Baur that / da ihm ſein Pfarrer vom Himmel vnd der ewigen Seligkeit fürpredigt / ſprach er / was Himmel? was Himmel? hätten wir hie Mehl. Solche heilloſe Tropffen findet man hin vnd her in aller Welt / die weder Himmel noch Hölle glauben / weder vom Leben noch vom Todt wiſſen. Predigt man ihnen vom Himmel / Teuffel vnd Hölle / ſo ſagen ſie / wer es geſehen hab? der Teuffel ſey nicht ſo ſchwartz / wie ihn die Mahler mahlen. Die Hölle ſey nicht ſo heiß / wie die Pfaffen predigen. In ſumma / es ſind Epicurer / freche Menſchen / blind vnd verſtockt / nicht werth daß ſie Menſchen genennet werden. Sintemahl ſie nichts anders / denn wie die vnvernünfftige Beſtien alles verachten vnd verlachen.

non celebrando; non timendo, non amando; non fiduciâ amplectendo, eo cultu modoque; quam S. literæ præſcribunt. 2. *Impiè*, ſuperſtitioſè, irreligiosè *ἀγέρως ac ἀπηγέρως colendo,* cultibus non præceptis; inviſis, electitiis; vide Lact. Catech. part. 1 p. 140. 3. *Mutando Numinis gloriam* in ſimilitudinem bovis comedentis fœnum; falſando; *idolificando*; id verò bifariam. ſicut moneta falſari poteſt, vel cupro aureum ſchema, vel auro cupreum obducendo. Ita vel bovi, ſtatuæ, cæliti; Numinis facies inducitur idolificando, adorabile faciendo. Wann man Chriſto die Federn außropfft vnd Mariæ aufſteckt. Tom. 1. Isleb. p. 302. f. 2. *προσκυνήσει*, aliisque reverentiæ divinæ modis religiosè colendis: vel vero Numini falſa facies in

ſiglinâ cordis humani aſſingitur; utrobique aſebia Numinis ex auctoratrix, utrobiq; atheiſmus! nam Deus bos, eſt non Deus, Vitulus aureus eſt Deus bos. Ergò non Deus. Item Deus falſo conceptus, αὐτηγέρως deſcriptus & larvatus eſt non Deus. Deus non-Zelotes, corrivalis, Leno; Deus auctor peccati, Immiſericors abſolutè juſtus, abſolutè, abſq; temperamento juſtitiæ vindicatricis, eſt non-Deus. Item, Deus in phantaſiâ Judæi, Mahometicolæ, Ethnici, abſolutus à paternitate, Filiatione, proceſſione eſt non Deus.

Hinc Lutherus Tom. 8. Ien. p. 286. Weil ſie ihnen in Gedancken einen Gott mahlen/ der keinen Sohn noch Heiligen Geiſt in ſeiner Gottheit habe: vnd alſo nichts denn einen ledigen Traum für GOtt halten vnd anbeten/ wie 2. Ioh. 9. ſaget Wer nicht glaubet vnd bleibet in der Lehre Chriſti/ der hat keinen GOtt. Vnd Chriſtus Ioh. 5. Wer den Sohn nicht ehret/ der ehret auch den Vatter nicht. Item Ioh. 14. Niemand kommet zum Vatter denn ꝛc. Darumb ſolch rühmen von Gott der Türcken/ Juden vnd aller Vnchriſten/ lauter nichts denn blinder thörichter Leuthe nichtige Gedancken/ damit ſie der Teuffel bethöret vnd bezaubert/ daß ſie ſich laſſen düncken ſie haben den rechten Gott. Luth. Poſtill. in Simeon. & Iudæ. Türcken vnd Juden rühmen viel von GOtt vnd wollen ein beſſern Glauben haben/ denn wir Chriſten/ denn ſie ſprechen es könne ihnen nicht fehlen/ ſie glauben an den einigen GOtt/ der Himmel vnd Erden vnd alles erſchaffen hat/ das kan je nicht vnrecht ſeyn/ dencken ſie. Aber Chriſtus ſchleuſt hie/ wer mich haſſet/ der haſſet meinen Vatter/ weil nun die Chriſtum haſſen/ vnd ſein Wort verfolgen/ iſt es gewiß/ daß ſie den GOtt der Himmel vnd Erden erſchaffen auch haſſen/ an ihn nicht glauben/ ihn nicht ehren/ denn Chriſtus iſt derſelbige einige GOtt. & tom. 3. Witt. p. 584. Wann ich von Churfürſten zu Sachſen/ oder von einem Grafen von Mansfeld/ ſagte/ das iſt ein Churfürſt oder Graff von Mansfeld/ vnd hat doch weder Leib/ Kopff/ noch Strümpff/ Hände vnd Füſſe. Gleich ein ſolcher GOtt iſts auch/ den ihnen die Türcken fürbilden/ der da in ſeinem Göttlichen Weſen keinen Sohn habe/ nehmen ihm damit Hände vnd Füſſe/ das iſt ſeine vollkommene Gottheit/ wie er ſich hat offenbahret/ vnd will erkandt ſeyn/ vnd ergreiffen alſo nicht mehr denn einen ledigen nichtigen Schämen ihrer eigenen Gedancken für den warhafftigen GOtt. Denn dieſen GOtt wollen ſie nicht haben/ der da ein Vatter ſey/ vnd vns ſeinen Sohn geſchencket vnd den heiligen Geiſt über vns reichlich außgegoſſen habe/ ſondern läſtern vnd toben wider ihn aufs greulichſte. & tom. 8. Ien p. 286. Türcken vnd Juden ſind im grund ohne GOtt/ weil ſie ihnen in Gedancken einen GOtt mahlen/ der keinen Sohn noch H. Geiſt in ſeiner Gottheit habe: vnd alſo nichts denn einen ledigen Traum für GOtt halten vnd anbeten/ 2. Ioh. v. 9. ſaget: Wer nicht glaubet vnd bleibet in der Lehre Chriſti/ der hat keinen GOtt. Vnd Ioh. 5. Wer den Sohn nicht ehret/ der ehret auch den Vatter nicht. Item Ioh. 14. Niemand kommet zum Vatter denn durch mich. ꝛc. Darumb ſolch rühmen von GOtt der Türcken/ Juden/ vnd aller Vnchriſten/ lauter nichts iſt/ denn blinder/ thörichter Leuthe nichtige Gedancken/ damit ſie der Teuffel bethöret vnd bezaubert/ daß ſie ſich laſſen duncken/ ſie haben den rechten GOtt. qui enim non honorat Filium is nec Patrem & qui non habet Filium is nec patrem. Item Es heiſt Deus alienus (juxta Lact. Catech. part. 1. p. 134.) Ein anderer oder frembder GOtt (in den Worten du ſolt keine andere Götter neben mir haben) nicht nur der heydniſche Götz oder Abgott/ ſondern auch der wahre GOtt/ ſo fern derſelbe falſch eingebildet/

Digitized by Google

bildet / auff eine andere Art vnd Weiſe / als er befohlen / verehret wird. Gleich wie das Feüer das GOtt nicht befohlen / das Rauchwerck das GOtt nicht eingeſetzt / der heilige Ort den die Juden profanirt, ein frembdes Fewr / ein frembdes Rauchwerck ein gefrembder Ort heiſt / als iſt auch der warhafftige GOtt / ein frembder Gott / dem der ihn falſch mahlet / einbildet vnd verehret. Num.3,4. Lev.10,1. Ierem.19,4. Die Meinung Gottes im erſten Gebott iſt vnter andern auch dieſe: Du ſolt keinen frembden Gott / kein Idolum vnd Götzen auß mir machen, ſondern von mir halten vnd dienen / wie ichs befohlen vnd vmb kein Haar breit anders. Laſt vns hiervon hören D. Lutherum: Wie du mich (GOtt) bildeſt / ſo haſtu mich / bildeſtu mich recht / ſo haſtu mich recht / das heiſt: Wie du glaubeſt ſo geſchicht dir / & ib. Daher ſeind auch alle Abgötterey vnd falſche Gottesdienſt von Anfang kommen / vnd kommen noch immer daher / daß man GOtt alſo mahlet vnd bildet / wie die Mahler den Teuffel mahlen mit langen Hörnern / vnd ſcheußlichen feurigen Augen: ſolches Bilde man gewiß in aller Mönchen Hertz findet / wann mans auffſchneiden ſolte. ib. Machſt du mich dir zum Gott / ſo haſtu einen Gott / machſtu mich zum Teuffel / ſo haſtu mich auch alſo. Deß Menſchen Hertz iſt von Natur als ein verderbter vnd zerriſſener Spiegel / daß er nichts mehr weiß vnd verſtehet von GOtt vnd ſeinen Willen. Darumb muß er ſo fahren vnd fladern mit eignen Gedancken / daß einer ſo / der ander ſo GOtt mahlet: ziehen vnd hencken ihm ſo mancherley Farb vnd Kleider an / vnd bilden ihn ſo ſeltzam / daß wann es alles auff einen hauffen käm / ſo wäre es das ſcheußlichſte Bild / deßgleichen nie geſehen oder gemahlet möchte werden.

Hujusmodi DEUS idolum eſt, ſimile imagini Davidis pellitæ, Davide abſente, inane ſimulacrum, quod ex veſtibus temerè aggeſtis rudem ſpeciem hominis repræſentat; qualia ſunt, quæ in mortuorũ exequiis excitantur; cùm quaſi ibi cadaver defuncti adeſſet culcitra feretro injicitur; ſub qua ſtragulà leviter hinc inde aſſurgentia, jacentis corporis imaginem oculis objiciunt. Verbo, hujusmodi Dei non-Dei cultus, quid eſt niſi *Ficontilatria*? (liceat ὀνοματοποιεῖν, ad exemplum cognominis Arianorum, quos ôlim Exucontios Antiquitas appellabat, quia Filium DEI creatum dicebant ἐξ οὐκ ὄντων.

ANTINOMIA SECUNDA.

§. 56. *Plus colito DEUM minusve: Minus*, per αὐτάρκειαν notitiæ, ἐποχὴν aſſenſui, diffidentiam fiduciæ, teporem charitati, ſecuritatem timori oppoſitam: plus quàm præſcripſit ille in lege ſcripta, quæ eſt ipſiſſima ſcil. SUPERSTITIO, veræ religionis ſimia, ſeu privigna degenerans. quò alludit *Auguſtin.* l.4. C.D.c.30. *quis*, ait, *non intelligit Ciceronem conari, dum conſuetudinem Civitatis timet, religionem laudare majorum, eamq; a ſuperſtitione velle ſejungere, ſed quomodo id poſſit, non invenire?* & mox: *hæc utiq;, cum tanquam ſuperſtitioſa culpantur;*

Digitized by Google

rtur, implicat iſta culpa majores talium ſimulacrorum Inſtitutores atq; cultores; implicat & ipſum, qui quantolibet eloquio ſe in libertatem nitatur evolvere, neceſſe habebat iſta venerari; ne quod in hâc diſputatione diſertus inſonat, mutire auderet in populi concione. Similes Cicerones Roma hodiè alit, quos ſuperſtitio ſic occupavit ex more, ut religionem primam veram ac Apoſtolicam palàm profiteri non audeant? IRN. Hic lubet ſciſcitari, *Nimiumne DEVS coli poſſit?* DUAR. Poteſt, ſi à S. literarum normâ abiveris. Sicut nimium colit B. Virginem, qui ut Deam colit; ita qui Spiritum S. colit ut ἀναίτιον, atque ſic αὐτόθεον, ut neque à Patre, nec à Filio procedat, vel ab illo ſolo, non iſto: Originis nobilitas non dedecorat: Ita qui DEUM honorat ut Dominum abſolutâ poteſtate agentem, prædeterminantem, juſtum ſine miſericordiâ, miſericordem ſine juſtitiæ temperamento, non is DEUM religioſè honorat, ſed turpiter infamat. Ecquid eſt omnis ſuperſtitio ac ejusdem ſuperfœtatio, niſi cultus exceſſivus?

Die Ketzer Manichei (ita Luth. tom. 2. Isleb. pag. 434.) ſind ſo böſe Buben geweſen/ ärgerten ſich dran/ daß der Sohn Gottes ſolte Menſch worden ſeyn/ vnd ihren Irrthumb zu ſchmücken/ geben ſie groſſe Klugheit vnd Heiligkeit für/ vnd ſprachen/ es wäre der Göttlichen Majeſtät zu nahe/ daß ſie auß dem armen/ vnd durch die Sünde verderbten vnreinen ſterblichen Fleiſch vnd darzu eines Weibesbildes/ ſolte geboren werden/ ja vnmüglich/ daß die Göttliche Reinigkeit (ſo heller denn die Sonne iſt) in den jämmerlichen ſchlamm ſencken ſolte/ gaben derowegen für/ Maria were nicht eine leibliche natürliche Mutter Chriſti geweſen/ ſondern wie ein roth Glaß von ſich einen Schein gibt an der Wand/ daß man die rothe Farbe beſcheiden ſihet/ vnd doch keine Farbe iſt/ oder den Sonnenſchein durch ein blau Glaß leuchtet/ ſo ſihet der Schein auch blau/ alſo were auch ein Scheinen oder Schatten durch Mariam gefahren wie ein Geſpenſt/ das nicht recht Leib vnd Seel hatte/ Chriſtus hätte einem Menſchen gleich geſehen/ aber er ſey kein warhafftiger Menſch geweſen/ alſo machten ſie nur ein Geſpenſt auß ihm/ vnd ſolte alſo ein Geſpenſt gecreutziget ſeyn worden von den Juden. Aber wir glauben der H. Schrifft.

IRN. Satisne congruit Majeſtati divinæ, noſtra in precibus *Duizatio*, cum odioſum videatur & ruſticum Regem appellare du König? DUAR. Satis profectò congruit unitati Divinæ, ab omni alio Ente diviſæ, unitatem profiteri. *Ludov. Capell.* in diatrib. de nomine אלהים hæc notat. C. 8. p. 677. *Sanè apud Europæos hodiè gentes, cum inferior ſuperiorem aut verò æqualem, imò non rarò etiam inferiorem alloquitur, numero id facit plurali, vous, non vero Tu vel Toy: vel cum Princeps ſcripto aut Edicto publico plebem ſibi ſubditam compellat, numero*

itidem

Digitized by Google

itidem utitur plurali, nous non vero je, vel moy; Verum hanc Europæis hodiè familiarem loquendi conſuetudinem Hebræi nunquam uſurpant, ſicuti neq; veteres Latini Romani aut Græci. Nam cum vel infimus è plebis fæce Regem aut Principem ſuum ſupplex alloquitur, non eum ſic affatur: vos ſed Tu, uti liquet ex tota veteris & Novi Teſtamenti ſcripturâ: quum enim mulier Tekoitis à Ioabo ſubmiſſa Davidem alloquitur 2. Sam. 14, 4. non dicit המלך הושיעו ſervate ô Rex, ſed הושיעה ſerva, neque dicit, quare השבתם cogitaſtis tale quid, ſed השברת cogitaſti; neq; etiam dicit Dominus DEVS עמכם ſit vobiſcum; ſed עמך tecum. Nec quum ſæpiùs eum vocat Dominum ſuum, unquam dicit אדני Domini mei (quomodo Hiſpani ſolent dicere vos Sennoria) ſed ſemper dicit אדני Domine mi, objicit forte aliquis verba ſcorti Salomonem alloquentis & apud eum intercedentis, ne puerulus medius diſſecaretur 1. Reg. 3, 26. Sic enim eum alloquitur. Quæſo Domine mi תנו לה date ei puerulum vivum אל תמיתוהו והמת neque eum omnino interficite. Vbi videri prima fronte poſſet fœmina illa Regem alloqui in plurali numero, honoris ergo, תנו date, item אל תמיתו ne interficite. Verum itidem liquet, rem non ita ſe habere, nam mox cum Rex lictorem alloquitur, qui paratus erat ſecare, ac medium dividere infantulum illum, eum ſimili modo compellat תנו לה date ei puerulum vivum. Non puto dixerit quisquam id à Rege factum, quod honorem Lictori tribuere vellet. Quid ergo eſt? Nempe familiare eſt Hebræis, ut verbum plurale activum pro imperſonali ſingulari uſurpent, date ei, pro detur ei. Tale eſt illud Ieremiæ 33. v. 6. Hoc eſt nomen, quo vocabunt eum, h. eſt, quo vocabitur, ſic Latini agunt, dicunt pro dicitur, ferunt pro fertur. Aliam Hebræi, ibidem pag. 678. habent rationem teſtandi cultum & venerationem ſuam erga ſuperiores, quum nimirum ſe dicunt & vocant eorum ſervos, ut quum non dicunt: Ego hoc faciam, ſed ſervus tuus hoc faciet, non jube mihi ſed iube ſervo tuo, aliaq; eiuſmodi ſexcenta, ubi etiam obſervandum hoc eſt, eos ne tum quidem uti plurali numero, non enim dicunt עבדכם ſervus veſter (quomodo loquuntur Galli, voſtre Serviteur) ſed עבדך Servus tuus, unde ſatis liquet, apud eos pluralem numerum non uſurpari pro ſingulari, teſtandi honoris & cultus exhibendi gratiâ.

§. 57. Quod jam porrò ſuperſtitionem attinet

Cernenda ſunt diligenter, ita monet Tullius, in partit. ne fallant ea vitia, quæ virtutem videntur imitari. Nam & prudentiam malitia, &

Digitized by Google

temperantiam immanitas, in voluptatibus aſpernandis &c. & fortitudinem audacia imitatur, patientiam duritia immanis, & juſtitiam acerbitas, & religionem ſuperſtitio. *Breſſero* l. 6. de conſc. c.21. Superſtitio eſt cultus DEI indebitus ac ſuperfluus. Eſt autem ſuperſtitio, ut modo diximus, duplex: alia in exceſſu ſenſus cultusve ſita, alia in exceſſu objecti colendi, quæquæ à Cicerone l. 2. de nat. Deor. deducitur à more *parentum totos dies precantium & immolantium, ut liberi ſui eſſent ſuperſtites.* *Lactantio (inquit Lud. Vives ad L. 4. de Civ. D. c.30.) *hoc etymon ſuperſtitioſi parum probatur, qui ſuperſtitioſos vocari dicit, qui falſam religionem colerent, ſuperſtitemq́ defunctorum memoriam.* excuſat ib. Ciceronem. Definitur à Servio l. 8. Æneid. *timor ſuperfluus & delirus, aut* ab aniculis dicta ſuperſtitio, quæ multis ſuperſtites per ætatem delirant, & ſtultæ ſunt; aut ſecundum Lucretium, ſuperſtitio eſt ſuperſtantium rerum, cœleſtium & divinarum, quæ ſupra nos ſtant, inanis & ſuperfluus timor. Sic *Ammianus* l. 25. de Juliano: *Superſtitioſus magis quàm ſacrorum legitimus obſervator: innumeras ſine parſimoniâ pecudes mactans, ut æſtimaretur, ſi revertiſſet de Parthis, boves jam defuturos.* Græci δεισιδαιμονίαν appellant, quam in Athenienſibus notavit Apoſtolus, Act. 17, 22. cum ſacra eorum contemplans etiam invenit aram, dedicatam *Ignoto Deo.* ſuperſtitionem, inquit *Plutarch.* in l. de ſuperſtit. *Græci δεισιδαιμονίαν nominant, quâ voce intelligitur opinionem de Diis eſſe turbulentam, & timorem hominis incutere, quem conſternit ac deprimit, exiſtimantem quidem Deos eſſe, ſed eos acerbos damnoſosq́ eſſe putantem.* (ſicut Papæi Deum tetricum & inexorabilem animo concipientes, ad cœlicos Miniſtros confugiunt) *Videtur is, qui nullos putat eſſe Deos (quem impij voce intelligi volumus) nihil moveri Numinis mentione; ſuperſtitioſum quidem moveri, ſed perversè.* & in l. de Iſid. & Oſiride: *alij fugiendo, velut paludem, ſuperſtitionem, in præcipitium impietatis delapſi ſunt.* Germanis eſt **Aberglaub** quaſi **überglaub**/ ſicut **Aberwitz** quaſi **überwitz**/ J. Lipſius in monit. polit. nimis generaliter definit. p. 12. cultus DEI, quem, aut cui non debet, aut aliter ac debet. Errat in eligendo: vel *modum* excedit in colendo, & ſerviliter, muliebriter, pueriliter ſe gerit. IRN. Utra minus mala, Impietas an Superſtitio? DUAR. *Phyſicè Impietas.* minus malum eſt, inquit Plutarch. l. de ſuperſtit. p. 164. Tireſiam eſſe cæcum, quàm excæcatum: malo nullum omnino eſſe Plu-

ſe Plutarchum, quam Plutarchum hominem eſſe inconſtantem. At moraliter Superſtitio: ſicut Tyrannis minus mala eſt, quàm anarchia: illa enim ſocietatem humanam laxando perdit, hæc effrenem coercet: ſicut præſtat habere regem veneri addictum, quam Marti violento, vix ſævire poteſt, qui amat, ait Gramond. de Henrico IV. l. 1. hiſt. gall. p. 9. nullus Rex belluæ multicipit edomandæ par, ſine religionis qualis qualis habenis. vide Bodin. l. 6. c. 1. Dan. Claſen. de relig. polit. c. 5. Interim, ut inter duo moralia neutrum eſt eligendum, ita nec impietas, nec ſuperſtitio admittenda eſt. Quid enim & hæc detrimenti afferre poſſit, Mahomet & Müncerus ſuis turbis teſtatum fecere, vide Lipſ. monit. p. 14. Cæterum committitur *Superſtitio* tum in *ſenſu*, tum *cultu*: in *ſenſu fanatico*, cum quis plus de DEO, divinis, & eventibus Thearchiæ divinæ ſcrutari poſſe, ac ſcire ſibi videtur, quam per revelationem S. literis conſignatam licet. Hoc in Alexandro Magno notatum; qui omni quidem vitâ religioſus, in extremâ ad hanc declinavit. *Nam ita animi & corporis æger jam ſe geſſit*, ait *Plutarchus, ut nihil eſſet tam parvum aut abſurdum, ſi modo inſolitum, quod in prodigium aut omen non verteret.* Itaque ſacrificantium, luſtrantium, divinantium regia erat plena. *In cultu*, vel cum ruditate, duce cæcâ,

Neque aliud eſt, quàm humanarum mentium ludibrium *Superſtitio*, quæ rudes barbaros, & male factos animos maximè tangit: *καὶ εὐάγωγον* (ait Plutarchus in Sertorio) *εἰς δεισιδαιμονίαν φύσει τὸ βαρβαρικὸν*, pronum naturâ ad ſuperſtitionem genus barbaricum. Lipſ. monit. pag. 12.

extenſiori religione & electitiâ (de quâ videnda Hodomor. Pap. Phant. 6. p. 1077.) & quadam quaſi ſuperfœtatione Numen coli videtur: vel cum ardentiori religione quis inſtar clibani flagrans, quaſi furit, ut *Franciſcus* ille Chriſti fatuellus; atq; hinc intenſioris perfectionis ſtudio ὑπεροχὴν in regno cœlorum affectat, tanquam *Bigot* Gallis q. d. näher bey GOtt/ intimioris admiſſionis amicus. cum timentur non timenda, non timentur timenda: *ſic Iudæi timuerunt regnum terrenum amittere, ubi non erat timor, & amiſerunt regnum cœlorum, quod timere debuerant.* Auguſt. in Pſ. 14. Quo pertinet metus futuri periculi, probabilis licet, tamen incerti, à quo metu futuri contingentis, Lutherus *Iohanni Electori Saxonico* in electione Regis Rom. occupato diligenter cavit, Tom. 2. Iſleb. p. 126. Es wäre beſſer

auff GOtt die Wahl gewaget/ der zukünfftige Ding wohl weiß anders zu ſchicken/ denn wir ſorgen vnd dencke/ GOtt iſt allein ein Meiſter vnd Regierer zukünfftiger Fälle/ wo man ihm glaubet/ denn ich wolt je nicht gern/ daß E.Churf.G. Glauben vnd Trauen zu GOtt/ jetzt zu Augſpurg ſo herrlich erzeigt vnd bewerth/ ſolte nun in dieſem fall vntergehen vnd den Gedancken von zukünfftigen Dingen weichen/ ſonderlich weil hie kein Schrifft noch Noth/ ſolchen Gedancken zu folgen/ zwingen/ vnd wohl mögen vmbgangen werden. Es ſind ſchwere Sachen/ das weiß GOtt/ aber GOtt helffe vns/ daß wir ſie nicht viel ſchwerer machen/ eben damit / da wir ſie mit leichter machen wollen/ es ſtehen doch zukünfftige Dinge nicht in Menſchen Wiſſen noch Gewalt / wie das alle Hiſtorien vns lehren/ vnd (wo nicht GOtt oder Noth fordert) da gereth es doch allwege anders denn man gedencket / daß man ſagen muß/ ich hätts warlich nicht gemeinet. Iſt doch jetzt zu Augſpurg Papſt vnd Keyſer nicht gerathen/ weil ſie es mit Gedancken faſſen wollen. Allein daß wir bey GOtt bleiben vnd ohne Noth nicht auch / wie ſie thun/ in vngewiſſe künfftige Jahr vns begeben. Hæc Lutherus. Ergò GOtt vertrau/ den Acker bau! Sic: cum Zelus charitatis exundat in bonũ aliquod, re vel opinione ſacrum, effuſius quàm par eſt. Ad verba l.1.Maccab. c.2. *Moriamur omnes in ſimplicitate noſtrâ*, hæc annotat *Corn.à Lap.*p.15. *In ſimplici obſervatione Sabbathi, ut eo die plenam obſervemus quietem à DEO præſcriptã, adeò ut in eo non pugnemus, imo contra invadentes nos non defendamus, ſed ſinamus nos quaſi agnos ſimplices & innocentes occidi. Dixerunt hoc non ex ſuperſtitione, nec ex imprudentiâ, ut volunt Novantes, ſed ex ſtudio perfectæ religionis, Sabbathi enim ſumma erat apud Iudæos religio. Quare licet jure potuiſſent eo die pugnare & ſe defendere, tamen ex zelo religionis maluerunt ſe offerre morti, quam cultum & quietem Sabbathi per ſpeciem & umbram duntaxat violare, quia hac ratione evadebant martyres: martyrium autem eſt actus nobiliſſimus, ideoq; longe nobilior pugnâ & vitâ. Idem fecere Iudæi invaſi à Ptolomæo Lagi, & poſtea à Mithridate, uti narrat Ioſephus l.12.c.1 & l.18. ult. quos à pietate & religione laudat S.Ambr.l.1. offic.c.40. Sic legio Thebæorum Duce S.Mauritio potuiſſet reſiſtere Maximiano Imp. ſed noluit, at proiectis armis permiſit ſe inſtar ovium occidi, quia legionarij fideles malebant eſſe martyres, quàm milites. Sic Carthuſiani ex voto abſtinent carnibus, ut malint mori, quàm veſci carnibus, etiam ubi*

Me-

Medicus eas judicat neceſſarias ad ſanitatem & vitam conſervandam. Nam religio & obſervantia regularis potior eſt ſanitate & vita. Hæc Cornelius. at contra Dominus: Sabbathum eſt propter hominem. Volo miſericordiam non hoſtiam. cerimoniale cedit morali. Legionis Thebææ pietas aliena eſt à ſtatu quæſtionis, ut quæ non debuerit Cæſari conſcienter armis reſiſtere.

Exempla ſuperſtitionis abſurda & vaga ἐκ τῶν ἔξω *affert idem Lipſius loc. cit. p. 15. Aegyptiorum, quos omnes gentes credo equidem vanâ & ſtultâ ſuperſtitione anteiviſſe. Neq; enim ad homines, aut ad mortuos modò Deorum cultum, Iſim, Serapim, Anubim, ſed & ad beſtias, eaſq; viliſſimas tranſtulerunt, Canes, Ichneumones, Feles, Accipitres, Ibides, Lupos, Crocodilos, tales plures. O amentiam! his cibos dare per obſequium pietatis ſoliti, his agros & vectigalia è publico aſſignare; horum in ſignis imagines præferre, his deniq; defunctis cum planctu funus & ſumptu monumenta fecere. Ex his ſi quis ſciens aliquod interfeciſſet, interficiebatur, ſi quis vel inſciens Felem aut Ibidem. Idem, nugari videar; ſed vera ſuo malo ſenſit Romanus civis, ævo Diodori Siculi, i. e. Tullij Ciceronis, nam ipſe id ſcribit, & teſtem ac ſpectatorem rei ſe adſcribit, Ptolomæus, inquit, quem Romani in regnum poſtea reſtituerunt, cùm primò Socius & amicus à Senatu P. Q. Romano dictus eſſet, magna lætitia publica & concurſus fuit. Erant & Romani in turba, atq; inter eos miles caſu, (non enim ſponte) felem occidit. Clamor, ira, tumultus, non inſcitia miſeri, non Romani nominis reverentia, non imperium Regis, qui purpuratorum præcipuos miſerat ad ſedandum & deprecandum: nihil, inquam, horum juvit, quin ille ſtatim millenis manibus diſcerperetur, ſic ut nec funeri aut rogo aliquid ſupereſſet. Vides quam mitis ſuperſtitio? rabies & furor eſt, cùm pecora invaſit? Adde illud* ab Hornbeck. in ſumm. controv. relatum p. 858. *Commentum habent Græci luminis in Chriſti ſepulchro miraculoſe quotannis die Sabbathi Sancti accenſi: quod mirum dictu quantopere homines ſimplices in fide erga Chriſtum retineant, abſq; quo verentur eos ad Muhammetiſmum facilè defecturos. Quod falſum eſt miraculum, ab aliquo Sacerdote templum ingreſſo, qui orando ſcilicet impetret luminis iſtius accenſionem, quodq; tantum per horæ ſpatium durat, & ſuſtentatur in materia ceræ in Lampade ardentis, paratum: uti videre eſt in Commentario Adæ Archimandritæ Chaldæorum Babylonenſium, de conciliatione fidei Orientalium, cum Romana c. 7. apud Bzovium Annal. Tom. 14. ad an.* 1330. *Quam acres* (inquit Lipſius in monit. Polit. p. 7.) *in Ludovic. Godefredo Lotharingiæ & Bullionij Duce, pectore ſtimuli, qui adegerunt rem tentare atq; aggredi, vix Europæ viribus patrandam? Iudæa & Terra ſancta à profanis & impiis tenebatur: qui loca illa Chriſto-DEO calcata aut cruentata, illudebant ac profanabant. Perdolitum eſt piiſſimo Heroi, (ſic nominandus eſt, & homine in eo aliquid majus) militem collegit, opes ſuas & avitum patrimonium expendit, fratres ipſos duos impendit. DEVS autem cœpto quam palam adfuit? ad ſexcenta millia peditum, equitum, centena millia armavit: exercitum, quem raro Europa noſtra vidiſſet. Scio eſſe qui numerum minuant: ſed fuiſſe certum eſt, etſi non omnes perveniſſe. Venit igitur in Syriam, & (ut Iuliani olim verbis dicam) vidit, vicit. Rex terræ ſanctæ factus, victoriis & vitâ illuſtris obiit: quem mirari aliquando ſubiit, non & ipſum relatum in Divorum numerum, tam claris teſtatisq; meritis.* at quæ ad hanc expeditionem adegit, ſuperſtitio fuit, Petri Eremitæ enthuſiaſmo inſlammata; cujus vanitatem dies poſtea non ſe-

mel atra monſtravit, vide Engliſch Chriſtenſchutz Concion.2.p.21. ſic & ſuperſtitio eſt, cum *Auguſtus Imperator auſpicia & omina,* ait Suetonius, *pro certiſſimis obſervabat: ſed nec ſomnia ſua, aut aliena de ſe, negligebat. ne peregrinarum quidem religionum contemptor, cum Cereris Attica myſteriis initiari voluerit. Ludovicus XI. ætate & valetudine jam inclinante medicis blanditur, & auri montes promittit, aut donat: deinde & ſanctos viros evocat & è ſylvis educit, quibus vitam ſuam non emendandam ſed propagandam commendat. Tanto interea metu, ut in arce munitâ, & feneſtris ipſis atq; omni aditu clathris ferreis obſtructo, ſeſe includeret: id eſt, quid niſi in ſpontaneum carcerem daret? O miſer hoc aſſiduè times, quod in tua manu eſt, ne timeas? Pietatem aſſume, ſuperſtitionem omitte: mors tua vita erit & quidem beata atq; æterna.* Lipſ.l.cit.

§. 58. Denique pleonaſmus in ſenſu cultuque Numinis. ſuperſtitio fidei adverſa eſt, quæ 1. plus ſcire avet, ſagire, indagare, quàm fas eſt, prurigo ſcil. curioſa & divinatrix: 2. plus aſſentitur, quàm Magiſter optimus ſciri voluit: Deiformitatis hæc eſt inſana affectatio, quæ Evam Paradiſo expulit: aſſentiri abſque vel rationis & experientiæ evidentiâ, vel revelationis divinæ aſphaliâ, adde & abſque ſpirituum probatione, damnifera eſt imprudentia. Sic in traditionum Eccleſiæ, miraculorum, divinationum fide exerrari ſolet, cum fide divinâ excipitur, quod vel ſolâ fide humanâ, vel planè nullâ nititur: 3. plus fiduciæ in DEUM Adjutorem conjicit, quàm ille in verbo ſuo eſt pollicitus.

§. 59. Commodè dividi poteſt Hoc ſuperſtitionis genus, quod fidei hyperbolen continet, in ſuperſtitionem ſyncatatheticam, manticam & piſticam: prima nimium credit aſſentiendo, altera nimium prurit, indagando; tertia, nimium fiduciæ ponit in lubrico, non ſolido. Prima fidem reſolvit in Eccleſiam, Eccleſiæ ſenſum, traditionem, in principium probabile ac evidenter, evidentiâ morali, credibile; imò in falſum, exemplum eſt præbitum in Theol.Conſc.Tom.2.part.2. dial.2. caſ.11.p.409. Eſt quidem Eccleſiæ, ſed liquidò veræ, ſed catholicæ, ſed matris patri haut obſtreperæ, magna dignitas, ſed conditionata; ſi verbo divino firmiter inhæreat; Sed Papææ Eccleſiæ nervus eſt ſuperſtitio.

cumque hoc principio ſtatque caditque ſuo.

prius nunc agendum eſſet de Manticâ, poſt de fiduciali ſuperſtitione. Sed cum ordo in ſpeciebus ejusdem generis ſit arbitrarius, & quæ prolixiorem ergaſiam exigunt, in finem ſervare lubuit, ideò de Fiduciali prius agendum erit.

§. 60. Eſt

§. 60. Eſt autem hæc, cùm quis plus fiduciæ in DEUM adjutorem conjicit, quàm ille in verbo ſuo eſt pollicitus. Bifariam Fiducia exerrat, vel ſimpliciter, cum quis confidit ἐν τῷ τινί ſine Numinis verbiq; divini reſpectu, titulo, prætextu, quod profanitatis eſt: vel cum hoc reſpectu; quod eſt inſuper impudentis ac infrunitæ irreverentiæ. Latiſſimè patet ſuperſtitio, quàm latè partes fidei; Scientia, aſſenſus, fiducia. Plus igitur ſcire velle, quàm par eſt, quàm Magiſter optimus ſciri voluit, prurigo eſt curioſitatis, & Deiformitatis inſana affectatio: quæ Evam Paradiſo expulit, aſſentiri vel absque revelationis divinæ aſphalia, vel rationis & experientiæ evidentia, adde & ſpirituum probatione, damniferæ eſt impudentiæ: ſic in traditionum Eccleſiæ, miraculorum ac divinationum fide errari ſolet, cum fide divina excipitur, quod ſola humana vel planè nulla excipiendum, plus fiduciæ ponere in re, quæ ſolido fundamento caret, temerariæ eſt præfidentiæ. De Traditionum fide actum eſt in Hodomor. Sp. Pap. de miraculorum fide in part. I. Theol. Conſc.

§. 61. *Omnis fiducia (α) virtutis (β) ἐν τῷ τινι, vel διά τινος in aliquo, ſeu per aliquod (γ) nullo verbo divino (δ) ad hunc effectum (ε) conſecrata; eſt (ζ) ſuperſtitioſa, & (η) implicitè dæmonolatrica.* (α) *Virtutis* ſanativæ, purgativæ, protectivæ, non naturalis; nam naturalis virtus, ratione & experientia manifeſtata, ſemper & ubiq; eodem modo ſe habet, etſi qualitas ſit quoad τὸ διότι occulta. Satis hic eſt virtutem naturalem eſſe claram, & experientiâ comprobatam, quoad τὸ ὅτι, magnetica virtus e.g. etſi quoad τὸ διότι ſit occulta; naturalis tamen eſt, tot ſeculorum voluminibus comperta: ſemper & paſſim trahit ferrum; at ferrum candens non ſemper & paſſim probat innocentiam. (β) *in aliquo ſeu per aliquod* πρᾶγμα, ἢ ῥῆμα; ſi verbum DEI ipſum ſit. Sunt enim, ajunt, bona verba, ſancta verba, quæ uſurpari ſolent, ſed hic inutilia (quæ, quod per ſe malum non eſt, non poſſunt reddere bona) abuſiva, obliquata, in id non edita ex ore divino, ut his æquivocis effectibus applicarentur: Verba Pſalmi nonageſimi primi ſcripta ſunt ad ſolatium animæ, non ad præſervationem à vulnere. Sic in ſimili miniſter ſacrarum ſacrilegus eſt, cum nuptias inceſtuoſas verbo & precibus conſecrat, item, quæ homo bilioſus, iniquus à ſeipſo patiens in ſuum (quem ſe putat habere) adverſa-

rium

Digitized by Google

rium dicta Davidica applicat, conjicit: bona verba ſunt; ſed obliquata, quæ in ſinum applicantis reflectuniur. Graviter Luth. Tom. 8. Jen. vom Schemhamphoraſch. p. 124. daß er darzu braucht gute Wort der Schrifft/ und Gottes Namen; iſt deſto ärger/ GOtt hats nicht befohlen/ ſondern vielmehr hart verbotten: Es heiſt: Du ſolt Gottes Namen nicht mißbrauchen. Darumb iſt keine Krafft nicht dabey/ ſondern ledige/ bloſe/ ohnmächtige Buchſtaben. Geſchicht aber etwas zuweilen dadurch/ ſo iſts nicht Gottes/ ſondern deß Teuffels werck/ damit ſeine Lügen und Zauberey zu ſtärcken/ und die Unglaubige zu verführen. Aber die Glaubigen damit zuverſuchen und zu warnen. (γ) *nullo verbo divino*, eoque vel verbo creationis, vel elevationis, verbum *creationis* eſt: *Fiat lux*: *Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum, producat aqua piſces, terra beſtias, Creſcite & multiplicamini*, Hoc verbo horti florent, agri panem ferunt, vites vinum: herbæ ſanant, gladius pungit ſecatve, lana calefacit, animal generat ſibi ſimile &c. qui fecit dixit, qui dixit mandavit, qui mandavit promiſit effectum, ſemel benedixit, ſemper benefacit: Fluit natura ad effectum ſuum univocum: affluit ars naturæ miniſtra. Verbum elevationis eſt, quo res naturalis ſupra naturæ vires ad altiorem ac (ut Philoſophi loquuntur) æquivocum effectum ſublimatur. e.g. aqua ad regenerationem ſpiritualem, panis euchariſticus ad recreationem ſpiritualem, ex inſtituto, mandato, promiſſo divino, plantæ ſub certo aſtro effoſſæ, exciſæ, luna vel decreſcente vel accreſcente, Leone forti, e.g. Auguſto: at præciſè die Jacobi effodi, ſuperſtitionem redolet. &c. tantū promovent naturam, non creant, vires nativas ſupponunt, excitant, juvant, non præbent, indunt, influunt. (δ) ad hunc effectum determinatum, ad ſanationem, purgationem, protectionem. (ε) Conſecratæ per divinam inſtitutionem, mandatum, promiſſionem, quæ conſecratio in uſu & praxi repetitur, verbo & precibus, quibus omnia ſanctificantur, ſanctificatione nec mutatrice naturæ, nec imperatrice; ſed precariâ. 1. Tim. 4, 5. (ζ) *Superſtitioſa*, quia plus à DEO ſperatur, quàm ſe daturum inſtituit ac promiſit, du ſolt nicht preiſen recht noch gut/ ohn was GOtt ſelbs redt und thut. At ſuperſtitio contra. Ich hab ein glauben an dieſes und jenes Mittel. Ich verlaß mich darauff. (η) Implicitè Dæmonolatrica: captat enim ſimius ille

De

Dei fiduciam cordis humani, ac ut hoc capiat, foris in corpore juvat, celerius quàm DEUS ſolet ſuis ordinariis mediis, ut qui intereà tentet cor, quorſum ſit inclinatum, in rectum an obliquum? Sicut enim qui aliquid gerit Numine invocato per ordinaria media, is dicitur cum DEO rem geſſiſſe; ita contrà qui rem ſuſcipit ſine DEO per media illicita, cum Dæmone conſpirat, agnoſcente *Navarro*, cap. 11. num. 25. *Tacita*, inquit, *Dæmonis invocatio toties fit, quoties quis nititur aliquid efficere per cauſas, quæ nec virtute ſua naturali, neque divina aut Eccleſiaſtica diſpoſitione poſſunt illud efficere.*

Digna eſt, quæ tota hic repetatur Homilia Lutheri Tom. 2. Isleb. p. 431. f. 2. Jch hab dergleichen Exempel mehr geleſen/ daß einer wenn er für dem Teuffel nicht Ruhe konte haben/ ſich mit dem Creutz gezeichnet hab vnd geſprochen das Wort ward Fleiſch / oder das gleich ſoviel geſagt iſt / Jch bin ein Chriſt / ſo iſt der Teuffel verjagt vnd geſchlagen worden / vnd er hat Friede gehabt/ vnd ich glaube es ſey wahr / ſo er dieſe Wort auß einem glaubigen Hertzen geredet hat. Mit langer Diſputation gewinnet man ihm nichts an / ſondern mit kurtzen Worten vnd Beſcheid / als/ ich bin ein Chriſt / deß Fleiſch vnd Bluts deß da iſt der HErr Chriſtus/der Sohn Gottes/ da beiſſe dich mit Teuffel/da bleibet er dann nicht lange. Denn gewiß iſts/ wenn einer auch in der höchſten Anfechtung das Wort / & verbum caro factum eſt, mit rechtem Glauben vnd ſtarcker Zuverſicht ſprechen könte/ der würde gewißlich von ſeinem Anligen vnd Noth errettet/ denn wo ein glaubiger Menſch iſt/ da muß der Teuffel diß Wort ſchewen / vnd ich habs offt geleſen vnd auch geſehen / daß ihr viel in höchſten Nöthen vnd ſchrecken dieſe Wort geſprochen haben / Et verbum caro factum eſt, vnd mit der Hand ein Creutz für ſich gemacht/ daß der Teuffel von ihnen gewichen iſt. Denn der Glaube an dieſe Wort iſt ſo kräfftig geweſen/ daß er die Welt vnd den Teuffel überwindet. Wie man denn ſonſt liſet eine andere Hiſtoria oder andere Legend / daß der Teuffel auff eine Zeit/ da diß Evangelium Johannis von vorne her in principio erat verbum, geleſen ward / vnbewegt dabey geſtanden vnd zugehöret habe/ biß auff das Wort/ vnd das Wort iſt Fleiſch worden / da ſey er verſchwunden. Es ſey nun erdicht oder geſchehen / ſo iſts doch die Warheit/ daß wer von Hertzen in eim rechten Glauben dieſe Wort ſpricht oder betrachtet/ ihn der Teuffel gewißlich fliehen muß. Sonſt kan der Teuffel ſehr wol leiden/ daß Gottes Sohn ein Liecht vnd Leben der Menſchen ſey / vnd lachet in ſein Hertz / daß es die Leute nicht annehmen/ wie Johannes droben geſagt hat. Aber hie werden ihm alle ſeine Gedancken entzwey geſchlagen/ Gottes Sohn iſt Menſch worden Aber ein greulicher Mißbrauch vnd Zauberey iſt es auch geweſen/ daß man diß Evangelium Iohannis, In principio erat verbum, auff ein kleinZeddelin geſchrieben/ in ein Federkiel oder ſonſt eingefaſſet / an Halß oder anderswo hin henget. Jtem/wider den Donner oder Wetter liſet/wie das im Papſtumb iſt gebräuchlich geweſen. Wie denn auch die Zauberer / derer Name Jeſus / Maria/ der vier Evangeliſten/ Mattheus / Marcus / Lucas / Johannes / der H. dreyer Könige. Jtem / der Wörter Jeſus Nazarenus/ Rex Iudæorum, pflegen zu mißbrauchen/ vnd treibens in ihrer böſen Büberey vnd Bulerey. Das iſt daher kommen/ daß die Gottloſen geſehen haben/ daß die Apoſtel ihre Jünger / vnd nach ihnen viel frommer Biſchoffe vnd Heiligen Wunder vnd zeichen gethan/

wenn ſie nur etliche Wort auß dem Evangelio geſprochen. Da nahmen ſie auch die Wörter vnd wolten alſobalde dergleichen Zeichen darnach thun / wie die Juden von Chriſto auch ſagen / Er habe durch das Wort Tetragrammaton Wunderzeichen gethan / darumb haben ſie gedacht / wenn ſie es jhnen ohne Glauben nachthäten / ſo würde es auch geſchehen. wie Actor. xix. Lucas ein Exempel anzeiget. Aber noch lange nicht Bruder / du machſt ein Werck darauß ohne Glauben / eines Glaubigen vnd Vnglaubigen ſprechen ſind gar vngleich. Es iſt keine Krafft in den Worten / es ſeye denn der Glaube da. Der Teuffel fragt nichts darnach / wenn ein gottloſer Papiſt oder Zauberer eben derſelben Wort brauchet / (es ſey denn daß er Jrrthumb damit beſtetigen will) die ein Chriſt im Glauben ſpricht / da ers warlich nicht verachten kan / vnd wenn du auß dem Glauben die Wort ſprichſt / ſo geſchiehet dir nach denen Worten / es gehet nicht ohne groſſe frucht ab. Darumb iſt groſſer Vnterſcheid zwiſchen dem / der im Glauben ſolche Wort ſpricht / vnd einem andern der Zauberey damit treibet. Ein jeder Zauberer gibt Heiligkeit für / ſaget / du muſt drey oder vier Pater noſter ſprechen / die Namen Jeſus / Maria / Lucas / Johannes. Item / Verbum caro factum eſt &c. führen / ohne dieſe Wort können ſie kein Zauberey außrichten. Ja ſagen ſie / ſinds doch gute Wort in der H. Schrifft gegründet / deß dancke dir der Teuffel auff den Kopff. ſie ſind nicht darzu geordnet / daß du ihr mißbrauchen ſolleſt / ſondern daß du daran glaubeſt / vnd in vnd durch den Glauben erlangeſt / was du wilt vnd begehreſt / daß du aber deß Glaubens nicht achteſt / vnd treibeſt Zauberey vnd dein Affenſpiel damit / das heiſſet ſchändlich der Wort mißbrauchet / vnd damit gezaubert.

Exempla ſunt 1. *Magica* κατ' ἐξοχὴν, quâ carminibus & conceptis verbis ſacris remedia morborum procurantur, de quibus Plin. l. 28, 2. Varias ejuſcemodi formulas incantatrices collegit Mart. Delrio l. 3. diſp. Magic. p. 2. q. 4. ſ. 9. p. m. 468. quas ſatius eſt tacere quàm referre. 2. *Judaica*, commenti namque erant recutiti illi verpi, Chriſtum virtute nominis Tetragrammati edidiſſe miracula, vid. B. Luther. Tom. 8. de libr. Schemhamphoraſch. & Spicileg. controv. D. Walth. controverſ. 15. 3. *Papiſtica* relata in creaturas ſancto uſui deſtinatas: qualis eſt conſecratio templorum, campanarum, aquæ, olei &c. ſyllabum hujus farinæ ſuperſtitionum collegit Luth. tom. 1. Lat. p. 123.

Sunt aliqui adeò rudes, ut videatur Diabolus non ſeriò, ſed veluti moriones ſuos joco illudere, inter quos ſunt ſortilegi, divini, malefici, incantatores, ſuperſtitioſi. Et horum multiplex ſpecies. Sed in compendium eos redigam, & ut facilius teneantur memoria, juxtà ætatum differentias diſtinguam. Prima eſt Adoleſcentia, per ſe proclivis in productionem hoſtis. Primò ſunt, qui conceptis verbis, certisq; ſignis noverunt conſecrare, id eſt, exſecrari gladios, tela, bombardas, & omne ferrum, ita, ut non poſſint lædi ab illis, ſive in bello, ſive aliàs. Vidi ipſe ego adoleſcentem, qui ſtricto gladio, in ventrem nudum fixo, tàm validè urgebat adverſus ſeipſum, donec capulus reflexus copularetur acumini ſuper ventrem, & nihil læſus gladium rurſus remiſit. Secundò, qui poſſent hæc ſolvere, circulo deſcripto, ductisque in pulvere ſignis, & ita alter alterius Sacramenta irrita faciens, ſeſe occidunt. Tertiò ſunt, qui

literas

literas, aut characteres ſuper vitrum ſcribunt, & ad ignem ponunt, torquere ſoliti hac machina puellas ad ſui amorem. At illæ rurſum, aliæ ollam ad ignem ponentes, ſuos Adonides per multa milliaria vocare poſſunt. Aliæ caput aſini in medio foco ponentes, urgent ad ſe venire quotquot volunt, ſui myſterii vel æmulos, vel conſortes. Et mirum dictu, quod non ſit ſalus, nec remiſſio venire coactis, donec igne potiri eis licuerit, aſinini capitis coctore. Quartò, habentur literæ, multis ſacris & verbis & ſignis repletæ, quas Carolo dicunt à Leone Papa miſſas in bellum, quod ultra vanitatem etiam mendacium eſt, ut ex Chronicis patet, cum non fuerint ſynchroni Leo & Carolus. His tamen tantum tribuunt, ut nec occidi, nec lædi, nec injuriam pati poſſit, qui illas portaverit, ita ut præſumant, & iniquis cauſis victorias forenſes. Quintò obſervant menſes pro uxore ducenda. Alii, ne naſcatur proles, alii contrà, ut prole abundent, Ita non DEO, ſed menſibus tribuunt hominis creationem, infelici inſipientia, & tamen ſunt libri his nugis referti. Sextò ſacra illa cæra paſchalis cærei, à multis furtim abciditur, neſcio in quot & quanta vel maleficia, vel ſuperſtitiones. Septimò ſunt, qui accepta aqua benedicta cum preculis ſuis ſperant ſe in formicario ovum inventuros, quod geſtantes ſint inviſibiles. Octavò furem quærunt, dum ſuſpecta nomina in chartulis inſcripta jaciunt in aquam benedictam, ut cujus nomen in ima ruat, ipſe ſit fur quæſitus. Nono uxore ducta ſtultis obſervationibus intendunt, uter utri ſit ſupervicturus, ut qui prior obdormiat nocte prima, prior morietur. Item uxor primo ingreſſu domus viri ſuperius limen tangat manu, adjunctis verbis, quibus ſe Dominam viri divinet. Secunda eſt juventus, & eorum, qui conjugio jam ſunt aſtricti; ubi affectus prolis & rerum mulierculas mirum ſeductiles reddit in hoc opere Diaboli. Primò curare nituntur infantes ſuperſtitioſis quibusdam ritibus. Nam ſunt qui faſcinatos curant pueros (quod malum apud nos frequentiſſimum eſt, adeò abundant peſtilentes vetulæ, & dæmonum ancillæ in hunc uſum) ignoto quodam morbo, quem Teuto: **die Elbe**/ vocant. His quidam Sacerdotes & æditui ruſticani à magicis meretricibus edocti, literas ſcribunt penſiles ad collum, ſed non communi atramento neque papyro, nec omni die, neſcio an & calamo & pulpito & loco uſuali, habet enim res ea ſua occulta myſteria & fit tamen quod faciunt, quia credunt. Alii alium morbum, quem teuto **das Hertzgeſpenſt**/ id eſt pectoris diſtenſionem, quem eo probant argumento ſcilicet: ſi menſura à cubitu ad cubitum non ſit æqualis menſuræ à poplite ad collum pueri. Deinde neſcio, quot modis murmurandi cingulo metientes capitis dolorem mitigent ſic & alios omnium membrorum dolores. Hic ego vellem pueros intelligere & loqui ut matres ſuas tam inſignis ſtultitiæ arguerent, non enim dubium eſt, quin reſiſterent & ſapientiores ſe matribus probarent. Dicunt autem: Quis non miſereatur infantis & filii uteri ſui? Reſpondeo miſerendum, ſed non uſque ad ſervitutem Diaboli. Vel naturalem quære medicinam, vel DEVM exora in ſimplici fide. Cur enim quem DEVS creavit, diabolo ſervandum & ſanandum offers? Verum DEVS ad tentationem incredulorum permittit talia fieri in infantibus, per maleficos, ut diabolum quærant, qui DEVM neglexerunt. Neque enim dubitandum eſt infantium ejus vexationes, quandoque non eſſe naturales, ſed etiam dæmones per maleficos adjurati, ita cruciant parentes eorum, occulto DEI judicio, ſed juſtiſſimo, ut probet fidem, vel illorum vel aliorum, aut utroſque puniat. Secundo, Patres inſufflant parvulis in palatum, vel guttur, neſcio quo morbo laborantibus. Adducunt autem verba ad adjurationem idonea ſeptem vicibus. Tertio. Qui pecora ſignant atque ſic ſervant à lupo, peſte, aquâ, igne. Qui in totam civitatem vel domum ab incendio poſſunt ita ſervare? Infelix lupus, juſtè queri poteſt, portionem ſuam à DEO datam, ſibi ereptam per dæmonum fœderatos. Si Iob ita feciſſet, ſua pecora ſervaſſet, ſed non à DEO laudatus eſſet. Quarto. Eadem religione fructus in agris & hortis conſignant, adeo ſtulti, ut qui imbrem & incrementum ex

Ff 2 DEO

DEO acceperunt, cuſtodiam ex diabolo petant, velut contra DEVM pugnantes, ne auferat, quod dedit. Quinto ignem & aquam, item ſerpentes noverunt adjurare ne pecori noceant, ullo modo, id eſt, ut res eorum non ſit ſubjecta DEO. Sexto. Infirmi dum vovent Sanctis vota, deinceps peccatum putant medicinis uti, ut ſcilicet tentent DEVM ſuis ſtultis votis. Atque ſi qua mulier inuncta fuerit olei Sacramento, eam per annum non niſi nigris veſtibus oportet uti, non ſaltare in choreâ, non dormire cum marito. Adeo diabolus familiare habet organum Sexum iſtum fœmineum, ut ipſum in ſua ſacra adſciſcat, per ipſum ſuas leges dictet, ſuas ſuperſtitiones ſeminat, per omnia contrarie DEO, qui Sacra & Sacerdotium & verbum ſuum viris imponit. Verùm longè prævalet Sacerdotium iſtud muliebre, replevitque has terras innumeris ſuperſtitionibus, benedictionibus, documentis frivolis, à quibus longè plus timent, quàm à legibus & Sacris Sacerdotii virilis ac divini. Septimò. Huc pertinent, qui ominationes, auguria ut crocitatum corvorum & aliorum gentilium portentorum reliquias vel exempla obſervant. Octavo qui dies Aegyptios obſervant, in profectionibus, in reditu, in ædificiis, in negotiis, in veſtibus novis induendis. Hi ſi ſic crederent, quod ignis in hyeme gratior eſt quàm in æſtate. Item, quod in æſtate convenit fœnum facere, fruges colligere &c. rectè crederent. Aut quod omni mane bonum ſit exire, ſi quis ſanus ſit & neceſſitatem habet; malum autem ſi ægrotus ſit. Quid enim aliud meretur illuſor ille Diabolus, quam ut rurſum & nos eum rideamus? His non longè junguntur, qui inciſionem venarum, ablectationem puerorum, ſalubritatem balneorum & oportunitatem ſeminandorum, non ex humorum & calorum oportunitate, vel corporum neceſſitate, ſed ex influentiis planetarum & ſtellarum nos docent. Cum optimi Medici doceant, neceſſitatem hic eſſe unicam regulam. Niſi fortè parant nos fame occidere, dum non permittunt, niſi paucis diebus nos ſeminare. p.125. Tertia ætas propriè eſt Vetularum, aut ſimilia illis operantium, ut qui cum dæmonibus paciſcuntur, de quibus paſſim habetur notitia. Primò Maleficiis poſſunt oculos lædere & excæcare, corpora infirmare, ſagittare crura, imaginibus devovere, & prout libet vel occidere, vel lenta & incurabili plagâ tandem conſumere, ut vidi plures talia paſſos. Secundò poſſunt tempeſtates, tonitrua concitare, perdere fruges, occidere pecora, Item butyrum, lac, caſeum aliis furari, id eſt, ex poſte vel bipenne, vel mantili mulgere. Tertio. Huc pertinent qui ſcientiam quærunt per artem Notoriam, de qua in jure ſatis dicitur. Item, Qui occulta quærunt per Cryſtallum, unguem vel eburneum capulum, tamen priùs conſecratum. Nec id poſſunt, niſi puellæ vel pueri virgines, incluſi, ne deſit ſpecies bona peſſimo illi operi, dicitur tamen hujus inſpectionis myſterium fallaciſſimum eſſe. Hujus generis ſunt, qui virgâ divinationis, occultos quærunt theſauros; Maximè autem hi, quos vulgo viros & mulieres ſapientes (id eſt, Magos & Phytoniſſas) vocant, quorum oracula ex diverſis & longinquis locis petunt, ſi quis aliquid amiſerit, vel quodcunque paſſus fuerit cujus ignoret autorem. Habent quidam domeſticos quoſdam dæmones, velut lares familiares olim habebantur, qui aliquando per diem apparent. Hos vulgo vocant alii Wichtelen / alii Heelkeplin. Et creditur domus fortunatiſſima eſſe, quæ talibus dæmonum illuſionibus occupata fuerit, & plus timent offendere eos dæmones, quam DEVM & totum Mundùm. Aliquæ ut diabolum inveniant, eccleſiam circumeunt verſis veſtigiis & contrà quàm ſolitum eſt fieri, & invento illis obvio, ſeſe tradunt ei in pactum. Ex horum genere eſſe putandæ ſunt, quæ malum omen eſſe putent, ſi mane obvium habuerint Sacerdotem. Signant enim ſeſe cruce, ne mala ejus diei incurrant, quæ primo occurſu Sacerdotis ſibi portendunt, magiſtro diabolo, futura. Sunt incubi & ſuccubi dæmonum, de quibus latius ſtatim. Etiam uſque ad Sacramentorum injuriam proficit iſta nequitia Satanæ. Sunt enim, qui baptizandis pueris, verbenam caſeum, neſcio denique, quænam alia alligant. Et quidem verbena illa, nominatiſſima eſt ſuperſtitionum

miniſtra

miniſtra, miris ceremoniis hanc effodiunt, deinde conſecrari faciunt. Et horrenda temeritate tot nomina DEI & Sanctorum ſuper eam invocant, ſcilicet ex aliquo Iudæo præſtigioſo ſeducti. Omitto hîc menſtrua mulierum, quibus aliquæ, philtra inſani amoris, ſæpiùs mortis, conficiunt. Aliquæ in cibum porcorum miſcent, quo ſaginentur feliciùs. Omitto quod infantibus, tabe vel macie laborantibus ita ſolent conſulere, ut poſitos in caldare, igne ſuppoſito, in aqua calida modeſtè coquant, aliâ fœmina adſtante, alia circa domum ter currente & per foramen interrogante: Quid coquis? Illa tum reſpondente: Coquo carnem veterem, ut nova fiat. Item quod ablactatos eo periculo, timent relactare, quod pueri exinde ſint futuri maledici & linguæ malignæ. Omitto monſtra quæ agunt in periculo partus. Religioſiſſime Legendam S.Margarethæ legunt & ipſi paſſioni Chriſti præferunt. Alii femorale viri, parturienti in colla ſuſpendunt, aliisque magis delirant. Sunt præterea ſtultæ quædam, quæ cum jocoſè aliquoties dictum audierint: ſi quid amiſeris & reperire volueris, da eleemoſynam, calidam ſive ſimflam, & pone ſalem benedictum deſuper & mox invenies. Quod ille ludens, ſic voluit intelligi: Pone ſalem deſuper, ſcilicet ſuper rem amiſſam & invenies. Illæ verò intelligunt ſuper ſimilam. Non quod hæc magna ſint ſed quod indignum ſit, Diabolum ſic eleemoſynas & ſalem benedictum in ludibrium vertere. Ejusdem ſapientiæ mulieres ſunt illæ, quæ ſimili joco illuſæ, frondes illas, quæ in die S.Marci per viam proceſſionis fuerunt accipientes, ſuper ſata piſorum & fabarum verrunt, ſcilicet quia dicitur. Quomodo talibus frondibus verrentur ſata, ſalva erunt, ut gallinæ, aut volucres cœli, ea non tollant. Non intelligentes, quando (id eſt, eo tempore quo) verrunt; non facturas id volucres, & quis hujus ſeductilis ſexûs omnia ludicra, ridicula, falſa, vana & ſuperſtitioſa recenſeat? Ex primâ Heva eis ingenitum eſt, falli & ludibrio haberi, ex iis ſimilia penſentur.

§. 62. Jam ſuperſtitio *in exceſſu obiectorum* PSEUDOTHEISMUS eſt, ad *δεισιδαιμονίαν* relatus ab Apoſtolo Act. 17, 22. ubi *πόλιν Ἀθηναίων κατείδωλον, δεισιδαιμονεστέρους* appellat. cujus hæc eſt lex & *Antinomia Tertia*! FALSUM DEUM, NON-DEUM *religioſè colito.* Committitur hæc falſimonia bifariam, ut ſupra diximus, vel cuprum auro obducendo vel aurum cupro, h.e. vel DEUM verũ falsò concipiendo; *phantaſmate* quodam (ita appellat *Auguſt.* l.de vera relig. c.10.) falſi conceptus larvando: vel Deum falſum, alienum, non Deum deificando opinione: definitionem & axiomata Numinis ei tribuendo ac interpretativè idolificando. de priori falſatione ſupra actum eſt, poſterior hujus erit loci. neque enim ſolùm falſus Deus eſt, qui apertè ac terminativè vero DEO in adverſum ponitur, bono malus, Oromaſdi bonorum Autori, Arimanius mali auctor, apud *Plutarch:* l.de *Iſide & Oſiride*, ille colitur ut proſit, hic ne noceat. Sed & qui opertè & ſymbolicè pro vero colitur (ſicut Antichriſtus eſt & qui contra Chriſtum & qui pro Chriſto ſupponitur) ſive ens ille ſit reale, ut cœlitum aliquis, vel mentale *idolum*

Digitized by Google

mentis, theſaurus cordis. Numinis inſtar ἀξιοπιςῶς. II R N. Liceat interfari cum cœlitum mentionem injicis.

Anne igitur omnis cælitum ſacrorumve cultus ſymbolicus ad categoriam peccatorum pertinet? Qua & qualis Hagioſebia h. e. perſonarum & rerum ſacrarum, conſcienter eſt licita?

DUAR. Fas eſt *Sanctis* I. *perſonis* ex conſecratione verbi divini verè ac intrinſecè Sanctis, vivis (nam & Daniel adhuc vivus Sanctus audiit, juxta *Sanct.* ad Daniel. prolog. 2. p. 4. *Quàm fuerit Daniel Sanctus & gratus DEO, illud nobis argumento eſt, quòd cùm adhuc in vivis ageret, neq; admodum eſſet ætate progreſſus; cum viris tamen ſanctiſſimis numeratur Ezech. c. 14. Si fuerint tres viri iſti, Noë, Daniel & Iob, in medio populi iſtius, ipſi juſtitiâ ſuâ liberabunt animas ſuas; filios autem & filias ſuas non liberabunt, ſed terra deſolabitur*, Ezech. 14. Actor. 3, 29. c. 7, 2. Hebr. 11. Fas. II. *Cælitibus ſcil. Angelis* tanquam cuſtodibus & conſervis ad ſecundam Decalogi tabulam referendis: animabus beatis ſi qua eorum nobiſcum eſſet ſympolitia: adhuc commilitantibus fidelibus, exhibere cultum officioſum, moralem, *cultum*, (ut appellat *Auguſtinus* l. 20. contra Fauſt. Manich. c. 21.) *dilectionis & ſocietatis*, adde imitationis (exemplar præſcripſit Syracides in c. 44. & ſeqq.) & ſocietatis, συμπολιτείας Eccleſiaſticæ Eph. 2, 19. ad commune cœlorum πολίτευμα. *Fas eſt III. Sanctis rebus* pani vinoque Sacramentali, verbo precibusque conſecratis: templo ſacris uſibus deſtinato, imaginibus DEI, Chriſti crucifixi, Sanctorum, deferre honorem improprium, analogicum, memorialem, non tanquam cultus terminis, organisve per quæ cultus ad prototypum fertur, ſed ut ſignis mnemoneuticis, ad quorum conſpectum, ſicut ad campanæ auditum, mens erigitur vel ad devotionem objecti religioſè honorabilis; vel ad memoriam ac imitationem objecti officioſè honorabilis: ita ut quamvis ſignum ſit objectum adorantis non tamen ſit obiectum adorationis. Sic non obſtante Caſtoris & Pollucis ſimulacro, tamen in navi oravit Paulus. Juvat hîc ſubjungere quæ Buſæo Loiolitæ oppoſuit D Gerlach. in aſſert. piæ ſanctæque doctrinæ de div. Maj. Chriſti c. 5. p. 225.

Ho-

Digitized by Google

Hoc Ieſuitæ ſponte largimur, veteres quosdam adoraſſe imagines, hoc eſt, ſe illis incurvaſſe (quod Orientali Eccleſiæ non ſine ingenti ſuperſtitione adhuc in uſu eſt) quomodo illas propter Chriſtum, quem repræſentabant, ex bonâ intentione venerabantur. Sed nemo Orthodoxorum unquam docuit, *illas* invocandas eſſe: de quo cultu nos hîc ſingulariter agimus. Equidem Baſilius in l. de Spir. S. c. 18. ſcribit: Imaginis (Regiæ) honor ad exemplar primum refertur. Quid verò hoc ad cultum latriæ & invocationis? Nam aliud eſt propter Regem; ipſius imaginem de qua Baſilius loquitur, genuflexione, aut capite nudato honorare: Et aliud, imaginem invocare, ab eaque auxilium cum fiducia ſcientiæ, potentiæ & miſericordiæ expectare: quorum hoc poſterius (de quo nobis lis eſt) nemo ſanæ mentis de ſe dici patietur. Ambroſius de incarnationis Dominicæ Sacramento cap. 7. inquit: Numquid cum & divinitatem ejus adoramus & carnem, Chriſtum dividimus? Numquid cum IN EO imaginem DEI crucemque veneramur, dividimus eum? Apoſtolus certè qui de eo dixit: Quoniam etſi crucifixus eſt ex infirmitate noſtra, vivit tamen ex virtute DEI, ipſe dixit: quia non diviſus eſt Chriſtus. Quis vero niſi planè ſtupidus & excors non intelligit, Ambroſium non de imagine DEI aut crucis picta vel ſculpta loqui: ſed quod imaginem DEI eſſentialem (cujus pars quaſi eſt virtus DEI) & crucem, (hoc eſt) ut ſeipſum interpretatur, quod pro nobis crucifixus eſt) in Chriſto venerantes & prædicantes; non idcirco eum dividant. Quemadmodum nemo ſanus imaginis Regiæ opem implorat, ab eaque auxilium ſperat: ita nemo pius in afflictione ſua Chriſti imaginem precibus ſollicitabit, ut ſibi opituletur, cùm ignorare non debeat promiſſiones de præſentia & auxilio Chriſti: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. Item: non relinquam vos orphanos: Et: Quæcunque petieritis patrem in nomine meo dabit vobis: & ſimiles. Sicut igitur ſtultiſſimè ageret, qui in Palatio Regio, non ipſi Regi præſenti, ſed imagini illius ſupplicaret: ita ſtultè & impiè agit is, qui Chriſto præſentiſſimo nobis poſthabito, preces ſuas ad imaginem ipſius, ſenſus & rationis expertem convertit.

§. 61. *Nefas* contra I. Sanctis perſonatis ac putatitiis rubricatis & canoniſatis; fictis, falſis, dubiis ullum honorem deferre. nam quis ſapiens coleret illum immanem gigantem *Chriſtophorum*, qui nunquam in Mundo extitit? quis *Georgium* Cappadocem Athanaſii ordoxi hoſtem, Sanctum larvatum? Quis *Urſulam* undecim millium virginum ducem, Aureliam Argentinæ ſepultam, ac templi in ſui honorem erigendæ poſt fata petacem & procacem? cum conſcientia dubia non ſit ſequenda ſed illuminanda. Quoties accidit quod reliquiis Alexandri M. de quibus Lorin. ad Deut. 34. p. 698.

De Alexandri Magni cadavere, quod inhumatum per dies 30. jacuerat, cum Ariſtander Telmiſſenſis θεόληπτος γενόμενος, ἢ ἔκ τινος ἄλλης συντυχίας κατασχεθεὶς, divino numine percitus, aut alio quodam caſu correptus in medios irruens Macedones, revelatum ſibi affirmaſſet, quod quæcunque terra tanti viri corpus ſuſciperet, in quo illius anima prius habitaſſet, felicitate abundaret, & ab omni hoſtili vaſtatione in perpetuum libera foret: ἡ ὑποδεξαμένη γῆ τὸ σῶμα, ἐν ᾧ τὸ πρῶτον ᾤκησεν ἡ ἐκείνου ψυχὴ, πανευδαιμονήσειαν, καὶ ἀπόρθητος δι' αἰῶνος, contenderunt ſinguli, ut id in ſuum quisque regnum transferret: cumque Ptolomæus deportare vellet in Alex-

in Alexandriam, & Perdiccas bello repeteret; illius pro vero Alexandro, ſimulacrum ſuppoſuit, ac regiè ornatum impoſuit currui; ſicque Perdiccam illuſit, qui pro vero falſum ac fictum Alexandrum recepit.

Quis contra non mallet (ſi omninò colendi eſſent Sancti defuncti) colere Sanctos à Sp. Sancto canoniſatos Hebr. 11. quos nullâ rubricâ dignantur Faſti Papæi? *Neſas* II. verè Sanctos cœlites, Angelos animasve *colere* I. *mimeticè*, honore imitationis τῶν ἀμιμήτων ac heroicorum. Lutherus ſanè, etſi Franciſcum è diptychis Sanctorum non expunxerit, negavit tamen imitatione proſequendum. verba audiantur è Tom. 6. Witt. p. 193. Wiewohl ich S. Franciſco vnd anderen Vättern das ſchuld gebe/ daß ſie hierinne geirret/ daß ſie auß ſonderm hitzigen Geiſt/ ihnen das Evangelium ſonderlich allein zugezogen. doch will ich nicht glauben/ daß ſie an ſolchen Lügen vnd Affenſpiel/ von der Räthe Vollkommenheit/ ertichten Gehorſam/ verkarter Jungfrauſchafft je gefallen haben gehabt. Es hat ſie die Brunſt deß Heiligen Geiſtes/ ihr ſtarcker Glaube vnd hitzige Liebe/ dahin getrieben vnd getrungen/ daß ſie gern dem Evangelio auffs vollkömlichſt vnd beſten hätten gnug gethan. Vnd haben alſo nicht gedacht/ wie das Evangelium aller Chriſten ingemein zugleich eigen iſt/ ſondern allein kurtz daß es erfüllet würde/ denn ſie haben gewußt/ daß das Reich Gottes nicht in Worten/ ſondern in der Krafft ſtünde. Aber ihre Nachfolger ſind zugefahren/ vnd haben ihr äuſſerlich Weſen vnd Leben zufolgen angenomen/ vnd ihren Geiſt vnd Glauben haben ſie fahren laſſen/ vnd iſt ihnen geſchehen wie den Chaldeern/ die den glüigen Ofen Babylonis zugericht vnd entzünd haben/ die Heiligen ſind behalten vnd ſie ſelbs ſind verdorbē. 2. *Supplicatoriè* ex perſuaſione mediationis hilaſticę. Nulli mediationis eget, qui novit Regem eſſe divinum, eſſe Patrem ἱλαρώτατον. illuſtris locus extat apud antiquum Scriptorem coment. in Epiſt. Paulinas, qui *Ambroſio* vulgò tribuuntur: *Solent pudorem paſſi neglecti DEI miſera uti excuſatione, dicentes, per iſtos poſſe ire ad DEUM, ſicut per Comites pervenitur ad Regem. Age nunquid iam demens eſt aliquis aut ſalutis ſuæ immemor, ut honorificentiam Regis vindicet comiti, cum de hac re, ſi qui etiam tractare fuerint inventi, iure ut rei damnentur maieſtatis? & iſti ſe non putant reos, qui honorem nominis DEI deferunt creaturæ, & relicto domino conſervos adorant, quaſi ſit aliquid plus quod reſervetur DEO. Nam & ideò ad Regem*

per

Digitized by Google

per tribunos aut comites itur, quia homo utiq; eſt Rex, & neſcit quibus debeat Rempublicam credere. *Ad DEUM autem (quem utiq; nihil latet, omnium enim merita novit) promerendum, ſuffragatore non opus eſt, ſed mente devota.* εὐπρόσιτος, inquam, eſt quidem DEUS nudus ignis conſumens, id quod etiam in Rege mundano profani ſcriptores notant. *Plutarchus* cenſuit non ſecus agendũ cum Rege, quàm cum rogo. Sic ſalutariter virum clariſſimum *Hecdicium Apollinaris Sidonius* hortabatur epiſt. 3. lib. 3. *Actutum in patriam receptui canere feſtina, & aſſiduitatem tuam periculoſæ regum familiaritati celer exime; quorum conſuetudinem ſpectatiſſimus quiſq; flammarum naturæ bene comparat, quæ ſicut paululum à ſe remota illuminant, ita ſatis admota comburunt. Alexander M. rogatus quomodo ad principem ſit accedendum? reſpondit, tanquam ad ignem, ut neq; ad eum valde propè accedas, ne comburaris: neq; longè nimis abſcedas, ne frigeas & non caleſias.* alias quò quisque Rex eſt facilior, hoc gratior populo. *Carolus* (juxta Stradam dec. 1. l. 2. bell. Belg. p. 67.) *aditu facilis alloquioq;, privatum in modum ſe demittebat, ſecurus ubiq; maieſtatis ſuæ. Philippus contra ex abdito venerationem intendere.* At *DEUS veſtitus* (vide Tom. 3. Witt. p. 307. f. 2.) carne non urit, ſed allicit & vult propè coli, cujus eſt paracleſis Goelica, unica, perfectiſſima, ἀνενδεὴς; Signum apiſtiæ in Saule fuit, cum non auſus eſt dicere, *mi DEUS*, ſed Samuelis interceſſione frui voluit. 1. Sam. 15, 30. 3. *religioſè* ullâ religionis ſpecie, quia quod ex fide non eſt, peccatũ eſt. Quid mirum? DEUS ſolus docere potuit, ut ſe velit orari; at hoc non docuit. *Nefas* III. Sanctos cœlites colere latriâ ſeu intrinſecâ ſeu extrinſecâ (utor diſtinctione, eo ſenſu quem ſchola papæa non duntaxat ab Auguſtini, ſed & S. ſcripturæ ſenſu longè deviâ, confinxit) at hoc nefas deſignat ſchola papæa. ſummus DEI cultus fiducia eſt religioſa; jam juxta Corn. à Lap. ad Jerem. 17 *in Sanctis tanquam amicis DEI meritò confidimus: & B. Virginem poſt DEUM ſpem noſtram appellamus.* ita Maldonat. *Nefas* IV. cœlites creaturas colere duliâ inferiori, quàm eſt latria; hanc enim Sathanæ Chriſtus, in ſtatu licet exinanitionis conſtitutus, ac Angelis factus inferior, denegavit: eam ſcil. quam Sathanas popoſcit: non autem popoſcit cultum uni ſoli DEO independenti debitum, ſuam dependentiam à ſummo rerum auctore ultro profeſſus Luc. 4, 6. ἐξουσία ἐμοὶ παραδέδοται.

Digitized by Google

Calvinus l. 1. inſtit. c 11. n. 11. huic diſtinctioni hunc in modum occurrit, non ignoro, nec diſſimulandum eſt, diſtinctione ipſos elabi magis argutâ. Cultum enim quem ſimulacris ſuis impendunt εἰδωλοδουλείαν eſſe obtendunt, εἰδωλολατρείαν eſſe negant. Sic enim loquuntur, dum cultum, quem appellant duliam, ſine DEI injuriâ ſtatuis & picturis poſſe communicari docent. Ergò innoxios ſe arbitrantur, ſi tantummodo ſervi ſint idolorum, non etiam cultores. Quaſi vero non aliquanto levius ſit colere quàm ſervire. Et tamen dum in Græcâ voce latebras captant, ſecum ipſi pugnant admodum pueriliter. Nam cum λατρεύειν nihil aliud Græcis ſignificet quam colere: perinde valet quod dicunt, ac ſi imagines ſuas fateantur ſe colere ſed abſque cultu. Quamlibet tamen ſint diſerti, nunquam tamen ſua eloquentiâ conſequentur, ut rem unam & eandem nobis duas eſſe probent. In re, inquam, oſtendant diſcrimen, ut habeantur veteribus idololatris diſſimiles. Sicuti enim reatum non effugiet adulter aut homicida, ſi aliud adſcititium ſceleri ſuo nomen impoſuerit: ita iſtos ſubtili nominis commento abſolvi abſurdum eſt, ſi cauſâ nihil ab idololatris differunt, quos damnare ipſi etiam coguntur.

Nefas V. ullum Sanctorum colere hyperdulia, quæ eſt ipſiſſima latria, cum inter DEUM & creaturam, conſequenter inter cultum primæ & ſecundæ tabulæ tertium quid locum non inveniat. *Nefas* VI. cultu προσκυνήτως colere, utpote ſoli DEO debitę, uti probatum in Hodoſophia. Factum eſt & fieri poteſt ut quis ad terram ſe proſternat, cum intentione ſolius civilis honoris, ſed ſic non Mardochai ſolum, ſed & tres ſocii Danielis perperam detrectarint cultũ exterius Hamani, ac idolo aureo Regis præſtandum. Actus per ſe malus non poteſt ex bonâ intentione excuſari, nec DEUS accipit hujusmodi cultum ſicut tu intelligis, ſed ſicut ille cui offertur. Ecquid Scriptura S. damnat προσκύνησιν idolis præbitam; ſi intentio illam conſecrare poteſt? Errat igitur *Conzen* politic. l. 7. c. 5. p. 470. cum ſcribit: *externa ſymbola, ut inclinatio capitis, genuum moderata inclinatio, & in terram flexio, facici in terram proſtratio, munerum oblatio, oſculum, ſunt tam ſigna civilis, quàm divini honoris, non poteſt ullus ex his damnari honoribus, tanquam nimius, niſi de mente & ſententia honorantis conſtet.* Refutavit argumenta pro hagiodouliâ Luther. tom. 6. Witteb. p. 456. & ſeqq. confer Voſſii theſ. Theolog. & hiſtor. diſp. 8. p. 120. diſp. 9. p. 130. *Nefas* VII. colere res ſacras cultu religioſo ſeu proprio, ſeu relativo.

IRN. An igitur templa cœlitibus dedicare fas? Ait *Bellarm.* l. 3. de Eccl. c. 4. p. 1392. *Sacra Domus non ſolùm* DEO, *ſed etiam Sanctis rectè ædificantur & dedicantur* (*e.g. nuper SS. Coſmæ & Damiano ab Vrbano VIII.* apud Aurel. Peruſin. annal. p. 718. & ib. p. 1396.) *Quando legunt in ve-*

Digitized by Google

in veteribus vel audiunt in communi ſermone vocari templum, vel Baſilicam S. Petri, vel Pauli, vel aliorum; dicunt debere exponi hoc modo, hæc baſilica, vel templum eſt S. Petri, id eſt, eſt templum dicatum DEO *in memoriam & nomen S. Petri; vel dicatum eſt* DEO, *ubi oretur* DEUS *per interceſſionem S. Petri. Altera ſolutio admittit ſacras domos ipſis Sanctis verè & propriè ædificari, non tamen ſub ratione templi, ſed baſilicæ, vel memoriæ. Eſt enim obſervandum, ſecundum veterum Patrum doctrinam, templum & baſilicam non eſſe Synonyma, & licet de eadem domo ſæpe dicantur, tamen dici ſub diverſiſsimis rationibus. Nam ſacra ædes propriè templum dicitur, quatenus erigitur ad ſacrificia; eadem ſacra ædes dicitur baſilica, quatenus erigitur ad ornatum ſepulchri alicuius Sancti, & commoditatem viſitantium eiusmodi reliquias. Baſilica enim non dicit relationem ad ſacrificia; nam etiam Regum palatia dicuntur baſilicæ, & inde nomen translatum eſt ad Martyrum ædes ſignificandas. Petavius* Tom.3. Theol.dogm. l. 2. c. 8. n.6. adducit Auguſtinum. *Nonne ſi templum,* inquit l.1. contra Maximin. *alicui Sancto Angelo excellentiſsimo de lignis, & lapidibus faceremus, anathematizaremur à veritate Chriſti, & ab Eccleſia* DEI: *quoniam creaturæ exhiberemus eam ſervitutem, quæ uni tantum debetur* DEO? *Si ergo ſacrilegi eſſemus faciendo templum cuicunque creaturæ, quomodo non eſt* DEUS *verus, cui non templum facimus, ſed nos ipſi templum ſumus?* Quem ad locum *Eraſmus* adnotavit in margine: *Hoc nunc fit quibuslibet divis*: quaſi in catholicâ, divis h.e. Sanctis ipſis prôpriè conſecrentur, & non DEO potius in memoriam, honoremque Sanctorum. Quemadmodum Manichæis reſpondet *Auguſtinus*, idem Catholicis exprobrantibus in libro contra Fauſtum 20. c. 21. *Populus*, inquit, *Chriſtianus memorias martyrum religioſa ſolemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, ut meritis eorum conſocietur, atq; orationibus adjuvetur: ita tamen ut nulli martyrum ſed ipſi* DEO *martyrium ſacrificemus, quamvis in memoriam martyrum conſtituamus altaria.* hæc *Petavius*. Præſtat nomenclaturam hujusmodi, hodiè adhuc inter nos frequêtatam, *ampliativè* exponere, & dicere, hæc eſt ædes quam olim cœci in papatu, e.g. Wilhelmo ſuperſtitioſo Eremitæ, Aureliæ uni (ut fert fabula) è 11000. virginibus, nuncupata eſt. In noſtro Argentinenſi ſummo templo correctio extat, relata à Schadæo in ſummo Argent. templo p. 67. Im Münſter an einer groſſen Säulen / ſo den gantzen Thurn trägt / gegen dem Thürlin wie man hinauff zur Orgelen

len gehet/ iſt ein Marienbild mit einem Schein umbgeben/ auff dem Mon ſtehend gemahlt / darunter iſt ein verguldeter Stein / darein nachfolgende Schrifft gehauen.

Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ,
tu nos ab hoſte protege, in hora mortis ſuſcipe,.
Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine,
cum Patre & Sancto Spiritu, in ſempiterna ſecula Amen.
Johannes Gerh: Ap.

Zwiſchen dem Bild aber und jetzgedachter Schrifft/ iſt zur zeit der Reformation in die Quadern gehauen worden/ der Spruch Matth. 4. GOtt den HErren ſolleſt anbetten/ und dem allein dienen. Ædem Κυριακὴν maluit appellare Conſtant. M. & pro Deitate Spiritûs S. collegerunt Patres, ex eo, quod fideles Templum DEI dicantur quod argumentum nobis periret, ſi Sanctis quoque dedicari templa poſſent. pertinet hujuſmodi dedicatio ad κακοζηλωσιν Judaicam Amos 7,9. (die Höhen Iſaac ſollen verwüſtet / und die Kirche Iſrael verſtöret werden) uti Lutherus in margine notat. *non eſt credibile*, inquit Sanct. ad h. l. *excelſa Iſaaci vel Iſraelis à gente Iſraelis denominari, cum alibi populus ille nunquam fuerit notatus eo nomine, nunc præter conſuetudinem novam hanc appellationem habuiſſe. Alij, in quibus ſunt Iſidorus, & Rabbi David, excelſa illa nomen arbitrantur ſumpſiſſe ab Iſaac, quia Iſraelitæ, ut egregium Abrahæ ſacrificium novo renovarent exemplo, ſuos filios immolabant, Molocho nimirum, aut Beelphegor, & ideo excelſa Iſaac appellata ſunt, quia, ut ille quondam à parente in monte, ſic etiam novi quotidiè Iſaaci in montibus excelſisq; locis mactabantur.*

§. 62. IRN. IDOLUM mentale cujus paulò ante mentionem feciſti, exemplis illuſtres velim? DUAR. Exemplum eſto Trinitas mundi, Fortuna.

In quam ingenioſè *Mythologus* Chriſtianus, in manipul. 3. p. 142. Viderat quidam ex Sambuco Mercurium fabrefactum, ac ad ſocium converſus: Vah! quam vanum, inquit, eſt illud, non ex quolibet ligno fieri Mercurium! Tum alter, vide, inquit, lignum bene cognoſcas quâ terrâ natum ſit. Nam ſi Orientalis forte Sambucus ſit, ubi omnia ajunt eſſe nobiliora, quid vetat ſtatuam inde poſſe fieri? Cumq; curioſiùs Mercurium examinarent, vident & communem eſſe Sambucum & multis partibus vitioſum, ac alter. nempe fortunæ hoc eſt myſterium, inquit, quæ inepta, vacua & vermiculata jubet aliquid eſſe atque adorari. Nam quibus heri nec cerebrum fuit, ne cor, hodie ad fortunæ edictum res omnes ingenioſè ſimul ac maſculè expedire dicuntur. Sed alter: Nonne verò apud Chriſtianos, inquit, expulſa eſt Fortuna? No-

men.

Digitized by Google

men, inquit, alter: at res ipſa palam regnat, neque meritum ullum Fortunæ antecedit. Idque DEVS indulget, ut palam teſtetur, quam nihili faciat hæc Fortunæ temporariæ miſſilia.

à qua omnia ſperantur: *Mammon* per quem omnia obtinentur, incluſum continet arca Jovem: & *Venter* in quem omnia terminantur. Eſt enim hæc κοινὴ ἔννοια & primore animi conceptu omnium hominum ſententia, DEUM eſſe vel haberi, cui omnia axiomata DEO ſoli propria tribuuntur, e.g. prolis donatio Gen. 30, 1. & 2. Sanatio morbi inſanabilis Lepræ Syriacæ 2. Reg. 5, 7.

Luth. Tom. 8. Witt. p. 181. f. 2. Wir haben offt geſagt/ vnd ſagens abermahl/ daß frembde Götter nicht allein ſind ein äuſſerlicher Götz/ ſondern vielmehr ein Wahn vnd irrige conſcientz ſo erdicht vom wahren GOtt/ denn wie das Gewiſſen iſt/ alſo iſt GOtt auch/ glaubſt du/ daß GOtt geehret werde/ mit dieſen oder jenen Opffern/ an dieſer oder jener ſtatt/ vnd thuſt das ohn das Wort Gottes/ ſo haſtu den wahren GOtt ſchon verlohren/ vnd der Wahn von den Opffern iſt dein Gott/ welchen du vnter dem Namen deß wahren Gottes hälteſt. Wenn du glaubeſt daß GOtt durch Kappen vnd Platten/ durch Armut/ Gehorſam/ Faſten/ ſpeiſe vnd Tranck geehret werde (ſo du doch kein Wort davon haſt) ſo iſt die Kappe vnd Platten oder der Wahn/ den du auff Kappen vnd Platten trägſt/ dein Gott. Darumb gleich wie du den Wahn von den Kappen inwendig an Gottes ſtat haſt/ alſo wandelſtu auch äuſſerlich/ vnd richteſt auff die Kappen/ als ein äuſſerlichen Götzen/ nach dem Bildnuß deines innerlichen Wahns/ vnd trägeſt die Kappen/ vnd ehreſt ſie/ vnd haſt ſie für Augen vnd in groſſem werthe.

Is cuique DEUS eſt, qui flagrantiùs quæritur quam DEUS & verbum DEI, tenaciùs poſſidetur, ægriùs amittitur. Tolle animi conceptum, idolum ſuſtuliſti. non minus eſt Idololatria in ſolo mentis conceptu admiſſa, quam in ſtatuâ foris ad cultum propoſita. Luth. Tom. 1. Isleb. p. 387. Ein Idolum oder Abgötterey iſt anderſt nichts dann ein menſchlicher Wahn vnd Gedancke vom Teuffel ins Hertz eingebildet/ vnd führet doch den Namen deß wahren Gottes/ dadurch verleitet denn der Teuffel. illius exemplum præbuit hodomoria Spir. Calv. p. 245. & ſeqq. in elencho gratiæ abſolutæ, Idoli ſc. mentis humanæ, nimium rationi cœcæ indulgentis. confer Salve Reform. p. 509. Similia ſunt omnia plaſmata, placita, decreta papæ, anathemate firmata, quibus imago beſtiæ repræſentatur. Simile *Idolum* mentis eſt *Ratio ſtatus*, cui ut numini οὗ ἕνεκα ac ejusdem *Religio Politica* obſecundat.

IRN. Nolim te hîc veſtigio cedere, donec decantatiſſimam illam *Religionem*, quam vocant *Politicam*, & rationem ſtatus dilucidè ac plenè expoſueris.

Digitized by Google

DUAR. Actum agere jubes: ſub titulo rationis ſtatus religio quoque mundialis eſt reſupinata, in Theol. conſc. tom. I. part. 2. dial. 3. p. 1082. Sed quia videris expoſcere exactiorem & pleniorem exegeſin, nec hîc ſum defuturus. Status ſive στάσις eſt hypoſtaſis, conſiſtentia: cujus Dea, patrona, concilatrix, conſervatrix eſt, UTILITAS, ſive poſitiva ex bono; ſive privativa ex malo, ac damno, non tam Reipubl. quàm Regentis: α & ω, norma & finis omnium conſiliorum, judiciorum, actionum, cui princeps unicè inhiat, tanquam aram focumque tuetur, plusquam divinum σέβασμα, aut verbum DEI colit; ipſiſſimus ſcil. *Deus-venter*, ut vocat Apoſtolus. Ratio (prudentia ſcil. carnis) ut ſacerdos litat, quæſita cur hoc illóve modo regnum adminiſtretur? ſtatus, inquit id exigit. Religio politica famula eſt, cliens, νεωκόρος.

Hippolytus à Lapide (productus à Glaſeno) licet, inquit, totos dies hoc vel illud iure regnandi, ac per rationem ſtatus fieri docetur; non deſunt tamen, qui quid ſit ſtatus, quid ratio ſtatus, & jus regnandi planiſſimè ignorent: poſtea definit, rationem ſtatus eſſe certum quendam politicum reſpectum; ad quem tanquam ad normam, ſeu cynoſuram aliquam omnia conſilia, omnesque actiones in Republica diriguntur. ut eò feliciùs ac expeditiùs ſummum finem, qui eſt ſalus, incrementum Reipublicæ conſequantur.

cujus liturgia decalogo cõſtat antinomico, ac legi Sinaicæ adverſo. Fuit, qui Religionis hujus Decalogum hunc in modum concinnavit. 1. *Princeps Pietatem, quam non habet, præ ſe ferat,* 2. *Religionem ſtatus pro tempore congruentem falſis miraculis firmet.* 3. *Religionem Ethnicam Chriſtianæ præferat.* 4. *Fortunæ, non virtuti, caſui, non DEO felicitatem adſcribat.* 5. *Moſis anctoritatẽ & legis vi & armis, non fide & DEO nixas fuiſſe credat.* 6. *Status ſervandi & ampliandi cauſa cũ debeat omnia jure perſtringere, ad omnem ventum vela vertere paratus ſit.* 7. *Credat virtutes, ſi ſemper verè adſint & ſerventur, perniciosas; ſi ineſſe putantur, fructuoſas.* 8. *Belli juſtitiam in eo, quod quiſq; ſibi utile putet, ſtatuat.* 9. *Tyrannum aliquem inſignem imitetur.* 10. *Contemta crudelitatis famâ immanitatem uno impetu, ſenſim verò beneficentiam exerceat.* confer Luth. tom. 3. lat. p 32.

§. 65. At quia hîc à nobis attenditur non communis illa, exoterica, ab Eccleſia alienior, per omnes vitæ ordines etiam in Eccleſiaſticum, cuius exemplum dedimus in Cajapha Theol. conſcient. tom. I. p. 1085. etiam in œconomiá divagata σαπολατρεία porrigitur; (qualem e.g. deprehendas in homine non ſolum in publico officio conſtituto, ſed & privato rerum ſuarum ſatagente, ubi à bove non magno diſcit arare minor, ſic argumentatus, in hunc ego ſtatum ordinemque ſum vocatus; tantum igitur præſidiorum,

pro-

p[illegible]entuum & ornamentorum ſeculi mihi debetur, quantum alii ejuſdem fortunæ homini, ne ſim illi impar: igitur undecunq; per fas nefasq; colligendæ ſunt opes, quas opportet habere, non quærere unde? honores emendicandi, opum ſc.aucupia; licebit quadruplare, peculari, æs alienum contrahere, viduarum & orphanorum bona exugere, tandem ære diruto, mensâ cedere impunè. Sic mos & ratio ſtatus exigit) ideò Religionem ſtatus famulam propius conſiderantes, Decalogum ejusdem digeremus, ac ea hîc præcepta recitabimus, quæ honeſta è S.literis, priſca novaque hiſtoria (nam non vel ſolus vel primus Italus ille, qui

de maculis fœdo in vellere nomen habet,

hæc Sophiſmata excogitavit, ſed ante ſe habuit Joabum Achitoph. Hamonem (vide Bidemb. ad Samuel. p.881.) Jeroboamum, Herodem, Tiberium, J. Lipſium magiſtros) & experientia jugis præbuit. I. (α) *Salus* (β) *Reipubl.* (γ) *ſuprema lex eſto.* (α) Salus temporalis, pax & felicitas ſeculi: Hebræis Schalom, h.e. corona & complementum omnium bonorum ſeculi. (β) Reipub. h.e. principis, Monarchæ, Oligarchæ; nam Reſpub. obtentui ducitur. (γ) Suprema Lex, lex legum, cui nefas & juris obliquum ſervire debet. *Tantum ſtet Reſpubl.* (juxta Auguſt. l. 2. Civ. Dei. cap. 20. inquiunt) *tantum floreat copiis referta, victoriis glorioſa, vel quod eſt felicius, pace ſecura ſit. Et quid ad nos? imò ad nos magis pertinet, ſi divitias quiſq; ſemper augeat, quæ quotidianis effuſionibus ſuppetant, per quas ſibi etiam infirmiores ſubdat quiſq; potentior. Obſequantur divitibus pauperiores cauſa ſaturitatis, atq; ut eorum patrociniis quieta inertia perfruantur: divites pauperibus ad clientelas & ad miniſterium ſui faſtus abutantur. Populi plaudant non conſultoribus utilitatum ſuarum, ſed largitoribus voluptatum. Non jubeantur dura, non prohibeantur impura: reges non curent quàm bonis ſed quàm ſubditis regnent, provinciæ Regibus, non tanquam Rectoribus morum, ſed tanquam rerum dominatoribus & delitiarum ſuarum proviſoribus ſerviant, eosque non ſinceriter honorent, ſed nequiter ac ſerviliter timeant. Quid alienæ vineæ potius quàm quid ſuæ vitæ quiſq; noceat, legibus advertatur. Nullus ducatur ad judices, niſi qui alienæ rei, domui, ſaluti, vel cuiquam invito fuerit importunus, aut noxius. Cæterum de ſuis, vel cum ſuis vel cum quibuscunq; volentibus faciat quiſq; quod libet. Abundent publica ſcorta, vel propter omnes quibus frui placuerit, vel propter eos maximè qui privata habere non poſſunt. Extruantur ampliſſimæ atq; ornatiſ-*

Digitized by Google

natiſſimæ domus, opipara convivia frequententur, ubicuiꝗ libuerit, & potuerit, die noctuꝗ ludatur, bibatur, vomatur, diffluatur. Saltationes undiꝗ concrepent, theatra inhoneſtæ lætitiæ vocibus, atꝗ omni genere ſive crudeliſſimæ ſive turpiſſimæ voluptatis exæſtuent. Et ille ſit publicus inimicus, cui hæc felicitas diſplicet. Hinc (ita *Glaſen.* de Relig. polit. c. 4. p. 56.) *poſtquam definitum eſt Ius publicum, quod ad ſtatum rei Romanæ pertinet, mox ſubjicitur, huic generi jus ſacrum, tanquam ſpecies, ut vel inde pateat, Romanos ſuam Religionem & ſacra habuiſſe tanquam inſtrumenta ad ſtatum conſervandum:* atque hinc ad errores fidei connivere licet, ſi faciant πρὸς ἄλφιτα: ita enim *Franc. Mer.* productus à Glaſeno p. 269. *Vti in Pontificia religione eſt illud dilirium de purgatorio & apparitionibus animarum, falſisꝗ quæ effingunt, miraculis. Ipſi eruditi norunt aliter ſe habere, & Principes quoꝗ ea non credunt, interim id commentum tum civili tum Eccleſiaſtico ſtatui maximè conducit: civili, quatenus retrahit à delictis ſubditos, eosꝗ concordiæ vinculo ligat; Eccleſiaſtico, quatenus Clerici hiſce figmentis multum ſibi pecuniæ acquirere poterunt, hinc* MAGNA RELIGIO, *quæ nullam reſpuit falſitatem*, ut eam ex *Leone M.* definit *Stapleton.* in diſcurſ. quod politici &c. p. 29. hinc etiam Oratio Dominica exordienda à petitione panis, cum deberet à gloria Numinis, panem conſecrante; cura ſacrorum poſthabenda curæ civilium: parerga iſta hæc erga ſunto. Religio optima eſto, quæ vitæ præſenti commodiſſima, præſertim ſi accedat antiquitatis perſuaſio, felicitatis commeatus. recolenda hîc lucta Ambroſii Epiſcopi cum Symmacho præfecto Urbis, cujus epiſtola ethniciſmi patrona extat in l. 10. ep. 61. reſponſio Ambroſii ad Valentin. Auguſtum ib. p. 468. Huic Legi repugnat Intentio ſummi Regis, qui gentem humanam ideò ſuper orbem terrarum effudit, ut quæreret DEUM, regnum DEI, ſalutem, politevma cœli, cui panis terreſtis h. e. pax ſeculi, ſalus politiæ noſtratis ſervit, non dominatur. vide Theol. conſc. tom. 1. part. 2. dial. 3. p. 446. 1066. & ſeqq.

II. *Cæſareo papatum alito princeps ſecularis: papo-cæſareatum Eccleſiaſticus,* quorum *ille* gladium ſpiritus elenchum ac poteſtatem Eccleſiaſticam internam ſufflaminat, exuſiâ ſive jure Epiſcopali, εὐταξίᾳ neglectâ, abſolutè utitur: miniſterium DEI & Eccleſiæ, in ſervitutem ſui abjicit: *hic* coronas, ſceptra, gladium, infulæ, pedo, calcaneo ſubjicit. vide de pari hoc monſtro Theol. conſc. tom. 1. part. 2.

dial.

Digitized by Google

dial. 3. p.1057. Repugnat DEUS ordinis, de quo prolixè actum ibid. p.888. & ſeqq. III. *Unum & commune eſto Templum, ſchola multa!* Tria fuerunt Romanis, referente *Auguſtino* ex Varrone l.6. C.D. c. 4. *genera theologiæ, eorumq; unum Mythicon appellabatur: alterum phyſicon, tertium civile. Mythicon appellant, quo maximè utuntur poëtæ: phyſicon, quo Philoſophi: civile, quo populi, Primum quod dixi, in eo ſunt multa contra dignitatem & naturam immortalium Acta. In hoc enim eſt, ut DEUS alius ex capite, alius ex femore ſit, alius ex guttis ſanguinis natus. In hoc, ut Dii furati ſint, ut adulteraverint, ut ſervierint homini. Deniq; in hoc omnia Diis attribuuntur, quæ non modo in hominem, ſed etiam in contemptiſſimum hominem cadere poſſent. Secundum genus eſt, quod demonſtravi, de quo multos libros Philoſophi reliquerunt. In quibus eſt, dii qui ſint, an ex igne ſint, ut credit Heraclitus; an ex numeris, ut Pythagoras; an ex atomis, ut Epicurus. Sic alia, quæ faciliùs intra parietes in ſchola, quàm extra in foro, ferre poſſunt aures. Tertium genus eſt, quod in urbibus cives, maximè Sacerdotes, noſſe, atq; adminiſtrare debent: in quo eſt, quos deos publicè colere, quæ ſacra & ſacrificia facere quenquam par ſit. Prima Theologia maxime accommodata eſt ad theatrum: Secunda ad mundum; tertia ad urbem. hactenus Varro.* Civilis Theologia eſt priſca illa Religio (vera an falſa?) in Politiâ aliquâ recepta, cui palàm omnes & ſinguli cives obligati: quicquid clam aliquis vel muſſitet vel in ſcholis ſentiat. Sic hodiè licet Thomiſtis, Scotiſtis; Dominicanis, Franciſcanis in ſcholis clàm invicem digladiari, ſentire cum doctis, dummodo palàm in æde ſacrâ cum vulgo loquantur agantve: *cum* (juxta *Serar.* litanevt.2.q.25. p.95.) *publicis intereſt Catholicus quisquam precibus, ſive in Liturgia ſive in Litaniá, ſive in ſimilibus aliis, & cum publicas precari preces debet, verbi cauſa; ſi ordine ſacro initiatus ſit: beneficium habeat Eccleſiaſticum, vel alia quacunq; de cauſà, tenetur is Sanctos invocare: cum privatim orat quis, ſive domi hoc agat, ſive in templo ut publicanus ille Luc.18.13 aut alibi, nulli ulla Catholico Lex aut neceſſitas poſita eſt, ut Sanctos invocet: ſed ſolum, nullo Sanctorum adhibito precatore, affari & invocare DEUM poteſt.* In cœtu Syncretico communia ſacra obeant omnes, controverſias, tractent impunè domique Scholæque, pauci & doctiores. Repugnat Alethea ſui ſtudium ac profeſſionem publicam in S.literis exigens, confuſionis impatiens, ſyncretiſmi adverſaria. IV. *Sympolitia civilis* omnium religionum liberè er-

antium, *examinis ac elenchi ſpiritualis ſecura eſto.* Ex *Iuſti Natolij* l. de fide hominis qui in mundo rectè vivere velit, hæc adducit *Glaſenus* in rel. pol. c. 17. p. 452. *Optandum principi eſt, ſi in ſua Republ. unam foveat religionem, quod unitas in fide Principum & ſubditorum animos velut firmo quodam vinculo colliget. Videat præcipuè, quid ſuo ſtatui conducat, ne rigidè uni religioni inhærendo, iſtum labefactet. Nam ſi ſtatus ratio poſtulaverit plures diverſasq; religiones admittere, Magiſtratus communi ſaluti non contraveniet, ſed potius quantum ex ſe eſt, eam promovebit: quippe quod ſæpè religionum pluralitate reſpubl. maxima capiat incrementa, aut vires accipiat, & poſtea contra hoſtem ſe defendere, & in libertate ſe tueri poſſit. Dici namq; non poteſt quantum proſit Reipub. ſi diverſitas Religionum in ea toleretur. Multæ id Reſpubl. quoq; intelligunt, quare libertatem religionis permittunt omnibus civibus ac ſubditis: Conſcientiæ enim in credendo ſeu religionis negotio liberæ & non coactæ eſſe debent.* Repugnat interdictum divinum. vide Theol. conſc. tom. 1. part. 2. dial. 3. p. 642. & p. 681. rationes in adverſum collegit idem Glaſen. ubi inter alia ib. p. 453. *diſſenſus*, ait, *in religione regionem in magna pericula præcipitare, & inteſtinis motibus, uti Gallia abundè teſtatur, in extremam devaſtationem & ruinam conjicere ſolet: efficitq; ut ſubditi ſe invicem fugiant, & alter ab altero non ſit ſatis tutus; ſed quilibet armis paratus ſit expectare alterius invaſionem. At ejusmodi reipubl. hoc utiq; perpetuo timore malè erit conſultum.* Laudat *Becanum* ſcribentem (ib. p. 454.) hanc quæſtionem: *An Princeps Catholicus poſſit in ſuâ provinciâ, ubi Catholici & hæretici permixti ſunt, tolerare ſeu permittere hæreſin: ſimilem eſſe illi quæſtioni: An princeps poſſit tolerare ſeu permittere uſuras, meretricia, adulteria, blaſphemias?* Petrus Gregor. *Tholoſan.* l. 8. c. 2. v. 14. p. 325. dicit: *Illum neutram religionem credere, qui contrarias admittit.* Laudat *Boccalinum* in relat. Parnaſſ. ib. p. 455. *Diverſitas*, aientem, *religionis provocat diffidentiam, disjungit animos hominum, incendit odia, excitat ſeditiones, inſtruit factiones, molitur novitates, aſpernatur imperium, obedientiam fugit, bellum quærit, exteris adhæret, Principem deteſtatur, DEUM ad vindictam accendit, quæ omnia & ſingula certiſſima media ſunt ad quamcunq; rempub. diſſolvendam,* ut propterea Apollo in Parnaſſo Johannem *Bodinum* quod l. 4. c. 7. de Repub. religionis libertatem ſuaſiſſet, condemnaverit, & libros illius in ignem conjiciendos eſſe ſtatuerit. Quod intellexit Philippus II. Hiſpaniæ Rex, qui maluit regno carere, & rupibus

Digitized by Google

bus arboribusque quam populo alienis ſacris addicto dominari. *Caſp.Ens* in compend. hiſt. belg. Ludovicus *Haſſiæ Landgravius nolebat è Belgio profugientibus Ruſſelsheimum ad Mœnum in peregrinæ religionis aſylum concedere, ratum quippe habebat, quantum periculum ſtatui Reipubl. immineret, alij religioni vel minimum concedere locum.* Quæcunque poſt addit argumenta pro ſympolitiâ tuendâ, ea vim arcent, non elenchum: poteſt utique princeps ad pacem ſympoliticam ineundam impelli neceſſitate, non item juſtũ ac illuminatum elencho cohibere, qui nullo equuleo, ſed, veritatis virtute, DEO cedit. vide Polycarpi Lyſeri epicriſin Cleſelii repetitam, in Theol. Conſc. part. 2. dial. 3. p. 1074. Æquè caveri debet Libertiniſmus, quam papæ phalariſmus: illius lugubre ſpectaculum Anglia præbuit, de cujus ſtatu Honorius Reggius legendus. *Thomas Edoardus* in Gangræna hæc ſequentia refert. *Nulla hæreſis, blaſphemia, confuſio eſt, quæ non vel inveniatur in Angliâ vel oriatur. Reformatio ab uno extremo ad aliud collapſa eſt. A ſcylla in charybdin ventum. Pro Papalibus innovationibus, ſuperſtitionibus & tyrannide Prælatorum, damnandæ hæreſes, horribiles blaſphemiæ, Libertiniſmus & tremenda Anarchia eſt. Non ablata mala ſed aucta. Diabolo pejor ſpiritus ſucceſſit. Cœpta Reformatio in deformationem exit. Iam & ipſam abnegant ſcripturam, & tam enormis omnium religionum libertas propugnatur, ut etiam blaſphemia & Atheiſmus includantur.* Et quibusdam interjectis, ait: *A condito orbe non fuerunt tot monſtroſæ opiniones, quot nunc in Angliâ.* confer Glaſen de relig. polit. c. 18. p. 487. IRN. Doce ergò, quomodo conſcienter tractare velis in civitatem receptos allophylos? ſtudebo errores eximere, lucrifacere animas, facere ex allophylis proſelytos. Edam autem ſuper hac re à me paucos ante annos ſuggeſtum conſilium. V. *Sympolitia ſacrorum ſyncretica inducitor*; cujus Nefas Numini inviſum, detectum eſt in Theol. conſc. part. 2. dial. 3. p. 623. adde Illicem & obicem pacis p. 364. & ſeqq. ubi & exenterationem Decalogi ſyncretici reperies p. 377. & ſeqq. VI. *Religionibus ut veſtibus utitor, proq; ratione ſtatus eas mutato.* Tuus Pontifex meus Pontifex; tuus Lutherus meus Lutherus eſto. *Curandum* (de ſententiâ Demadis apud Valer. Max. l. 7. c. 2.) *ne dum cœleſtia cuſtoditis terram amittatis. Me ſi quis interrogat*, ait Politicus anonymus apud Glaſen de relig. polit. cap. 6. p. 91. *an quis conſtanter in unâ religione, in quâ natus & educatus eſt,*

& quam hactenus inter ſuos profeſſus eſt, perſiſtere & interea famem ac ſitim pati, omnisq; generis calamitates ſubire, an vero ad aliam amplectendam, in qua natura ſuæ conſulere melius poſſit, bona conſcientia ſe diſponere & tandem apertè ad eam accedere debeat? tum dico tam rigidum nunquam me fore, ut vim inferre malim naturæ meæ, quam hominum res relinquere. Nam quid ſunt ſectæ aliud, atq; quorundam privatæ opiniones quibus ab aliis ſe voluerunt ſecerni? Nec decet ſibi ipſi, ubi ſe ſervare poterit, data opera, aut ex aliorum conſilio, malum & infortunium accerſere, quod idem peccatum ſit ſe perdere, quam alium interficere. Sæpè à noſtris Sacerdotibus audimus, quod dehortentur ſuos auditores ab ebrietate, immodica crapula, inſano iraſcendi ſtudio, quippe, cum iſtis noceatur homini tantum, ut antequam mortis tempus adſit, mori tamen cogatur, & ſponte ſibi vitæ finem acceleret, qui aliàs, ſi ſeipſum moderatus fuiſſet, diutius non ſine commodo proximi vivere potuiſſet; & eâ de cauſſa iſtiusmodi hominem vocant homicidam proprij corporis. homicida verò ut ſacri verbi oracula edocent, ab æterna ſalute eſt excluſus. Quid dicent autem de eo, qui ſponte mavult in paupertate ante tempus vitam amittere, quàm eò anniti, ut apud alios inveniat diurnum panem; nonne & ipſe erit homicida, quia in cauſa eſt, quò citiùs moriatur, quàm natura id ordinaverit. Credo non tam grande eſſe peccatū, ſi modò peccatum dici mereatur, religionem agnitam derelinquere, & aliam profiteri, ut vita hominis conſervetur, ne Eccleſia Doctore aut Reſp. Conſiliario, urbs cive ſpoliatur; quam naturæ vim inferre, parce ac duriter vivere non ſine diſpendio valetudinis, & vel lentâ tabe internis flammulis omnem ſpiritum & medullas oſſium depaſcentibus diu tortum tandem mori, vel alio quodam mortis genere animam efflare.

Baro reguſtatum digito terebrare ſalinum:

Contentus perages, ſi vivere cum Jove perges. Juven.

Bovis hæc vox eſt, qui huic ſolum vitæ natus, nil niſi ſaginam quærit: natura curanda eſt propter DEUM, nec DEUS propter naturā deſerendus. nemo tenetur αὐτομάτως ſibi ipſi injuriam facere, ferre tamen debet aliunde illatam, ſine peccato indeclinabilem, conſequenter profectò ex ratione ſtatus cenſuit in manual. polit. *Franciſc. Mer. à Glaſeno* productus l. de relig. polit. c. 12. p. 283. *quin*, ait, *ſuaderem, ſi Princeps ſtatum aliter conſervare non poſſit, religionem Turcicam vel Iudaicam aut gentilem probare, & licet eam nolit in cœtum ſubditorum*

Digitized by Google

[illegible] introducere, ipſe tamen ſuo exemplo invitare alios vel non impedire poſſit, ſi ſint, qui illam velint amplecti: Multa enim ad conſervandum imperium ſunt facienda. Vt autem hæc rectius percipiantur, Fieri poteſt ut Turca ſua immani ſævitia occupare queat regionem, vel præcipuas in eâ urbes, incolæ iſtarum poſſint vitam & bona retinere ſub hac conditione, ſi Mahumedanam religionem amplecti cupiant, eſtne hoc pactum ineundum ſaltem ad tempus? Religio namq́ Turcica etſi multis fabulis ſit taminata, tamen multa in ea ſunt quæ probanda veniunt. Nec credo ullam eſſe religionem, quam exacte quoq; cum libris biblicis convenire dicatur, quin in eâ detur aliquid, quod ſapiat errorem. Idem judicandum eſſe puto de Paganâ religione, quæ generoſiores reddit animos hominum, quam Chriſtianorum religio, qua iſtius cultores effeminantur, & ad quamvis injuriam patiendam erudiuntur. Iudaicam religionem etſi quidem eam reduci nolim, quid enim iſta ſumtuoſa ſacrificia ſibi volunt? quid ciborum diſcrimen? tamen prudens Iulianus in odium Chriſtianorum Iudæis permiſit, ut publica in Synagoga ſua ſacra perficerent. Hoc enim in detrimentum Chriſtianorum factum non minimum faciebat ad conſervationem ſui ſtatus. Criſis ſequitur ejusdem Glaſeni: Dolendum eſt ad tantam veſaniam abripi doctos, ut Chriſtianorum Principibus ſuadere audeant, ne ob ſalutem boni publici Mahumetis deliram, Ethnicorum damnatam, & Iudæorum abrogatam religionem recipere aut probare detrectent. Hac ratione perinde eſt ſive in DEVM ſive in Diabolum credant homines: ſive verum adorent DEVM, ſive idola colant, ſive veritati adhæreant, ſive mendacia & capitales admittant errores, eosq; pro veris habeant. Quod ſi ita docere in poſterum Politici incipiant, iisq; non eatur obviam, quid de religione fiet? Exiſtimo ego de religione eos ita ſtatuere ut de comœdiis, in quibus talem quiſq; perſonam aſſumit, quam & ſibi convenire & a ſe debito modo geri poſſe novit, & ſic Principes & Magiſtratus eam amplecti deberent religionem, quam & ſtatui ſuo conducere & ſuo judicio congruere intelligunt. Quemadmodum autem hiſtriones veſtes ſæpe mutant, & qui Rex erat, poſtea famulus eſt, vel plané morio, ita & Principes poſſunt religionem mutare, & qui antea erat Chriſtianus, Mahumedanus, aut gentilis evadat: qui Chriſti doctrinam ſequebatur, nunc hominum deliras ſententias probet: & qui antea erat miniſter DEI nunc effiſiatur viuum Diaboli mancipium: Talis religioſus fuit Encebolius Sophiſta Conſtantinopolitanus, qui ſub Conſtantio Chriſtianus, ſub Iuliano paganus, ſub Ioviano iterum alius erat.

§. 65. IRN. Ecquid autem tibi videtur de Henrico IV, Rege Galliarum, quem ajunt pacis civilis redimendi gratia religionem mutaſſe? (vide Serar. in Inventar. hiſt. Franc. p. 871. Clapmar. de arcan. Rerumpubl. l. 4. c. 2.) annon inſigne charitatis officium impendit, quo Hugonotis ſuis pacem, mutando religionem, curavit? DUAR. Quod Caſſius in re omni quærebat, hîc quoque quærendum? Cui bono? cui ultimo ſcopo? populo non Regi? regnum fuit centrum cupiditatis, δέλεαρ aucupii, pupilla oculi, ad quod connixit: pax populi tendicula, quâ hic caperetur, ſi vera ſunt quæ refert Cutſemius in deſper. cauſa Calv. c. 10. p. 103. adducta in Theol. Conſ. p. 1080. aliàs nullius boni finis intuitu peccare licet. VII: *Gallioriζειν fas eſto*, h. e. ab omni religionum controverſia abſtrahere, ac incendium obortum non extinguere. Diis ſua curæ ſunto. *Si DEUS* (ita ex mente neopoliticorum *Stapleton*. in diſcurſu quod politici &c. p. 51.) *juſtus & potens eſt, quæ ejus ſacroſanctam Religionem violant, ab ipſo vindicanda, relinqui debent. Volet enim quia juſtus eſt, & poterit quia potens. Sic Antigniſartius quidam Politicus. Et quæ vox magis vel abſurda vel blaſphema efferri potuit? Iudæorum hæc vox fuit Chriſto Matth. 27. Redemptori noſtro in cruce pendenti inſultantium. Si Filius DEI es, ſalva temet ipſum; deſcende de cruce. Et iterum. Confidit in DEO, liberet nunc eum, ſi vult. Sic enim iſti Neopolitici laboranti Religioni & Eccleſiæ in cruce poſitæ inſultant impiè, dicentes, Papiſtæ iſti confidunt in DEO. Cauſam DEI eſſe dicunt, ſi ergò cauſa DEI, liberet eos DEUS ſi vult: Deſcendere eos de cruce faciat & ab hæreſium vexatione, immunes reddat? ſed & hæc vox nonne atheiſmum vehementer redolet? Nam ut Iudæi ſic in Chriſtum crucifixum blaſphemabant, quia eum eſſe verum Meſſiam non credebant; ſic iſti politici religionem Chriſtianam ſub cruce poſitam, blaſphemant, quia totam hanc religionem nullam eſſe credunt. Deinde ſic apud ſe iſti boni athei ratiocinantur, ſi hæc Chriſtianorum Religio vera eſt & ex DEO, certè DEUS eam ab hac vexatione liberabit. Non liberat autem ergò nihil eſt hoc totum, quod vocatur Religio: ſic iterum atq; iterum ſuum nobis atheiſmum larvati iſti Chriſtiani & belli Politici eructant. Alioqui quidni & cætera omnia maleficia, furta, homicidia, adulteria, divinæ quoq; vindictæ iſti belli Politici relinquunt? Nam & contra hæc, juſtus & potens DEUS eſt.* hæc Staplet.

Nulla pias mentes fidei certamina turbent
Ultima judii judicet acta Dies!

Ita

Digitized by Google

ita applaudit *Ioſepho Caſtim* ad manuduct. pac. Eccleſ. *Paulus Hermannus.* nihil, ajunt, Dialogis & colloquiis hactenus effectum eſt, crevit flamma non ſubſidit. at quis vidit immane incendium unius alteriusve urcei: affuſione extingui? mora & frequentatione opus eſt: una dies non ſanat, quod ſeculum exulceravit.

§. 67. VIII. *Diſputare de religione nefas eſto. Cum ſemel*, inquit *Bodin.* l.4.de Repub. c.7.. *conſtituta & omnium conſenſu probata religio fuerit; ne poſthac in diſputationem deducatur.* Exemplis hæc lex eſt diſputata in noſtro pacis illice & obice c.3. p.259. & ſeqq. *Atq; hinc* (juxta *Franc Mer.* productum à Glaſeno c. 11. p. 267.) *conſultum quoq; iudicamus ſi Princeps ita religionis obſervator ſit, ut non omnia ad lapidem Lydium probari ſinat, ſed ſæpè, ſi id ſibi & ſtatui publico videatur utile & frugiferum eſſe, falſi quippiam in ea doceri & fieri permittat, illudq; etiam comprobet etiamſi id noverit aliter ſe habere.* Legem hanc confudit noſter illex & obex p.341. & ſeq. Barbarum & Mahometicum Interdictum, ut patet ex paralleliſmo inſtituto ib. c.3. p.360. Unde Turcorum Sultanus in parnaſſo coram Apolline apud *Trajan. Boccalin.* cent.1. relat. 64. inter alia hanc cauſam indicat, quare ſcientias & artes liberales è toto ſuo regno eliminarit, *nempe ut ſubditi in ſua ſimplicitate ad Mahometicam fidem apprimè neceſſaria perſiſtere poſſent.* X. *Elenchum nominalem à ſuggeſtu depellito.* Ita enim poſt Bodiniſtas noviſſimè *Dieſt* adductus in illice & obice pacis p.325. *convenit*, inquit, *paſtores utriuſq; partis controverſias iſtas pro concione tractare non debere. Quodſi textus aut alia neceſſitas exigere videatur, ut ipſum dogma tangatur & explicetur, non niſi ſummâ cum modeſtiâ id fiat, diſſentientium nulla fiat mentio, nullum ipſis verbum duriuſculum excidat, quo exoſi apud plebem fiant, multoq; minùs acerbè eorum ſententia exagitetur non adfingantur aliena, conſequentiæ non agnitæ non imputentur, ſed ſimplex ſolum veritatis declaratio & confirmatio ex ſcriptura proferatur: Vtrinque ſine alterius partis diſſentientis non neceſſariâ appellatione, ſtabiliantur, & à manifeſtis erroribus, ſi neceſſarium ſit modeſtè liberentur. Sic enim Reformati in Lutheranorum & Lutherani in Reformatorum cœtu vix ſe tangi animadvertent, exacerbationes oblivioni tradentur, & corda unientur ac controverſiæ paulatim ſopientur*: h.e. botulis pugnato & butyraceis trochiſcis, non gladio ſpiritûs: non diſputato zeloſè, ſed conſuſurrato proditoriè. nam qui Venatori retia, plagas, numellas; qui aucu-

pii

pi tendiculas, viſcum, arundinem; qui piſcatori hamum, naſſam, fundam; qui militi arma raptat, is venationem ipſam, aucupium, piſcaturam, *αἰχμαλωσίαν*, è quâ victoria, it ereptum. Germani dicunt Wäſch mir den Beltz vnd mach ihn nicht naß / *neq;* (ita *Auguſt.* l.1. contra Creſcon. c.1.) *ideò uti non debent boni doctiq; Medici ferramentis medicinalibus ad ſalutem, quia his ad perniciem etiam indocti peſſimiq; abutuntur.* Nefas hujus legis expoſitum eſt ab eodem Illice p.331. & ſeq. *Cavendus*, inquies, *ideò eſt hujusmodi elenchus ne antidotum præbeas ante hauſtum venenum?* at non ſemper antidota à medico præſcribuntur, ſed & prophylactica ne venenum hauriatur.

§. 68. X. *Simulare religionem hanc & diſſimulare iſtam integrum eſto. Sic* enim *Natolius: ſanè judico*, ait, *poſſe quempiam, ſi renunciare ſuæ nolit religioni, nihilominus cum adverſariis converſari & quidem familiariter, eorum templa intrare, concionibus intereſſe, iisdemq; uti ceremoniis, & ita ſe ſimulare, ac ſi ab eorum ſtaret partibus. Nam ceremoniarum uſus non facit alienationem à fide, cum ipſæ ceremoniæ mutationem quidem externam religioni inducere, fidem tamen mutare nequeant. Deinde ſcandalum hoc modo evitari poteſt, à quo ſeriò nos dehortatur Salvator. Et tandem periculum, in quod facilè quis poßit incurrere, ſi iſtis ceremoniis ſe accommodare nolit, ſed illas contemnere, & vel irridere, hoc pacto effugere poteſt. Multis ſiquidem in locis mos hic viget, ut ſi ignotos quosdam videant, in illorum fidem accuratè inquirant & examini ſubjiciant. Illud ne contingat alicui, licebit ipſi externis ſaltem geſtibus imitari illos: corde tamen adhuc poterit iſta omnia repudiare. Quod ſi verò aliquis rigidè examinetur, & v.gr. in Hiſpania publicæ Inquiſitioni ſubjiciatur? poſſe aliquem illæſâ conſcientiâ veritatem diſſimulare, apud adverſarios confiteri, in ſolennibus miſſis comparere; quia melius officioſè quodam mendacio vitam ſervare, quam veritatem profitendo mori. Nec deſunt nobis exempla: Rahab quæ dicitur meretrix, cum fuerit cauponaria, mentiendo ſervata eſt: & obſtetrices Aegyptiorum à DEO beneficiis ſunt affectæ, quod Pharaonis juſſui non obtemperaverint, eumq; mendaciis cautis deceperint: ut vel exinde unicuiq; obviam eſſe poßit, judice quoq; Marco Marullo, licere in religionis cauſa veritatem celare.* confer quæ à *Gamathei* l. de moderna politicorum fide recitat & refellat *Glaſen.* de relig. polit. c.8. exempla præbuerunt Abſalon. Jeroboam, Herodes illuſtrata in Theol. Conſc. Tom.1. ſect.2. dial.3. p.1023. & ſeqq. Refutatio politicæ hujus panurgiæ

infra

[illegible] in gymnaſio caſuum ad ſecundum præceptum ſequetur. [illegible] *Princeps curato ut pius videatur, etſi non ſit. Machiavelli* hoc conſilium eſt. at *Ciceronis* ſanius l.1.offic. *non eſſe capitaliorem hominum pe[illegible], quam eorum, qui maximè fallunt, id tamen agunt ut boni viri eſſe vi[illegible]*. Itali cujusdam color, quo dicterium hoc pingit apud Gla[illegible] p. 180. operculum eſt dignum carni, quam coquit, venenatæ.

APPENDIX.

Conſilii paulò ante nominati.

Chriſtl. Theologiſch Bedencken

über die Bekehrung der alſo genanten / vnter Lutheriſcher Botmäſſigkeit wohnenden Reformirten?

Welches ſich reſolvirt in folgende Frag-puncten.

Die Erſte Frag.

Ob man befugt die Reformirten ihrer Religion halben zubefragen / vnd zu deren Erleuchtung zuarbeiten?

Antwort. In alle weg ſey man tragenden Wach-amptes vnd Gewiſſens halben hiezu verbunden / zuvorderſt den Vatter deß Liechts [illegible] ſeinen guten Geiſt demüthigſt zubitten / daß ſein Nam geheiliget / [illegible] ſein Reich erweitert / die Irrige widergebracht / das arm verführte Volck bekehrt werde. Es ſind gleichwol die Reformirte getauffte Chri[illegible] vnſere Nächſten / die vmb vnd mit vns gehen / theils Mitbürger / [illegible] Schirmsgenoſſen / von vnſern Kirchen / zu welchen ſie ſich vor die[illegible] in Anhörung deß Göttlichen Wortes gehalten / vnd zum [illegible] noch halten / in die Irr außgangen: Chriſti deß Ertzhirten Exempel [illegible] vns für Augen / welcher neün vnd neuntzig Schaaff in der Wüſten [illegible] vnd dem eintzigen verlohrnen Schaaff nachgangen / biß daß [illegible] gefunden. Der helle Befehl Exod. 23, 4 iſt da / Wann du auch [illegible] Feinde Ochſen oder Eſel begegneſt / daß er irre / ſo ſolt [illegible] ihm denſelben wider zuführen. Weil aber alſobald ſtarcke

obſtacula oder Hindernuſſen ins Mittel kommen / in anſehen deren / die-
ſes Fürnehmen / wo nicht allerdings deſperat, doch mehr als ſchw-
erheblich / oder mit gar langer hand abzuwelzen ſeyn möchte / alſo iſt
ander Frag

Die Andere Frag.

Wie denen im weg ligenden Obſtaculis zubegegnen oder vorzubiu-
Erſtlich dem prætext Inſtrumenti Pacis, darinn den Reformir-
ſo wohl / als Augſp. Confeſſions Verwandten / das freye Ex-
tium Religionis gegönnet / art. 7. p. 17. Es iſt auch durch ein-
helligen conſens Keyſerlicher Majeſt. vnd aller deß Reich
Stände beliebet worden / daß was für Recht oder Bene-
cien / ſo wohl alle andere Reichs Satzungen / als der Re-
gions-Friede / vnd dieſe offentliche Vergleichung / vnd die
in derſelben verfaßte Abhelffung der Beſchwerden / denen
andern Catholiſchen vnd der Augſp. Confeſſion zugetha-
nen Ständen vnd Vnterthanen zueignen / ſolche auch de-
nen / ſo vnter ihnen die Reformirten genennet werden / zu-
kommen ſollen. Doch iederzeit ohne Nachtheil / der
Stände / welche die Proteſtirende genennet / vnter ſich vnd
mit ihren Vnterthanen auffgerichten Verträgen / Pacten
Privilegien / Reverſalien vnd andere Ordnungen / in wel-
chen von der Religion vnd deſſen exercitio denen daher de-
pendirenden eines ieden Orts Ständen vnd Vnterthanen
Sicherung gethan worden / deßgleichen ohne Verletzung
eines ieden Freyheit. 2. Der Antipathy vnd Haß / den die Re-
formirten wider vns vnd vnſer Miniſterium gefaßt / welcher
Chriſtliche Converſation in Glaubensſachen nicht leichtlich
zulaſſen 3. Der Bekanten pertinaciæ vnd Beſteiffung
gen Meinungen / man habe je bißher nichts vnterlaſſen / was
Erleuchtung vonnöthen / man hab publicè vnd privatim
geſprochen / ihre Irrthum klar entdeckt vnd ans Liecht gebracht
vmbſonſt. 4. Der Impatientz vnd Vngedult über vnſere P
digten / ſonderlich wann der Elenchus nominalis nich kan

vnd

verlaſſen werden. 5. Der new-auffgerichteten Kirch vnd Verſamlung in der Nachbarſchafft N.N. Darinn nicht nur deroſelben be... Pfarrer/ſondern auch die Kirchenpfleger ein wachſames Aug ... werden/bekehrliche Gemüther zuhindern vnd abzuhalten/ wo ... immer werde müglich ſeyn. 6. Deß beſorglichen Schimpffs vnd Hohn/ wann durch vnſere Dienſt nichts ſolte außgericht werden.

Antwort auffs Erſte. Der Paß in Instrumento Pacis iſt der... clauſulirt vnd mit einem mercklichen/ doppelten *Salvo* ... *salvis ſemper ſtatuum &c.* Si ſalvis ſtatuum juribus, multo ... jure DEI elenchtico? Item *ſalva cujusq; libertate*, da... dem Geiſt Gottes ſein Ampt nicht angeſtrengt/ſondern durch ... cujusque libertate ſo fern laxirt, daß den Reformirten ihre ... Freyheit zwar gelaſſen/vnd ſie zum Glauben ſelbs nicht ſollen ... gezwungen werden/ aber auch Obrigkeitlichem/ Biſchöfflichem vnd Geiſtlichem Predig-Ampt ſeine Freyheit bleibe/ zu Chriſtlichen freundlichen/ heilſamen Colloquien/ Vnterredungen vnd Geſprächen. Wird alſo hie der Libertinismus, dort deß Papſts Phalarismus auff beyden Seiten gelaſſen/ vnd das Mittel getroffen: dort glaubet ein jeder was ſein Sinn vnd affect will/ hie was der Papſt vnd ſein Kirch ohn Conviction deß Gewiſſens will. es ſind beede gefährliche ... die Mittelſtraß die beſte! Der Glaub laſſet ſich nicht zwingen/ läſt ſich aber erweiſen vnd überweiſen/ Luth. Tom. 1. Isleb. pag. 482. Wiewohl niemand zum Glauben zuzwingen iſt/ ſo ſoll wiederumb dawider nicht geſtattet werden/ daß ſie die Lehre läſtern/ſondern ſollen anzeigen ihren Grund/ vnd hören das Widertheil/ dann wann mans ſchaffen kan/ ſoll man in einerley Oberkeit zwiträchtige Lehrer nicht dulden/ zuvermeiden weitern Vnrath/ vnd ob ſie nicht gläuben/ ſollen ſie dannoch vmb der zehen Gebott willen zur Predigt getrieben werden/ daß ſie zum wenigſten äuſſerliche Werck deß Gehorſams lernen.

Antwort auffs Ander: Die Antipathi könne durch freundliche ... vnd Sympolity gemildert werden/ wann man ſich dero... Chriſtliche affection vnd ſehnliche begierd deroſel-

den Heiligkeit bezeuget/ in solcher der vnadigerliche Geſpräch mit ihnen ſich erkläre/ vnd ſonſt thue oder vnterlaſſe/ was ſalva conſcientia, außer dem Syncretiſmo in der Lehr in Leichpredigten/ Gevatterſchafften vnd dergleichen gethan oder vnterlaſſen werden mag. Si vis amari ama. Hette ſich Chriſtus die Hartnäckigkeit wollen an ſeinem Ampt abſchrecken laſſen/ würde er ſich nicht an die Phariſäer vnd Schrifftgelehrten/ als ſeine gifftigſte Feind gemacht; ſondern ſie auff ihren Hefen vnberührt haben ligen laſſen/ dann es mag hieher gezogen vnd applicirt werden/ der Spruch/ damit vorzeiten Hoſpitalius, weiland Groß-Cantzler in Franckreich ſeine Sermon gezieret vnd geſagt/ diem quandoque novercam quandoque matrem eſſe, die Zeit oder Tag zeige ſich bißweilen als eine Rechte vnd Liebe/ bißweilen als eine Stieffmutter. Hat nicht der Tag zwölff Stunden? Was in einer Stund nicht kan erhoben werden/ kan in der andern geſchehen; vnd obgleich alle Arbeit bey den Menſchen ſolte fruchtlos ſeyn/ iſt ſie doch bey GOtt nicht vergebens angewendet. Cepit, ait Bernhardus ſerm.64. ſuper Cantic.nihilominus, qui talia operatus eſt, vulpem, etſi non ad ſalutem illi, tamen cepit eam ſponſo & ſponſæ quamvis aliter. Nam etſi hæreticus non ſurrexit de fece, Eccleſia tamen confirmatur in fide;& quidem profectibus Sponſæ Sponſus ſine dubio gratulatur: gaudium etenim Domini eſt fortitudo noſtra. Würde von zehen nur eine Seele gewonnen/ ſo iſt es GOtt dem HERRN ein angenehmer Zehende vnd beliebtes Opffer.

Vnd ob gleich 4. die Impatientz bey etlichen zarten Ohren Zorn verurſachen ſolte/ vnd ſie den Elenchum nominalem vnd Vortrag ihrer greßlichen Irrthumb/ welche ihre Lehrer auff die Cantzel zubringen kein ſchew tragen/ nicht wohl verdauen könten/ ſo ſind doch Exempel vorhanden anderer/ die/ wann ſie dergleichen von vns gehört/ in ſich ſelbſt geſchlagen/ vnd von ihrer vorigen Religion anfangen zu abſtehen/ beſonderlich wann ſie auff den Augenſchein gerathen vnd auff begehren der Gegener Schrifften fürgeleget worden.

Es iſt zwar 5. die newe Kirch zu NN als ein Stein deß Anſtoſſes/ vnd die vigilantz vnd Wachſamkeit der Fürſteher zubeförchten/ doch der alte Schaafſtall zu N.N. eine Specula vnd Hohewarte/ da Wachten gegen Wachten/ vnd Chriſtliche Klugheit wider Argliſtigkeit geordnet doch endlich den Sieg behalten: wird ſich deroſelben Kirchen ...

der begehren in contradiction vnd diſputation mit vns einzulaſſen/ ſo wird er Mund vnd Federn finden/ die ſich für ihme nicht werden zuſchewen haben.

Deß Spotts 6. vnd Schimpffs haben auch Chriſtus vnd ſeine Jünger gewärtig ſeyn/ vnd dieſe Spottwort hören müſſen/ ſie ſeyen voll ſüſſes Weins; wie im Predigampt vmb der Welt-Ehr willen nichts zu thun: alſo iſt auch vmb dero Schimpff willen nichts zuunterlaſſen.

Die Dritte Frag.

Ob ein ſonderbare Extraordinari (als Einladungs-) Predigt ſolte angeſtellt werden/ darinn man ſich auff Seiten deß Miniſterii erbötig machte/ freundlich vnd ſine violentia mit ihnen von Glaubensſachen zureden/ mit bitt/ ſie wöllen ſich deſſen nicht wägern/ vnd ſeye man bereit ihnen in geſunden vnd krancken Tagen bedienlich zu ſeyn?

Antwort. In quæſtione an ſit, iſt eine ſolche intimation vnd Einladung für rathſam angeſehen worden/ vnter der Form einer Apologi, weil man äuſſerlich vernommen/ als ob die Reformirten ſich beklagen/ man wolle in ihren Kranckheiten ihren ordinari Seelſorger nicht geſtatten/ die Miniſtri zu NN lieſſen ſie auch ohne Troſt da ligen/ wären alſo aller Geiſtlichen Hülffe beraubt: damit ſie nun klagloß gemacht würden/ ſeye man auff Seiten deß hieſigen Miniſterii erbietig/ ihnen in geſunden vnd krancken Tagen auff geſchehene Erforderung beyzuſpringen/ freundlich mit ihnen zuhandlen/ einige violentz vnd Zwang nicht anzulegen/ in Hoffnung/ ſie werden was wohl gemeint/ auch wohl auffnehmen/ mit angefügter Zuſag/ daß wo ſie ſich recht vnd an chriſtlich würden erklären/ daß man im Fall deß Abſchieds auß dieſer Welt/ eine Chriſtliche Leichpredigt vnd ehrliche Leichbegängnuß zuhalten nicht abſchlagen werde. Wann aber vnd ob durch einen ſonderbaren Text extraordinariè, oder nach anlaß der ordinari textuum ſolcher Fürtrag geſchehen ſolte/ ſtehet zu weiterm Nachdencken vnd Obrigkeitlicher approbation.

Die Vierdte Frag.

Durch was thunliche Mittel die Reformirten bey geſunden Tagen zugewinnen?

Seelengewinn iſt ein groſſes Werck/ welches ohn eifferiges [illegible] inbrünſtiges Gebett/ vnd deſſen Symphoni/ nicht angefangen [illegible] ſoll/ noch heilſamlich außgerichtet werden kan/ durch daſſelbe werden die folgende zuſammen geſetzte labores geſegnet/ [illegible] ſagt Chriſtus Matth. 18. 19. Wo zween vnter euch eins werden auff Erden/ warumb es iſt/ daß ſie bitten wollen/ es ſoll ihnen widerfahren von meinem Vatter im Himmel. Als da iſt [illegible] die pædagogia adductiva, der Zug in der Zucht vnd Vermahnung [illegible] dem HERRN/ wie St. Paulus redet Eph. 6. 4. zu wündſchen [illegible] Reformirten lieſſen ſich alſobald durch vorgedachte Ladungs Precen zur folge bewegen/ als volones ultronei, denen die Wahl [illegible] ſtelle werden/ anzumelden/ bey welchem es ihnen beliebig ſeyn würde. Jedoch weil beſorglich die meiſten entweder ſelbs abhorriren/ oder ſich ablocken vnd ſchrecken werden laſſen/ ſo hoffen wir zwar gäntzlich vnd [illegible] verſichtlich/ es werden zuvorderſt die Vätter deß Vatterlands auch bey dieſem Werck an müglicher Handbietung/ gelindem Anſpruch vnd Jnmahnung/ ſo weit das Instrumentum pacis leidet/ nichts erwinden laſſen/ ſonderlich in dem Fall/ der ſich mehrmahl begeben/ wann eine Perſon allbereit in via converſionis ſtehet/ vnd an dem/ daß ſie völlig zu vnſerer Confeſſion ſich bekennen wolte/ vnd aber von der Reformirten Partey dieſelbe durch ſchöne Verheiſſungen widerumb abgelocket/ durch Treäuworte bey Verluſt aller Freundſchafft/ Befürderung vnd [illegible]cher commoditäten abgeſchreckt/ vnd alſo faſt mit Gewalt [illegible] zuruck gezogen würde: es werde alsdann Chriſtl. Obrigkeit mit ſtärckerer Hand ſolche Beginnen hintertreiben/ vnd den Reformirten das nicht geſtatten/ was auch den Papiſten vnter vns in gleichem Fall nicht würde zugelaſſen werden. Man verſihet ſich auch zu Chriſtlichen Haußvättern vnd Haußmüttern/ Koſtherren vnd Loſamentgebern/ ſie werden ihre reſpectivè Koſtgänger vnd Geſind mit ernſt dahin vermögen/ daß ſie ſich entweder ſelbs bey einem vnd andern/ oder doch auff deß Miniſterii begehren/ gutwillig einſtellen/ zu ein[illegible] freundlichen Geſpräch [illegible] vnd ihres Glaubens Rechenſchafft geben wolten/ fürnemlich aber [illegible]de der ſchwere Laſt dem Miniſterio zuwachſen/ ſo aber durch Hoffnung der reichen Göttlichen Belohnung vnd Brüderlichen Auffhelffung [illegible] Verluſt der Brüder/ ſonderlich da in einer Kirchen [illegible] die [illegible] von dem [illegible] beliebten Schaffſtall bißher [illegible]

[illegible] revocirt werden ſollen / in einer andern Kirchen gar keine oder we- [illegible] ſcheinen) mercklich wird gelindert vnd gemindert werden. Auff [illegible] gium wird folgen der Methodus ſelbſt / in ſich begreiffend [illegible] pacis, der wolgemeinte Antrag deß Chriſtlichen Frie- [illegible] vnd künfftiger Geiſtlicher Brüderſchafft / deme ein fürtrefflichen [illegible] ſeylen wird die hypotheſis, welche die Reformirten gemeinig- [illegible] führen / vnd D. Bergius in dem Vnterſcheid vnd Verglei- [illegible] der beeden Religionen p. 212. davon ſich vernehmen laſſen / daß [illegible] Lutheriſchen keinen Articul deß Chriſtlichen Glaubens verläugnen / [illegible] einerley Grund der Seligkeit vnd alle Hauptarticul der einigen [illegible] machenden Chriſtlichen Religion / ja auch ſonſt in allen Lehrpun- [illegible] ſo auß den Articuln erfolgen / gantz einerley Lehre / nebenſt vns be- [illegible] vnd alſo deß fals eigentlich nicht zweyerley; ſondern einerley [illegible] gion mit vns haben / conſequenter die Reformirten bey vnſerer [illegible] Religion wohl ſelig werden könten / ſo gar auch / daß ſie in [illegible] Synodo Charentonenſi Anno 1631. folgendes Decret abgefaßt. [illegible] die Kirchen Augſpurgiſcher Confeſſion mit andern Reformirten [illegible] Fundament der Religion überein kommen / ſo hat der Synodus [illegible] / es können dieſelbe ohne Abſag vnd Verſchwörungen der [illegible] die vnſere Kirchen führen / als Glaubige zum Tiſch deß HEr- [illegible] zugelaſſen werden. Was aber ferner hiebey zubedencken / vnd wie [illegible] Exceptiones zubeantworten / iſt angezeigt im Reformir- [illegible] p. 886. 2. oblationem colloquii, die Anmuthung eines [illegible] andern Chriſtlichen Geſprächs / als welches der einige rechte [illegible] Schlüſſel iſt zur rechten Chriſt brüderlichen Einigkeit / wie im Reformirten Salve weitläufftig außgeführet worden p. 839. 3. col- [illegible] colloquii, die Confuſion, auß Vortrag der gefährlichen [illegible] / ſo auß der Haupt-Lehr von der bloß / vnbedingten Gna- [illegible] / vnd auß dem auch bloß / vnbedingten Verwurff deß groſ- [illegible] Hauffen der gefallenen Menſchen (welche Lehr die Geneviſchen [illegible] in Synodo zu Dordrecht Seſſ. 42. p. 212. ihre Religion Pal- [illegible] genennet) nothwendig entſpringet / worauß die qualität deß [illegible] zuerkennen ſey / vnd ſind dieſelbe Früchten / hie Sicherheit / dort [illegible] / wie im Reformirten Salve beſchrieben worden. p. 451. [illegible] ob ſie ſich entweder zu ſolcher Meinung nicht verſtehen wolten / wie [illegible] in der contradiction ſtehen / ſo kan ihnen doch klärlich darge-

than

than werden / daß ihr Sinn vnd Gloß / die ſie beſtändig vnd einmün[illegible] lich führen / von der mündlichen Nieſſung der Vnwürdigen / gleich[illegible] Kettenweiß / am abſoluto decreto hange / vnd keins ohne das an[illegible] könte bejahet oder geleugnet werden. vide Reform. Salve p. 418. [illegible] Confuſionem die Demonſtration vnd Erweiſung der Warheit [illegible] klare liquidation deß Status controverſiæ Erläuterung deß [illegible] Puncten an ihm ſelbs / vnd deſſen ja vnd nein gezogen / nicht auß [illegible] ptis privatis quorumlibet, die ſie Gegner ſelbs verwerffen vnd [illegible] nehmen, ſondern ihren Symbolicis Scriptis, der Harmonia [illegible] nis, ſonderlich dem Pfältziſchen Catechiſmo, vnd deſſen durch [illegible] vnd Altingiū geſchehen Erklärungen / woron mehr Nachricht [illegible] in Salve Reform p. 233. p. 400 & ſeqq. Weitere didactiſche [illegible] recommendation gewiſſer / ſafftiger vnd kernhaffter Bücher daheim [illegible] leſen / ſtehet ohne das zu eines jeden diſcretion. Fürnemlich wird die [illegible] nehmung allerhand falſcher vorgefaßten Concepten / ſo wegen [illegible] Glaubens Lehre von ihnen eingebildet worden / ſampt der [illegible] vnd Facilitirung deſſen / was ihnen bißher abſurd vnd ſchwer [illegible] vorkommen / höchſt nöthig erachtet. Dann ob zwar wohl kein Glau[illegible] bens-Lehr / in denen wir vntereinander different ſind / zu diſſimuliren oder außzuſetzen / auch nicht der Streit der Gegenwart vnd mündlichen Nieſſung deß Leibs Chriſti im H. Sacrament (der, zwar im Collo[illegible] zu Marpurg außgeſetzet worden / aber nicht als ein adiaphoron, ſon[illegible] dern als eine nothwendige Grundlehr / vmb dero Verleugnung [illegible] Lutherus Zvvinglio die brüderliche Hand abgeſchlagen / vnd [illegible] auch in dieſer Lehre auff eine ſatte / glatte / vngeſchraubte / vnge[illegible] Confeſſion tringen ſolle / darzu der weg gemacht in Reform. S[illegible] p. 577. So hat doch bißher der vngleiche vnd monſtroſe [illegible] von der Ubiquität vnd Eſſen deß Leibs Chriſti viel Scrupel vnd Irrun[illegible] gen gemacht / welche aber durch beſſere Erläuterung wohl kan [illegible] vnd verbeſſert werden / v. Reform. Salve p [illegible]. So wird endlich [illegible] ſolcher vorhergehender Exploration eines jeden Reformirten [illegible] tion conſequenter darauff klar erſcheinen [illegible] / vnd wie derſelb[illegible] caſu morbi zu tractiren ſeyn werde? vnd die Antwort auff die [illegible] vnd letzte Frage deſto leichter fallen.

Die

Die Fünffte Frag.

[illegible]er geſtalt die alſo genante Reformirte in krancken Tagen mit diſcretion ohn violentz zu tractiren?

Obwohl in dieſem Stuck kein beſtändige vnd allenthalben all[illegible] Regul formirt vnd fürgeſchrieben werden kan / ſondern es [illegible] auch ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ἀνὴρ ὁρίσειεν, wie ein kluger Haußhalter der [illegible]nuſſ Gottes / wann er entweders vom Patienten ſelbs / oder dem [illegible]chen Vabſtand / befreundten / Koſtwürthen / Nachbarn / denen [illegible] hiebey Chriſtliche proviſion zuthun / beruffen worden / [illegible] Hauptregul Göttlichen Worts vnd gefaßten Kirchenordnun[illegible] Befindung der Vmbſtänd / mit gepflogenem Rath in ſchwä[illegible] er für rathſam anſehen vnd halten wird. Jedoch weil die [illegible] in 3. Claſſes füglich können abgetheilt werden. Es ſind erſtlich [illegible] Schwächeſte im Glauben / einfältige ignoranten / die von Streit[illegible] der Religion gar nichts wiſſen / vnd alſo in der ignorantiâ [illegible] begriffen / denen iſt zwar zuvorderſt ihre acedia vnd Vnacht[illegible] in Sachen der Seelen Heyl vnd Seligkeit betreffend / als ſünd[illegible] vorzuhalten / vnd zu ſtraffen / vnd ſie zuvermahnen / daß ſie / wann [illegible] GOtt der HErr wider auffhelffen ſolte / was verſaumet / wider [illegible] wolten / im übrigen aber ſind ſie als Catechumeni mit der [illegible] Catechetiſchen Milch einfältig zuſpeiſen / auff das allgemeine [illegible] Chriſti zuweiſen / vnd nach geſtalt der Sachen mit dem H. Sacrament zuverſehen / mit bloſſer vnd kurtzer Berührung der Irr[illegible] welchen ihr ſeitige Religions-Verwandte ſtecken / in gefaßter [illegible] es werde der Patient ſolche ſchröckliche Meinung nicht bil[illegible]. Es ſind zum andern die Mittelmäſſigen / die zwar ihren Calvi[illegible] Catechiſmum vnd mit demſelben das Gifft eingeſogen / zu der[illegible] Kirchen / Wort vnd Sacrament ſich gehalten / aber keine ſonder[illegible] pertinaciam oder verführiſche pellaciam von ſich / ſondern im [illegible] eine docilität vnd Begierd vnterrichtet zu werden / ſchei[illegible] laſſen / mit denen iſt nun (ſoviel immer der Schwachheit halben [illegible]) der obige methodus kürtzlich fürzunehmen / das abſolutum [illegible], wann er daſſelbe verwirfft / nicht ſtreng zu urgiren / in der [illegible] von der Perſon Chriſti / vnd im Glauben deß allgemeinen Ver[illegible]ſts Chriſti wohl zu firmiren / vnd auff geſchehene conviction eine

deutliche / klare / vngeſchraubte Confeſſion zubegehren / von der leib-
chen Gegenwart vnd mündlichen Nieſſung deß Leibs vnd Bluts
ſti (als welche in dieſem Fall keines wegs zu übergehen) maſſen
Herr D. Pappus Sel. wohl erinnert / in der warhafften vnd
gründeten Widerlegung deß vnwarhafften vnd falſchen
ſchen Berichts in der Vorred: endlich nach Ablegung beſagter
ſion ihme zu communiciren / vnd auch eine Chriſtliche Leichpredigt
thun vnverwehrt ſeyn ſolle. Es ſind drittens die härteſtẽ vnd
ſten / die der obangedeuteten Einladung eine ſchnöde repuls gegeben
ihrem Irrthumb vnd dem Geſpött über vnſere Confeſſion vnd M
ſterium beharrlich geblieben / andere neben vnd vnter ſich
verführt / vnd ob ſie irgend zeit in ihrer Kranckheit von dem M
auff ihrer oder anderer Beförderung / beſucht werden / dennoch
ihnen fürgenommene vnd fürgeſchriebene Ordnung nicht
wollen / denen iſt auch als den Hunden vnd Schweinen das Heilig-
thumb nicht fürzuwerffen / vnd dem Vnterricht D. Luther zu folgen
Tom. 4. Witteberg. in der Sermon von der Sünde / oder Läſterung wi-
der den H. Geiſt / da er ſolche Leuthe beſchreibet / daß ſie nicht
zur diſputation ſich ergeben / noch einem richtig vnter die
gen gehen / als die den ſtich nicht trawen zu halten / oder
ſie antworten müſſen / ſind ſie ſo ſchalckhafftig vnd
kehrt / daß ſie überhin ſpringen / da es treffens gilt / greiffen
dieweil zur Seiten auß / wo ſie können / mit gifftigen
Mordſtichen / vnd D. Pappus loc. cit. fol. 243.
auß / ſchreibet / iſt offenbahr / daß Berichter entweder
nicht / oder doch ſehr wenig darbey geweſen / wann man
Krancken zugeſprochen / vnd ihnen das H. Abendmahl
chet hat / dieweil er ſo freventlich fürgibt / die Prediger m
ſen alsdann von ihrer leiblichen Gegenwart vnd mündlich
Eſſen gantz vnd gar ſtillſchweigen / da doch das H. Hochw
dig Abendmahl keinem Krancken gereicht wird / es ſeye
entweder zuvor bewuſt / daß er auch die mündliche Nieſſung
deſſelben feſtiglich glaube / oder dieſelbe noch in wehrender
Kranckheit bekenne. Durch welche praxin bißher
ſſio

etlichen Calviniſten ſelbſt/ſoviel iſt erhalten vnd außgericht worden / daß ſie ſich endlich zu vnſerer Confeſſion vom H. Abendmahl erkläret / daſſelb zu Stärckung ihres Glaubens würdig empfangen / vnd in Chriſto zum Ewigen Leben ſind erhalten worden / da ſie zuvor weder Safft noch Krafft an der Verheiſſung deß HErrn Chriſti vom mündlichen Eſſen vnd trincken bey ihrer Calviniſchen Deuteley empfinden können. Allegirt hierauff die wort S.Pauli Tit.3. Einen rottiſchen oder widerſetziſchen Menſchen meide / wann er einmahl vnd abermahl vermahnet iſt / vnd wiſſe daß ein ſolcher verkehret iſt / vnd ſündiget / als der ſich ſelbs verdammet hat vnd ſchleuſt.
ſoni. Wann einer dahin geräth / daß er nicht hören noch ſehen will / darzu ſeine Boßheit vnd Läſterung vertheidigen / ſo iſt nimmer zurathen noch zuhelffen.

§. 69. Hactenus ſuperſtitio fiduciaria, ſequitur Mantica & Divinatrix rei vel futuræ vel arcanæ indagatrix curioſa de qua problema eſto.

An conſcienter arcana indagare, interpretari, credere fas?

Divinatio generali nomine complectitur omnem arcanorum Thearchiæ, naturæ, artium, ſcripturarum, ænigmatum ſcrutinium proditionemve; ſive præterita, ſive præſentia, ſive futura attingat. Non eſt indiſcriminatim omnis hujusmodi indagatio illicita. *Reſcire* (de cujus vocis ſenſu Latino legi poteſt *Gellius* lib.2. noct.c.19.1.) Licet quouſque ſacra pagina non prohibet, recta & ſana ratio ducit, ad βάθη cordis humani exploranda. Exempla laudata ſagacitatis præbent Simſon, Salomo, Eliſæus, Daniel, adde Philoſophum, ſive Sophiæ procum, quem Syracides laudat. *In ore Regis vt divinatio*, ait *Salomon* divinator ipſe, præſertim in latebris factorum perplexis penetrandis, ad judicii informationem: in *Daniele*, cujus Inquiſitione, ſenum perfidia detecta eſt, Suſanna vitæ, honori, marito reſtituta,

Ἐν τοῖς ἔξω celebratur Ariopharnes Thracum Rex, de quo hæc traduntur. Tres Cimmericorum Regis filii de Paterno regno contendentes Iudicem elegere Ariopharnem. hic

jubet Patris cadaver ſepulchro erui, arbori alligari, & eos arcu contendere, ut qui Patris co[r] transfixiſſet, in regnum ſuccederet. Primogenitus guttur, ſecundus medium pectus cor[de] illæſo transfixit, ſupererat minimo ſpes regni. Vicit pietas, & ſe regno cedere malle, dum in Patris cadaver pietate ſuperior eſſet, profeſſus jaculari detrectavit. Huic Thrax regnum adjudicavit, quia naturæ propenſione, ſe, & verè filium & virtute præſtantiorem oſtendiſſet. Th[eode]ricus Rex Gothorum, ſpoponderat mulier Italica nuptias ſecundas amatori, pacta ſe [filium] prius domo exturbaturam, cum conaretur, reſiſtere filius, & Regem adire ambo. Filius ſibi alimenta deberi, nec domo paterna à matre ejici dicere. contrà mulier, filium non agnoſcere, ſuppoſitum eſſe. Suſpecta Regi mulier fieri incipiebat. Atqui, ô mulier, inquit Rex, potes, ſi me audis, & hâc te moleſtia expedire, & melius conjugium inire; quin tu juvenem hunc, qui filium ſe dicit tuum, maritum accipe. Minor eſt ætate, & facie liberaliore. Iſta mulier tam inopinata juſſione primum conticeſcit: mox ſe colligit, & multa prætexere negationi, parum cohærentia vel apta, ut deprehenſam facilè intelligeret Rex. Fingit ergò ſe pœnam addere, niſi conſentiret. Quod reſtabat infelici, ut ſcelus fugiat horrendum, filium agnovit. Nec ſubticenda Turcarum Regis Solymanni prudentia. Byzantii Iudæus Chriſtiano certi auri ſummam mutuam dederat, ut conſtituta die præter ſortem, uſuræ loco, duas carnis ejusdem Chriſtiani uncias reciperet. Die illa ſortem reddit Chriſtianus, fænus negat, aditur Solymannus, ut rem decidat. Ille Iudæum animo deteſtatus, novaculam adferri jubet, & Iudæo poteſtatem facit, qua velit membri parte debitori duas carnis uncias exſcindat: ea lege, ut omninò duas tantùm: ſi minus plusve exſciderit, capite luiturum. Non auſus Iudæus hanc aleam ſubire, Chriſtianum abſolvit. Conf. part. 1. Theol. Conſc. Sect. 3. art. 2. p. 215.

Quouſq;, dixi, *ſacra pagina non prohibet, recta & ſana ratio ducit.* Cæterùm ſuperſtitio eſt, quæ abducit ad examina innocentiæ occultæ adhibita, v. g. purgatio facta *igne & ferro candente, vel vomere igni[to].* Teſtimonia hâc de re congeſſit *Franciſcus Iuretus* ad Epiſt. 74. Jvonis Canutenſis. Illuſtre eſt illud quod ſtylo expoliit J. Lipſ. in monit. polit. c. 9. p. 133. Ajunt Ottoni III. Imper. *uxorem fuiſſe, parum caſti corporis: & hanc cùm ad Mutinam Italiæ Imperator eſſet, cuidam Comiti in iis locis copiam uſuramq; ſui obtuliſſe, ſed repulſam tuliſſe. Id perdolitum fœminæ (veteres ab eo iras & calumnias ſcimus:) atq; auſa eſt ipſa crimen ultrò ſtruere, & tentatæ pudicitiæ ſuæ Comitem accuſare. Imperator calidè audit, credit, damnat, occidit. Comes tamen ante mortem rei ſeriem uxori ſuæ aperit: & rogat ut mortuum vindicet, & famam, quoniam vitam non poteſt, ſervet. Dat conſilium, ut judicio candentis ferri, DEO freta, rem committat: qui mos nunc frequens, nuper & hodiè meritò exolevit. Ille ita moritur: & paulò poſt dies aderat; quâ ſolenniter Cæſar jus dicebat, viduis maximè & pupillis. Vidua igitur Comitis mandatum exequutura, venit ad tribunal, & caput mariti occultum in ſinu geſtat. Stat ante Cæſarem & veniam præfata rogat: Ecquâ pœna dignus eſſet, qui vitam alteri injuria ademiſſet? Hîc Imperator: Id quidem, liquet mulier, inquit, morte.*

re- Tum illa. Ergò pœnam hanc Tu, Cæſar, te judice ſubibis, qui innocentem maritum meum ſuſtuliſti. En caput, quod recidiſti: Innocentem autem, quoniam teſtes & alia deſunt tractatione igniti ferri probabo. Dixit, & ſine noxa fecit. Miraculum Imperatorem & adſtantes commovit. Sed hunc maximè, qui DEUM etiam vindicem timebat. Itaq; permittit ſe fœminæ, ut ſua voce damnatum: ſed veniam vitamq; quatuor caſtrorum donatione redimit. Ea ſunt in Etruriâ, Lanenſi tractu, & Decimum, Octavum, Septimum, Sextum appellant: à numero dierum, quibus prorogationem ſupplicii à fœminâ, ante plenam veniam impetraverat. Haud negaverim, à fabula, quam hiſtoria hoc videri propius: ſed bonis tamen auctoribus ſcripta, quæ culpa eſt deſcribere? Forte Carol. Sigonium tangit, qui hoc memorat lib. 7. regn. Ital. Quid eſt SUPERSTITIO ſi hæc non eſt? Quid Tentatio Numinis? Ubi verbum DEI? ubi ratio ſuccenturiata? cum inquit, *Corn. à Lap.* ad Num. 5. p. 783. *hujusmodi purgatio à DEO non ſit inſtituta, ideoq; ſit DEI tentatio, jure à Canonibus eſt damnata.* Quàm bene hic *Corn. à Lap.* cenſet; tam infrunitè *Heribertus Roſvveyd.* Lojolita in diſſert. de fide hæret. Servand. probationem per ignem rapravit ad arbitrium de hæreſi inſtituendum.

Repetam nonnulla ex c. 12. pag 106. Cæteris ab omni ævo inſortium Politicarum numero judiciaria per ignem diſquiſitio fuit, qui ſapientis inſtar Iudicis culpæ veritatem vel innocentiæ explorabat, reis noxius, innocentibus illæſis. Quæ vel ſpontè ſuſcepta, vel vel à judice imperata probatio, eventu ſuo in utramque partem plerumque non caruit. Ad eam jam olim in Sophoclæâ Antigonâ, quibus Polynicis vita defuncti cuſtodia commiſſa erat de injuria accuſati provocarunt, paratus quiſque.

> Καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν,
> καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ Θεοὺς ὁρκωμοτεῖν;

paratus, inquam, & ferri candentis contrectatione, & pyræ inambulatione, & deorum conteſtatione innocentiam ſuam comprobare. Huſſus quoque incuſtoditæ à majoribus acceptæ fidei apud Romanum Pontificem, Romanæque Curiæ Proceres, apud quos rei hujus cardo vertitur, arceſſitus, cùm fruſtratoriis ſcriptionibus, & non ratis procuratorum miſſionibus nihil magnopere promoviſſet, ad ignis exploratorii provocationem, majore utique animi temeritate, quam cauſæ tot teſtibus evictæ fiduciâ, tandem confugit. Paratus, inquit, ſum, coràm tota Univerſitate ſtudii Pragenſis, omnibusque Prælatis, omnique populo mei auditorii, ad quod me refero, de fide, quam corde teneo, verbo & ſcripto profiteri, etiam igne ad audientiam appoſito, plenam & claram reddere rationem. Quam quidem fidei rationem, etſi tunc Pragæ, ubi multorum, quos veneno ſuo infecerat, pollebat gratiâ, non juſſus ſit reddere; evenit tamen aliquando, ut in orbis totius Chriſtiani theatro, quod Conſtantiæ Pontifex & Imperator magno omnium rectè ſentientium plauſu dedicabant, voti ſui fieret compos. Eò igitur evocatus, vel ſponte, ut ſæpe ipſe jactitat, profectus, cùm & privatim coràm purpuratis

Patribus, & publicè coràm tota Concilii coronâ non ſemel eſſet auditus, omni tamen ratione destitutus, & criminum prætereà mole prægravatus, extremo ignis judicio, cujus ipſe experientiam in fidei teſtimonium ante exoptarat, unanimi Patrum ſuffragio addicitur. Hic ignis in hominem ſævire, noxiam depaſcere carnem, & æternas animi flammas auſpicari. Quod ſi omnem retro ætatem contulimus, occurrit nobis ſingulis propè annorum centuriis fidei hic explorator ignis, tàm certo veritatis indicio, vel rectè ſentientibus blandiens, vel in perfidiæ reos ſæviens, ut occultum hic DEI judicium liceat agnoſcere. E multis pauca dabo, eaque illuſtria, quæ vidit Oriens, obſtupuit occidens, ſuſpexit Meridies, miratus eſt Septentrio &c. pag. 125. Quod ſi Huſſus, SS. Ephræm, Popponis, Bonifacii, Dominici fide inſtructus ad pyram acceſſiſſet, non defuiſſet ſervo ſuo DEVS, qui nunquam in fidei ſuæ teſtimonium fruſtrà fuit invocatus. Replica annales, majorum retrò lege memoriales libros, quorum aliquam partem ego exhibui, ſi non hanc DEI vindictam, pro Catholicæ fidei aſſertione perpetuò excubantem reperias. Ad ignis judicium provocavit Huſſus. Quid culpant adverſarii, ſi homini obtemperatum? millenis teſtibus evicta ejus perfidia, hæreſis conteſtata? cur pondus, cur hæreticus, hæreſi perfidiæque debitas evadat pœnas? Exuſtus igitur eſt, quia meruit, quia provocavit, quia DEVS ignem non extinxit.

En tibi 1. *Κακοζήλωσιν Ethnicam*, ex Sophoclæâ Antigonâ eductam, æmulante Sathanâ ſimio, δοκιμασίαν Elianam (à Spiritu N. T. alienam, inque pari Zebedeide culpatam) ignem è cœlo evocantem, ſequeſtrum veri & falſi Baalitici cultus. 2. *regulam obliquam, fallacem, aleatoriam*, per quam Laurentius in rogo uſtulatus nocens, Zigarorum aliquis, atræ artis maleficio, ab igne ἄπλοος, innocens judicatur. 3. Adynamiam religionis Papææ, quæ cùm argumentis in Huſſum prævalere non potuit, ignem in ſubſidium evocavit; quem ſi Huſſus ad audientiam appoſitum voluit, proverbialiter & conditionatè locutus eſt. Sicut Lutherus, ſi tot Diaboli Wormatiæ eſſent quot tegulæ in tecto. Conditionem expreſſit *Spondan*. ann. n. 12. *Si*, ajens, *de aliquo vel minimo errore in fide convincerent, non recuſare quascunq; hæretici pœnas ferre.* at argumentis convictus non eſt, ſed vi occubuit, non ſuccubuit. Quid multa? Probet Roſvveydus, factum dictumve eſſe ab Huſſo, quod ille divinat? affirmantis eſt probare. non tacuiſſet Spondanus, non Bzovius. Ejuſdem furfuris eſt Aqua Sagarum exploratrix, longè diverſa ab exploratione adulteræ per aquam maledictam, quæ DEUM habet auctorem. Num 5. Probatio per aquam periculoſa eſt, caret oris Dominici juſſu, caret ratione. Veras ſtyges ſubmerſas *Gœdelmannus* teſtatur. tract. de Mag. Venef. l. 3. c. 5. à Sathanâ levitari poſſe etiam Matronas honeſtas quis dubitabit? cum & Chriſtum potuerit in pinnaculum templi ſubducere. At ſic, *inquies*, juſtitiæ hoſtis juſtitiam promo-

[illegible] Reſp. Promovebit, ſed ut illudat eidem perfidus ne- [illegible] locum hujusmodi purgatio invenit, id vel dan- [illegible] extraordinariæ divinæ providentiæ, quæ ſontes miro ſæpè [illegible] lucem profert, innocentiam aliorum patefacit, quemad- [illegible] Claudia virgo Veſtalis legitur in hiſtoria Rom. ad proban- [illegible] caſtitatem, cingulo navem duxiſſe, quam aliquot millia ho- [illegible] trahere non poterant: Sic & *Cunigunda* Uxor Heinrici II. [illegible] referente Alberto *Cranz.* l. 4 c. 5. Metropol. calcando igno- [illegible] vomeres ſuam innocentiam affirmavit: hæc ſunt inimitabilia, [illegible] à bono malove genio ſtructa, accidentaria non perpetua.

[illegible] an præſtigiis dæmonum aſcribi debeant, quæ de quibuſdam fluviis arbitris [illegible]. In *mirabilibus*, Ariſtoteli aſcriptis: [illegible Greek] Adde Diodorum ſiculum Libr. 11. ſimile habet Plinius. Libr. XXXI. [illegible] has in Bithynia Brietium alluit: hoc eſt & Templo & DEO nomen, cujus gur- [illegible] patitur pati, velut flammam urentem. Solinus de veteris Sardiniæ fontibus [illegible] valent furibus: nam quiſquis ſacramento raptum negat, lumina aquis attrectat: [illegible] non eſt, cernit clarius: ſi perfidia abnuit, detegitur facinus cæcitate, & captis [illegible] tenebris fatetur.

[illegible] Juris Canonici compendio complexus eſt *Corvin.* lib. 4. Jur. Canon. tit. 49. p. 380. *Purgatio vulgaris, quam olim vulgus uſurpa-* [illegible] *per judicium aquæ frigidæ. c. ex tuarum. 8. de purg. can. tactum* [illegible] *candentis c. fin. hic. c. Mennam. c. conſuluiſti 2. qu. 5. c. ſententiam ſan-* [illegible] *Cleric. vel Monach. aquæ ferventis. d. c. Mennam. c. omnibus. c.* [illegible] *2. qu. 5. d. c. ſententiam ſanguinis, duellum. c. 1. & 2. hic Hæc Ca-* [illegible] *improbata. Quia in iis DEUS potius tentabatur, & ad iracundiam* [illegible] *quam verum habebatur innocentiæ teſtimonium. c. fin. de purg.* [illegible] *ur. 22. qu. 2. c. Si nulla. 23. qu. fin. Quia ſæpè etiam per hoc fal-* [illegible] *tentato DEO. innocens impiè, & præſumptionibus damnaba-* [illegible] *ficantibus. Hic Dæmone miracula imitante, & ut innocenti illu-* [illegible] impium mentis pœnis liberaret, oculos perſtringente.

[illegible] Nec melioris pretii eſt purgatio per ſacramentum [illegible]: ſic impiè *Fridericus* Moguntinus Archiep. conſpira- [illegible] poſtulatus, per corporis & ſanguinis Chriſti perceptionem [illegible] apud Baron. ad ann. 941. è qua probatione Canonicâ [illegible] adhuc hodiè noſtratium natum: Ich will das H. Abendmahl

darauff

darauff empfangen. Equidem David innocentiam ſuam ſacrificio illuſtrandam obtulit Sauli 1. Sam. 26. 19. Ubi Bidembach. bene ἐξη-γεῖ. p. 408. Wann du nun vermeineſt / der HErr treibe vnd hetze dich darzu / wolan / ſo laß man ein Speißopffer riechen / wird man erkennen / ob du oder ich recht daran ſeyen / oder welcher vnrecht habe. Es thue GOtt ein Zeichen / vnd erkläre ſich ſeiner Meinung durch ein Opffer / daß wir beede ſollen ihme bringen / wie er vorzeiten ſich erkläret / vnd den Außſchlag gegeben hat zwiſchen Cain vnd Abel / zwiſchen Moſe vnd ſeinen Widrigen / Core / Dathan / Abiram / vnd der andern auffrühriſchen Rott / da zweiffele ich nicht / es werde ſich finden / daß ſolches vom HErrn komme. Sed hoc inter Davidis Heroica ac ἀμίμητα referendum. *Brentij* hæc ſunt ad h. l. p. 716. *Quod dicit: Odoretur ſacrificium &c. hanc habet ſententiam. Si juſtam habes perſequendi me cauſam & excitaris divinitus, ut meæ vitæ inſidieris, ſit ſacrificium tuum DEO gratum, ſit opus tuum, quod facis, DEO acceptum, & ego non habeo, quod reprehendam conſilium Domini. Si enim iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit?* Longiùs à metâ telum jacit *Sopranes* ad h. l. p. 181. *Si putas ob id a DEO contra me incitari; & ex hoc ſacrificium DEO me occidendo præſtare; non recuſo; ſacrificium perfice; victimam paratam habes, quam DEUS odoretur. Odorari autem DEUS ſacrificium dicitur, cum hoſtia mactatur, quam mactandam præſcripſit, cum illi ſacrificium exhibetur. Porrò DEO nulla gratior hoſtia cadit, homine nocenti. Nec enim illi taurorum, aut hircorum: ſed noxiorum ſanguine litatur, ut alicubi rectè Cicero.* Hujusque loci eſt Corylomantica theſauri inveſtigatrix, cujus ſuperſtitio vel inde claret, quod non omnibus pulſantibus fores aperiat: quod futurum eſſet, ſi naturam haberet magiſtram, nullarum partium ſtudioſam: Si, ut ajunt, virgula hæc divina cum metallis talem foveret συμπάθειαν, qualem magnes cum ferro. Superſtitioſi ſunt modi quibus corylus hujusmodi comparatur, quibus mille artifex ſuam præſtat Synergiam.

§. 71. IRN. Cum ad indaginem rei arcanæ ſortilegium pertineat, quæſo ne grave ſit ad quædam problemata de hoc argumento concepta reſpondere: ac primùm quidem

Quid ſit ſors & ſortitio? & quotuplex?

§. 2. Sortis nomen (Hebræis גורל Eſther. 9. 26. Græcis κλῆρος) generale eſt, acceptum de omni inſtrumento, quo annunciari ſo-

dua-

... humano conſilio inexplorabilia & ἀμήχανα, qualia ſunt ...a, omina, auguria, vana commenta ſeu deliramenta.

Cic. l. 7 de Divin. Sortes vocat, quæ vaticinatione funduntur. Pro oraculis ſum... in Arte

——— *Dictæ per carmina ſortes.*

... Virgilius ſæpè l. 4. Aeneid.

Italiam Lyciæ juſſere capeſſere ſortes.

... l. 6. ad Sybillam Aeneas:

Hic ego namque tuas ſortes arcanaque facta
Dicta meæ genti ponam.

... l. 7.

Non patriæ ex adyto ſortes non plurima cælo
Monſtra ſinunt ——— ———

... ait Valerius Maximus l. 1. c. 1.) explorandæ gratia legati ad Delphicum oraculum ...ulerunt, præcipi ſortibus, ut aquam ejus lacus emiſſam per agros diffunderent.

Eadem nominis figurâ ſors quandoque ſtatum hominis ſe...dum adverſumve notat

Quid ſit Mæcenas ut nemo quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu ſors objecerit, illa
Contentus vivat? Horat.

§. 73. Speciatim ac preſsè illud medium notat, in quo, na...turali cauſa deficiente, caſus & παράλογος fortuna valet. *Quid enim ſors eſt?* ait Cicero, lib. 2. de divin. *Idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras*: quibus in rebus temeritas & caſus, non ratio nec conſilium valet.

§. 74. Poteſt autem hunc in modum definiri, à ſorte deno...minata *Sortitio*, quod ſit (α) *actio divinâ providentiâ ſpeciali temperata* (β) *medio aliquo uſitato, ſed inartificioſo adhibito* (γ) *terminata ad vel lu...crum boni temporalis vel deciſionem dubij vel revelationem arcani.*

(α) *A divina providentiâ ſpeciali*, hoc eſt, per ſpecialem revela...tionem determinatâ ad indicium rei, quæ indagatur. Unde & apud Ciceronem l. 1. de Divinatione illius frater Quintus; *ſortes, ... ducta, ut in rem aptè cadant, fieri poſſe, credo divinitus.*

Equidem Serar in Ioſ. q. 9. p. 120. laudat generalem aliquem Numinis concurſum, de quo ... nullam ineſſe veram & certam fatendum ſit: *eſt tamen*, inquit, *aliqua imbecilla, quæ non ... receptia*, quæ ex aliqua hominum ſpecula exiſtit, dum ſperant DEUM providentia ... quadam concurſurum, idque quia ipſe poteſt: quia interdum facit, quia ſortium uſum ... laudavit. Imbecilla profectò! comparanda demonſtrationi à cauſa remota, cujus ... valor, Dialecticorum pueri norunt. Ll *Ingre-*

In gremium conjicitur ſors, a Iehova autem eſt tota ejus ratio. Proverb.16.33. à Jehova inſtigante, mandante, approbante ſortem e. g. Joſuanam.

Hic verum eſt illud Auguſtini in Pſ.30. *Sortes nihil ſunt, quam in dubitatione humana judicium Voluntatis divina.*

Permittente, cum *ſortitio irreligioſè* ac illicitè conſit. e.g. in ſortilegio Hamanico, Eſth. 3.7. permiſſo, ut cùm ſortitò exiiſſet Menſis duodecimus, intereà eo ſpatio Judæi ſibi ipſis in diſcrimine extremò benè conſulerent.

Annotavit ad hunc locum iſta Caſp.Sanct.ad Eſther.3.7.p.327.Rex è digito extraxit annulum ſignatorium, qui Regiam ſuſtinebat autoritatem & nomen tradidit Amano, ut & ſuo arbitratu uteretur, &, ut liberè de Iudæorum rebus & capite ſtatueret. Quid tamen hoc loco ſortes ſignificent, obſcurum non eſt, cùm in urnam dicantur eſſe conjectæ, quod neque auſpicium ſonat, neque augurium, neque vaticinium, aut oraculum, ſed quod propriè nominatur ſors. ſors autem Hebraicè פור phur, de qua voce poſteà neceſſariò aliquid dicendum; ſed antequam hinc emergat noſtra commentatio, expendamus oportet ſtultum Amani conſilium, quo à facultate conceſſa judaici nominis extinguendi ad tempus uſque deſignatæ cædis annum interpoſuerit: quo tempore aut mutari poſſet Regis voluntas, aut Iudæi commödam aliquam invenire rationem, qua mortem effugerent. Sed planè hic divina apparuit providentia, quæ temperavit ſortes, ut tamdiu differretur conſilium illud ſceleratum, & in Aſſveri mentem induxit, ut annales conſuleret, & Mardochai ſaluti & honori provideret. Videtur autem Amanus, ut erat callidus, ſtatim voluiſſe decretum illud Regium edere, & omnibus provinciis eſſe notum, ut Rex, cujus ingenium noverat benignum, & facile mutaret animum, adductus pœnitentia & improbaret, mutaretque, quod ante tam facilè, tamque inconſideratè conceſſerat. Quocircà oportere exiſtimavit decretum illud quamprimum eſſe notum, ut vel pudor vel conſtantiæ ratio Regis animum facilè commutabilem in priori cogitatione retineret. Et ne quid Regium ad literarum pondus deeſſet, per curſores Regios diſſeminavit brevi per omnes provincias ſeverum illud & cruentum edictum, quod jubebat, quod omnes Imperio Perſico ſubjecti, in ſuis quique civitatibus Iudæos occiderent, neque ullius ſexui aut ætati parcerent, & illorum diriperent bona, neque in ea regione captivi illius & odioſi populi reliquiæ remanerent.

Semper tamen ad bonum finem ordinante. *in DEI* (inquit Auguſt.l.5.de C.D.c.9.) *voluntate ſumma poteſtas eſt, qui creatorum ſpirituum voluntates bonas adjuvat, malas judicat, omnes ordinat.*

(β) *Medio aliquo inter homines uſitato,* vel conjectu, ut cum quis talos jacit; aut eductu, cùm ex urna aut ſinu extrahuntur nomina, quam variè? videndus Neuhuſ. l.2. ſacr. fatidic. c. 29. p. 531. & ſeqq. l. 3. c. 9. p. 326. Confer. Serar. 7. q. 17. ad c. 13. q. 12. Stengel. de Sortib. c. 1. §. 1. & §. 5. & ſeqq. ubi de ſortitione ex libris forte ob-

lâti:

Digitized by Google

… pluſcula reperias: *ſed inartificioſo.* Eſt omninò ſors ab arte … humana induſtria diſtinguenda. Etenim (apud *Æneam Sylv.* l.2. … geſti Alphonſ.) induſtria fuit *Friderici III.* ad quem cum ruſti… queſtus eſſet, jugalium equorum alterum in caupona ſibi, per abigeum ſubductum eſſe, abactorem ſibi Imperator juſſit indicari. Ruſticus id à ſe fieri poſſe negavit, eò quod hominem non noſſet, … ridens Fridericus ait: Clementer tecum eſt actum, nam cùm in hac urbe tot ſint equites, equi tam pauci, mirum eſt, milites non utrumque equum ſimul abſtuliſſe: Equa, ô Cæſar, ſubdit ruſticus, eſt altera, quæ militibus parvo uſui. Age, igitur, inquit, Imperator, equam inſcende, perque omnes vicos, plateas, compita & angiportus urbis obequita. Subtractus equus in aliquo ſtabulo latitat, is cum jugalis odorem ſenſerit, illicò hinnitum edet, ſociamque ſalutabit. Placuit ruſtico conſilium & profuit. Nam hinnitu proditus eſt abigeus, ſicut quondam Cacus mugi… Quis ſortem hanc potius quam artem vocaret?

§. 75. Eſtque hæc ſortitio, juxta cauſam finalem tergemina: *…λευτικὴ* quæſtuoſa per aleam, aſtragaliſmum, chartulas luſorias, vel *horiſtica* & definitiva, vel *indagatrix.* *Horiſtica* eſt dubii ſeu in jure, ſeu in facto. *Contentionem enim ſubmovet ſors & inter robuſtos dirimit.* Prov. 18. 18. In jure, inquam, cùm diſceptatur עצומים בן *inter robuſtos, potentes.* Prov. 7. 26. qui ſibi invicem cedere nolunt, juxta proverb. Germ. **Zween harte Stein mahlen ſelten rein.** In facto vel potius faciendo cavendoque, cum electio inſtituenda eſt, utpote cui committendum regnum Iſraelis? 1. Sam. 10. 20. *Indagatrix* ſortitio, eſt arcani alicujus, ſive præteriti ſive præſentis ſive futuri, nec in libro Scripturæ S. nec in libro naturæ, nec in extraordinario lumine divino (quale fuit in Daniele, Onirocrita) explorabilis. Dicitur aliàs divinatoria, qualis fuit ſors quæ Achanem Jonamque prodidit, quam Joſephus clarè per *κλῆρον καὶ πεί… τῶ κλήρου* vocat. Et altera, quâ in Solyma expeditionem ducere incitatus eſt Nebucadnezar, Ezech. 21. 21. *Stabit,* inquit, ib. Hieronymus, *in ipſo compito, & ritu gentis ſuæ oraculum conſulet, ut mittat ſagittas ſuas in Pharetram & commiſceat eas inſcriptas, ſive ſignatas nominibus ſingulorum, ut videat cujus ſagitta exeat, & quam prius debeat civitatem oppugnare.* Hanc autem Græci *βελομαντίαν* ſive *ῥαβδομαντίαν* nominant:

Thom. Aquin. 2. 2æ. qu. 95. art. 8. tres ſtatuit ſpecies *κληρομαντείας*, divinatoriæ, conſultoriæ & diviſoriæ.

nant. Ita Heinricus *Salmuth* in Panciroll. cap. de *ſbula* notat, *ſi quid agendum eſt, ita ſortitionem efficiunt. Veluti ſi fingamus, in ſenatu de ratione belli agendum eſſe, neq; inter ſenatores convenire, ad cujus urbis expugnationem primum debeat deduci exercitus (quod accidit temporibus Michaelis Trigeſimi quinti Venetorum Ducis) ad divinas ſortes recurrendum dicunt. Nomina quidem expugnandarum urbium in urnulam conjiciuntur: ea rudis quiſpiam puerulus manu miſcet; inde unam è chartulis, quæ ſingula ſingularum urbium nomina continent ad Principes defert, ab eaq; oppugnanda bellum inchoari debet.*

IRN. *An hujusmodi ſortitio; & quæ qualisve conſcienter ſit licita?*

DUAR. Sortitio ſecundum ſuam ſubſtantiam non eſt abſolutè mala, conſecrata ſacris literis. Lev. 16. 8. Joſ. 7. 14. Prov. 18. 18. & exemplis enarratis ab Edone Neuhuſ. l. 2. ſacr. fatid. c. 29. p. 515.

§. 76. Illa divina ſcil. auctoritas de *duobus hircis, uter in ſacrificium offerretur, uter in ſylvas vindicata libertate dimitteretur, duci ſortem juſſit. Illa fatidica Tunica ſortitione, per Urim & Thumum ſuum in difficili negotio ſciſcitari reſponſum noluit. Illa Cananæ regionis patrimonium ad ſortem revocari præcepit. Illa Sacerdotalium munerum functiones in ſortem conjici mandavit. Vis ſanctorum exemplis ſortiendi æquitatem communiri? Sorte Ioſua, Achanum furti convictum ad debitas pœnas protraxit. Sorte Samuel Saulem humili natum loco Regem Iſraelitis deſignavit. Sorte Ionathas Allophylorum caſtra nocte concubia oppugnavit. Sorte David curandorum ſacrorum officia inter Aaronis filios diviſit. Sorte Saul Filium Ionathanem violatæ legis reum ad ſupplicium popoſcit. Sorte Ionam Nautæ adverſus DEUM contumaciæ obſtrictum crimine in marinos fluctus abjecerunt. Sortis judicio Zacharias functionem Sacerdotalem obiit, & incenſum coram DEO ſacrificavit. Sortis judicio Matthias in proditoris Iudæ locum ſucceſſor venit.* Adde ex eodem auctore p. 530. comparationes à ſortibus. *Sors credentium vita dicitur æterna, ſors fidelium, lachrymæ ac perſequutiones; ſors piorum, Dominus. Pſaltes Iehovam dicit ſortem partis ſuæ. Alibi ſuas ſortes DEI manibus committit. DEUS apud Prophetam impiorum fore ſortem minatur, ut diſſeminet eos quaſi ſtipulam. Apoſtolus gentes ad DEUM converſas ſortem habituras dicit inter eos, qui ſanctificati ſunt per fidem. Alibi fideles ſorte vocatos & dignos factos in partem ſortis ſanctorum. Eodem ſenſu ib. Prædeſtinatio ad ſalutem D. Auguſtino dicitur*

[illegible]rum ſors dicitur: quod illa extra ipſorum merita, divinæ gratiæ pro-[illegible]ne, tanquam ſortito illis obtigerit. Quod alias per ſe malum eſt, his non gaudet. Sortes, ait Auguſtinus, in Pſ.30. nihil aliud ſunt, inquit, quam in dubitatione humana judicium voluntatis divinum. Sed & ratio [illegible] ab hac ſtat parte, copioſæ utilitatis fructu; magno divinæ laudis cumulo ponderoſa, quando obſeſſa & intercluſa ſagacitas humana progredi ulterius nequit, ducta ſorte ad DEUM dubiæ cauſæ arbitrium defertur, illi ſummæ juſtitiæ gloria tribuitur. Illi providæ ſapientiæ honor impertitur. Illius voluntati judicioq; totum ſeſe homo permittit, paratus omnem libenter admittere conditionem, quam ſors ferat. Hæc ſumma DEI laus eſt, res in obſcuro nobis poſitas perſpicaciſſima mentis acie penetrare, futuros eventus coram intueri, omnes rerum difficultates ad felicem exitum perducere. Quam vero hoc utile ſæpè publicè privatimq; fuit! quam gravibus partium odiis aditum ſortitio intercluſit! quam perplexa negotia compoſuit! quot lites ſopiit! controverſias ſedavit, inimicitias ſuſtulit, caſtris atq; armis ſæviendi materiam præripuit! præclara profectò ſortium beneficia, quæ enſes in eadem evaginatas repreſſerunt, quæ fraterni amoris fidem ac neceſſitudinem conſervarunt, quæ gratiæ inter Collegas jacturam præcaverunt, quæ in Repub. pacem, en commerciis fidem, concordiam, æquanimitatem præſtiterunt: illicita omnis ſortitio in rem levem vilemq; conjecta. Neq; enim plebeia extra gravem impietatis culpam eſt temeritas, quæ, de leviculis ſæpè rebus, DEI per ſortem voluntatem inquirit. Proh Numinis reverentia! ſi rota velumve ad iter conſtruendum, ſi publico nomine tabellæ aliquò deferendæ; ſi ſarcinulæ a bajulis allevandæ, ſordidi lucellæ ſors in ſorte ponitur. De accubandi principatu, de ludendi prærogativa, de bibendi fortuna, de piſcarij fori mercibus ſortium conſulitur arbitrium. Atq; ut omnibus perfecta numeris ſit impietas, in olentibus luſtris, in ganeonum lenonumq; ſcurrilibus popinis, ſortilegi alearum & talorum jactu, divinæ providentiæ opus in ſocietatem & communionem ſcelerum ac nugationum aſciſcitur. Nefaria improbitas; quando vi cogit, Neceſſitatis, ſi rei difficultas & magnitudo humanum conſilium [illegible]dit. Si præcavenda eſt partium offenſio, ſi conſopiendæ diſſidentium lites, ſi divinæ gloriæ ſperatur acceſſio, ad ſortium recurrendum eſt arbitria. Quid divinam providentiam in nugationum tuarum vocas commercia? Quid in rebus frivolis, in negocio manifeſto, in diſceptatione facili ſortium fatidica conſulta? hæc ille!

§. 70. Vitioſa & illicita eſt I. *Sortitio quæſtuoſa*, quæ vel to-

ita vel principaliter fortunæ ἀλόγῳ permittitur, ubi ratio nullum habet locum. talis eſt illa, quæ fit in luſu aleæ, in quo oſſa mortuorum revivida, certis compuncta notis, multos letho dedere. Magna ibi occurrit Numinis tentati irreverentia, furtum bonorum, tùm ſuimet, tùm proximi, quî cum ludit; ac deeſt neceſſitas ex gloriæ divinæ & ædificationis charitativæ motivo concitata: nullum habet in S. literis exemplum. nam quod in hiſtoria paſſionis *Hugo Grotius* inveniſſe ſe putat, ad Matth. 7. 35. hæc annotans ad verba βάλοντες κλῆρον, id eſt, *partim diviſerunt, partim aleæ addixerunt victam*: id laborat paralogiſmo à genere ad ſpeciem affirmativo: nec id Johannes docuit, ſed ibidem generali voce eſt uſus λάχωμεν, uti ipſe Grotius hæc notat, p.1017. *Sic Probus apud Vopiſcum, cum equus in communi obrigiſſet in præda, in urnam juſſit nomen ſuum mittere, ut aliquis eum ſorte ductus acciperet.*

Fuiſſet igitur ductus non jactus; inſuper modum acquirendi ſectatur in S.literis nuſpiam conſecratum, ora & labora! εὔχου καὶ ἐργάζου! Omnia DEUS vendit laboribus non ludis. *Quæſtuoſa* inquam, nam qui ſolius animi recreandi gratia luditur, ſeu aleà, ſeu chartulis, ſeu latrunculis ingenii cōtibus, luſus, absque ſcandalo, moraque temporis, & curarum meliorum jacturâ, depoſito nummo aut pretio alio viliori, paſſim in Theologia caſuali veniam habet, neque enim moraliter crimen furti eſſe jubetur, (ſcribit Ameſ. in Caſ. conſc. p. 401.) *Si probabilis ſit conſenſus vel ratihabitio illius a quo aliquid aufertur; ut quando tàm exigui momenti eſt, quod aufertur Patri à filio, viro ab uxore &c. ut communiter pro nihilo habeatur. Deut.* 23.24.25.

§. 78. Sortitio *indagatrix arcani* per ſe & ſuâ naturâ non eſt illicita, cum auctore DEO vel mandante, Joſ.7.14.1.Sam.10.20.(quæ tamen exempla ſunt inimitabilia,) vel inſpirante ſuſcipitur, ut credere fas eſt de ſortitione Apoſtolica, Act.1.26. Sed fit illicita, cum, ſine DEO auctore, humano conſilio tentatur. Nam ſicut Pharao ſignum petendo peccavit, ita Ahas non petendo; eò quod illa petitio DEUM non haberet auctorem, hæc haberet.

Quæri hic poteſt de ſortitione in Ionam, Ionæque comites, conjecta, fueritne planè legitima? Reſp. Si ad ordinariam regulam exigatur, probari illam non poſſe, quia nec ex DEO per fidem orta, nec ad DEVM DEIque gloriam intentione nautarum duxit, ſed ad glo-
ciam

ſam propriam innocentiæ reportandam; nec ſummâ neceſſitate exacta, vel enim ordinario judicio indago illa conficienda erat, vel hoc deſperato, nemo ſe à culpa excipere debuit, ſed unanimi confeſſione eam deplorare. Potuit nihilominus etiam hæc impia actio ſic permitti à DEO, ut ad DEI gloriam terminaretur. *Fugitivus Ionas* (ita Hieron. ad h. l.) *Sorte deprehenditur non viribus ſortium, & maximè ſortibus Ethnicorum, ſed voluntate ejus qui ſortes regit incertas.* Quia tamen veriſimile eſt, DEO inſpirante hanc rem confectam eſſe, ſicut Θεῖόν τι fuit tempeſtas inſolita, Θεῖόν τι timor panicus, quo cohorruere comites, ita & Θεῖόν τι ſortilegium ideo ad actus extraordinarios referri debet, qui ſunt à DEO, licet non cum DEO; Conf. Luth. Tom. 3. Ien. fol. 206. & ſeqq.

Eorum porrò quorum vel nulla in lumine ſeu ordinario, ſeu extraordinario extat revelatio explorabilis: vel ſufficiens præſtò eſt in libro Scripturæ naturæve, Indago per intenſionem ingenii, judicii, acuminis; illîc divinare velle, eſt DEI jus invadere, tàmq; agere ſtolidè, quàm acturi fuiſſent Chaldæi ſi Nebucadnezaris ſomnium inveſtigare voluiſſent. Humana humanis conſiliis prudentiaque quoad licet, ſemper ſunt tractanda, nec ei rei committenda, quæ cæca eſt, quæ temerè hoc vel illud agit, nullam certam rationem habens, cur hoc potius quam illud pronunciet, nam ſortes Domitiano Cæſari interitum, Alexandro Severo nil tale ſperanti imperium denunciaſſe feruntur. Sorte enim illi hi verſus Virgilii 6. Æneid. exierunt.

Tu regere imperio populos Romane memento. Eſt enim ſana ratio humana, humanæ vitæ regula & quaſi amuſſis, ſemper igitur ad eam actiones noſtræ omnes demetiendæ. Aberravit igitur à lege Rabhdomantia Nebucadnezaris Ezech. 21. 21. Peccat indago criminis occulti, cum fieri poſſit, ut innocentem ſors damnet, ſontem abſolvat. Nec ſequitur, Eventus reſpondet voto ſortientium. Ergò actus ipſe licitus eſt. Neg. conſeq. nam DEUS talia permittit, ut tentet, an homo ſuæ regulæ obſequi velit? Deuter. 13. 3. vide quæ Cornæo Lojolitæ, tot jam annis muto, reſpondimus in Alethea victrice p. 73. Aliàs idoneus ac certus interpres mutus divini non eſt eventus, nec perpetuò verum eſt, quicquid fit, DEO volente fieri, etſi nec nolente, ſed aliquando non volente, ac permittente. contraria opinio eſt Mahometico-Turcica, Vos, ajebat *Gulen.* *Buſbequius ad Chiauſum* ep. 4. *immanis facinoris reum facitis Bajazethem. At Selimum hujus Imperatoris Patrem, qui non modo contra Patris voluntatem, verum etiam ſalutem arma tulit, nullius crimi-*

criminis arguitis. *Rectè!* reſpondit Chiauſus. *nam rerum exitus ſatis docuit illum, quod fecit divino feciſſe inſtinctu, & cœlitus fuiſſe prædeſtinatum.* Tum ego, ſi *hoc more agetur, quicquid, quamvis peſſimo conſilio ſuſceptum, ſi benè cadat, rectè factum interpretamini, & DEI voluntati aſcribetis, DEUM facietis auctorem mali, nec quicquam benè aut ſegnius factum, niſi ex eventu pendetis.*

Sic & Dominus direxit ſortes, vel potius omen ſuperſtitioſum, quod captabant Philiſtæi. 1.Reg.6.9. dicentes, ſi vaccæ arcam DEI vehentes aſcendant contrà Bethſames, DEUS Hebræorum nobis hanc plagam inflixit? ſin autem minimè, ſciemus, quia caſu accidit, ubi DEUS permiſit, ut vaccæ tenderent verſus Bethſames, an igitur inſontes Philiſtæi? an non ſuperſtitio?

Illa omnia (ait Caſp.Sanct.ad 1.Sam.6.p.266.) quæ ſortium ſibi nomen adſciſcunt, Deus temperare, & quæ interdum fiunt non admodum pie ita moderari ſolet, ut effectum illum ſortiantur, quem aliqua nota, aut ſignificatione deſignant, non ſolum ad ſanctorum vota, & eorum, qui veram religionem colunt, ſed & Gentilium, quorum mores avertere potius, quam divinam favorem advocare poterant: De piis ſunt illa exempla Eliezer, Gen.24. & Samuelis de eligendo Saule in Regem ſuprà cap.10. & Saulis ſtatim, verſ.42. & Joſuæ cap.7. Sors Acham anathematis reum morte damnavit. De gentilibus eſt illud imprimis, Ion. c. 1. quo Ionas ſortibus inventus eſt tempeſtatis cauſa, quas ſine dubio temperavit DEUS, & illud Ezech. c.21. ubi ſortes Nebuchodonoſor, in bivio poſitus de exercitus ſui progreſſione conſuluit, quas Dominus videtur temperaſſe, quia non ſemel ſe illius exercitus ducem vocat.

Interdum Eventus ſequitur, quem pro ſe adque ſui animi votique libidinem fallax hominis judicium interpretatur, DEUS verò aliud intendit. Exemplum eſto eventus ſortitionis à Saule inſtitutæ. is populum adjurarat, execratusque fuerat, ſi lapſos pugnando vires cibo temperaret, temerè hoc & ſceleratè! Jonathan inſcius mel deguſtavit, Saul ſecurus ſuæ temeritatis interdicto commiſſæ, ſortes conſulit; in Jonathanem ſors cadit. Eam Saul interpretatur de reatu Jonathæ, cum debuiſſet de ſuo reatu exponere, ex divina intentione, Patrem in filio puniendi. *Puto,* inquit Sanctius, ad h.l.p.275. *ideo permiſiſſe DEUM, ut Ionathas, per quem populum nuper à periculo & metu liberaverat, & guſtaret de melle, & per ſortes capitis poſceretur reus; ut eo modo ſtultitiam & peccatum patris acerbo dolore & inopinato interitu puniret. Facilè enim quisq; ex ſe ipſo conjectare poteſt, quo futurus eſſet animo Saul, cum ſuo decreto facturus eſſet mori filium, & multis nominibus ante dilectum, & recente nunc victoria glorioſum*

ſunt, quia magno & populo uſui & ſuo regno in poſterum incremento futurum videbatur. Quod ſi DEVS puniri vellet Ionatham, & non potius patrem, expectatione domeſticæ cædis, non tam facilè Ionathas populi ſtudio à paterno gladio fores ereptus. Audiatur noſter *Brentius*, in Samuel. p. 486. *Quæ eſt hæc ſortis rectitudo? num fortaſſis judicium ſortis in hoc caſu à veritate aberravit? & eum, quem non oportebat, judicavit? Minimè id quidem, tametſi enim ſors recta in Ionatham cadat, obliquè tamen & verè, non Ionathas, ſed in Ionatha Saul deſignatur.* Et ibid. p. 486. *Cur igitur, inquies, Dominus non efficit, ut ſors in Saulem potius, quam in Ionatham recta cadat? Novit Dominus ingenium vulgi, quod propenſiſſimum ſit ad congerenda maledicta & execrationes in Magiſtratus ſuos, & ad detrectandam, leviſſima de cauſa, obedientiam. Ne igitur Chriſtum ſuum Saulem ſubditorum maledictis objiciat, neve ejus inobedientiæ cauſam præbeat, Ionatham magis, quam Saulem ſorte notat, quare fit, ut prudentes quidem ſatis dilucidè intelligant: Saulem, non Ionatham adverſus DEVM peccaſſe; vulgus autem imprudens non habeat ullam occaſionem debacchandi maledictis & obedientiam legitimo Magiſtratui detrectandi. Ac docet Dominus hoc exemplo, Magiſtratuum errata non eſſe vulgo traducenda, ne ſacra Magiſtratuum Majeſtas contemptui & contumeliis exponatur.* Addenda & altera ejusdem D. *Brentij* criſis in homil. 5. ad c. 1 act. p. 35. *Duplex ſortilegij genus eſt, alterum quo nulla DEI ordinatione & revelatione, ſed mera temeritate & impia ſuperſtitione, futura aut occulta inquiruntur, ut ſi quis e. g. ſortibus exploraret, num poſt annum victurus eſſet, aut quid ageret Cæſar in Hiſpania? Quæ enim convenientia ſortis cum vita poſt annum, aut cum negotiis, quæ habet Cæſar in Hiſpania? Et hoc genus ſortilegij impium eſt. Nam quod & Ioſua & Saul & Nautæ Ionam vectantes occulta peccata ſortibus ſcrutati ſunt, ac certò deprehenderunt, ille in Achan furtum anathematis, is in filio ſuo Ionathan eſum mellis, hi in Propheta Iona fugam à facie Domini, probat quidem ingentem ſeveritatem iræ DEI, qua peccata, quamvis occulta revelat & peccatorem pudefacit. non autem probat hoc ſortiendi genus cuivis pro ſua libidine licitum eſſe, ſunt enim hæc ſortiendi exempla perſonalia facta, quæ nec perſonam transgrediuntur, nec in exemplum trahi debent. Nam ut maximè licuerit Ioſuæ Spiritus ſancti prædicto, peccatum anathematis ſortibus inquirere, & Saul ac nautæ occulta peccata ſortibus deprehenderint, tamen non proponunt hæc nobis, ut ſortilegium iſtud imitemur, ſed ut diſcamus timorem DEI, agnoſcentes Dominum DEVM no-*

[illegible] m eſſe occultorum peccatorum judicem, ut ea, quoquo modo [illegible] prodat, & ſi non per homines, certè per aves cœli, quemadmo-[illegible] ſiaſtes Salomonis dicit, divulget, ac peccatorem pu[illegible]faciat.

§. 79. Illicita eſt *ſortitio eclectica*, circumſtantiis vitioſis dehoneſtata, ut ſunt opinio & intentio prava quæ Dæmoni, aſtris, & cæcæ fortunæ imputatur, item curioſitas, fraudis interventio, Item

Qualis fuiſſe fertur illa Temeni ſacerdotis impoſtura, cum enim inter Creſphontem & Ariſtodemi poſteros lis de agro eſſet, & ſortibus ex gleba factis ita dirimenda committeretur, ut ei parti ager Meſſeniacus obtingeret, cujus ſortes tardius liquefierent, Temenus à Creſphonte corruptus hujus ſortes ad ignem, illorum ad ſolem induravit, qua fraude Creſphonti ager ceſſit.

temeraria præcipitantia, neglecta prius *δοκιμασία* ac æſtimatione, ex proportione donorum & ſcopi *τȣ̃ ἕνεκα* ſine neceſſitate extrema vel læſæ juſtitiæ, vel veritatis indagandæ; precum intermiſſio, quas ſibi neceſſarias duxere; quotquot legitimè leguntur in S. literis ſortibus uſi. Ita enim providentia divina directrix conciliatur, ut in ſortientium commodum propenſior cadat. Denique ſuperſtitio, ut cum Franciſcus (uti refert Bonaventura laudante Corn. à Lap. ad act. 1. p. 64.) ſortito cepit ſententias S. Scripturæ, primò in Evangeliis occurrentes, easque tenuit pro regula vitæ. Confer ſimilia exempla collecta à Neuhuſ. l. 3. ſacr. fatidic. c. 9. p. 330. & ſeqq. Malè hoc ſortilegii genus cecidit Metropolitano *Cherſoneſi Cyziceno Patriarchæ Græco*, ſacris infulis induto, de quo in hiſtor. Concil. Florent. Sylveſt. *Sgyropulus*, ſect. 12. c. 4. cum *ſacra* (ſcribit) *Evangelia manibus Patriarcha ſibi tradita prehenſaret, & caſu librum aperiret, ut occurrentem fortuitò verſiculum pro more legeret, projecit in hæc verba: ſi cæcus cæcum ducat, ambo in foveam cadunt: Hæc obſervabant nonnulli, & in non minus dirum omen trahebant.*

Quin adhuc hodiè in tenebrarum regno Sancti quidam ad imitationem & invocationem eliguntur, *prout hodiè*, inquit *Serar.* ad Joſ. 7. q. 17. *quot menſibus in Sodalitate B. Virginis & in Societate IESV fit. Olim publicè in templis, ut ex verſatili corona eam ad rem facta Herbipoli patet in forenſi B. Virginis templo. Erat*, inquit Stengel. de ſortib. c. 1. § 8. p. 15. *ſolenne familiæ Borgicæ vetere inſtituto, ut è divinorum numero aliquem quotannis ſorte duceret. Servabat religioſè hunc morem puer etiam tum Franciſcus* (Borgia) *quem etiam in ſocietatem induxit, prius-*

quam

Digitized by Google

ſuam familiam ducere cœpit. Divi nomen cui obveniſſet, is profeſto die duos mendicos vicatim collectos alebat, feſto vero, binis bini mares, fœminis fœminæ ad menſam miniſtrabant. Ex hoc fonte manavit conſuetudo, ut ſingulis menſibus ſanctorum nomina ſorte è ſitula educantur diſtribuanturq; ſingulatim. Quo die votis conceptis religioſeq; perſolutis opem ſui quiq; Divi implorant. Id in gentilicia Borgiæ familia Franciſcus Ognati quoq; idem ſervavit: multa ſociis indulgens, quo die Divi nomen ſorte illis obtigiſſet. Ipſe [illegible] precationi plus etiam temporis tribuere ſolitus. A ſocietate hic ſortiendi mos in B. Virginis ſodalitates atq; inde alias aliasq; magno cum fructu [illegible] propagatus & ibid. § 9. p. 16. De alia S. Patroni ſortitione memorant, quam hic non mittam interſerere. Anno 1208. Sancto baptiſmate initiatus eſt primus Arrogoniæ Rex Iacobus, cujus mater cum dubia eſſet, quonam Apoſtolorum nomine filium ſuum deberet inſignire. Concilium cepit, ſorti judicium vel indicium permittere. Duodecim itaq; curavit cereos fundi, æquali pondere & magnitudine, ſingulis cereis alicujus Apoſtoli nomen inſcripſit, vel in ſcheda adjecit, eos omnes pariter in honorem Apoſtolorum accendi juſſit, addita conditione, ut cujus Apoſtoli cereus diutius arſurus eſſet, ejus nomen filius ſortiretur. Diutius arſit cereus Iacobi. Iudicatum eſt igitur ex DEI voluntate vocandum eſſe Iacobum, quod & factum eſt, neq; ſine emolumento. nam hic poſtea Iacobus & regnum Hiſpaniæ & religionem Catholicam & honorem D. Iacobi propagavit. Contrà, in hujusmodi ſortilegium gravis cenſura diſtringitur in jure Canonico. *Sortilegi* (ita Arnold. *Corvin.* in jus Canon. l. 4. tit. 29. p. 333.) *proprie dicuntur, qui ſub nomine fictæ religionis, per quasdam, quas Sanctorum ſeu Apoſtolorum vocant, ſortes, divinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunq; ſcripturarum inſpectione futura promittunt.* c. ſortilegi 26. q. 1. & 2. ex Iſidor. l. 8. Etymol. c. 9. Quæ quia ib. p. 334. ad *ſuperſtitionem vel idololatriam, vel ad Dæmonis cultum, expreſsè aut tacitè inducunt. Hoc jure C. illud quod eſt 6. [illegible] 4. ſeqq. 26 qu. 2. c. qui ſine ſalvatore 26. qu. 2. c. illos planetarios 8. eod. 26. q. 2. c ſed illud 9. eod. q. 2. c. 1 & 2. hic & divino. Exod. 22. verſ 18. Levit. 19. verſ 31 Levit 20. verſ. 6. & 27. Deut. 18. Num. c. 23. & 1. Reg. 28. v. 9. prohibentur. Alias ib. p. 334. ſortes, quæ ſine ſuperſtitione, aut Dæmonum pacto expreſſo vel tacito fiunt, ex magna cauſa ad DEI voluntatem in ambiguis cognoſcendam permittuntur. c. non exemplo Matthiæ. c. hi, qui, de paginis. c* 10. *ſortem 26. qu. 2. fin. hic. ſors enim per ſe aliud mali non eſt, ſed & res in dubitatione humana divinam voluntatem indicans.* c. 1. ſors non eſt 26. qu. 2. ubi gloſſ.

§. 79. Li-

§. 80. Licita eſt ſortitio *Electica neceſsitate compulſa*, à pravis circumſtantiis pura, utpote adiaphora, tamque in hominis arbitrio ſita, quàm eſt juramenti belliquè electio: qualis eſt ſortitio Hæreditaria Joſ.14.2. Num.34.13. promotrix ad munia publica 1.Sam.10.20. Nehem.10.34. Luc.1.9. Act.1.25.. Sic *Auguſtinus* ep.180 monet, *ſorte eligendum ſacerdotem eſſe, qui tempore peſtis vel perſecutionis in urbe maneat, & fidelibus res ſacras & ſacramenta conferat*, judiciorum auxiliatrix, in litium diremtione, inter duos ſc. pluresve, de diviſione aut adjudicatione alicujus rei æqualiter debitæ diſceptantes, qui ſæpè non tàm habendi ſtudio, quam quod alter alteri nolit cedere, alia ratione componi nequeunt. Prov.18.18. *Liturgica & ſacrificialis* in hirco mactando an abigendo? Lev.16.8. *Eleemoſynaria*, de qua conſilium extat Auguſt.l.1.de doctr.Chriſt.c.18 *Si cui abundaret aliquid, quod oportet dari eis qui non haberent, nec duobus dari potuiſſet, ſi tibi occurrant duo, quorum neuter alium indigentia vel urgentia aliqua neceſsitate ſuperaret, nihil juſtius faceres, quàm ut ſorte eligeres, quod dari utriq; non poſſet*.. Audiatur *Brentius* hom.5. in Act.1.p.35. *Alterum denuò ſortiendi genus eſt, quod publica regionum conſuetudine in dividendis hæreditatibus, in creandis magiſtratibus & in aliis quibusdam civilibus rebus uſurpari ſolet. Et hoc genus non ſolum licitum; ſed etiam eſt ordinatio* DEI. *Etenim ſi pondus & ſtatera judicium* DEI *ſunt, & ipſe eſt autor ponderum, quemadmodum Salomon dicit, qui fieret, quod civilis illa ſors (quando ſit civilis ordinatio ad retinendam publicam tranquillitatem inſtituta) non eſſet judicium Domini? Adhæc ſi regio ipſa in rebus civilibus, ut eſt in proverbio, lex eſt, & Leges ſunt ordinationes* DEI, *profectò manifeſtum eſt, etiam hoc ſortiendi genus moribus regum confirmatum ordinationem* DEI *eſſe, de hoc ſortium genere ait Scriptura. In ſinum dejiciuntur ſortes; at à* DEO *judicium earum proficiſcitur: Et iterum: Contendentes ſors componit, & inter fratres dijudicat. Cum igitur hoc ſortiendi genus ſit ordinatio & judicium* DEI, *non ſolùm licet eo uti, verum etiam quicquid alicui per illud obvenerit, hoc verè ipſo judicio Domini obveniſſe ſentiendum eſt. Sic tribubus Iſrael dividitur terra Canaan in hæreditatem per ſortes, & Spiritus Sanctus vocat eam diviſionem Domini, ſic ſors mittitur in Levitico c.16 ſuper duos hircos, & ſors quæ ceciderit ſuper alterum hircum immolandum, ea Domino cecidiſſe dicitur, ſic & hoc loco ſors cadit ſuper Matthiam. Non autem exiſtimandum eſt, ipſum ideò minorem fuiſſe*

...itis, & non electum à Christo Apostolum eſſe, quod ſit ſorte electus. Sed quia ſors eſt judicium DEI, ideò ſentiendum eſt, Matthiam ab ipſo electum, ... minoris auctoritatis eſſe, quam alium quendam Apoſtolum, voce Chriſti adhuc in terris agentis vocatum.

Dixi autem, *neceſſitate compulſa* inevitabili, in eligendo uno ex perfectè paribus, (perfectione non phyſica & ſtricta, quæ nec poſſibilis, nec ſub ſortem cadit, nam ubi ſumma ad pondus quaſi æqualitas in candidatis eligendis apparet, alterutrum ſi optes, nihil peccabis, ſed morali & laxiore, quæ & poſſibilis ſit & ſortis judicium non effugiat) ad munus ſeu Politicum ſeu Eccleſiaſticum, nam ſi id licuit in electione Matthiæ; per ſe illicitum eſſe nequit. At ſi inæqualitas in eligendis apparet evidens, ſorti electio nequaquam committenda.

Sorte & urna (ait Helvidius apud Tacit. l. 4. hiſt.) mores non diſcerni, ſuffragia & exiſtimationem ſenatus reperta, ut uniuscujusque vitam famamque penetrarent. Egregiè Philo initio libri de creatione Principis. Quibuſdam ſcribit placere, ſortitò creari principes, nullo ſanè ſubditorum commodo, ſors enim ad felicitatem non ad virtutem attinet. Itaque ſæpè accidit; ut ad principatum ſors eveheret, quos vir bonus non ferret in ſubditorum numero nam & minores Principes, qui ab aliis vocantur Domini; non omnes vernas empticiosve aſſumunt ad famulitium, ſed ſolos morigeros obſequentesque: Cæteros refractarios & incorrigibiles gregatim interdum haſtæ auctionique ſubjiciunt, ut indignos, qui vel ſerviant in viri boni familia. Quanto minus decet Dominium Principatumque integrarumque civitatum gentiumque ſorti committere lubricæ rei, pendenti à fortuna inſtabili. Certè in ægrotis curandis ſortium nemo meminit, nec enim ſorte capiuntur Medici, ſed peritiſſimus quisque eligitur. Item, cum de proſperitate ſaluteque navigantium agitur, non ſorte decernitur, qui gubernaturus puppim aſcendat, ne ſortè aliquis imperitus vel in tranquillitate ac ſerenitate afficiat naufragium, ſed quæritur aliquis, qui artem gubernandi à juventute didicerit, hic qui ſæpè navigavit, perluſtravitque aut omnia aut plurima maria, qui benè novit emporia, portus, ſtationes, receptacula, quæ vel in continente ſunt, vel in ſingulis, qui in marique callet invenire ſemitas, ex obſervatione ſiderum peritus ſtellarum & ſuos curſus illarum motus dirigens, ita, ut per invia viam expediat, & novo more maria terreſtri viam aperiat redditque trajectu facilia & poſtea civitates magnas, populoſas plenas habitatoribus, earumque adminiſtrationem, & curam rerum privatarum ac publicarum, ſacrarum & prophanarum, quam meritò quis artem artium & ſcientiam ſcientiarum dixerit, committeremus incertæ rei fortuitæque, rejecto veritatis examine.

Calculum adjicit magnum Eccleſiæ lumen *Ambroſius*, l. 5. Hexaemeri c. 21.

In ſortibus eventus eſt, non judicium, & ſæpè irrationabili caſu ſorte melioribus vel ... quisq; præfertur. Ac idcirco lib. 1. de divinatione Cic. Quis Magiſtratus aut qui illuſtrior utitur ſortibus? non ſolùm nulla neceſſitas adigit, ſed & regula divina arcet ... laborem juſtæ acquiſitioni ſubordinat. poſſit fortaſſis cohoneſtari ex fine eleemoſynæ pauperes diſpenſandæ, non tamen omninò ab omni noxa abſolvi in foro conſcientiæ.

IRN. *An ſortitio licita in conferendo officio Eccleſiaſtico?*

DUAR. Poſt juris Canonici decreta negant noſtri. D. Balduin.l.3.CC.c.6.caſ.9 D.Gerh.loc.de Miniſt.p.199. Diſtinguenda tamen ſubſtantia officii, ab ordine functionis liturgicæ, qui Sorteris conſecratus eſt. 1.Chron.24 5.

IRN. *An, quis inter plures reos, e.g. milites ordinis ſui deſertores, ſupplicio afficiendus, cæco ſortis conſilio permitti queat?*

DUAR. *Neg.* Anima, quæ peccaverit, plectenda, nec frater pro fratre. Deut.24.16. Nec juſtitia ſuum cuique tribuit, cùm inter pares ex eadem urna, uni libertatem educit, alteri laqueum, cum jactus veneris hunc abſolvit, jactus caniculæ alterum damnat. Etſi enim abſolutè injuria non fiat ei, qui plectitur, fit tamen in reſpectu ad alterum, qui par crimen fert impunè. tùm verò hujusmodi ſortitio palàm eſt iniqua, cùm non rarò audaces juvet, deſerat miſeratione digniores, ducitur qui epiphippium clepſit; abſolvitur, qui viginti abegit equos. Ita venia fit corvis, & columbas cenſura vexat, imò ſtrangulat.

IRN. *Caſu ne an providentiâ divinâ fiat, ut citrà κυβείαν, aut aliam artis malæ verſutiam, in alea alius, ſemper felix ſit & victor, alius ſemper infelix & victus; alius ſemper venerem, alius ſemper canem jaciat?*

DUAR. Si ejusmodi contingentia moraliter eſt poſſibilis, caſui adſcribi non debet, eo ipſo, quod ponitur ſemper fieri; cum quæ caſu eveniunt, rara ſint. igitur, malo genio id adſcribendum, quem Divina providentia permittit aſſiſtere, & aleam ſuomet arbitrio in damnum luſorum dirigere, vide Auguſt. l.5. C.D.c.9. Nihil igitur novi adfert *Simon Epiſcopius* Arminianorum anteſignanus in reſponſ.ad qq.Theol.64.& 49. aut inquit, *aleatorum alter natura ſua alienor eſt ab alea & lucri ex alea cupiditate; nec ſponte ſua, ſed tantùm non invitus ad aleam venit, ſollicitatus ſc. diu multum & veluti protractus ab altero, ſive quia eum offendere non audet, ſive quod diu tergiverſari non poßit, urgentemve à ſe repellere, in hoc caſu fieri poſſe credo, ut* DEUS *ſive per Angelum, ſive per Dæmonem (rectiùs per ſolum Dæmonem) aleam ita dirigat, ut ea plerumq; ex una parte ferè infeliciter cadat ei, qui invitus ad eam venit, & quidem in bonum ejus, ut in poſterum omninò ab alea abſtineat, & tergiverſari cauſam graviorem habeat, atq; ita animum melioribus curis ſtudiisq;, ad quæ propendet, applicet, Atq; hæc divina directio tum maxime*

... locum habere poſſe videtur, quando is, qui ab alea alieniore animo eſt, ... etiam alios reluctantes & ad meliora natos ac pronos ad eam pertrahere ſtudeat, & quidem in malum ejus, ut nimirùm adblandientem quaſi fortunam in alea impenſius ſectetur, atq; ita magis magisq; cupiditatibus ſuis irretiatur, unde ſe poſtea expedire vix poßit, nempe hoc eſt, quod ad Rom. 1. 14. dicitur DEVM aliquando tradere homines deſideriis cordium ipſorum & v. 28. quia nolunt in animum inducere, ut DEVM (id eſt DEI voluntatem) in notitia retineant, id eſt, quam norunt, præſtent, DEVM etiam eos (quaſi talionis jure) tradere in mentem ἀδόκιμον (id eſt, quæ nec ipſe probat, quod ... eſt, nec alij ulli bono, nedum DEO probari poteſt) ut faciant, quæ non decent. Atq; hoc judicium divinum credo non rarò intervenire, quando aleatores utrinque ſua ſponte ad aleam ita propendent, ut nullis monitis, nullis ... nibus, nullis minis dimoveri atq; avelli ſe patiantur, ab ejus adſiduo ſtudio ac conſectatione. Nempe, ut eos regendos tradat Diabolo, cuius ... atq; opera fiat, ut cui is maximè favet, quemcunq; aleandi libidine irretiri atq; illaqueari maximè ipſius intereſt, ei alea, ut plurimùm feliciter cadat: alteri verò, ut minus idoneo diaboli mancipio non ſecunda ſed adverſa fere cadat; atq; ita ille ad jurgia, ad rixas, pugnas, ac non rarò ad vulnera proſiliat. Vnde accidere ſæpè ſolet, ut uterq; aleator tùm victor tùm victus mala ac miſera morte pereat, utq; ita fructus aleæ neutri felix, ſed utriq; funeſtus ac dolendus ſit: aut ſi id non eveniat, ut præmium alterius ſit inſania & maleſuada paupertas; alterius verò moleſtum ex alieno infortunio gaudium, & ſimilis ſemper infortunij ex continuata alea metus, utut eſt, aleæ illius præſes ac director eſt malus genius: cujus arbitrio (DEO ita judi... ei permittente) fieri credendum eſt, ut alea vel ſecunda vel adverſa cadat, ac malo quidem ac damno eorum, qui ei deditiſunt.

IRN An quovis modo, contractu, luſu; ſorte fortunam ... ſit?

DUAR. Quovis modo, qui non eſt 1. *anomia* adverſa legi di... de labore ſudori ſuo fluo ac acerbo Gen. 3. de labore arationis, aucupii, venatus, piſcatus atque hinc expectandæ fortunæ è cœlo ... Terram DEUS ſubiecit homini non fortunam. Solus DEUS fortunæ eſt Dominus: Legi de non furando. furto licet ſub... tamen hoc ipſo pejori, Eſt enim גנב propriè à גנב quod propriè eſt clàm ſubducere, quo ſenſu Laban Jacobo exprobrat, exponit,

quod furatus eſſet cor ipſius, Gen. 31. 26. id eſt, optimè Pagninus exponit, *opinionem Labani, quatenus clam ipſo inſcio aufugerat.* Sic Abſolon dicitur furatus cor populi, id eſt, bonum populi in Patrem affectum, favorem. 2.Sam 15.6. conf. 2.Sam. 19.41. Prov. 9.17. in Græcâ quoque lingua κλέπτειν eſt quaſi καλύπτειν.

Hinc *Seneca in Herc. furent. Act. 3 ſe tegmine ingenti clepit*, id eſt, clypeo occultat, oculorum ſc. fure. de qua Originatione Iſidorus l. 18, 12. & Serv. ad 2. Aeneid. ad verſ. Mutemus clypeos. &c. Hinc furta Veneris Laurent. Ramir. ad illud Martialis. l. 1. Epig. 88. deprehenſ[illegible] furum, notat, quodcunque vitium aut ſcelus, quod cum cura tegitur, appellari furtum.

Quoties contingit contrectatio rei alienæ, invito Domino principali DEO: ſicut contrà eo volente furtiva contrectatio (e. g. Iſraelitarum ex Ægypto cum ſpoliis exeuntium) non eſt. quando Apoſtolus Eph. 4. 28. laborem bonum furto opponit, hoc ipſo laborem non laborem, non bonum furtis accenſet. Idem τοὺς περιεργαζομένους vocat vetatque eos, qui non ſuo, ſed alieno pane veſcuntur. 2.Theſſ. 3.10. Quæ II. non eſt Ἀπιστία, deſtituta fulcro verbi divini ſeu mandati ſeu promiſſi (quale habet labor honeſtus pretio æſtimabilis, vel corporis vel animi, ars, induſtria, virtus, vigilantia) atque hinc ſuperſtitio & tentatio Numinis, Quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt: quicquid non eſt ex verbo divino, non eſt ex fide. Ergò. Labor gaudet ſpe fructus cœlitus diſpenſati pro libero Summi arbitrio. Eccl. 9. Syr. 39.25. At ubi nulla ſpes ſolidata apparet, nec prece ſors rogari, nec Euchariſtiâ poteſt ornari. Quæ III. non eſt Τυχολατρεία per συζυγίαν fortunati eventus, cum medio illicito qualis eſt ejus qui ſociat furtum cum voto boni ſucceſſus, (exempla præbet Bernhard. ſerm 3. in cant.) artis Paſſavienſis cum aſylis ab ictu gladii. Par illius Judaicæ Eſ. 65.11. *quæ poſuit fortunæ menſam & libavit ſuper eam.* Judæis non perinde ut gentibus fortuna Dea fuit terminativè; ſed per fortunam ſive Bethelicam, ſive Melecheticam. DEUM intenderunt. Juxtà *Hieron.* ad h. l. p. 713. *in cunctis urbibus, & maxime in Ægypto & in Alexandria Idololatriæ vetus conſuetudo, ut ultimo die anni & menſis ejuſ, qui extremus eſt, ponant menſam, refertam varij generis epulis, & poculum mulſo mixtum, vel præteriti anni vel futuri fertilitatem auſpicantes. Hoc autem & faciebant Iſraelita, omnium ſimulacrorum portenta venerantes: & nequaquam altari victimas, ſed hujuſcemodi menſa liba fundebant. Quodq; LXX. tranſtulerunt τῷ δαιμονίῳ, id eſt, Dæmoni.*

Hâc mente (ita Caſp. *Sanct.* ad h.l.) *fatebantur Iudæi, ſe mores & animos habere Gentiles quando Gentilium ritu boni ominis ergò fortunæ ac Iovi poculum libabant*, juxtà *Plin.* lib. 2. c. 7 Toto mundo & locis omnibus, omnibusque horis, omnium vocibus ſola fortuna invocatur, & una nominatur, una accuſatur, una agitur rea, una cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur, & cum conviciis colitur, volubilisque exiſtimata, vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorumque fautrix: huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta, adeoque obnoxii ſumus ſortis, ut ſors ipſa pro DEO ſit, qua DEVS probatur incertus. *Lactantio* authore lib. 3. c. 28 fortuna effigiatur cum cornu copiæ & gubernaculo, tanquam opes tribueret, & humanarum rerum regimen obtineret. *Auguſt.* lib. 4. C.D. c. 19. Hæc fraus eſt Diaboli ut homines male vivere, perinde ac DEVM non curarent, conciliata ſibi fortuna, quæ illos ſine ullis bonis meritis faceret fortunatos.

Quæ non eſt IV. *Adikía* juſtitiæ commutativæ, ejusque proportioni arithmeticæ adverſa. quæ enim proportio paucorum nummorum ad precium aliquot coronatorum? Faſne uni eripere, alteri porrigere, volenti licet illi ac in periculum conſentienti. Nam hujusmodi voluntas eſt cæca, carnalis, temeraria, irregulata, cum non ſimus Domini rerum noſtrarum pro libitu diſpenſandarum abſoluti, ſed vaſalli, œconomi, ſubordinati regulæ divinæ voluntatis, quæ exigit de tuo ſuperfluo eleemoſynam in Lazarum, quem defraudat alea ſortiaria. Omnis adeò V. periclitatio fortunæ, quæ eſt *analoga* aleæ ac paſſim prohibiti ludi aleatorii, chartularii, ex lucro fortuito quæſtuoſi: de cujus illicito infra docebitur. Videatur interea *D. Schmidij* p. m. Chriſtl. Weißheit. Ubi probatur, hujusmodi ludos eſſe ſpeciem furti, p. 589. & ſeq. opus Sathanæ p. 592. &c.

§. 81. Hæc de indagine ſortis: nunc ſtrictius *Divinatio Vaticinatrix* pertractanda eſt. Hanc totam & omnem ſuſtulit olim Schola Epicuri, imbelli argumento inducta. Cui ex Stagiræâ Philoſophiâ hoc eſt additum argumentum, de futuris contingentibus non eſſe determinatam veritatem. Quale igitur ſcibile, talis eſt ſcientia; ſcibile eſt indeterminatum, incertum, fallibile; non fuerit ergò melioris precii ipſa ſcientia. quaſi de incerto non poſſit eſſe certa ſcientia, & contrà, incerta ſcientia ferri in ſcibile certū. Incertum fuit fore, ut repentè Samaritana annonæ caritas in abundantem copiam diffluat. At Prophetæ Eliſæ hanc vaticinantis ſcientia fuit certa. Contrà, cras Ecclipſin futuram certum eſſe poteſt, utut ſcientia illius in Tyrone Aſtronomiæ adhuc fluctuet, in principiis ſcientiæ rudi. Eat igitur Schola Epicuri in ſua intermun-

dia. Audiatur Schola Chriſtiana de Divinatione fatidicâ futurorum, quæ & Prophetiam & conjectationem ex argumentis, ſignis ſolerter conceptam, complectitur. *Hieronymus* acrior non nihil ipſum etiam nomen Divinationis ſic damnat, ut ſemper in malam partem accipi exiſtimet, ad cap. 3. *Michæ*: Examen boni malive in Divinandi ratione univerſim, ad normam actionum humanarum referenda eſt. ex integrâ cauſâ Cenſenda eſt divinationis bonitas, ſi ſcil. ex fide, mandato promiſſoque divino illuminata fluat, ſi in nullum interdictum divinum impingat; Si ſcopo Numini glorioſo, in proximum utili; ſi licitâ divinandi methodo ac affectu, ſine prurigine; ſi denique de iis quæ ſunt ἐφ' ἡμῖν, quæ ſunt poſſibilis indagatu, queq; ſcrutari, exponere, credere licet, procedat. Obicem curioſitati procaci poſuit DOMINUS. cum res quæſitæ ſunt ſacra ac nutus divini abſoluti, ibi DEUS τὸ τε τὶ καὶ νῦν ſibi reſervavit Regnum Chriſti jam dum in partu erat, cum characteres illius apparuerunt; at S. Jacobo notante, Act. 15. 16. τὸ νῦν ac articulus temporis divini fuit reſervâtus. Conſtat Chriſtum rediturum, & regnum gloriæ auſpicaturum, jamque propè adeſſe; at de die & horâ nemo ſcit, nemo ſcrutari auſit. *Non enim eſt veſtrum* Act. 1. 7. *noſſe tempora ſive oportunitates, quas Pater in ſuâ ipſius auctoritate ſtatuit.* Ubi *Theophylactus*: Σκοπὸς γὰρ ἦν αὐτῷ, τὴν εἰς τοῦτο πολυπραγμοσύνην ἀνακόψαι τῶν μαθητῶν. Κυρύττειν γὰρ αὐτοὺς ἀπέστειλε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, οὐ τὴν ποσότητα τῶν χρόνων καταστημαίνειν. *Propoſitum enim erat ipſi, iſtam hac in parte curioſitatem Diſcipulorum refutare. Ableganti eos ad præconium regni cælorum, non ad ſpatia temporum demetienda.* vide differentiam inter momenta & tempora ab Auguſtino notatam ep. 78.

§. 82. IRN. Ante vero quàm precium divinationum ad trutinam appendatur, ſcrupulos prius nonnullos ut eximas rogo.

Deturne aliqua in homine divinandi facultas naturalis? DUAR. Divinandi facultas homini connaturalis nullo extrinſeco adjuta, nulla eſt, id quod accuratè probat Zachias in qq. medico legalibus l. 4. tit. 1. q. 5. *Cicero* l. 2. de divin. duplicem facit divinationem, artificioſam, quam Plato in Phædro οἰωνιστικὴν appellat, aliis diſciplinam hetruſcam, præſagitionem extrinſecus injectam, ſtationibus, ſignis, obſervationibus nixam: & naturalem, quam μανικὴν

[illegible] vocat, ſeu *μανίαν* homini connaturalem, tùm ſe exerentem liberiùs, cum à corporeis impedimentis eſt ſolutior homo, utpote in dormientibus, ecſtaticis, inſanis, morientibus, morti vicinioribus. Deſeritur autem hæc à nobis opinio ideò, quia fluit è Platonis errore, quem in Phædone fol. 28. & ſeqq. & Menone f. 358. & ſeqq. propugnat de ſcientia per reminiſcentiam; de latentibus intus ſcientiarum formis, foris tantùm excitandis, & à fece corporea purgandis. Cui nos opponimus illud Ariſtotelicum, nihil eſſe in intellectu quod non prius fuerit in ſenſu, quia 1. ſi facultas quædam homini divinatrix ineſt, aut divinabit futura omnia, ſicut & memoria homini naturalis præteritorum omnium recordari poteſt, aut quædam tantum. Non omnia, id enim plus quàm humanæ virtutis foret, & experientiæ adverſum: ſi quædam tantum, [illegible] naturalis ſubeſt facultas. Omnis namque naturalis facultas ad ſuum objectum æquè ſe habet, viſus omnia viſibilia agnoſcit, omnia audibilia auditus. Conf. Auguſtin. l. 12. de Geneſ. ad lit. c. 13. Dices 1. Eliſæum Muſicâ ad vaticinandum excitatum 2. Reg. 3. 15. argumento eſſe latentis alicujus intus virtutis. 2 experientiam teſtari, ſæpè dorminetes ſomnia habuiſſe veritatis præſaga, furioſos futura itidem ceciniſſe, mortis ſuæ nonnullos, imo horæ mortis extitiſſe vates, quà in re cum ab extrinſeco non ſint adjuti, iterum argumento eſſe intus latere vaticinandi principium. 3. in brutis ipſis vim divinatricem naturalem animadverti, quæ homini negari non debeat, cum e. g. feles ſe lingunt, concurrunt cornices, de pluviâ monent; de ruinâ domus mures confertim in domum proximam concurrentes. Reſp. ad 1. Excitatum Eliſæum non ab objecto Muſicæ ſed à manu Domini, ſive Spir. S. ſuperveniente. quanquam non negemus, diſpoſitam nonnihil ejus mentem fuiſſe ad divinandum per muſicam. Ad 2. è ſomniorum præſagitione hoc colligi, quandam divinationem fieri per ſpecies in phantaſiâ relictas, ad eum modum de quo mox acturi ſumus; non colligi facultatem connaturalem, quæ nullo extrinſeco adjuta per ſe præſagiat. Si furioſi futura prædixerunt, id fecerunt agitante eos ſpiritu, à quo erant obſeſſi. Quod mortis ſuæ præcentores quaſi cygnos attinet, divinationem illi adſtruunt στοχαστικὴν non facultatem connaturalem. *Gregor. M.* lib. 4. Dialog. 27. non vere-

tur quibusdam piè morituris futurorum cognitionem adſcribere ex revelatione, ad 3. bruta non magis divinare, quàm aut canis Chryſippi argumentatus fuit, aut vulpecula Plutarchi ſoritem connexuit. Non beſtiæ præſagiunt, ſed ſunt hominibus præſagiendi occaſio..

IRN. An quis non-Propheta, non-ἐπόπτευς, prophetias divinas jamdum reſignatas, & ipſis eventibus inclareſcentes, (nam quæ aduc in gazophylacio divinorum arcanorum abſcondita jacent, revelata licet, nondum tamen palam exhibita, ea curioſâ indagine temerare non licet) interpretari poſſit debeatve?

DUAR. Sunt qui in negativam inclinant cum prophetia non ſit ἰδίας ἐπιλύσεως, ſed ejus qui habet aures ad audiendum. Apoc.13.9. aures ſc. propheticas, prophetiæ pares, ſicut de muſicâ nemo melius judicat, quàm qui habet aures muſicas. Ita quidem deſipit Oſtorodus inſtit. c. 40. p. m. 371. **Wir halten dafür / daß niemand die Prophetiſche Weiſſagung Johannis gäntzlich verſtehen und außlegen könne / nur allein der / welcher einen Prophetiſchen Geiſt hab / alſo daß er ſich deſſen billich rühmen könne.** At reclamat Dominus ipſe, cum lectorem quemlibet (neque enim meros prophetas habuit auditores) ad intelligentiam præcepto obligat, ὁ ἀναγινώσκων νοείτω Matth. 24.15. Reclamat *S. Iohannes*, cum μακάριον pronunciat eum qui legit & intelligit propheticam ſuam Apocalypſin, μακάριος ὁ ἀναγινώσκων, καὶ οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τῆς προφητείας καὶ τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα Apoc.1.3. c.22.7.10. μακάριος quaſi μάλιστα χαίρων. Hebræi dicunt Aſchre haiſch, Latini Euge, bene, macte! Formula generalis eſt ſeu optantis ſeu gratulantis & commendantis τὸ bene eſſe. ὁ ἀναγινώσκων, h. e. legens ſed ſic ut intelligat, juxta illud DOMINI ὁ ἀναγινώσκων νοείτω, διανοείτω, ἀγχινοείτω, ἐπινοείτω, uti expoſuimus in Theol. Conſc. part. 2. dial. 2. p. 400. rem ſcilicet intellectu, quoad ſcopum ſatis eſt, poſſibilem, utpote jam dum ab agno, per ipſa prædictionum complementa reſignatam, non amplius reſignandam Apoc. 22.10. confer Apoc. 13.18. Fac enim intelligi omninò non poſſe vaticinia Divina, niſi à prophetâ, tum DOMINUS nobis illuſerit cum hujusmodi στεγανὰ αἰνίγματα ad legendum legi, h. e. intelligi mandavit. deſperet licet Hieronymus, cujus in ep. ad Paulinam hæc ſunt: *Apocalypſis Iohannis*

tot

exhibet ſacramenta quot verba, liber eſt ſeptem ſigillis obſignatus, quem ſi dederis homini ſcienti literas ut legat, reſpondebit tibi, non poſſum, ſignatus eſt. potuit tamen Magnus Lutherus feliciſſimus Apocalypſεως Interpres, cujus ætate clarum mane feneſtras intravit, auctum hodiè ex Hiſtorum Apocalypticorum experientia plerorumque. Fuerunt omni ſeculo qui Apocalypſin commentariis potiùs obliterarunt & obſcurarunt quàm illuſtrarunt; ἀνέκδοτοι alii, ἔκδοτοι alii amiſſi alii, ſuperſtites adhuc, vani plerique & ſemioculati, quibus defecit in tenebris lumen experientiæ. Neq; eſt ἰδία ἐπίλυσις, quæ ratione ſubjecti à privato inſtituitur interprete, ſed quæ ratione cauſæ ex privato ſenſu, affectu, ſtudio proficiſcitur; uti in hermeneut. ſacr. oſtenſum eſt: neque prophetico ſpiritu parique ſpiritus prophetici lumine luminisque gradu opus eſt ad intelligentiam prophetiarum, ſic enim totus Interpretum chorus, quotquot poſt chariſmatis prophetici exſpirationem, interpretationem prophetarum; conati ſunt, littus ac arenam araſſent. Quin potiùs uti lumini linguarum ſucceſſit linguarum cultura, lumini διακρίσεως πνευμάτων dialectica methodus in Scholis tradita, exercita, inque habitum τῶν γεγυμνασμένων evecta; ita chariſmati prophetico quaſi famulatur hiſtoria cum experientiæ commeatu. Aures ad audiendum habet, qui habet audire volentes, non faſtidientes, non abhorrentes, juxta regulam Glaſſianam l. 3. philol. ſ. tract. 3. canon. 7. p. qui habet aures perpurgatas, apertas, non obice clauſas, liberas non occupatas, dociles, γεγυμνασμένας, ἱκανὰς eâ ἱκανότητι & ἱκανώσει præditas quam explicavimus in hermeneut. ſ. art. 1. §. 4. p. 8. ad prophetiæ intelligentiâ hiſtoricâ ſc. inſtructæ ib. p. 427.

IRN. An & quis aſſenſus debeatur divinationi in genere ac in ſpecie divinæ? An ſcilicet prophetiis divinis reſignatis, interpretatione juſtâ liquidatis, quilibet Chriſtianus conſcienter aſſentiri, num libero judicio circa eas vagari poſſit & ἐπέχειν?

QUAR. *Ajo teneri* ad aſſenſum, ſi prophetia in articulum aliquẽ fidei incurrat. Jeſum Nazarenum eſſe Meſſiam, res eſt fidei ſummè neceſſaria, at inclaruit interpretatione per hiſtoriam & experientiam deducta: Si deinde juſtâ interpretatione liquidata adq; analogiam fidei amuſſitata ſit; Si nullum parhermeniæ deliquiũ oſtendi queat, ſi tota ἐπίλυσις per hiſtoriæ & experientiæ quaſi tubulos li-

quidò fluat. Negant contra & pernegant papæi, teneri ſe ad fidem de papa Antichriſto, vel ex ipſo Baronio convicti, qui in ſuis annalibus notas Apoſtolicas 2. Theſſ. 2. deſignatas, in papa verificavit, eâ divinâ permiſſione, quâ Pilatus titulum crucis ſcripſit, ac nominatim Tannerus in Theol. Scholaſt. n. 200. it inficias. *Iam vero qualia ſunt hæc,* aſens, *contra ſcripturas apertas, alias quaſdam obſcuras & ænigmaticas producere, easq́ multo adhuc obſcurius imo vanius interpretari, & nihilominus jactare has eſſe demonſtrationes ſcripturæ, quibus alia quævis loca etſi clariſſima, unà cum tota Eccleſiâ, ſanctorumq́ patrum ſenſu & ſententiâ cedere debeant. Oportebant ſanè prædicantes ſuæmet apologiæ Confeſſionis Auguſtanæ memores eſſe, in quâ, titulo de ſacrificio miſſæ, adeò dogmaticè & aſſeveranter traditur, allegoriæ non pariunt firmas probationes. Quod ſi verum eſt, quid ergò ſibi volunt illa allegoricorum prædicantium dogmata, quibus ſua illa de Antichriſto deliramenta velut ex ipſa ſcriptura divina potiſſimum fulciunt.* Eadem habet in anatom. demonſtr. 5. n. 238. Reſp. Diſtinguendo inter prophetiam ænigmaticam, ab optimo interprete, eventus ſcilicet complemento, reſignatam, & adhuc in myſterii adytis latentem, nondum reſignatam. Ex hâc poſteriori argumenta apodictica depromi nulla poſſe, juxtà ſentimus: quod autem ex priori ænigmaticæ prophetiæ ratione argumenta firma deducantur, omnium clariſſimè oſtendit collatio argumentorum, quibus Jeſus demonſtratur Chriſtus, cum iis quibus papa Antichriſtus. Ut hæc ex obſcuris & ænigmaticis oraculis, ita & illa ex iisdem prodierunt. Simul ac autem cœperunt exhiberi & inclareſcere, jam velamine remoto, Domini gloria cœpit retectâ facie ſe repræſentare, occæcatis licet Judæis noctuis. Ita cæcutiant licet adverſarii ad clariſſimam eventuum lucem, num tamen ideò noſtræ probationi nervus deficiet? Argumentationem ex allegoriis pondere & viribus carere, non eſt abſolutè verum. Allegoricè miniſterium Apoſtolicum adumbratur in Pſalmo 19. & tamen ex eo Apoſtolus firmiter argumentatur Rom. 10. adde ipſam ſæpè ſcripturam ſuæ allegoriæ eſſe Interpretem omni exceptione majorem. 2. Nego deinde, ex eo, quod obſcuras habet & vanas explicationes, non poſſe veram probationem deduci: Oracula de Chriſto prophetica adhuc hodiè inter non ſolùm Apellas, ſed & Chriſtianos doctores afficiuntur obſcuris, perplexis ac diſſentien-

tibus

[illegible] interpretationibus, nemo tamen eſt qui non convictus ſit, ſi [illegible] hoc, ſaltem ex alio oraculo, *Ieſum eſſe Meſſiam.* à Rabbinis ad[illegible] hodiè illa eadem inficiuntur vaniſſimis gloſſis, qui, quanto [illegible] pro Antichriſto Utopico contra verum & exhibitum Anti[illegible] Pontificii; pro expectando adhuc Meſſiâ contra exhibi[illegible] jam in gloria ſedentem contendunt, num vero ideò non rectè [illegible] oraculis illis concludetur Jeſum eſſe Meſſiam? Papæis tibici[illegible] ſupponunt, qui ſyncretica conſilia agitant: quorum unus ſcri[illegible] Wann ein Einfältiger nicht eben in die ſach ſich einfinden könte/ [illegible] der Biſchoff zu Rom der Endechriſt / ob er dann eben deßwegen zu[illegible]dammen / gewißlich verdammet unſere Kirche die Vorfahren / die [illegible] deß Papſts Joch getruckt worden/ nicht alle/ ſonder Luth. hat auch [illegible] / daß in der Römiſchen Kirchen der wahren Kirchen Glied[illegible] ſeynd. Sed in ſtylo vindice indicata eſt differentia inter [illegible] & tunc; inter Antichriſtum tectum adhuc ac ideò impunè [illegible]abilem; & clarè detectum: demonſtratum eſt ibi dogma de pa[illegible] Antichriſto eſſe dogma fidei fundamentale.

§. 83. *Nego contra teneri* ad aſſenſum interpretationum ano[illegible]arum, à que fidei analogiâ deviarum. Fertilis in hoc ſecu[illegible] orbe apparuit divinationum ſeges, quarum plerarumque fi[illegible] eſt *Chiliaſmus*, quem Alſtedius definivit in diatribe de mille an[illegible] apocalypticis p.12. *Quod ſit ſingularis felicitas Eccleſiæ militantis, cu[illegible] quædam præparatio eſt perſecutio, quam nunc temporis experitur, con[illegible]da, purganda, dealbanda, ut hac ratione paulatim præparetur ad ma[illegible] reformationem, quam adſert epocha millenarij, qui conſtabit poſt de[illegible] magni Antichriſti regnum ex his partibus 1. ex reſurrectione marty[illegible] & ipſorum regno in his terris. 2. ex incremento eccleſiæ ſeu multitu[illegible] per converſionem gentilium & Iudæorum. 3. ex liberatione Eccleſiæ à [illegible] hoſtium per illorum deletionem. 4. ex pace ipſius diuturnâ. [illegible] reformatione doctrinæ & vitæ. 6. ex majeſtate ſeu gloriâ Eccleſiæ. 7. ex [illegible] ejus ſincero. Sequetur ultima periodus N.T. inde à fine mille anno[illegible] uſq; ad ultimum judicium.* Cataractam huic divinationum efflu[illegible] poſuit Apoſtolus, cum analogiam fidei exigit: aberrari autem ab analogiâ fidei oſtenſum eſt in hodomor. Calv. phantaſm.12.

[illegible]2. *Nego teneri, ad aſſenſum* firmum ac fidem divinam divinatio[illegible] ἀγράφοις præbendam: eſto quod ſunt divinæ, repetam re-

ſpon-

ſponſionem datam in part. 4. Lact. Catech. pag. 17. Sprichſtu/ es möchten villeicht der heutigen Viſioniſten Geſichte vnd Offenbarungen Göttliche Prophezeyung ſeyn/ ſolte ich nun dieſelbe verachten vnd in wind ſchlagen/ ſo werde ich mich an GOtt verſündigen? Antwort/ geſetzt es were von GOtt/ gleichwohl weil ich deſſen nicht gewiß bin/ wird mir mein Zweiffel ſo wenig ſchaden/ als wenig es mir ſchaden kan/ wann ich eben nicht alles glaube/ was von frembden Gewächſen/ Früchten/ Thieren vnd Meerwundern/ ſo warhafftig ſo vnwarhafftig außgegeben wird. die cruentatio cadaverum oder der Blutfluß/ ſo von einem getödeten Leichnamb in anſehen vnd gegenwart deß Thäters oder Mörders ſich bißweilen erzeiget/ mag wohl ein Göttliches Wunderwerck ſeyn: aber dieweil deſſen der Richter nicht vnfehlbar gewiß/ ſo kan er darauff nicht fuſſen. Eben ſo verhaltet es ſich mit Geſichtern vnd Offenbarungen. Es mag wahr ſeyn/ was von S. Pauli abgehawenem Haupt vnd Stumpff von Alters her außgegeben/ von Ambroſio ſerm. 68. vnd Chryſoſt. ſerm. in Petr. & Paul. geglaubet worden/ als were auß dem trunco vnd Stumpff ſeines Leibs nach der Enthauptung Milch gefloſſen: das abgehawene Haupt hab noch drey Sprüng auff der Erden gethan/ vnd damit drey Brunnen erwecket/ Das mag ich aber glauben oder nicht/ es iſt kein Glaubens Artickel. & mox [illegible] Wir haben ein feſtes Prophetiſches Wort/ vnd wir thun wohl wann wir darauff achtung geben/ ſo ſagt der groſſe vnd warhaffte V[illegible] S. Petrus/ er heiſſet vns nicht auff den Berg hinauff ſteigen/ auff welchem er Chriſtum in der verklärung/ Moſen vnd Eliam geſehen/ ſondern er weißt herunter auff die Schrifft/ hie βεβαιότερος λόγος, hie iſt ein feſteres vnd mehr bewertheres Wort/ das kan vns nit triegen. vid. part. 1. Theol. conſc. procem. p. 13. dial. 1. p. 368. dial. 2. p. 411. conf. part. 4. Lact. Catech. conc. 2. p. 15. adde calculum *Lutheri* tom. 3. lat. p. 303. *Ego nec ſignis, neq; revelationibus peculiaribus doctus ſum, neq; unquam DEUM pro ſignis rogavi, imò contrarium potius rogavi, ne efferrem me, & ne a verbo vocali abſtraherer, per imposturam Satanæ. In verbo enim nullum periculum eſt, ſed eſt efficax, & mutat corda, quæ non ſunt perverſa, Rotten[illegible]tem ſpiritus perverſi ſunt, qui omnia legunt non tanquam diſcipuli, ſed tanquam magiſtri, ut ſuum errorem confirment. Quare diligenter [illegible] hic Prophetæ locus eſt contra factioſos & fanaticos ſpiritus, qui prophetant ex ſuis capitibus. Ad legem dicit Propheta, i. e. de lege potius quærendum*

8. DEVS enim nobis per ſcripturam & per hominem, docentem ſcripturam loquitur, quem qui audiunt, non falluntur, Revelationes autem ſingulares nobis fugiendæ ſunt. Sunt enim Satanæ impoſturæ. Deliquio laborat fides quæ ſine dokimaſiâ fert, quicquid hujusmodi prophetaſtri apponunt. Varia divinarum & diabolicarum divinationum indicia proponit tanquam ſequeſter *Martin.Delrio* l.4.diſquiſ.magic. c.1. q.1.p.498.& ſeqq. at certiora dedimus l.cit. Exemplum eſto Hiſtoria Revelationum *Chriſtophori Cotteri*, *Chriſtinæ Poniatoviæ*, *Nicolai Drabitii*: edita ab J.A.C. in cujus dedicatione judicium diſcretivum requiritur, *ſitne hoc adorandi DEI opus, an verò conſputanda Satanæ ludibria*? Non vacat ſigillatim omnia in examen adducere, quæ ibi vel aſſeruntur vel defenduntur: noſtra Theologia conſcientiaria fontes aperit, è quibus omnes illæ nugæ facilè dilui poſſunt, ſupra tom.1. & p.... c.17. Satis hic fuerit notaſſe duos Diaboli characteres, *mendacium in* hiſtoriâ effutitum p.24. ἀδέσποτον, ſine certo auctore, ſine die & conſule nominato. *Factum*, (ita habent verba) *ut civis quidam Argentinenſis ex Alſatiâ Sprottam veniens, in Cotterum inquireret, apudq; Pyrmonti loci eum alloquens, nomine conſulis urbis ſuæ (Ammeiſterum vocant) ſalutem & munuſcula offerret: etiam illi ut ſe comitari vellet, tutior ibi quàm in patriâ futurus, perſuadere tentans. Quod hic in mandatis ſe non haberet cauſam, modeſte recuſavit: ad quæſtiones tamen 62. quas legatus ſecum attuliſſet, reſpondit; effigiariq; ſe, legato id expetente, paſſus.* Et latrocinium, per quæ graſſatur ad aureum illud mille annorum ſeculum, DEO auctori ſacrilegè imputata; quo revelatore, Antichriſti exitium ſoli redituro Chriſto ad judicium reſervatum eſt. Nihil affert hiſtoria quod non & Hagiodæmon, Numinis Simius angelum lucis indutus æmulari queat. Nunquam (regerit auctor hiſtoriæ) *ita loquutus eſt Satan: nempe quomodo DEVS per prophetam loquitur, adverſus hominum peccata detonans. 2. pœnas & unde iſtæ venturæ ſint (niſi peccare deſiſtant) obnunciians. 3. Gratiam reſipiſcentibus offerens, quæ tria agnoſcit ſatan, humanæ ſalutis & gloriæ DEI hoſtis perpetuus, nec vult nec poteſt.* Quidni permiſſu divino (in vicem veritatis ſcriptæ neglectæ) poſſit quidni velit in regni ſui incrementum? terruit Judæ conſcientiam peccati morſu; Sauli denunciavit cladem. Quoties copiationis gratiæ, per reſipiſcentiam ſperatæ, enormia peccata tingit? Quoties hic hoc ait, ſcortare, cæde, bonus DEUS eſt qui Davidi

 igno-

ignovit, idem & tibi ignoſcet. Vide Aleth. vindic. pag. [illegible]

Adde ejusdem farinæ exempla alia, quale eſt quod laudat *Bellarminus* l. 4. de [illegible] Eccleſiæ c. 15. S. Franciſcus. *Cum Chriſtianus exercitus certo die cum Saracenis pugna[illegible] admonuit Duces, ne eo die pugnarent: Sibi enim à DEO revelatum, [illegible] ceſſuram: ſed cum contemnerent Duces B. Franciſci monita, cæſi fuſiq; ſunt [illegible] tâ ſtrage. Cornel. à Lap.* in append. ad Apoc. p. 173. *poſtquam grande feciſſet poſtulatum, [illegible] annis Apoc. 20 deſignari durationē regni, ſectæ, perſecutionis Mahometicæ, [illegible] dit. Chriſtiani ordiuntur annos ſectæ & regni Mahometis ab anno Chriſti 630. Illo [illegible] eſt hæc ſecta & regnum illoq; pariter & mortuus eſt Mahomet, quare cum [illegible] Chriſti 1630. explendus ſit milleſimus à Mahomete annus, circa illum magnam [illegible] ci & Sectæ Mahometanæ inclinationem, vel ruinam, aut ruinæ exordium exſpectant. [illegible] ipſum ita revera fore, nonnulli viri ſanctitatis & prophetiæ fama celebres in Italia, [illegible] niâ, Hiſpaniâ &c. prædixerunt. Idem viri ſapientes & ſagaces ex [illegible] cum præſentibus eventibus ſolerter conjectant, dictantq; finem & terminum [illegible] Turcas & Saracenos, niſi Chriſtianorum vel æmulationes vel diſſidia, vel [illegible] vel graviora ſcelera impediant. Ad hoc enim multis magnisq; voluntatis, [illegible] vitare & vocare videtur DEVS. Ibidem recitat prædictionem S. Franciſci de Paula, [illegible] toris ordinis minorum, ex literis ad Simonem de Limenâ exaratis. Ex te (O Simon [illegible] det fundator novæ religionis, quæ tres habebit partes: prima erit equitum armat[illegible] da ſacerdotum, tertia hoſpitalariorum. Erit hæc religio omnium ultima, magnum [illegible] afferet Eccleſiæ, extinguet maledictam Mahometis Sectam, quin & hæreſes omnes, [illegible] unum ovile & unus Paſtor. Idem Cornel.* in præfat. ad Prophet. minor. p. 18. *[illegible] plures viri Religioſi ſanctitatis & Prophetiæ opinione celebres prædixerunt: [illegible] nam Turcici Imperij ac Chriſtianos brevi potituros terrâ ſanctâ. Philipp. B[illegible] ſcanus* in oratore terræ ſanctæ & Hungar. Philipp. 9. p. 239. *Turcici Imperij proxim[illegible] apparere ſcribit, nixus 1. Scripturis SS. 2. Patrum SS. Vaticiniis. 3. Prognoſticis A[illegible] noſtrorum. 4. Turcarum ipſorum præſagiis & vulgi famâ. 5. Indiciis. 6. Ration[illegible] è ſuis auctoribus auguratur de eo, per quem Turca ſit ſuperandus p. 281. Ubi [illegible] quodam Wimmanno, Germanis hanc victoriam adſcribendam putat p. 285. Vulg[illegible] tam dicitur, quam creditur à quibusdam, oraculo prædictum aliquando, Turcam [illegible] ſuperari occidiq; niſi ante Coloniam Agrippinam. Putantq; ob id non eſſe [illegible] adverſus illum, donec illud aliquando pervenerit, ait Wimmannus quidam, [illegible] tamen ſtultitiam hominum inſignem ac veſanam impiamq; credulitatem, [illegible] aſpectans credo, quo putant, non eſſe ante illi occurrendum. Nam, ut verum [illegible] non putem ita accipiendum, ut Turca illic primum cadi incipiat, ſed ut illic [illegible] necione planè intereat, itaq; & ante occurrendum, quam is Annibal ſit ad [illegible] Levenclavius* in Prooem. de Statu rerum Turcic. p. 15. *Præclaram vobis polli[illegible] & huc invitant & ea, quod non ab uno ſæculo jam in ore verſ[illegible] [illegible] cam ad amnem Rhenum tribus à Regibus caſum iri vaticinantia. Extat [illegible] nium Severi & Leonis Impp. de Turcarum exitio & fine, affixum libello, [illegible] ta & Icones Sultanorum Turcicorum, à Iano Iacobo Boiſſardo V[illegible] ſuntim[illegible] inter alia duodecima figura in ære excuſa refert juvenculam, quæ ad[illegible] gem oſtendit. Quamvis ſis nuda ò Conſtantinopolis & rege ſpoliata, propter [illegible] paſſa es, redibis tamen iterum ad lucem, quæ lux nulla alia eſt niſi Ieſus Chriſtus [illegible]*

[illegible] ſum lux Mundi; ideò revertens ô Civitas ad Chriſtianam religionem, Mahumetana ex- [illegible] lucida fies ſub ſole ſplendente Chriſti Salvatoris. Decima quarta paſtoris, qui [illegible] Clare [illegible] litur finis Imperij Ottomannici, qui enim cepit Conſtantinopolim [illegible] Vicius nunc Imperator Mechemetes vocatur, idem igitur Imperator nomi- [illegible] quod occupavit ipſum. Proponitur in lingua Turcicâ Vaticinium Ma- [illegible] quod in Latinum [illegible] ma tranſlatum & gloſſis illuſtratum ſic habet apud [illegible] Veniet Imperator noſter (Sultanus) capiet regnum Principis infidelis (Chriſtia- [illegible]) & in ſuam poteſtatem rediget. quod ſi uſq; ad ſeptimum annum enſis Chriſtianus non [illegible] eſt, ſi non apparebit & contra ſe non extollet, credunt enim quod iſta præ- [illegible] anni ſint in poteſtate Chriſtianorum, qui ſi vellent communi auxilio con- [illegible] diſtringere, ſine dubio plenam victoriam reportarent; ſed quod non fuit, [illegible] dum inter nos bella civilia gerimus, aut in otio turpi ſenescimus. [illegible] Dominus, uſq; ad duodecimum annum, domos ædificabit, hoc eſt templa Chri- [illegible] dedicabit, plantabit vineas, hortos ſepibus circumdabit, filios genera- [illegible] annum (quem & quo ſenſu? ambiguè interpretantur) & poſtquam [illegible] in ſuam poteſtatem redegerit, apparebit enſis Chriſtianorum qui Turcam ſu- [illegible] verba hujus oraculi leguntur ab hominibus cum ſuſpiriis, a pueris cum [illegible] cum ſingultu & lacrymis. Habent Mahumetani multa vaticinia, [illegible] apud ipſos tam celebre, quam iſtud, in quo continentur innumerabiles adver- [illegible] & tandem ipſorum excidium & quia hucuſq; verum illud eſſe vi- [illegible] in aliis caſibus arbitrantur, adeo quod plorant ſemper, quotieſcunq; finem [illegible] Mihi non licet aliquid certi hujus oraculi affirmare, ſed cupio ita verum eva- [illegible] in fine, quemadmodum fuit hucuſq;, adeo ut reperiatur verus Propheta pro [illegible] fuit contra nos. Verus Propheta fuit Balaam extra Iſrael. Sic intra infideles [illegible] Sibyllæ, quæ vera prædixere, ſic fieri poteſt, quod ſint extra Chriſtianos, qui Spi- [illegible] Prophetícum, quod tamen non affirmo, ſed quia evenere multa (uti hic prædi- [illegible] contra nos, ſic vellem, ut contra ipſos contingerent quæ in fine dicuntur. Hæc ille. [illegible] Mahomet Sectæ hujus auctor a fati divinatione abhorrere videatur in ea lege, [illegible] Afric edidit, Magiam & Cabaliſticas artes lege Mahumeticâ vetitas & vel- [illegible] Hujus enim inquit, Alcoranus OMNE DIVINATIONUM Genus va- [illegible] DEUMq; ſolum arcana noſſe. Maximè a fati Mahumetici indagine, cujus [illegible] Mahumet III. ut nodum Gordium Alexander. Filium namq; (uti me- [illegible] l. 12.) dilectiſſimum, quod mater de Filij fato anxia curioſè Mathematicum [illegible], an Patri in imperio ſucceſſurus eſſet? in conſpectu matris ſtrangulari; [illegible] XII. [illegible] in mare præcipitari juſſit. Non item Mahumetani omnes abhor- [illegible] in Orat. tert. S.p.246. e Lazaro Horanzio, Turcas nomen Mahumetis [illegible] ſiniſtras quaſdam & fatales opiniones, quas de eo mente conceperunt, perhor- [illegible] verſantur metu, ne quod priùs ſæpe contigiſſe norunt, nunc quoq; [illegible] Conſtantinopolim, quæ caput eſt imperij, poſt priorem illam everſionem [illegible] & incrementa Conſtantino Magno debere, eandem poſtea ſub alio Conſtan- [illegible] eſſe, quorum uterq; matrem habuit eodem Helena nomine, planè, ut [illegible] Imperium, quod cum ab Auguſto initium cepiſſet, ſub Auguſtulo quodam extin- [illegible] ſimiliter ergo & illi verentur, ne Mahumete, imperatoria dignitate fungente, [illegible] Conſtantinopolitana, iterum illis eripiatur, quemadmodum a Mahumete II. bello [illegible] in poteſtatem ejus redacta eſt. Iohannes Levvenclavius quoq; hæc ſcribit, expoſitâ

capta

a

apta urbis Conſtantinopolis hiſtoriâ, paucis adnotavere Turci, ſcriptum apud ſe repertum ſapientum in libris, ac præſertim in eo, cui nomen ſit M. ſſabih, futurum, ut prius quam [illegible] Degnal Lain h. e. Antichriſtus improbus & maledictus, bis Conſtantinopolis occupetur. [illegible] mum gladio capiendam eſſe. Deinde judicij tempore adpetente, filios Iſhaci non gladio, ſed per invocationem Divini nominis eam capturos. Priorem vaticinij partem de occupata bellicis armis urbe, jam impletam fatentur, & quidem illo tempore, quo Sultani Mahometis in poteſtatem venit ea oppugnatione. Alterius occupationis eventum, ipſe dies dabre

§. 84. Jam ad examen recti & obliqui deſcendendum eſt. *Igitur quid in hoc divinationum argumento fas ſit quid nefas?* certis [illegible]bus expediemus. *Fas eſt I. ex principiis ſanæ rationis neceſſariis & immutabilibus ventura præſagire.* Nam qui fontem naturæ ac menti humanæ indidit, idem & indaginem docuit, atque ejus communicationum auctor eſt. Sic Aſtronomus ecclypſes ſtellarum, conjunctiones, oppoſitiones, progreſſus prænunciat, nunquam falſus, [illegible]tis regulam tenet. Creditur illius poſtulatis fide (non divina ſed humana, etſi ratio rationem reperire nequeat. hoc enim illud ſtupendum eſt in artibus mathematicis θεῖον, quod ratio in illis reddi non poſſit.. Age enim, excute ingenium & dic, [illegible]gulam artis facta additio numerorum, ſubtractio, multiplicatio, diviſio harumque δοκιμασία (die Probkunſt) feliciter ſuccedat & nunquam aberret? cur in muſica tertia, quinta, octava, harmonicè congruant & dulce ſonent; quarta, ſeptima, nona colliſæ [illegible] crucient? *II. Fas eſt prænoſcere ex ſignis naturalibus effectus naturales;* ex. gr. ex Nili incremento annonæ vel fertilitatem vel caritatem, unde *Plinius* l. 5. c. 9. *In XII. Cubitis famem ſentit, in XIII. etiamnum [illegible] quatuordecim cubita hilaritatem adferunt, quindecim ſecuritatem, ſedecim delicias.* Hinc omnia ſigna ſunt vel naturalia vel voluntaria, ex inſtituto ſignificantia, ut Iris fœderalis, virga amygdalina, Jerem. [illegible] omniaque alia θεῖα, miracula, ſomnia, quæ à liberrima voluntate DEI diſpenſantur. Utraque ſigna vel ſunt σημεῖα vel [illegible] illa conjecturalem δεῖξιν, hæc demonſtrationem apodicticam [illegible]riunt; illa evidentia morali, hæc phyſica ac metaphyſica conſiſtant, illa pædagogicè concitant, ut campanæ; hæc tenent [illegible] Evangelio non credidiſſet Auguſtinus: niſi eum Eccleſiæ auctoritas (inſtar ſc. campanæ) moviſſet: at poſteà ad S. ſcripturas [illegible] miſſus, his non potuit non teneri.. Tales ſunt univerſim [illegible]

cauda

[illegible] Phyſicæ ſuorum effectuum, & omnes effectus phyſici ſuarum [illegible]rum : prognoſtica illa, hæc hypognoſtica & mnemonica. Omni ſanè creatura & organum & ſymbolum eſt ſui creatoris, ut [illegible]quam mamma lactifluâ & uva ſuccosâ non ſolum ſentias, [illegible] guſtes virtutem ſapientiæ, potentiæ, bonitatis, ſed & juſti-tiam vindicatricem. Quæ enim fuerit pugna è ſideribus, Siſſeræ adverſa; cujus fit mentio Jud. 5.20. Joſephus expoſuit. l.5.c.6.p.158.

Commiſſâ pugnâ, vehemens imber mixtus grandine ſupervenit, quem ventus in adverſa Chananæorum vultus ingerens, & proſpectum adimens, inutiles eorum jaculatores ac [illegible] reddidit: atque etiam ſcutati manibus rigentibus, præ frigore gladios vix retinebant. [illegible] verò minus offendebat, ſed alacriores etiam faciebat manifeſtatio DEI præ-ſentis & faventis ſigno accenſos.

[illegible] eſt conficere τὰ ἄσημα, e.g. τὸ Blictri nihil ſignificans, non ſa-[illegible]. Licuit omni tempore meteorologis, phyſiognomis, me-[illegible]nunciare; idq; ſi τεκμήρια ſint certò; ſi εἰκότα probabiliter & cum formidine oppoſiti. Conſecravit hoc Prognoſtices ſtudium [illegible], cum lunæ vices obſervare docet. Matth. 16. verſ. 4. *Fa-[illegible] inquit, Dominus, noſtis diſcernere, ſigna verò temporum illorum [illegible].*

[illegible] ad h.l. non nemo notat. p.453: Quod nonnulli exiſtimant taxari à Servatore divi-[illegible] fit ex contuitu cœli, de futura ſerenitate aut tempeſtate, illud valdè eſt abſo-[illegible]. [illegible] enim Chriſtus vel aliud, quàm Phariſæos ſatis eſſe acutos & ſagaces, in rebus hu-[illegible] obſervandis & indagandis, quæ tamen ſæpe fallant: ad veritatem verò divinam addi-[illegible] nimis eſſe tardos & bardos. Non ergò illam ſeu prædictionem ſeu divinationem [illegible] heic culpat, verum potius laudat.

[illegible] diſcipuli, εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται, eſt enim ſomnus medicina ſa-[illegible] Joh. 11.12. Meteorologia exempla habet in S. literis. è nube-[illegible] aſcendente & creſcente ingentem pluviam odoratus eſt Elias 1 Reg. 18. 44. Ex aurora tempeſtatem diei prænotarunt Phariſæi [illegible] juxta Plinium l. 18. c. 35. *Sol ventos præſagit cum ante exo-[illegible] rubeſcunt: quodſi & nigræ rubentibus intervenerint & plu-[illegible]. Cum orientis atq; occidentis radij rubent, coire pluvias. Si [illegible] rubeſcunt nubes, ſerenitatem diei futuræ ſpondent.* non hoc nomine caſtigati à DOMINO, ſed quod in ſignis naturæ [illegible] ſagaci, in characteribus regni cœlorum obtuſo nimis inge-

nio. collegit hujus divinationis exempla Virgilius Georg. & Pontanus vol.3.progymn. part.1.dial.31. ſed miſcuit ſuperſtitioſa plurima. conf. D. Bald.l.3. de caſ. conſc. c.6. caſ.2. Meteora in aëre ludentia vel ſunt ordinaria, cum ex gr.

pallida luna pluit, rubicunda flat, alba ſerenat.

vel extraordinaria, rara, prodigioſa, Θεῖα,

Quin hæc aliquid ſignificent, ſuæ vel hypoſtaſi ſeu emphaſi congruum, h.e. prodigioſum aliquid, quis contrà tot hiſtorias & experientias negare auſit? Sed & hoc ſigni genus, quamvis clarius & determinatius, aliud obſcurius; tamen τὸ ὅτι καὶ τί, ſimpliciter loquendo, indeterminatum eſt. Exempla præbent ſpectra aërea, bellorum præſaga.

Cicero lib.1. de divinatione nonnulla adducit Marſici belli horrifica præſagia. [illegible] inquit, initio belli Marſici Deorum ſimulacra ſudaſſe, & ſanguinem fluxiſſe, & diſceſſiſſe cælum, & ex occulto auditas eſſe voces, quæ pericula belli nunciarent. Et *Paulus* [illegible] cap.18. quædam producit oſtenta, quæ ſociale bellum præceſſerunt. ſub ortu, inquit, ſolis globus ignis è regione ſeptentrionis cum maximo cœli clamore emicuit. Apud Ar[illegible], cum panes per convivia frangerentur, cruor è mediis panibus, quaſi è vulneribus [illegible]xit. præterea per ſeptem continuos dies grando lapidum, immixtis etiam [illegible] fragmentis, terram latiſſimè verberavit. In Samnitibus vaſtiſſimo hiatu terræ flamma prorupit & uſque in cœlum extendi viſa eſt.

Obſcuriora hæc, ſed ἐνεργέστερα, quæ cladem Solymitanam præceſſerunt. lib. 2. Maccab. cap. 5. Contingit autem per univerſam Jeroſolymorum civitatem videri diebus quadraginta per aëra equites diſcurrentes, auratas ſtolas habentes, & haſtis quaſi cohortes armatas, & curſus equorum per ordines digeſtos, & congreſſiones fieri cominus, & ſcutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis diſtrictis, & telorum jactus, & aureorum armorum ſplendorem, omniſque generis loricarum. Joſephus l. [illegible] cap 12. Ante ſolis, inquit, occaſum, viſi ſunt per inane ferri currus totis regionibus & armata acies, tranantes nubila. Viſa hic ſunt non tàm adumbratum obſcurè, quàm ad vivum expreſſum belli ſimulacrum, ubi equites vides & arma bellica, [illegible]natas acies, diſtrictos gladios, telorum jactus, & quæ in acie non adumbrata, ſed vera militaris diſciplina deſcribit. At indeterminata, atque hinc aliter expoſita à Judæis de Antiochi [illegible]

[illegible]

[illegible], conjectantibus cecidiſſe Antiochum, cùm ſcirent illum in Ægyptum cum numeroſo exercitu fuiſſe profectum, neque rarò contingere, ut in bellis magnæ fiant rerum inclinationes & inopinatæ cædes. Quare cum agmen quoddam illuſtri ſpecie ap[illegible] in aere, & in eo varii mirum in modum, horribilesque congreſſus, non videbantur à prudenti conjectura procul aberra[illegible] ſuſpicarentur aliquid Antiocho in ea profectione accidiſſe [illegible]ſpicatum. Aliter ab Antiocho, poſtquam rumorem à ſe [illegible] audivit (Sic enim Gorionides, l.3. cap.3. venerunt de gente no[illegible] ad regem, & dixerunt: Ecce viſa ſunt Hieroſolymis oſtenta quæ[illegible] cives, mortuus eſt Antiochus, ydemq; de Domini noſtri Re[illegible] ſunt) flam̃atus ſcelere & furore Hieroſolymam venit, [illegible] quicquid in Ægyptios venem conceperat, evomit, cum [illegible] mille virorum manu civitatem aggreſſus, illam occupavit, [illegible] tractavit mitius, quam ſi civitatem hoſtilem invaſiſſet, nam [illegible] multorum civium ſanguine fœdavit, quod ſibi non minori [illegible] eſſe gloriæ, quàm ſi de hoſte trophæa reportaſſet. Fie[illegible] ergo cædes juvenum & ſeniorum & mulierum, & natorum [illegible], virginumque & parvulorum neces. Erant autem to[illegible] octuaginta millia vincti, non minus autem venundati. Hoc [illegible], realis eſt oſtenti divinatio, hoc exercitus aërei de[illegible]. Eſt & prædictio ϛοχαϛικὴ, artificioſa, experientiis con[illegible], freta, ſed indeterminata, improhibita, ea parallelica [illegible] qua olim fuerunt, qui decem plagas Ægyptiacas [illegible] perſecutionibus Chriſtianæ Eccleſiæ exquiſitè & ingenio[illegible]unt, non, ut loquitur Auguſt. l.18.C.D.c.52. Prophetico ſpi[illegible] conjectura mentis humanæ, quæ aliquando ad verum pervenit, ali[illegible] fallitur.

§. 85. Adque hunc ordinem referendus eſt Aſtrologus, de [illegible] fortuitis & liberis modeſtè conjectans, in uſum vel publi[illegible] vel privatum. Quale eſt illud Thaletis Mileſii, præſagium [illegible] propter ſapientiæ opinionẽ. Illi cum aliquando ob[illegible] philoſophiæ ſtudium propter inopiam, quaſi inutile & [illegible], proſpexiſſe illum ferunt per Aſtrologiam, olivarum [illegible]tatem futuram, cumq; collegiſſet pauxillum pecuniarum, hye[illegible] adhuc vigente, emptionem olei feciſſe in Mileto, & in Chio,

pro

pro parvo admodum precio. Utpote nemine plus offerente, a-rhasque dediſſe. Cum itaque poſteà tempus veniſſet, multis ſubitò quærentibus, vendidiſſe oleum, quanti ipſe voluit: ac magnam vim pecuniarum inde ſuperlucratum, oſtendiſſe amicis, perfacile eſſe philoſophis ditari, ſi vellent; ſed hoc non illis eſſe curæ. Nam ſi viro prudenti, rerumque publicarum perito licet conferre acta præteriti temporis cum præſentibus & futuris: ſi licet ex hiſtoriis alieno oculo videre, quid noſtræ proſit Reipubl.: Si medicis licuit è multis obſervationibus, quanquam probabilibus, colligere aliquam artem, quidni etiam hoc Aſtrologo permittatur, ſuis obſervationibus de futuris eventibus, ut veriſimiliter pronunciet. *Ego,* inquit, *Luther.* in Comm. ad c. 1. Gen. p. m. 20. *ſi quis prædictiones aſtrologicas defendat minus pertinaciter, non repugn[illegible]. Oportet enim ſuos luſus concedi. Ideo ſi ſuperſtitionem tollas, non valde me [illegible], ſi quis ingenij cauſa iſtis prædictionibus ludat.*

§. 86. *Fas III. ex principiis probabilibus e cauſa remota, è politico obſervationibus, comparationibus, præteritorum cum futuris parallelis augurari futura.* hæc prudentiæ civilis quaſi eſt medulla, de futuris caſibus ex rerum geſtarum hiſtoriâ paria fata præſentire. Exemplum eſto fatum populi Iſraelitici; perpetua illud figura eſt noſtri, qui Chriſto meremur 1. Cor. 10. Id quod noſter D. *Pappus* diligenter obſervavit, ac inter utilitates concionum Propheticarum hanc quoque annumeravit, *temporum ſcil. Prophetarum & noſtrorum ſimilitudinem,* in præfat. ad Oſe. ſcribit p. 247. f. 2. *Similitudo Prophetarum & noſtrorum temporum in his potiſſimum ſpectatur. Primò in diſſidio ac religione; altera ſub regibus Iuda verbo DEI conſentanea, altera ſub Iſraeliticis Regibus, à præſcripto divino aliena, ſed majorem tamen ſanctimoniæ ſpeciem obtinens: Ita noſtris temporibus in Romano Imperio pax publica duabus Religionibus data eſt, alteri veræ, alteri iniquitatis cujusdam ſpecie ſeſe commendanti. Atq; in hac religionis diſſimilitudine hoc quoq; noſtris temporibus evenit, ut Magiſtratus quidem licet diſpari cultu, tamen publicæ tranquillitatis cauſa tolerandam alterutram Religionem non raro putet. [illegible] tem miniſtri de ſinceritate doctrinæ nemini quicquam quocunq; re[illegible] ſint concedere. Altera ſimilitudinis pars ſpectatur in ſtatu Reipubl. [illegible] culis huic imminentibus. Ut enim dum iſta duo regna, partim de [illegible] nis præſtantia, partim de potentia inter ſeſe litigant, vicinæ gentes [illegible]*

præ vires paulatim avertunt. Sic dum non de religione, & neſcio quibus rebus congladiamur, hinc Turca vires noſtras debilitat, inde Moſchus atque Tartarus; ipſiq; Chriſtiani inter ſe funeſtis & civilibus bellis digladiantur. Tertia pars eſt in ſimilitudine vitiorum atq; peccatorum, quæ Prophetæ reprehenderunt ſuis temporibus, quæq; noſtris temporibus pluſquam vigent, ut non ovum ovo, quod ajunt, neq; lac lacti ſimilius ſit, quam noſtra ætas prophetarum temporibus. Etſi igitur metuendum eſt, ne ætatem noſtram eædem pœnæ & clades excipiant, tamen qui in docendi Eccleſiam munere verſantur, ſi recte fungi ſuo officio volunt, non aliunde meliora argumenta ſive ἀποδείξεις *concionum ſuarum accerſere poſſunt quam ex Prophetarum prædictionibus.* Ad politicas conjecturas etiam pertinet *Fatalis Rerumpubl. periodus*, quinque ut plurimum ſeculis definita, quorum jam tria in Othomanico lare effluxerunt, decremento propiore: Sultani jam ſeneſcentis cœcitas & furor, verò laceſſentis Germaniam, poſtquam in communem coaluit pacem fortiorem. *Nec vana ſunt auguria* (ita *Cauſin.* de regno DEI diſſert. 4. pag. 12.) *jam enim corrumpitur vita & diſciplina ſolutior, ipſi principes per contumaciam & flagitia hebeſcunt. Ianiſſarij malunt ad portam deſidere, ſaginare hiantem avaritiam, amoribus & rixis exerceri, quàm belli duros labores & præliorum incerta perſequi. Iuvat incubare partis, nec fugientia tentare per tot diſcrimina. Cepit ipſe Sultanus olim timendus omnibus, nimis timere, poſtquam Oſmannus per ſubditorum pollutas manus de ſuo faſtigio detractus eſt ad laqueum. Aperuit & recluſit ſequens ætas grande arcanum Imperij, à tumultuantibus Prætorianis Imperatores poſſe fieri. Boskier* l. cit. addit rationes quibus probat, Turcico Imperio ruinam inſtare, ut ſunt 1. *Iniquitas occupandi omnia.* 2. *Proſperitas illa nimia quoq;.* 3. *Superbia intolerabilis.* 4. *Tyrannis,* 5. *Vaſtitas imperij.* 6. *Similitudo aliorum Imperiorum.* 7. *Corruptela diſciplinæ domi, militiæq;* 8. *Diſsidia Religionis.* Referas huc licet divinationem Saulis, Davidi regnum promittentis 1. Sam. 24. 21. *nunc quia ſcio, quod regnaturus ſis & habiturus in manu tua regnum Iſrael &c.* conjectatus cùm ex præſentiâ numinis quod ubique videbat adeſſe Davidi; tum etiam ex inſigni ejusdem virtute quam dignam regio animo prorſus oſtenderat. Cum ergò electione opus eſſet, Saul ex DEI favore, populi conſenſu, virtute Davidis, fortitudine, magnanimitate, reliquisque Regiis dotibus & denique ex publicâ famâ collegit non alium, quam Davidem poſt regnaturum.

Pp §. 87. *Fas*

§. 87. *Fas eſt IV. Ominari futura. Omen* (Germanis ein Ahnung) *eſt ſignum inſolentius rei conſequentis, analogum caſu, pridem indeprehenſum, poſt demum agnitum*, ex.gr. liberatio ab injuria Viri Iſraelitæ ominoſa fuit in Moſe, fore ut populum Hebræum quondam ſit liberaturus à tyrannide Ægyptiâ, indeprehenſa pridem poſt palam patefacta Act. 7. 25. *Exiſtimabat autem fratres ſuos intelligere DEUM per manum ipſius dare ipſis ſalutem: at illi non intellexerunt. Lutheri* deſcriptio hæc eſt, exemplo illuſtrata Tom. 1. Isleb. p. 429. Die Heyden habens genennet Omen ein böſe Anzeigung/ Bedeutung oder äuſſerliche Zeichen eines zukünfftigen Dinges / wann ſich alles zum Werck ſchicket/ auff dieſe Meinung zeiget der Evangeliſt den Bach Kidron an/ als ein Omen oder Vorbedeutung deß Gefängnuß vnd Todes Chriſti. Als wolt er ſagen/ ich meyne/ er ſey zum rechten Bach Kidron kommen/ dann der Evangeliſt hat dergleichen viel in ſeinem Evangelio/ damit er anzeigt / wie offt beyde ſtette vnd Namen ſich zur Sachen reimen. Kidron nennen wir auff teutſch einen ſchwartzen oder finſtern Bach / vnd ligt der Bach Kidron nahe für der Stadt Jeruſalem/ iſt nicht gros/ ſondern wanns regnet/ ergeuſt er ſich / hat den Namen Kidron daher / daß er ſo tieff vnd finſter ligt / büſchicht vnd heckicht iſt/ daß man das Waſſer kaum dafür ſehen kan / Kedar pullatus, tenebricoſus, denigratus, fahel/ finſter vnd ſchwartz. So will nun der Evangeliſt ſagen; Chriſtus ſey über den rechten finſtern Bach gangen / ich meyne ja / er ſey über den ſchwartzen Bach gangen / er ſchweiget deß Oehlbergs / vnd deß ſchönen luſtigen Orts / vnd gedencket dieſes finſtern Bachs / als der ſich am beſten zur Sach der Gefängnuß vnd Todes Chriſti reime. *Caſu*, inquam, nam ſi vel maximè divino accidat conſilio, analogum quidem erit conſilio; mihi tamen caſu fortuito accidit. Fuit ſine dubio unctio capitis Dominici Mariana Matth. 26. 7. inſigne omen, ac reale præſagium obeundæ propediem mortis, condendique ſepulchro corpus Chriſti; ſed ab unctrice pridem ignoratum. Id ſi clarè divino agatur conſilio, divinum eſt ac infallibile; ſi rationis ſanæ conjecturâ nititur, conjecturale eſt & inter *εἰκότα* referendum. Si vanâ conſtet obſervantiâ, anile eſt & ſuperſtitioſum. *Clarè divinum omen* fuit, | Colliſio Fratrum in Utero Matris Rebeccæ ad nativitatis principatum ſignificandum, facta. vide Luth. ad Geneſ. 25. pag. 16. f. 2. omen fuit & illud prophecum

ticum *Abiæ Silonitæ* 1. Reg. 11. 29. ubi prehendens veſtimentum novum, quo tegebatur, Jeroboam laceravit illud in duodecim fragmenta. Et dixit Jarobhamo, *accipe tibi decem fragmenta: Nam ſic ait Iehova Deus Iſraelis: Ecce ego laceraturus ſum regnum hoc e manu Schelemonis & daturus tibi decem tribus.*

§. 88. *Rationis ſanæ omen* auſpicatum fuit illud Davidicum, 2. Sam. 18. 27. Achimaas eſt vir bonus. Ergo portat bonum nuncium. Notat ad h. l. *Caſp. Sanct.* pag. 793. *prudenter conjectaſſe Davidem rem à ſuis feliciter geſtam, quia unus homo concitato curſu ad urbem properaret. Cum enim multi turmatim, atq; confuſè veniunt, apertè docent, ſe ab hoſte victore urgeri à tergo, neq; ſibi licere diſciplinam, & ordinem militarem ſervare. At cum unus venit curſu velocius concitato, ſuſpicionem removet acceptæ cladis, cum homo ſolitarius redire non ſoleat, ubi malè geritur, maximè cum ad locum properat, ubi profligatis & perditis aliquod ſe oſtendat in deſperatione perfugium, qualis erat civitas, ubi tunc cum aliis commilitonibus ſubſtiterat David.* Extendamus autem hoc aulæum, inque eo depicta exempla alia luſtremus: Divina omina ſunt iſta: Vox Rebeccæ liberalis Eleazaro omen fuit confecti negocii; felix itidem auſpicium fuit eidem poſt orationem ad Dominum, quod Rebecca ad illum accedens eadem illi obtulit, quæ à DEO petierat ſibi offerri, à puella quam Iſaaco hero ſuo quærebat. Gen. 24. 13. Simile illud Jonathanis, *ſi dixerint, Adſcendite ad nos adſcendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus noſtris, hoc erit nobis ſignum* 1. Sam. 14. 10. *Armus Sauli* à Samuele datus in epulo ſacrificiali 1. Sam. 9. 24. omen fuit hieroglyphicum oneris Baſilici, gigantæis humeris imponendi; malum contra omen regni mox exuendi, depoſitio veſtis regiæ, cum Endoream Sagam in conſilium advocaret. Terra jaculo percuſſa omen Syriacæ cladis 2. Reg. 13. 17. ubi ſi Joas ſæpius jaculum in hoſtilem terram jeciſſet, non ſolum attriviſſet, ſed planè contriviſſet hoſtium vires.

Sic apud Iuſtin. l. 2. Cum delati in continentem eſſent, primus Alexander jaculum, velut in hoſtilem terram jacit. Addit Iuſtus Lipſius in monit. Polit. Marciani Aquilam bis illi Rom. Imperii ſceptra quaſi prægratulantem, nunquid, ait, veracia & palam à DEO hæc ſigna? vid. quæ ad Ezech. 17. combajulavit Corn. à Lap. p. 1062. & ſeq.

Racionis conjecturæ ſunt, liberæ tamen fidei Ramus auri in roſtro gallinæ albæ. Ita *Suetonius* in Galba narrat, *quod Liviæ ſtatim poſt Au-*

Digitized by Google

guſti nuptias Vejentanum ſuum reviſenti, prætervolans aquila gallinam albam, ramum lauri roſtro tenentem, demiſerit in gremium. Cumq; nutriri alitem, & plantari ramum placuiſſet, tanta pullorum ſoboles provenit, ut hodiè quoq; ea villa ad Gallinas vocetur: tale verò lauretum, ut triumphaturi Cæſares inde laureas decerperent. Fuitq; mos triumphantibus, alias confeſtim eodem loco plantare. Et obſervatum eſt ſub cujusq; obitum, arborem ab ipſo inſtitutam elanguiſſe. Itaq; ultimo Neronis anno, & Sylva omnis exaruit radicitus & quicquid ibi gallinarum erat, interiit. Dario Hyſtaſpi Babylonem obſidenti, cùm eam expugnare non poſſet, Zopyri *mula peperit.* Unde *Zopyrus* omen capiendæ urbis accepit: *audierat enim à quodam Babylonio urbem expugnandam, cum mula pareret. Mutilavit ergò ſe fœde, itaque transfugit ad Babylonios, mentiens ſe à Dario ita mutilatum: quare dux exercitus & murorum cuſtos ab eis creatus, urbem Dario tradidit*, ita Herodot. l.3. *Xerxe* cum tot copiis Græciam invadente, equa leporem enixa eſt, quod facilè erat ad conjectandum; fore ut Xerxes exercitum adverſus Græciam cum maximo ſtrepitu, & ambitioſiſſimè duceret, rurſusque pro ſe ipſo ſollicitus ad eundem locum fugâ recurreret. Alterum ei quoque prodigium Sardibus exhibitum eſt: mula enim mulum edidit inquit Herodot. l. 7. Omina in Veſpaſianum inclinantia memorat Tacitus l. 4. hiſt. Multa miracula evenêre, quîs cœleſtis favor & quædam in Veſpaſianum inclinatio numinum oſtenderetur. Dixerat ante Hiſtoriarum l.1. Occultâ lege fati & oſtentis ac reſponſis deſtinatum Veſpaſiano liberisque ejus imperium, poſt fortunam credidimus. Joſephus de eodem Veſpaſiano libro Belli Judaici 3. c. 27. τοῦ Θεοῦ διεγείροντος αὐτὸν εἰς ἡγεμονίαν ἤδη καὶ τὰ σκῆπτρα δι' ἑτέρων σημείων προδεικνύντος, DEO jam illum excitante ad principatum aliisque etiam ſignis ei ſceptra præſignificante. *Cereus* extinctus Wincklero martyrii omen fut notatum à Luth. Tom.1. Isleb. p.416. τὰ φόβητρα quæ Magdeburgicum excidium præceſſerunt, ac inter alia *Militis* (referente Cluver. in append. hiſtor. p.15.) *cujusdam uxor, ubi partus doloribus extinguendam ſeſe perſpexit, uterum aperiri ſuum mortua, fœtumq; inſpici precata eſt. Repertus eſt puerulus trimuli magnitudine, caput galea munitus, tectorio totius corporis armatus carneo, quod inſtar chartæ detrahi potuit, pedes ocreatus. Adhæſit corpuſculo mantica militaris.*

teris in qua orbiculares glandes conſimiles iis, quæ Muſquettis emittuntur, Nimirum (ita exponit Cluv.) *mundus jam nil niſi arma, cædes, bella parturit: iisq; ſemetipſum, prout miſerabilis illa mater cum ſobole ſua crudeliter abſumit.* *Columba candida*, quæ ante pugnam inopinatò vexillum Saxonum inſedit, annon Candidum omen fuit in prælio Lipſiaco? Equus apud Camerar. in fluvio recalcitrator. hinc Matheſ. in c. 34. Syrac. p. 76. Die Pferde wollen ſich manchmal nicht in ein Hauß hinein reiten laſſen/ dann es ahnet ihnen ihres Herrn Vnglück. Alſo auch henget ſich manchmahl ein Hund dem Pferde an Schwantze. Solche Zeichen vnd Omina ſeind was ſonderlichs vnd ſind nicht alle zuverachten/ wie einmal ein Junges Fürſtlein hielte ſeinen Vatter/ er ſolte nicht in Krieg ziehen: Solche Zeichen vnd Ahnunge ſind nicht vergeblich geweſen. Vnd dergleichen Auffmerckunge vnd Zeichen findet man viel in deß Virgilii Büchern vom Ackerbau/ vnd im Plinio. Aber der Teuffel henget viel Phantaſey vnd Triegerey daran. Refert huc *Voſſius* l. 3. Idol. c. 89. p. 1215. *Corvi Romani* exequias, omen corvi Tartarei mox Româ expellendi. Sic Bidembach. ad 1. Sam. 15. p. 175. Wehe dem Saul/ wann Samuel von ihme kommet: ſo bald er hinauß iſt/ vnd ſich ſeiner nichts mehr will beladen/ da iſt Glück vnd Heil auß bey Saul. Der Teuffel fahet ihn bald an reitten/ vnd trifft ihn ein Vnglück über das ander/ biß er endlich vmb Leib vnd Seel kompt. Alſo iſts auch dem Pharao gangen/ da Moſe zu ihm ſagt: Ich will nicht mehr für deine Augen kommen. Da gehet es übel zu mit Pharao/ vnd verdirbt gantz vnd gar. Da Elias von Ahab wegkommet/ wird der Himmel verſchloſſen/ daß es nicht mehr regnet/ vnd groſſe Theurung folget. Alſo/ da die Apoſtel den Staub von ihren Schuhen ſchütteln/ ſich von Juden wegthun/ vnd zu den Heyden wenden/ da folget Blindheit vnd aller Vnfall/ biß ſie endlich gar außgerottet/ von dem Angeſicht Gottes verworffen werden. Obitus heroum malum omen, ſicut extinctio luminum tenebras poſt ſe relinquit. Everſa columnâ domus delabitur: remoto gubernatore, navis perit: conſumto oleo lychnus paulatim exſtinguitur. Lotho exeunte è Sodomis, tota urbs igne cœlitus demiſſo conflagrat. Poſt mortem Joſaphat, Arabes in regnum Iſrael irrumpunt. Mortem Joſiæ ſubſequitur captivitas Babylonica. Mortuo Theodoſio Imperatore, Gotti, Vandali, Hunni, in Pannoniam, Italiam, Hiſpaniam irruunt. Sublato Salomone re-

gnum in duas partes ſcinditur. Poſt mortem Lutheri triſtia bella & in religione diſſidia orta ſunt. Corn. à Lap. l. 1. Maccab. c. 5. affert exemplum de tremulâ manu, victori bene ominosâ p. 31. *Olim cum eſſem in Belgio, Neomagi diſſidebant cives Catholici ab Hæreticis, & utraq. acies parabantur in foro ad confligendum: ſed dux Hæreticorum popoſcit alloquium Conſulis & ducis Catholici ut de pace ageretur, Conſul Catholicus Ducis hæretici manum apprehendens deprehendit eam tremulam: Vnde ad ſuos reverſus: Agite ait cives, pugnemus, hoſtes timent & tremunt, noſtra eſt victoria: Pugnarunt, vicerunt & hæreticos urbe expulerunt.*

Quo magis miratur Edo *Neuhuſius* l. 2. ſacr. fatid. c. 30. p. 546. inſignem clari nominis Theologum, omnem ex ominibus divinandi rationem ad profana Ethnicorum Mantea & Diabolicas ſuperſtitioſorum Ariolationes relegaſſe. Quid enim de Eliezere ſervo Abrahami, quid de Gedeone, de Ionathane, de Davide, de Sanctis aliis eſt ſentiendum: qui certam ſecuti ominum fidem proſperos ceptorum eventus præſagiverunt? Eliezer miſſus ab Hero in Syriam legatus, ut Iſaaco cognati ſanguinis & religionis uxorem duceret, à gratioſo benevolentiæ officio ſociandi generis omen cepit: eam herili filio fatis uxorem addici, quæ in ſpontaneam prima ſeſe offerens operam ipſi & jumentis aquam propinaret. Quod humanitatis officium cum Rebecca Bathuelis benigniſſimè præſtaret, concepti fiducia ominis virginem muliebri ex auro mundo liberaliter donavit, & de ſucceſſu negotii gratias DEO egit. Gedeon Iſraelitarum Dux cum exigua trecentorum manu adverſus ingentes Madianitarum copias aciem conſerturus, ab hoſtili nocturnæ quietis ſpectro lætum victoriæ omen cepit. Ille divino juſſu ad hoſtium caſtra ſpeculatum exiverat, cum armigero Pura; quando ad primam progreſſus ſtationem aliquem ſua commilitoni narrantem inſomnia audit. Viſum ſibi vidiſſe cineritium ex hordeo panem ad aciem devolvi Madianitarum, affuſumque armatorum tabernaculis ea violento impetu ſubvertere, ac illiſa terræ in caput ſtatuere. Quo exterritus prodigio alter; Aciem Gedeonis ſomniaſti, ait, cujus vis irati Numinis Madianitas objecit jugulandos. Hoc confirmatus præſagio Gedeon, nuncupatis DEO votis, explorata victoriæ ſpe, in prælium exivit. Quo exemplo Ionathan S. de tentanda cum Palæſtinis fortunâ, ex hoſtium verbis conjectionem fecit, à ſpontaneâ provocatione ſumptio ſibi adeundi certaminis argumento. Quo erectus ad votum magno in proximam ſtationem animo invectus, editaque ad prodigium ſtrage obſtupefactos tantæ virtutis opere in fugam inclinavit, ipſorum ferro in mutuam cædem, lymphatis formidine mentibus, converſo. Neque pietas quidem Davidem, fatidici virum pectoris, Ominum uti præſagiis deterruit. Ille prodeuntibus in certamen contra Abſolonem militibus ſeriò imperavit, darent obnixè operam, ut filius hoſtis incolumis ſibi eſſet, & extra omne vitæ periculum: Secreto ſagacis indicio animi filii exitium præſentiens. Qui ſingulari cum Goliatho congreſſurus certamine, in certam victoriæ ſpem pugnam capeſſit, Vrſi ac Leonis olim à ſe trucidati omine confirmatus. Quam præſagiendi ex Ominibus mentem palæſtinis DEVS injecit ipſe, cum inguinum exitiali correpti lue; quod ſacram apud ſe Arcam irreligiosè detinerent: illam rudibus jugi vaccis trahendam in quamcunque vellent viam, permitterent: indubio divinæ vindictæ argumento, ſi rectà curſum ad Iudæos deflecterent.

§. 50. Man-

§. 89. Mantiſſæ loco adſcribam D.Brentii aliquot de ſignis ominoſis judicia, in Ionathæ exemplo explicando occupati comm.in 1.Sam.14.p.445. Quis igitur non ſentiret, Ionatham & armigerum ejus, ſanâ potius fide quàm inſanâ temeritate, & divino magis ſpiritu, quam juvenili impetu concitatos, ad expugnandam ſtationem Philiſtinorum proficiſci? Cum ergo illi jam ad Philiſtinos per aſperrima montis præcipitia aſcenſuri eſſent, ait Ionathas ad armigerum ſuum, Ecce nos tranſimus ad viros iſtos. Cumque apparuerimus eis, ſi taliter locuti fuerint ad nos, manete, donec veniamus ad vos, ſtemus in loco noſtro, nec adſcendamus ad eos, quia tradidit eos Dominus in manibus noſtris. Hoc erit nobis ſignum. Quid hocce rei eſt: Si Ionathas credit promiſſioni divinæ, quod DEVS ſit Iſraelitas à Philiſtinis liberaturus, cur tali conditione & ſigno voluntatem DEI inquirit? nonne generatio prava & adultera ſignum quærit? & voluntatem DEI ſcrutari tali conditione, qualem Ionathas proponit, nonne eſt DEVM tentare? Profecto haud negaverim, quin & increduli ſigna petunt & conditionibus pro ſua libidine excogitatis DEVM tentent: at non omnis ſignorum petitio ex incredulitate proficiſcitur, nec omnis conditio DEO propoſita, tentatio DEI eſt. Etenim, qui ita ſigna petunt, non ut fidem ſuam ſignis confirment, ſed quia prorſus nullam fidem verbo ac promiſſioni divinæ adhibent, qualis erat affectus Scribarum & Phariſæorum dicentium ad Chriſtum, volumus ex te ſignum videre: hi planè ſunt generatio prava & adultera ac petitione ſignorum ſuam impietatem produnt, ſic & illi DEVM impiè tentant, qui de divina promiſſione diffidentes Domino DEO noſtro conditiones, modos ac tempora liberationis aut alterius cujuſpiam rei præſcribunt, id quod Seniores in Iudith (ſi quis modo librum mulieris agnoſcit) feciſſe leguntur. Quod de ſignis diximus, idem etiam de conditionibus, quæ DEO præſcribuntur, intelligendum eſt. DEO enim conditionem præſcribere, nihil aliud eſt quam ſignum petere, niſi quod in altero miraculum, in altero vulgare tantum argumentum poſtulatur. Itaque ſi conditio DEO præſcribitur, non ex incredulitate, ſed ut fides ante habita firmius corroboretur, adeoque ut id, quod adhuc in eo, quod creditur, incertum eſt, certum reddatur, haudquaquam tentatio DEI eſt, ſed vera pietas. Sic ſervus Abrahæ, emiſſus ad ducendam uxorem Iſaaco, DEO conditionem præſcribit, dicens: Ecce ego ſto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum hujus civitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella, cui ego dixero, inclina hydriam tuam ut bibam, & illa reſponderit, bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipſa eſt, quam præparaſti ſervo tuo Iſaac, & per hoc intelligam, quod feceris miſericordiam cum Domino meo. Credebat enim ſervus Abrahæ, uxorem cum cuivis, tum præcipuè Abrahami filio cui divinitus promiſſa erat multiplicatio ſeminis, à Domino DEO noſtro dari. Credebat item, ut cor, ita ſermonem hominum in manu ac poteſtate DEI eſſe, ac DEVM, hunc, ſicut flumina aquarum, quorſum volet, inclinare. In hac tamen fide nondum ſciebat, quæ eſſet iſta puella, quam Dominus Iſaaco in uxorem daturus foret. Paciſcitur ergò cum DEO, ut ſiquidem ipſe in manu ſua habeat ſermonem linguæ, & matrimonii copulator ſit, eam puellam, quam Iſaaco daturus ſit in uxorem, in hunc modum reſpondere faciat: Bibe quin & camelis tuis dabo potum. Neque id temere paciſcitur ſed promiſſa fideli oratione dicens: Domine DEVS domini mei Abraham, occurre obſecro mihi hodie, & fac miſericordiam cum Domino meo Abraham. Sic & Ionathas credebat quidem Dominum liberaturum Iſraelitas ſub Saule, à Philiſtinis, credebat item Dominum æquè facile per pauciſſimos, ac per multos ſalutem dare. In hac tamen fide neſciebat utrum DEVS modum illum, quem ipſe & armiger ejus ſecum conceperat, approbaret, & eo modo, adde etiam loco & die ſalutem per ipſos conferre vellet. Explorat igitur voluntatem DEI propoſita conditione è ſermone hoſtium, ut ſiquidem illi dixerint, manete, donec venia-

mus

mus ad vos, intelligat Dominum nolle, ut ipſe & armiger ejus adſcendant ad hoſtium
nem & illic pugnam incipiant, ſed ut maneant in loco ſuo ſtantes, & mirabilia DEI ex
Si autem dixerint hoſtes, adſcendite ad nos, certo ſciat aſcendendum eſſe, & quosvis ob
cidandos: fore enim, ut hoc modo hoſtes divinâ operatione ſubito terreantur, & in ma
rum tradantur. Cæterum tantum abeſt, ut hoc ſit DEVM ex incredulitate tentare, ut ſu
DEVM fidei opus ſit & maximæ prudentiæ, ne DEVS tentetur. Ex hac enim conditio
Ionathas Domino DEO è ſermone hoſtium præſcribit manifeſte apparet, quod Iona
ſolum crederit Dominum liberaturum Iſraelitas mirabiliter, ſed etiam habere in pote
& cor, & linguam, & manus, & pedes, denique corpus & animam hoſtium, atque adeò o
vertere ac revertere, quorſum volet. Cor quidem ut deſperet, linguam ut ſeipſam
manus ut gladium in ſuum ipſius corpus adigat, pedes, ut ſonitum folii volanti
ac gladium fugiant. Hæc fides efficit, ut Ionathas è ſermone hoſtium, voluntatem
ploret, idque nec ſine ratione, nec citra exemplum. DEVS enim, qui fecit linguam
& linguam gubernet? & ſi nec capillus de capite cujusquam ſine voluntate DEI cadit,
voluntate ejus, vel ſibilus ex ore hominis emitteretur? Adde quod Dominus Phili
interitum deſtinavit, quomodo igitur fieri poſſet, ut non & ſermo linguæ eorum,
ſuum, ipſum etiam inſciis, meditaretur? ſiquidem ad decretum omnipotentis DE
rant ſeſe occulta energiâ omnes creaturæ, nedum omnia hominis membra. Sed
busvis licet ad eum modum voluntatem DEI ſcrutari? Quicquid non eſt ex fide, in
lus, peccatum eſt. Fides autem eſt ex auditu. Auditus verò per verbum DEI.
aberres in imitandis ſingularibus Sanctorum factis, primum quidem verbum DEI,
opus animo tuo propoſitum mandet, & auxilium divinum in eo opere promittat,
dum eſt. Deinde fides verbo adhibenda eſt, ac quodcunq; opus ex verbo & fide ſuſcep
ac juſtum reputabitur. Cæterum ſi citra vocationem & reſpectum verbi DEI ac fid
quævis Sanctorum facta imitanda arripias, fieri ſolet, ut quod ſancti piiſſimè fecerun
piiſſimè facias. Exemplo eſt Manaſſe imitans immolationem liberorum in Abram
tæ ſacrificia excelſorum in Patriarchis ſectantes confer Chemnit. harm. c. 50. p. 1049. Ce
ad Geneſin 24. pag. 204. Clodovæus rex caſtra movens contra Gothos munera miſit
ad S. Martinum, legatis mandans: Ingreſſuri templum, obſervate quæ futuri eventu
quod paramus, conjecturam poſſint præbere, parent illi & venientes ad templum, au
nachos illud Davidicum pſallentes: Præcinxiſti me virtute ad bellum, captatoque o
ci, ad regem redeunt, omen nuntiant; quod eventus declaravit fuiſſe non vanum,
num. Riveti in Geneſin 24. pag. 544. dubitari poteſt, an preces Eleazari juxta ve
regulam fuerint conceptæ. quia videtur DEO præſcribere ſingularem rationem
ſui promovendi, eamque extraordinariam, in qua videri poſſet DEVM tentaſſe.
tiit certum ſignum & ex reſponſo puellæ divinare voluit, omenque aliquod in
re: quæ omnia primo intuitu, aut audacia videri poſſent aut ſuperſtitioſa. Non
hominis pro ſuo deſiderio legem DEO imponere. In precibus noſtris præterea
bet eſſe ambiguum, in quibus tamen extra DEI verbum nulla eſt certitudo. Hæc &
malè afferuntur, ut magis eluceſcat veritas, & diſcamus, in hujusmodi ita nos gerere
nulla vana curioſitas, nulla præceps temeritas, ad tale quid audendum nos impell
enim cuivis licet, aut qualibet occaſione ſignum à DEO petere fauſti alicujus event
tum eſt homines in ominibus captandis regulas pietatis tranſcendere, & ſæpè vel ex
tate vel ex curioſitate, extra omnem neceſſitatem, de futuris eventibus inquirere.
alia ratio eſt. Res enim ipſa fuit magni momenti, in quâ directione ſingulari DEI

homini in aliena regione verſanti, in quâ incognita ei erant omnia. Non habebat inter homines notos aliquos quibus cum poſſet conferre, periculum erat ne incideret in tales qui non benè eſſent affecti. Accedit quod audiverat ab Abrahamo Angelum DEI ipſi præiturum & directurum viam ſuam. Cum igitur talis inquirendi ratio ei in mentem venit, perſuaſum habuit, hanc ipſi à DEO fuiſſe inditam; itaque ex fide deſiderium ſuum & ſpem expoſuit. Sed actionis illius judicium ex eventu colligi debet. Nam cum preces ejus fuerint DEO gratæ, & obtinuerit ſine mora quod petierat; ſatis inde conſtat, nulla curioſitate aut temeritate ad hanc petitionem fuiſſe adductum. Quamvis ergò ſpecialis promiſſio præcedens non appareat, ejus vicem nihilominus inſtinctum divinum extraordinarium ſuppleviſſe agnoſcendum eſt. Lex enim communis, quæ in ordinariis locum habet, non præjudicat impulſui extraordinario, in negotiis arduis, & tamen neceſſariis, in quibus alitrr pii ſe expedire non poſſunt. Id etiam addendum, in oratione pii viri, ita exprimi deſiderium & votum, ut nihil præſcribat DEO, ſed ſe ejus ſubjiciat voluntati. Itaque ſi nihil tale accidiſſet, non propterea deſpondiſſet animum, aut deſeruiſſet vadimonium, ſed alias rationes iniviſſet. Proinde non exiſtimandum eum tale ſignum à DEO petiiſſe abſolutè, ita ut in animo habuerit ſi non daretur, pergeret in inſtituto & aliam viam tentaret. Quid enim, ſi talis aliqua ſe obtuliſſet, quæ dixiſſet, Bibe & etiam Camelis tuis potum dabo, quæ tamen aut clauda aut gibboſa, aut alioqui malè morata, vel quæ non fuiſſet ex Abrami familia, an propterea exiſtimaſſet eam eſſe quæ Iſaaco fuiſſet deſtinata? Non credo. Sed quia totus ex DEI providentiâ pendebat, effecit DEVS ſuâ providentiâ, ut voto potiretur. Subjungo programma de imbribus ſanguineis.

Quamvis, ſi, ubi & quoties è cœlo vero ſanguine pluit, id inter τὰ παίγνια naturæ, ac θεῖα cœli referendum, inque ordinem prodigiorum extra ordinem, redigendum, nec temerè ſeu fortunæ ſeu naturæ ſinubus deducendum ſit: ſi, inquam, vero & germano ſanguine pluit: non enim ſemel parallaxis viſum fefellit, atque id ſpecioſiſſimè in *annalibus Regum ſacris* obſervatum eſt II. Reg. III.22. ubi Moabitæ accincti ad prælium cum tribus Regibus, Rege Juda, Rege Iſrael, & Rege Edom aperto quaſi marte dimicaturi, *primo mane ſurgentes & orto jam ſole ex adverſo aquarum viderunt aquas rubras quaſi ſanguinem, dixeruntq; ſanguis gladij eſt! pugnaverunt Reges contra ſe & cæſi ſunt mutuò, nunc perge ad prædam Moab!* Bis falſi, ſemel in ſpecie fluvii, quem rubrum ac ſanguineum crediderunt, ignari virium naturæ, cujus impreſſione, omnis terſa ac perſpicua materia, è nubibus matutino ac rutilante ſole rubentibus, facile ſimilem coloris imaginem concipit, θεασάμενοι (ſcribit Joſephus l. IX. c. 1.) ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἡλίου τὸ ἐν τῷ χειμάῤῥῳ ὕδωρ αἵματι τὴν χροὰν ὅμοιον, *videntes ex oriente ſole aquam in torrente, colore ſanguineam; iterum* in divinatione, opinati, uti denuò conjicit Joſephus, *hoſtes propter ſitim, in ſemetipſos arma vertiſſe & eorum ſanguinem per torrentem defluere*, atq;

 hinc

hinc audaciores facti non in bellum amplius, ſed tanquam in prædam irruerunt. At ſi verè ſanguinem Aer exſudat, quin id inter cœleſtis providentiæ arcana ſupra naturæ regionem evehendum ſit, nemo facile ad inficias retulerit, qui Numinis reverentiâ quàm atheiſmi perſuaſionibus affici ac teneri maluerit. Equidem omni ſeculorum ætate reperti ſunt Δοκησίσοφοι ac Empectæ, qui nihil hîc ſupra naturæ vires accidere rati, cauſis ſecundis ſolis adhærent, ac horrorem noſtrum, ut ſuperſtitionem ex ignorantiâ ortam, albis, ut ajunt, dentibus rident. Horum Interpres Gerh. Joh. Voſſius l. III. de Orig. & Progr. Idol. c. 12. *ſanguineus*, inquit, *color apparet, quia vapor exhalat è locis minio, aut rubricâ abundantibus, quomodo nix in Armeniâ quandoq; eſt rubra, ob minium, quo regio illa abundat, teſte Euſtatio Iliad. λ: vel ſanguineus eſt è locis ſanguinolentis, quomodo qui poſt prælium Cimbricum ſanguine pluerit, magna hominum ſtragi tribuitur à Plutarcho in Mario: Vel à calore ſolis intenſo: Calore enim ruborem aquis conciliari, cognoſcimus ex Vrina febricitantium, item aquis per calidos cineres percolatis.* Unde verò, ô Voſſi, ſanguis pluvius extra miniatas regiones? *non attendiſti,* quod rectè monuit *Petrus Gaſſendus* in Phyſicæ ſect. III. L. II. c. 2. p. 77. *ad colorem aquæ ſtillatitiæ ex rubeis roſis; conſtat enim vapores, dum excernuntur, rerum colores exuere & dum in liquorem concreſcunt, aqueum duntaxat exhibere.* Unde porrò purpureus ille Cœli ros ante prælium, cum futuri præſagium eſt, non præſentis veſtigium? Unde depluit in hyemis confinio, ſole nondum adulto, nondum intensè ardente? Ad papiliones hîc confugit laudatus à Gaſſendo *Peireskius, non eſſe,* ajens, *ejuſcemodi guttas per agros oppidorumq; parietes reſperſas ex pluvia decidua, ſed ex frequentia papilionum, qui circiter æſtivum ſolſtitium ex erucis, Chryſolidibusq; formati avolaverint ac illis in locis interquieverint.* Juvat integram hujus rei narrationem rememorare, ſicut ea contexta eſt à *Gaſſendo*, l. II. in vita Peireskii pag. 270. *ſuccurrit caſus, è quo Peireskius ſibimet viſus eſt germanam cauſam detexiſſe. Quippe ante aliquot menſeis concluſerat pyxide inventam quandam Chryſalin, magnitudine formaq; inſignem. Ejus cum amplius non meminiſſet, excitari bombum inaudiit intra pyxidem, eaq; adaperta, deprehendit Chryſalin depoſito ſpolio, factam ex eruca papilionem pulcherrimum, qui ſtatim avolaverit, reliqueritq; in fundo guttam rubeam, amplitudine ſolidi vulgaris. Quoniam verò id contigit circiter idem menſis ini-*

tium

num, per idem tempus obſervata eſt papilionum confertim, ac per aërem tranſvolantium incredibilis multitudo: idcircò opinatus eſt papiliones hujusmodi interquieſcentes parietibus diffudiſſe illeic, quaſi excrementum, guttis ſimiles, magnitudine ſc. pareis. Quare iteratò acceſſit, comprobavitq; guttas illas non ſupra ædificia, non in devexis lapidum ſuperficiebus exſtare, uti debuerat contingere, ſi è cœlo ſanguine pluiſſet, ſed in ſubcavis potius ac in foraminibus, ubi animalcula fuerant quaſi nidulati. Acceſſit quod parietes illi tingebantur, non quidem in mediis oppidis ſed qui agrorum vicini erant, neq; ſecundum parteis elatiores, ſed ad mediocrem ſaltem altitudinem quantum volare papiliones ſolent. Quid verò ô Gallorum σοφώτατε, dices, ſi eo temporis articulo pluat, quo papiliones non ſolent volare? ſi ſanguis non parietib. adhæreat, ſed defluat in plateas, in hortos, in lintea? præſtat igitur in ſcholâ Jobianâ obmuteſcere, quam inter ranas φιλοσοφεῖν, *nunquid ſcis*, (ita Edomæus Sophus Elihu Job. 37.15.) quando *præceperit DEUS pluviis? Quis eſt* (inquit DOMINUS ipſe è turbine Job. XXXVIII.28.) *pluviæ pater? vel quis genuit ſtillas roris?* digito compeſce labellum! Verius profectò ac religioſius eſt credere, portendoſas hujusmodi lacrymas è cœlo eliquari, mortalium crimina defleri, & ſupplicia criminib. paria denunciari, ut perculſi ac ſiderati his monſtris mortales præveniant Nemeſi peremtoriæ, ne præveniantur. Sanguinis pluviam crudelitatis, immanitatis & tyrannidis ſignificationem præbere, horrendis exemplis declarat *Wolffgangus Meurerus* in qq. meteorolog. p. 465. Quamvis, inquam, ſanguinei illi è cœlo rores inter inauſpicata omina atque θεῖα referendi ſint, tamen ſupra omnes ſtupores ſtupendum eſt, ipſum DEI Cœlum, immo DEUM ipſum ſanguine pluere, uti hiſtoria paſſionis Dominicæ exemplum dedit omnium inuſitatorum inuſitatiſſimum. Quid enim Caro Chriſti DOMINI noſtri eſt, niſi cœlum, *in quo totum pleroma Deitatis inhabitat corporaliter?* at pluit ſanguine in horto, in prætorio Pilatino, in cruce? Quis ille qui proprio illo ſanguine, (quo tergeminum macellum rubuit, ac crudis vulneribus horruit) mercatus eſt Eccleſiam? DEUS eſt immortalis, Act. XX.28. Deſine mirari Alexander Macedo, tuum è vulnere cruorem; hircum oles, cum DEUM te actas è tuomet ſanguine mortalitatis convicte. at noſtra myſteria Numen nobis monſtrant veriſſimum ſuomet licet ſanguine cruentum. Quantum

gentis humanæ nefas, quàm atrox ſacrilegium, quod divinum ſanguinem è cœlo eliquavit, ut terricolas expiaret? Ajunt non rarò è trucidati hominis corpore, tanquam in ultionem ſui, ad ſicarii acceſſum, ſanguiné ebulliiſſe: atq; hoc ipſum naturæ tribuunt ſophi nimis naturales & craſſi. *Vivit* (ita Edo Neuhuſius l.III. ſacr. fatidic. c.4. p.160.) *in peremtis ad ſeptem plus minus horas, inſitus ſanguini calor, duratq; interior agitatio, ſpiritibus caloris fomento perſeverantibus. Quod ſi tempore superveniat ſicarius vulnusq; inſpiciat, ſanguis è vindictæ cogitatione inflammata bile accenditur, raptimq; tota vi ad plagam devolutus, convolantibus ſimul undiquaq; ſpiritibus, in adverſarium proſilit, in quem ſe quoq; jam ante iracundiæ æſtu concitarat: ita auctorem cædis, nondum extincto calore, diſſipatisq; ſpiritibus, effuſus in ultionem ſanguis deſignat. Gaſſendus* Phyſicæ ſect.I.l.VI.c.14. ſuum hoc exemplo illuſtrat: *mirabile certè nobis olim fuit videre ſuum gregem in medio foro grunnientem, torveq; obtuentem, pertranſeunte non procul lanio: ſed nempe vel ipſa veſtigia interfectorum recens ſuum, quæ in veſtibus, manibus, cultroq; immanebant, ſpirare adhuc videbantur cædem ſimilem ob emiſſa corpuſcula, quæ vi ſeducta alienosq; motus ſubeuntia horrorem creabant & internecionem conſimilem minitabantur. Eodem modo poteſt aliqua adhuc veluti colluctatio fieri inter occiſi ſpiritus in ſanguine ſuperſtites & appellentia ab occiſore corpuſcula iis conſimilia, quæ occiſionis tempore horrorem ſummum incuſſerunt.* Nugæ! quî enim ad unionem ſui hoſtis ſanguis inclinet, ſi antipathiâ concitatur? cur ſi à naturâ hæc eſt concitatio, non ſemper accidit? quo altore vis iſta impreſſa, ſpiritibus jam diſſipatis, calore ejecto perſeverat? cur corpus occiſum vivacem hujusmodi motum concitat, non item corpus vivum ſauciatum? taceo alia alibi in homiliis Academicis, diſcuſſa. Undecunque hic ſit, ſeu effectus, ſeu caſus, in medio relinquitur. At ſanguini Dominico hæc gloria maneat, effluxiſſe in detectionem Deicidii ab univerſo genere humano perpetrati. Erubeſcamus ad hunc è cœlo imbrem, eumque ſic bibamus, ut diræ in ſoteria nobis vertant, ut ἀθῶον αἷμα innocens ſanguis, profitente Juda Iſcariote, noxæ noſtræ patrocinetur, ac dealbet dibapha noſtra & coccinea peccata. *Accedamus ad ſanguinem aſperſionis loquentem meliora, quam loquebatur ſanguis Abel!*

§. 90. *Fas eſt V. ex ſomniis* præſentire futura, *ex naturalibus naturalia*: quo pertinent ſomnia morborum & temperamenti conſtitu

ſtitu

Digitized by Google

ſtitutionis ſigna, item ephialtes, de quibus Medici; *ex divinis θεῖα:* eaque excipere fide humanâ, conjecturali, ancipiti, indeterminatâ, liberâ, divina ſomnia eſſe creduntur quæ cum forti ac inſolitâ impreſſione animum percellunt; quæ iterata redeunt; quæ aculeum inquirendi infigunt: quæ in eventu ipſo pellucent. Divinitatis characteres ſunt fortis impreſſio, iterata repetitio, *Cum* (ita Luth. ad Geneſ. p. 7.) *vehementer movent ſomniantem, habent impreſſiones valde acres, quale erat Pharaonis, in quo tanta erat conſternatio animi & ἔκστασις, ut ſentiret eſſe divinam quandam admonitionem.* Eventus harmonia, Luth. ibid. verbi divini analogia. *Etſi* (ita Luth. ibid. pag. 8.) *non ſunt contemnendi Prophetæ & ſomniantes, ſi Prophetiæ & ſomnia ſunt analoga verbo* DEI *& fidei, tamen hoc maximè urgendum eſt, ut prius diſcantur Moſes & Prophetæ, h. e. ut ante omnia habeamus purum verbum & verum ejus intellectum, ex eo poterimus interpretari omnes viſiones, omnia ſomnia & Prophetias, quin etiam angelos bonos pariter & malos judicare.* Sylvam ſomniorum ſuis eventibus congruentium exhibet Neuhuſ. lib. 1. fatidic. cap. 2. ex hiſtoriâ publicâ innotuere exempla celebriora. Alexandri Magni Joſepho referente libr. 11. cap. 8. pag. 385. *Alexander enim ut vidit è longinquo candidatum populum & Sacerdotes ante agmen in amictu byſſino, pontificemq; in ſtolâ hyacinthina auro diſtincta, tiaram in capite geſtantem, cum præfixâ aureâ laminâ inſculpta* DEI *nomine: Solus ad eum accedens, nomen illud adoravit & ſalutavit Pontificem. Iudæis autem omnibus uno ore Alexandrum conſalutantibus, & in orbem cingentibus, Syriæ Reges & reliqui obſtupuerunt, vix credentes regem mentis compotem: Solus Parmenio propius accedens rogavit familiariter, quid iſta? cùm ipſe adoraretur ab omnibus, nunc adoraret Iudæorum pontificem. At ille non hunc ſe adoraſſe reſpondit; ſed* DEO, *cujus pontifex eſſet, honorem eum exhibuiſſe: hunc enim, inquit, vidi & antea hoc ipſo habitu, cum adhuc eſſem in* DIO *Macedoniæ, qui me deliberantem quomodo Aſiam poſſem ſubigere, hortatus eſt forti eſſe animo, & ſine morâ exercitum trajicere, ſuo ductu potiturum me Perſarum imperio. Quapropter quia nunc primum talem habitum vidi, agnoſcens hunc & viſionis memor* (τῆς κατὰ τοὺς ὕπνους ὀπτασίας ὄψεως) *quæ me ad hanc expeditionem impulit, puto me non ſine numine* (θείᾳ πομπῇ) *in Darium exercitum ducere, & brevi fore victoriæ compotem: & ſublato Perſarum imperio, ceſſura mihi omnia ex ſen-*

rentia. Hæc locutus ad Parmenionem & comiter complexus pontificem, deducentibus ſacerdotibus in urbem pervenit, & adſcendens in templum immolavit DEO ex ſacerdotis præſcripto, ac pontifici quoq; ſuum honorem exhibuit. Oſtenſoq; ſibi Danielis libro, in quo Græcum quendam Perſas debellaturum ſignificat, hunc ipſum ſe eſſe interpretatus lætus dimiſit multitudinem. Monicæ Auguſtini Matris ſemel dubiæ, iterum certæ uti ipſe refert l.6. Confeſſ.c.13.) *Cum & rogatu meo & deſiderio ſuo forti clamore cordis abs te deprecaretur quotidiè, ut ei per viſum oſtenderes aliquid de futuro matrimonio meo, nunquam voluiſti. Et viderat quadam vana & phantaſtica, quo cogebat impetus de hac re ſatagentis humani ſpiritus, & narrabat mihi, non cum fiducia quâ ſolebat, cum tu demonſtrares ei, ſed contemnens ea. Dicebat diſcernere ſe, neſcio quo ſapore, quem verbis explicare non poterat, quid intereſſet inter revelantem, & animam ſomniantem.* Certius ac divinum ſomnium fuit illud alterum, quod Filius commemorat l.3. Confeſſ.c.11.

Miſiſti manum tuam ex alto, & de hâc profunda caligine eruiſti animam meam, cum pro me ploraret ad te mater mea, fidelis tua, amplius quam flent matres corporea funera. Videbat enim illa mortem meam ex fide & ſpiritu, quem ex te habebat, & exaudiſti eam DOMINE. Exaudiſti eam, nec deſpexiſti lacrymas ejus, cum profluentes rigarent terram ſub oculis ejus, in omni loco orationis ejus, & exaudiſti eam. Nam unde illud ſomnium quo eam conſolatus es, ut vivere me ſecum crederet & haberet ſecum eandem menſam in domo quod nolle cœperat averſans & deteſtans blaſphemias erroris mei? Vidit enim ſtantem ſe in quadam regula linea, & advenientem ad ſe juvenem ſplendidum, hilarem atque irridentem ſibi, cum illa eſſet mœrens & mœrore confecta. Qui cum cauſas quæſiſſet ab ea mœſtitiæ ſuæ, quotidianarumq; lachrymarum, docendi ut aſſolet non diſcendi gratia, atque illa reſpondiſſet, perditionem meam ſe plangere, juſiſſe illum quo ſecuta eſſet, atque admonuiſſe ut attenderet & videret, ubi eſſet illa, ibi eſſe & me. Quod illa ubi attendit, vidit me juxta ſe in eadem regula ſtantem.

Polycarpi ſuimet martyrii Vatis, cùm cervical comburi vidit apud *Euſeb.*l.4 hiſt.c.15.

Eſt qui hujusmodi ſomniorum fatidicorum ſylvam erexit. contigit hoc Arnobio Rhetori; qui ut abdicatis Ethnicorum idolis, Chriſtianam ſuſciperet Religionem, in ſomnis monebatur. Et Polycarpo, Iohannis Evangeliſtæ diſcipulo; qui pulvinar, cui incumbebat, conflagrare videns inquiete, ex eo rogum ſibi ſtrui colligebat; quo ad confirmandam Chriſtianæ fidei veritatem exureretur. Et Monicæ Auguſtini matri; quæ filium in Manichæorum hæreſin prolapſum dolens, juvenem ſibi videre viſa eſt, de filio ſolicitudinem deponere hortantem; quod brevi à ſchiſmaticorum ſocietate, ad Orthodoxæ Eccleſiæ communionem reverſurus eſſet. Et Gennadio Medico; qui de animarum dubitans immortalitate ſpectro per quietē nocturno docebatur; Spiritum, deſerto corporis ſui contubernio, vivere poſſe &

Digitized by Google

& intelligentiæ ſenſum tenere; ut conſopito corpore anima vitæ ſuæ functiones obiret. Dignum eſt memoratu viſum, quod Theodoſio quieſcenti eſt oblatum, antè quàm ad Imperii ſolium conſcenderet. Dux ille conſtitutus erat à Gratiano Imperii Romani adverſus Barbaros exercitus, cum oblatam in ſomniis Meletii Epiſcopi imaginem contueretur paludamentum ſibi injicere, & Cæſaream capiti coronam imponere. Non caruit eventu nocturni ſimulacri Viſum. Nam paulò poſt confecto feliciter bello, fuſisque Babaris, Gratianus Ipſum Imperatorem deſignavit. Ipſe poſtea Meletium Conſtantinopoli in frequenti Epiſcoporum conſeſſu, ex idea per inſomnium concepta cognovit, complexumque oſculatus eſt. Et memorant de Imp. hiſtoriæ, quod ipſius parentes ſomnio moniti fuerint, ut nato puero Theodoſii nomen imponerent; quod à DEO ille, ad componendum terrarum orbis ſtatum coercendosque Tyrannos, Mundo daretur. Baſilii etiam Macedonis prodita ſunt ſomnio incrementa. Ille cum Matre paupercula Magalopolim ingreſſus, ut vitam mercenariâ opera ſuſtentaret, cum præ inopiâ recipere ſe in diverſorium non poſſet, ad templi fores divertit, & defatigatus labore quietem ſumſit. Ea nocte ſomnio monebatur diaconus, ut cubantem in veſtibulo ædis Imperatorem intromitteret. Paruit ad tertiam monitionem diaconus, excitatumq; à ſomnio Baſilium in templum introduxit, & poſtea in gratiam, & favorem Michaëlis Imp. inſinuavit: ubi ita ſe geſſit, ut dignus haberetur, cui ſummum terrarum orbis imperium committeretur. Iuſtinianus verò Imp. ſomnio monitus ut vindicandis in libertatem Chriſtianis in Vandalos bellum ſumeret, Beliſarium ſtatim in Africam ablegavit, hoſtiumque in illis terris dominationem evertit. Et Martiano Imp. apparens in quiete DEVS arcum Attilæ fractum oſtendit. Neque id vanum. Eadem quippe nocte Tyrannus in nuptiis ſuis, abundantiore vino ſe ingurgitans, cum ſanguine naribus profluente animam expiravit. Simili ſomnio Didymus Alexandrinus Iuliani Apoſtatæ cædem intellexit. Cum enim ille, de coercendo Tyranni furore ſupplices DEO preces obtuliſſet, in ſomnum prolapſus viſus eſt ſibi videre curſitantes per aerem equos, qui clamarent; Nuntiate Didymo, hoc die, hac hora occiſum eſſe Iulianum. Vt illa læta; ſic iſta mali ominis, certi tamen eventus fuere ſomnia, quæ nunc dicam. Mauricius Imper. oppreſſus ſomno magnam hominum multitudinem conſpexit, vehementer ſe coram Chriſto accuſantem. Vocatur deinde ad judicium Imperator, & exceptam vox quæſitumque; Vbi pœnam pendere vellet commiſſi in captivos ſceleris, in præſentine; an futura vitâ? Cum reſponſum eſſet; Hic ô clemens Domine; auditum: Tradite igitur ſummi generis Imperatorem in poteſtatem militis Phocæ. Hic poſtea, militum ſeditione factus Imperator, Mauritium cum omni ſtirpe interemit. Ita Olavus Norvvegiorum Rex pius, pridie quàm commiſſo cum Canuto Danorum Rege prœlio, interficeretur, Scalam per quietem vicit; cujus gradibus immenſam altitudinem porrectis in cœlum uſque ſcanderet. Et Sigiſmundus Imp. à Turcis in Mœſia victus, Poſonii, quò ſe ex fugâ receperat, in ſomnis auguſtam Epiſcopi faciem vidit; qui Eccleſiam ob Paſtorum & Principum vitia affligi; Vngariam ab ipſius obitu inteſtinis bellis flagraturam; Germaniam Turcicis armis arſuram; Sacerdotes virgâ ferreâ coercendos; Religionem priſcam multis contaminatam erroribus repurgandam, affirmabat. Neque minus ratum fuit ſanguinarii cum Anglis belli portentum, Ludovico Iuniori Francorum Regi per quietem oblatum; quo ante Philippi Auguſti filii primum natalem, videre ſibi videbatur, filium calicem manu tenere humano cruore plenum, cumque ſuis proceribus propinare, ex quo ipſi biberent imperterriti. Atque ut Ludovicus G. R. ſuæ Gentis, ita Latinorum in Palæſtina cladem Guidonis, Hieroſolymitani R. Cubicularius, in ſomnis præcognovit, Videbatur ille ſibi grandem videre Aquilam, quæ ſeptem unguibus tenens jacula Latinorum copias circumvolitabat, humanâ voce clamans: Væ Hieroſolymis, Neque diu poſt Saladinus,

Aegyp-

Aegypti Sultanus, Latinorum Hieroſolymæ regnum delevit, urbem expugnavit, multa Chriſtianorum millia trucidavit. Felicius ſomniavit Ranimirus Aſturum R. cum à D. Iacobo moneri ſe viſus, ut in Saracenos aciem converteret, poſtridie conſerto prælio LXX. Barbarorum M. cecidit. Et Henricus Bavariæ Dux: cui proſperi ominis ſomnium Imperii dignitatem portendit. Cubabat ille Ratisbonæ, in æde S. Wolfgango ſacra: cum tutelaris templi Divus hortari ipſum videretur, ut ad literas parieti adſcriptas: quæ erant, Poſt ſex; attenderet. Dux poſt ſex dies, tum poſt ſex menſes indici ſibi mortem ratus, at poſt ſextum annum ſummi honoris ſolium obtinuit, quid nocturnum præmonſtraſſet viſum, intellexit. Nolo hoc loco recentioris ævi exemplum, de Guilhelmo Neſeno, magnæ virtutis doctrinæque viro prætermittere, de impendente ſibi fato per quietem præmonito. Videbatur ſibi cum meridiaretur, cymbam conſcendere, ut Albim transmitteret; ſed in medio fluminis alveo, everſa navicula, ſubmergi, & vitam ſub aquis amittere. Vix allevarat à ſopore corpus, cum Melanthon accederet, cui cum multo riſu ſomni ludibrium enarrabat. Paulo poſt Albim tranſiturus, cum ſe navigio commiſiſſet, illud impactum arboris trunco vectorem effudit & fundo immerſit. Non minus fatidicum; ſed auſpicatum magis fuit illud Dordraceni Iuvenis, noſtra memoriâ ſomnium. Debebat ille multis nominibus grandem pecuniam, perditaque re ac ſpe omni in magno dolore verſabatur; cum in ſomnis videret, qui ſe moneret, ut Campos, Buſactorum urbem, proficiſceretur: inventurum ibi in Iſalæ ponte hominem, qui ſe difficultatibus ſuis expediturus eſſet. Sequitur ſomnii fidem juvenis, viam ingreditur, monſtratam nocturno indicio urbem accedit, pontem fatalem repetitis crebro veſtigiis à primâ luce in ſeram pene veſperam, anxius ſolicituſque percurrit. Et jam damnarat fruſtra ſumptam operam, ſomniique ſui fallacem promiſſionem; cum Mendicus quiſquam; qui ad petendam ſtipem in ponte illo conſederat, notatis in juvene ægri animi indiciis, cum ad ſe vocat, monetque, ut quam gereret in animo ſolicitudinem, liberè profiteretur. Cum ille dejectâ mente ſuſcepti itineris rationem explicaret, Næ tu, inquit Mendicus, ſtultus ſis, quem hic uſque à patriâ domo ſomniorum trahunt ludibria! Quæ ſi ego attendam, tua ſecutus veſtigia Dordracum contendero, ut grandem ibi in horto, quem in ſomnis vidi, theſaurum ſub Roſeto diffoſſum, eruam. Iuvenis intelligens hortum demortui parentis deſignari confeſtim patriam repetit, theſaurum reperit, æs contractum diſſolvit, ſuo beatus ſomnio omnem animo ſolicitudinem evolvit.

Et quod minimè prætermittendum ſomnium, Friderici Electoris de cujus divinitate vix dubitare poteſt, qui Dn. Olearii ἐνέργειαν in eo articulatè depingendo ad animum, amiſerit in der wunderlichen Güte Gottes p. 173. Confer eundem de ſomnio Matris D. Æg. Hunnii p. 565.

§. 91. Fas VI. divinare ex aſtris, eorumque motu, tranſitu, revolutione, ſtatione, retrogradatione, ſynaſtriâ, antaſtria. Aſtra ſunt ſigna, expreſsè enim ita dicuntur Gen. 1. 14. Jer. 10. Pſ. 19. *Meſſaperim* (à quo Hebræorum derivatum noſtrum Ziffer/Ziffern.) narratores, calculatores, muti præcones. id Gaſſendus non rejicit lib. 3. Eth. c. 4. res, p. 853. quarum ſunt, ſicut naturales, ita neceſſa-

riæ

Digitized by Google

riæ, impedimentique incapaces cauſæ; veluti Eclipſes, ortus ſiderum, cæteraque hujusmodi, quæ ex rara diſpoſitione, conſtantiq; motu corporum cœleſtium dependent. Idem ex mente Aſtrologorum l. 6. Phyſ. ſect. 2. n. 719. ſcribit & admittit (p. 817.) quæ ab Heſiodo tradita præcepta Agricolis ſunt, quæque Virgilius eſt imitatus:

—— ——: milio venit annua cura
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & adverſo cedens canis occidit Aſtro.
At ſi triticeam in meſſem, robuſtaque farra
Exercebis humum ſolisque inſtabis ariſtis,
Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur,
Gnoſiaque ardentis decedat ſtella coronæ,
Debita cum ſulcis committas ſemina, quamque
Invitæ properes anni ſpem credere terræ.

Ubi indicatur initii ſatio menſe Aprili, cum ſol eſt in tauro, & canicula Heliacè occidit; frumenti verò menſe Octobri, dum ex oriente cum Scorpione Sole Pleiades cum Tauro ſub Horizontem abſconduntur. Hinc præterea quod Poëtæ dicunt nimboſum Oriona, Pleiadas pluvias, triſteis Hyadas, ſævum impetum Arietis cadentis, Hædi orientis & alia ſimilia. At eandem experientiam in aliis ſideribus reperiri idem negat, p. 719. Probetur eâdem experientia quidpiam ſimile de Zodiaci ſignis gradibusque, de Saturno, Mercurio, cæterisque ſideribus? Non ſanè, neque illi unquam obſervatione unâ oſtendent minimum effectum, quem ad unum ſignum ſidusve, potius quàm ad aliud, aut ad aliam cauſam referre oporteat. Admittit tamen generalem & indeterminatam cauſalitatem; at determinatam ac ſpecialem aſtrorum influentiam tot argumentis obruit idem Gaſſendus, ut ſpes nulla ſit erudерationis. Notabile illud, quod memorat pag. 729. Cum Aſtrologi, ob plureis conjunctiones magnas & nonnullas mediocres in aqueis ſignis celebrandas, prædixiſſent, menſe Februario anni M. D.XXIV. fore diluvium generale & ſtragem tantam, quanta fuiſſet ante id tempus inaudita; adeò, ut non paucis conſternatis per Galliam, Hiſpaniam, Italiam, Germaniamque animis, apparuiſſent navigia, aut comportatis farinis, aliisque neceſſariis, petiiſ-

ſent loca editiora; contigiſſe tamen, ut totus Februarius ſereniſſimus, pulcherrimusque extiterit; plane ut ſi opera comparatus fuiſſet vaticiniis Aſtrologorum refellendis (cum ſit alioquin inſolitum, abire Februarium impluvium) quod ne ipſis quidem Cardano & Origano diſſimulare licuit; dolentibus illud de futuro diluvio judicium fuiſſe non ſine infamia Aſtrologiæ à Stœflero prolatum. Colores quibus ſuam artem Aſtromantæ pingunt compendio relatas vid. apud eundem p. 729. Quod placita pridem fuerint conſtituta ab Aſtrologis, poſt diurnas obſervationes: quod ea etiamnum confirmentur experimentis variis, quod ex antiquis memorabilis potiſſimum ſit illa ubertatis olearum prænotio, ob quam Thales, cum parvo pretio conduxiſſet omneis olei officinas, quæ & Mileti & in Chio erant, magnam vim pecuniæ coëgit, quod licet aliquando effectus prædictionibus non reſpondeant, defectus imputandus ſit non arti; ſed artifici, qui non attenderit ad omnia; quod cum ſubjiciant Aſtra non Fato, ſed DEI providentiæ, poſſit DEUS ea, quæ alioquin evenirent, avertere, proinde Aſtrologiæ nulla ſit culpa, Quod proinde omnia, quæ ipſis objiciuntur, arguant ad ſummum, Aſtrologiam artem eſſe conjecturalem, ut Medicinam, Nauticam, Rhetoricam, non artem eſſe nullam, ſeu hariolationem meram: Quod hoc illis objicere, ſit injuriam facere non ipſis ſideribus modo, quaſi fruſtrà ſint, ſed divinæ quoque ſapientiæ, quaſi aut ea in hominum utilitatem non fecerit, aut non tribuerit hominibus eam ſagacitatem, qua proſpicerent, quid boni ſperandum, quid cavendum mali; Quod denique delirium ſit hos omnes effectus, aut caſui tribuere, aut alii cauſæ, quam cœlo, & maximè quidem, quia licet cauſæ aliquæ in his inferioribus admittantur, eę tamen nihil aliud, quam cœli inſtrumenta ſint, utpote, quod ipſis vim agendi tribuat, & ipſis ad hoc vel illud agendum utatur. Reſpondet ib. p. 730. Primùm, illud nunquam probabunt, conſtituta eſſe illa placita ex diuturna obſervatione: Tum quia tempora, ex quibus uſque tàm Chaldæi, quàm Ægyptii habere ſe obſervationes jactant, fabuloſa ſunt; Tum quia antiqui ſtudioſi fuerunt tantum cognoſcendi motus tàm Solis, quàm Lunæ, ob prædictionem Eclypſeon; non item aliorum Planetarum motus, ut vel ex eo conſtat, quod Hipparchus nihil ex ipſis habuit, unde eorum

rum motus redigeret in tabulas; primusque Ptolomæus ex obſervationibus Hipparchi & ſuis Tabulas confecit: Tum quia proinde ignoratis Planetarum locis in Zodiaco, obſervari non potuit, quis foret cujusque Planetæ in quovis loco Zodiaci effectus, ut placita tamen ſupponunt: Tum quia modus obſervandi Chaldæorum ab Empirico memoratus ac dicendus infrà circà Themata Genethliaca arguit, tam craſſæ fuerint, quas peregerunt, obſervationes; Tum quia cùm Fixæ ab omni ævo fuerint ab occaſu in ortum progreſſæ; id Chaldæi tamen non adverterunt, neque proinde ſive Fixarum ſive Planetarum loca aſſeverare, deſignareque potuerunt. Tum quia, cum omnes antiquiores habuerint omneis cœleſteis motus concentricos, & Ptolomæus primus excentricos habuerit, obſervaritque; conſtat, quanta illis notitia defuerit ad obſervandum, definiendumque, quæ genuina eſſent Planetarum loca.

§. 91. Quatenus & quousq; deinde hujusmodi præſagium certis & immutabilibus principiis nititur, ob uſus quem habet in politiâ humanâ, videmus, inquit, *Gerh. Voſ. de Matheſ. natura c. 29. p. 123, quantum Nicias detrimentum attulerit Athenienſibus; dum eclipſi territus, non eſt auſus educere exercitum. Contrà autem, quantum etiam, ſcientiâ hujus rei, ſuo populo profuerit Pericles: Romano item exercitui Sulpicius. Nec ignorari puto, quantum prædictione ejus metum Iamaicenſibus incuſſerit Chriſtoph. Columbus; Sic ut ſponte hoſtili ejus exercitui frumentum ſuppeditarent, & ſupplices, quod ante id negaſſent, veniam expoſcerent: ut epiſtolâ, ad Carolum V. quam præmiſit operi ſuo de ſphera in plano deſcribenda, refert Ioannes de Roias. Agricolæ metiuntur tempora ortu ſiderum: unde Maro ſe pollicetur dicturum, quo ſidere terram vertere conveniat. Nec ſolum in ſementi, ſed etiam inſitione, plantatione, & aliis, tempus attenditur. Præterea nauta ab Aſtrologia diſcit opportunum navigandi tempus. Et quomodo ſine ſiderum notitiâ terras petet diſſitas longè, ac ſæpe alio ſub ſole calentes.* Sed & in iis quæ tam adamantinâ principiorum firmitate non fulciuntur. quatenus præſagitio. 3. à principiis ϛοχαϛικοῖς & conjecturis terminis probabilitatis definita, de eventibus (non liberis, ſed) naturalibus concepta, quia æthereos illos ignes, ideò tantum lucere, ut luceant, vero non eſt ſimile: alios quoque effectus habent, docente ipſamet experientiâ, vel in ſola luna. Quod ſi 1. Viro prudenti rerumque publ. perito licet conferre acta præteriti temporis

Digitized by Google

cum præſentibus & futuris: ſi licet ex hiſtoriis alienô oculô videre, quid noſtræ proſit Reipul.. Si Medicis licuit ex multis obſervationibus, quanquam probabilibus, colligere aliquam artem, quidni hoc etiam Aſtrologo permittatur, è ſuis obſervationibus de futuris eventibus, ut ſimiliter cum formidine tamen oppoſiti (fortaſſis erit hoc anno annonæ copia vilior, metuo ne peſtis hoc anno graſſetur) pronunciet ac indeterminatè; cum (ita *D. Balduin.* l. 3. caſ. conſc. c. 6. q. 2. p. 785.) *humores in corpore regantur à ſtellis, nihil obſtat, quin ex certo ſiderum poſitu in nativitate hominis de temperamento & moribus ejus, & quæ hinc dependent, aliquid prædicere poſſim, non quidem ſub infallibili aliqua neceſſitate, ſed veriſimiliter videtur, niſi Deus qui totius vitæ noſtræ ſummus eſt director, per cauſas alias aliter diſpoſuerit.* *Indeterminatè*, dixi, hinc *Gaſſendus*, ſect. 2. phyſ. l. 6. c. 2. p. 719. *cum ſidera ſint generales ſolùm cauſæ reſpectu horum inferiorum; poſcere rationem, ut determinatio ſingularis cujusq; effectus ad ſingularem aliquam cauſam; quæ in his inferioribus ſit, non ad ſidera ipſa referatur. Vt enim, dum cauſas odorum, quæ in unguentis ſunt, reddimus, referimus illum odorem ad roſam, hunc ad Ielſeminum, alium ad Arantium, & nullum ſpecialem ad oleum, quod generalis ſupponitur, neq; hujus magis quàm illius cauſâ. Et dum explicamus, cur in viridariis heic iſta planta, non illeic creſcat; illa illeic non verò heic; id tribuimus ſeminibus, quorum unum heic, aliud illeic ſeverimus; non verò aquâ quâ irrigantur; utpote quæ cauſa ſolùm generalis, indifferensq; utriq; ſit: Ita & circa illos effectus qui tribuuntur ſideribus, videtur eſſe philoſophandum. Nam cum Solis calor v. g. generalis ſit; quare heic induratio, illeic liquefactio contingit, ad naturam luti, ac ceræ referendum eſt. Et cur hic plantam, non animal; illeic animal non plantam producat; hoc eſt referendum ad vim ſeminis, quod heic plantare, non animale; illeic animale non plantare eſt; quod idem pari modo eſt de cæteris rebus dicendum. Nam & quod v. g. Sol vapores heic excitet, quibus ſimiles non excitat illeic; cauſa eſt in humore, qui heic, non illeic ſuppetit; & cur hoc anno, non alio, quia hoc, non alio ſuppetit humor. Quæcunque ſit tandem actio ſiderum illa, generalis eſt, neque ex illa effectus ullius ſingularis producitur, niſi quatenus coit cum actione cujuspiam cauſæ ſingularis. Itaq; ut cognoſci poſſit, qualisnam effectus ſingularis futurus ſit, nihil juvat illam cognoſcere, niſi cognoſcatur & actio, diſpoſitioq; ſingularis, utpote quæ determinet, tribuatq; effectui ut talis potius*

quam

[...]um talis ſit; ſive ut talem conditionem ſingularitatis obtineat. Quare & non eſt requirendum ex ſideribus, quamobrem natus quis fuerit valens aut infirmus; iracundus aut placidus; ſed ex complexione parentum; ex conditione ſeminis; ex alimentis, &c. Neq; cur fœdo morbo laboret, ſexta cœli domus conſulenda eſt; ſed impura domus, in quam eſt ingreſſus: Neq; cur globo tormentario impetatur; tribuendum horoſcopo ad quadratum Saturni directo; ſed tormentariæ machinæ quæ fuerit in ipſum directa: Neq; cur gladio pereat, accuſandus ſit Mars, ulláve ejus malignitas; ſed latro, ſed miles, ſed alius, qui revera ſit ἀναιρέτης, ſeu homicida, atq; ita de cæteris. quia 2. ſummus legiſlator tanquam lunæ vices nobis conſiderandi proponens, certo tempore conſuetudinem cum mulieribus prohibet Lev. 18. 19. quia 3. nec *B. Lutherus* adeò abhorret ab hoc divinandi genere; dummodo in ſcientiis eam non numeres. Sic autem ille in comm. ad c. 1. Gen. p. m. 10. *Ego, ſi quis prædictiones aſtrologicas defendat minus pertinaciter, non repugno. Oportet enim ſuos luſus concedi. Ideò ſi ſuperſtitionem tollas, non valdè me offendit ſi quis ingenij cauſâ iſtis prædictionibus ludat.* quia 4 uſus habet in vitâ humanâ, maximè œconomiâ non pœnitendos. hinc Democriti, (aut ut mavult Ariſtot. l. 1. pol. c. 7. Thaletis) ex oleo divitiæ, Conf. Exemplum Sexti Athenienſis apud Plin. l. 18. N. H. c. 28. in venæ ſectione, criticorum dierum attentione, juxta Hippocratem Sect 4. aphor. 5. caniculâ oriente moleſtæ ſunt purgationes.

Quanquam Franciſcus Medicus Italus apud Ioh. Manard. lib. 2. ep. nihil unquam cœleſte obſervavit: ſed quoties occaſio urgebat, in ipſis Solis Lunæque congreſſibus, & purgationem & venæ ſectionem imperabat, Vnde evenit, ut cum præſtantis cujusdam viri curationi, unà cum Hieronymo Manfredo, Aſtrologo ſui temporis famoſiſſimo, Bononiæ præeſſet, immineretque ſimul & purgandi neceſſitas, & luminarium coitus; aſtrologo reclamante & ægrotanti mortem minitante, potione ad Bencii imperium exhibitâ, infirmum è gravi morbo convaluiſſe. Rectè igitur & ſibi, & ægrotis, medici conſulent, ſi quoties vacuandum videtur, lotium magis quam aſtrum inſpicient, & venarum pulſationem potiùs quam ſtellarum obſervabunt configurationem.

§. 92. Elevat has rationes qui nimium riget, *Gaſſendus* (cujus nonnulla paulò ante notavimus) ſect. 2. phyſ. lib. 6. cap. 3. pag. 629. *Illi ſe tuentur quod placita fuerint pridem conſtituta ab Aſtrologis, poſt diuturnas obſervationes; quod ea etiamnum confirmentur experimentis variis; quod ex antiquis memorabilis potiſſimùm ſit illa ubertatis olearum prænotio, ob quam Thales cum parvo pre-*

Digitized by Google

tio conduxiſſet omneis olei officinas : quæ & Mileti & in Chio erant, magnam vim pecuniæ coegit : quod licet aliquando effectus prædictionibus non reſpondeant, defectus imputandus ſit non arti, ſed artifici, qui non attenderit ad omnia : Quod cum ſubjiciant aſtra non fato, ſed DEI providentiæ, poſſit DEVS ea, quæ alioquin evenirent, avertere; nullaq; proinde Aſtrologiæ ſit culpa : Quod proinde omnia quæ ipſis objiciuntur, arguant, ad ſummum Aſtrologiam artem eſſe conjecturalem, ut Medicinam, Nauticam, Rhetoricam, non autem artem eſſe nullam, ſeu hariolationem meram : Quòd hoc illis objicere, ſit injuriam facere non ipſis ſideribus modo, quaſi fruſtra ſint; ſed divinæ quoq; ſapientiæ, quaſi aut ea in hominum utilitatem non fecerit, aut non tribuerit hominibus eam ſagacitatem, qua proſpectent, quid boni ſperandum, quid cavendum mali : Quod deniq; delitum ſit, hos omneis effectus, aut caſui tribuere, aut aliĳ cauſæ, quàm cœlo; & maximè quidem, quia licet cauſæ aliquæ in his inferioribus admittantur, eæ tamen nihil aliud, quàm Cœli inſtrumenta ſint, utpote quod ipſis vim agendi tribuat, ipſiſq; ad hoc vel illud agendum utatur.   Sed primùm illud nunquam probabunt conſtituta eſſe illa placita ex diuturnâ obſervatione : Tum quia tempora, ex quibus uſq; tam Chaldæi, quàm Ægyptĳ habere ſe obſervationes jactant, fabuloſa ſunt.   Conſtat quanta illis notitia defuerit ad obſervandum, definiendumque quæ genuina eſſent Planetarum loca.   Quod dum eventa prædictionibus refragantur, culpam eſſe dicunt non Artis ſed Artificum; effugium eſt quod nimis prodit artis vanitatem, atq; impoſturam.   Scilicet artem conſarcinarunt ex rebus tam multis, tamq; variis, ut quicquid demum eveniat, oſtendere poſſint quodpiam placitum, juxta quod illud evenerit.   Sed fac nihilominus eveniſſe oppoſitum, quodpiam placitum pari modo erit, juxta quod idipſum fuerit eventurum.   Hinc mirifici prorſus ſunt, dum poſtquam res evenerint, quorſum evenerint declarant : at priuſquam eveniant, nihil tutum eſt; nihiloq; certius poſſunt unum quid, quàm oppoſitum ejus divinare.   Et mirere, ſi cum divinarint, neq; divinatio ſucceſſerit, cauſentur ſeſe attendiſſe ad unum, cum attendere debuiſſent ad aliud. Annon agnoſcis illos fuiſſe pari ratione cauſaturos, ſi prædixiſſent oppoſitum, & ſecus nihilominus, quàm prædixiſſent, contigiſſet ? Quamobrem, eſt quidem Artificum culpa, quod tanta ſint credulitate, exoſculenturq; adeo reverenter Artis placita; ſed interim tamen Artis culpa eſt, quæ nihil ſit aliud, quàm Aphoriſmorum, ſeu placitorum congeries, à fortunæ luſu, ſeu alea nihil diſtans.   Sapienter porrò aliunde faciunt, qui ſidera adimunt fatis, Provi-

den-

Digitized by Google

[illegible]q; DEI ſubjiciunt, (qui ſubjiciunt, inquam, ſiquidem non omnes pietate conſimili ſunt) at cum propterea excuſationem vaniſſimæ Arti prætexunt, neſcio an ſatis ſapienter faciant. Videlicet perinde faciunt, ut ſi certi eſſent aliquem effectum fuiſſe haud dubiè eventurum, ut prædixerant; niſi DEVS ſpeciali quadam providentiâ eum avertiſſet; quaſi præſtet perverti à DEO generalem ordinem rerum, quàm illa ipſorum nugamenta eſſe fallacia; & quaſi Ars comprobari poſſit ipſo ſolo ſucceſſu vera, inducere præſtet miraculi ſpeciem, quàm non excuſare ſucceſſus defectum. Vt prætercam, ſi id effugium valere quicquam cenſueris; nullum deniq; fore ſomnium, quod ex ſe non veriſſimum ac certiſſimum defendere liceat. Ad modeſtiam quoq; accedunt, qui Artem non ampliùs quàm conjecturalem concedunt; at nimium ſanè arrogant, dum paris juris cum Medicinâ, Artibusq; alijs faciunt. Nam in iſtis quidem prudentia, induſtria, laborq; humanus ita agit partes, ut propoſitus, optatusq; eventus conſequatur, cauſa ſit non immanifeſta; verum in Aſtrologiâ caſus utramq; paginam facit; & eventus nunquam, aut rarò contingit; ac dum contingit, cauſa ex cœlo immanifeſta eſt penitus; nemoq; non aliam faciliùs quàm Aſtrologus monſtrare eſt potis; ſicq; Aſtrologia non tam vera Ars, quam mera alea, ſive hariolatio videtur habenda. Neq; verò hoc dicere, eſt propterea ipſis injurium ſideribus, quibus id, quicquid habent virium, non negatur competere ſed injuria eſt, id affingere, quod non ipſa in quadrat; velleq; ut faciant, ſi quid humana vanitas ſomniat, quod fieri ab ipſis probari non poſſit. Sic neq; eſt quoq; injurium divinæ ſapientiæ, quæ aſſeritur nihil feciſſe fruſtra, & cauſas habuiſſe, etiam reſpectu hominum, quare ſidera conderet; ſed injuria eſt potius transferre in DEVM ridiculos fines, quos ſibi homuncio propoſuerit; ac ipſum illorum neſcitiam ſic præſumere, ut ſi ab eo in Divinæ Sapientiæ arcana penetratum foret. Quare &, non negatur quidem, quin DEVS aliquas virtutes ſideribus tribuerit; ſed quæſtio eſt, an Aſtrologi perſpectas illas habeant; & quas ſe habere perſpectas præſumunt, ea ſint, quas DEVS, aut ſideribus, aut aliis rebus attribuit. Non negatur etiam quin DEVS tribuerit hominibus ſagacitatem ad conjectandum proſpiciendumq; quid utile ſibi, quid noxium extiturum ſit; ſed negatur eam eſſe aliam à præcipua prudentiæ parte; ac tam debere intelligi, quæ non ſit alia ab Aſtrologia. Quaſi dum hærent ambigui de rei cujuſpiam eventu, non ipſæ res ſpectandæ ſint, ſed adeundi ſolùm Aſtrologorum libri? Aut quaſi ipſi Aſtrologi dum ſerendæ ſunt fruges, ex quarum proventu aut copiam ſperent, aut inopiam metuant, non conſu-

conſulant potiùs (ſi ſapuerint quidem) agricolas ipſos, quàm ſuos illos Almanſoras: & ruſticanam ſagacitatem Aſtrologiæ ſuæ non præhabeant. Et delirum quidem eſt, ſerenitatem, pluviam, abundantiam, penuriam, cæteraq; id genus effecta ad caſum referre, quaſi aut nullam per cauſam habeant; aut ex divina providentia diſpoſitione non contingant: at dicere ipſa evenire caſu reſpectu ignorantiæ, prædictionisq; hominum, & Aſtrologorum præſertim, delirum profectò non eſt; cùm id nihil ſit aliud, quàm dicere cauſas ipſorum eſſe incompertas, ut & connexionem, quam cum ipſis habent; acidcirco unde, aut quando eventura ſint, pranoſci non poſſe; & fortuito dici ab hominibus eventura eſſe, aut non eventura, cùm tam veritas eum lateat, qui eventura dixerit, quàm illum qui non eventura: neq; poſtquam tempore præſcripto evenerint, aut non evenerint, poſſit alteruter gloriari, quaſi ex quadam germana ſcientia, potiùs quam caſu conjecerit: indeq; efficiatur, ut ille cujus prædictionem eventus probaverit, dici quidem felicior, at non propterea peritior debeat. Dixi præſertim Aſtrologorum; quoniam Nauta quidem & Agricola, Paſtores, aliiq; ex pallore aut rubore Lunæ, ex Halone, aut Iride; aliisq; id genus rebus, conjicere poſſunt probabiliter, quidnam illo die poſtridieve ſit eventurum, ob familiarem talium rerum cum talibus cauſis aut effectibus connexionem; at Aſtrologi, qui gloriantur ſe prædicere non modo in dies & menſes ſed etiam in annos, annorumq; centurias; tale nihil ſane prædicere poſſunt, ob connexionem ſimilem non familiarem, neq; compertam. Neq; obſtat vero, quod operoſiſſimè calculos ex arte ſubducant; quippe hoc nihil demum eſt aliud quàm operoſiſſimè ducere vel ſubducere calculos, ex inſtituto aliquo intricato talorum ludo. Tribue enim uni aut jactui, aut punctorum numero poſt pluries jactus occurrenti, ſerenitatem aeris; tribue alii pluviam aut ventum; ac prout iſti, aut alii, numeris ritè ſupputatis evenerint, prædicito; pari certitudine res evenit, ac ſi ſecundum Aſtrologorum Aphoriſmos, & ſupputatio & prædictio inſtitueretur. At non poteſt, inquiunt, alia per ſe cauſa iſtorum effectuum aſſignari, quam cœlum. Veruntamen attigimus jam, & dicetur infrà uberiùs, cum de vocatorum Meteororum cauſis diſputabitur, eſſe quidem cœlum, (aut ſidera potius, ac Solem imprimis) generalem complurium cauſam, at in hiſce præterea inferioribus eſſe cauſas per ſe, ſpeciales, præcipuas, ad quas omnino ſit referendum quod hi effectus & heic, & nunc, & hoc, non alio modo contingant; non ad cœlum, quod abſq; ipſis nihil poſſit producere; quodq; earum natura & agendi vi, ac diſpoſitioni influxum ſuum attemperet, ſuasq;

accom-

Digitized by Google

accommodet actionem. Perperam proinde dicuntur hæ cauſæ nihil eſſe aliud quàm ipſa cœli inſtrumenta; nam reverà habent virtutes agendi ſpeciales, quales inſtrumentis non competunt: ipſæque ſunt potius quæ utuntur cœli viribus, tanquam inſtrumentis. Quanquam & eſſe quoſdam effectus jam innuimus, quibus quid à cœlo conferatur, dici non poßit; cujusmodi ſunt eruptiones ignium, vaporesq; ab iis creati ex aquis ſubterraneis; imò ipſa quoque Metalla, quæ tametſi Sol creare dicatur in ipſis terræ viſceribus, ſpecioſe id quidem; ſed interim tamen neque imaginatio aſſequitur, neque ratio probat. Et Sol quidem fovet ipſum Terræ corpus; ſed cauſa extrinſecus forens non obſtat, quin intus vires propriæ ſint, quæ proprias ex ſe exſerant actiones. Ad Lunam, & alios Planetas quod ſpectat? ſi agunt ipſi aliquid in terram, agit quoq; Terra aliquid in ipſos; neq; ipſa illorum magis, quam ipſi ejus ſunt inſtrumenta. Præſtant partes Mundi ſibi inter ſe mutuas operas; cum unaquæq; interim ſuas ſpeciales actiones eliciat. Addo, conceſſum quidem jam fuiſſe, tam Solem, quam Lunam agere in hæc inferiora; habere effectus, qui & præcognoſci, & prædici valeant; ſed hujusmodi tamen prænotionem prædictionemq; non ad Aſtrologos magis quàm ad ipſum vulgus hominum ſpectare; cum nemo neſcit Solem v.g. creare æſtate calorem, & ſerenare frequentius, quàm conturbare aërem. Conceſſum quoq; ſidera alia, at ſpeciatim Planetas, quidpiam agere pro modulo lucis; at quidnam ſpeciatim id ſit, quod unumquodq; illorum præſtat, tam latet ſummum Aſtrologum, quàm quemvis hominem ex vulgo. Vt enim dum cubiculum illuſtratur flammâ, è quâ ſcintillæ variæ prorumpunt, nemo diſcernat ſpecialem lucem, quæ à ſpeciali quaq; ſcintilla in aërem pervenit; ſic agente in Terram Sole, adde etiam Luna, ac agentibus ſimul aliquid Aſtris cæteris, nemo eſſe poteſt adeo Lynceus, qui ſpecialem cujusq; ſiderum minorum actionem diſcernere poßit. Idem Gaſſendus exſibilat vanitatem Aſtrologorum circa genituras ib.c.4.p.734. *Si prænunciata enim mors fuerit, ea cogitatio, dum mentem ſubit, apprehenſionem moleſtam facit, paritq; ægritudinem; & ſi levis alioquin morbus intervenerit, is pathemate animi augetur, creatq; mortis periculum, quod alias non foret timendum. Si prænunciatus ſiniſter caſus; ea quoq; prædictio & mentem divexat, & cauſa eſt ſæpè, ut depellendo caſui eæ præcautiones adhibeantur, quæ ipſum alioquin minimè eventurum inducant. Si prænunciata aut vita longa, aut fortunæ felicitas; tum vel audenter ea fiunt, vel negligenter ea prætereuntur, ex quibus vita, alioquin futura longa, decurtetur; aut fortuna, felix futu-*

ra, infauſta reddatur; & pro concepta inani ſpe, geſtienteq; lætitiâ, gravis calamitas ſuccedat. Quæ enim vita Priamo fuiſſet, ut verbis Ciceronis dicam, ſi ab adoleſcentia ſciſſet, quos eventus ſenectutis eſſet habiturus? Et, ut abeamus à fabula, Marcone Craſſo putas utile fuiſſe, cum maximis opibus, fortuniſq; florebat, ſcire ſibi, interfecto P: filio, exercituq; deleto, trans Euphratem cum ignominiâ & dedecore eſſe pereundum? An Pompeium cenſes, tribus ſuis Conſulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloriâ lætaturum fuiſſe; ſi ſciſſet ſe in Ægyptiorum ſolitudine trucidatum iri, amiſſo exercitu: poſt mortem verò ea conſequuturum, quæ ſine lacrymis non poſſum dicere? Quid vero Cæſarem? putamus, ſi divinaſſet, & cætera, quæ ille præclarè. Neq; dicant Aſtrologi, infauſtos ejusmodi caſus præſignificari ab Aſtris, & præcognitos poſſe devitari; notum eſt enim, ſi devitentur, non fuiſſe præſignificatos. Inprimis ergo fata, omina, ſeu quicquid in vita eventurum eſt, pendere volunt ab eo momento, quo infans editur in lucem. Nempe contendunt ſidera, ac ſeptem præſertim Planetas, ubicunq; ſint eo temporis puncto, quo quis naſcitur, ita in ipſum agere, conferreq; in unum radios, ut neceſſitatem ipſi imprimant tantam, & non ampliùs, nec minùs, vivendi; moriendi hoc genere mortis; conjugem ducendi tali tempore, naufragium certo die faciendum; certo alio accipiendi vulneris; iſto ineundi carcerem, atq; ita de cæteris, quæ innumera accidunt in vitâ. Quaſi vero vir ſanæ mentis attendere ad cœlum poſſit, ſeptemq; illa aſtra intueri, & animo tamen complecti, fieri ab illis impreſſionem adeo multiplicem, adeo ſpecialem, adeo certam? Et, ſi uni quidem duntaxat infanti vacarent, id videri mirabile, aut incredibile minus poſſet; at cum eodem momento, & quolibet alio, infantes innumeri ubiq; terrarum naſcantur; eſtne qui seriò capiat eosdem Planetas ſic agere in ſingulos, ut eventura illis omnia pari diſtinctione, præciſione certitudineq; præſcribant; idq; cum præſertim innumera ſint, incomprehenſaq; diverſitatis? Quid quod præſtare eadem debent in omnibus, & ſingulis, quæ naſcuntur generum omnium, ſpecierumq; viventibus; pro quibus, tametſi nulla ſpecialis Aſtrologia ſit condita, non obſtat hoc tamen, quin debeant ſua fata pariter à cœlo ſortiri? p. 735. Non objicio primùm quàm difficile deſignetur momentum quo quis naſcitur, cum nemo unquam niſi cum morâ & ſucceſſione partus naſcatur: Certè ſi momentum extremum accipias, cum ſcilicet pedes naſcuntur; neceſſe eſt caput, quod præexortum fuerit, ſua jam accepiſſe fata: ſi primum, dum oritur caput, tum cor aut jecur nondum naſcens, nondum poteſt ſua conſequi: ſi medium, habuit ergo jam aliud.

Digitized by Google

aliud corporis extremum ſua fata, aliud nondum habet, &c. Quod ſi dicas ſpectandum eſſe (id enim Cardanus reſpondet) reſpirationis initium; tum gratis dices, & pari jure poterit dici ſpectandum tempus, aut eradicatæ placentæ aut reſecti umbilici; tum non dices, quid flatus aëris inſpiratus poſſit; ut in os ſubingrediens, totum corpus, aut potiùs totum hominem comparet ad exceptionem, impreſſionemq́; totius ſeriei fatorum, quæ eo momento contexitur. Deinde non objicio quoq́;, quam incredibile videatur, cum ex duobus geminis unus continenter naſcitur, poſt alium Cœli poſitum ſic variari in contiguis prope momentis, ut fata hiſce infantibus diſſimillima imprimantur. Quod ſi reſpondeas poſitum Cœli ob pernicitatẽ motûs non poſſe ſtatim non ſumme variari, idq́;, ut Nigidius ſolebat, declares exemplo rotæ figuli; tum valet quod præclarè ait D. Auguſtinus, hoc figmentum fragilius eſſe, quam vaſa quæ illa rotatione finguntur. quaſi vero Aſtrologi obſervare unquam potuerint diſcrimina omnia poſitus cœleſtis, atq́; idcirco contingentem varietatem effectuũ inter duo promomenta; cum cœleſtis motus citiſſimus licet, quatenus tamen ab hominibus xima obſervari poteſt, lentiſſimus ſit; neq́; ſitum cœli, niſi intra tempus aliquod ſenſibiliter variet; utpote unicam duntaxat circuitionem peragens intra horas viginti quatuor, ſecus ac rota figuli, quæ imperceptibili tempore; adeo ut nulla ſit proportio inter arcum cœli, quò diſtant duo proximorum momentorum poſitus, & arcum rotæ, quo duo continentes ictus, ſi uterq́; ad congruum ſibi circulum comparetur. Hæc verò ut mittam requiro duntaxat, qua ratione certi evadere Aſtrologi poſſint, non de temporis intervallis pene inſenſibilibus, ſed quod paulo antè dicebam, de horæ etiam dimidio? Præterea enim vel diem interdum conjectura ſola deſignari; vel diurnum aut nocturnum tempus, antemeridianum aut pomeridianum, cum deſignatione horæ veriſimili duntaxat proponi. De iis loquor, qui vulgaribus utuntur horologiis; ipſis etiam quantùm liceat fidere, tritum Proverbium ſatis declarat; cùm ſi ad plura attenderis, mirabilem ſis diſcrepantiam obſervaturus. Longum eſſet recenſere varias iniquitatis & fallaciæ cauſas in noſtris machinalibus.
Hæc Gaſſendus, cujus ſententiam integram deſcribere placuit, in gratiam eorum, qui ejus commentariis deſtituuntur. Spero interim defore nec Logicos, qui ejus declamationes analyticâ quadam anatomiâ ſint exenteraturi, inque ſyllogiſmos redacturi, & in aliquibus reperturi οὐδὲν ὑγιὲς: nec Aſtronomos ipſos, artis ſuæ defenſores. malim hîc ego ἐπέχειν.

§. 93. Fas VII. *phyſiognomia uti* intra probabilitatis ſphæ-

ram coërcita de futuris eventibus, non liberis, ſed naturalibus; non de facto ipſo, ſed de proclivitate ad factum, (id namque ſi Zopyrus obſervaſſet, in Alcibiadis cachinnum non incurriſſet, vide Cicer. libr. de fato) firmata. *Exemplis* ſacris Proverb. 17.24. Eccleſ. 8.1. Proverb. 6.12.13. Syr. 19.27. Eſa. 3.9.2. JCtorum *reſponſis* quorum communiore calculo receptum, ut, quando plures de aliquo crimine accuſati & capti, primùm quæſtioni ſubjici debeat ille, qui facie ſit deformior, quoniam credendus ſit animo pravior. *rationibus*, quibus hæc ars fundatur, non admodum improbabiliter. vide Luth. Tom. 8. Witteb. p. 222. D. Dieterich. ad Eccleſ. part. 2. p. 249. Tom. 1. Theol. Conſc. ſect 3. art. 1. p. 201.

Petuntur enim (libet hoc totum deſcribere ex Mart. Delrio, quia auctor ille rarus eſt & paucorum verſatur in manibus.) 1. ab aliquâ cum animantibus ſimilitudine: qui parvis ſunt oculis invidi cenſentur, quia ſimiæ tales: qui magnis, ſtupidi, quia boves & aſini tales. Ratio eſt quia cùm DEVS auctor naturæ gnarus eſſet, qua quodque animal indole dotaſſet, ſingulis etiam ea addidit inſtrumenta, quæ huic indoli forent quàm aptiſſima. Idcirco quaſi ex ſigno & à poſteriori animantium indolem ex ipſis inſtrumentis corporeis, quibus à naturâ ſunt prædita, colligimus. 2. à moribus gentium atque provinciarum, quæ cum certo ſint corporis habitu, ut plurimum quoque ingeniis moribusque diſcrepant: v. g. phyſiognomi definiunt nimium fuſcos, ſtupidos ac pertinaces eſſe, quoniam Aethiopes ſunt hujusmodi. 3. à ſexu, v. g. quia mulieres candidâ ut plurimum & molli ſunt cute, eædemque ſunt pavidæ ac leves: ideò candidos & molli cute moribus obnoxios iisdem cenſent. 4. à motu membrorum & corporis actionibus, à quibus rimantur affectus animi. Tale illud Hippocratis, oculi non nictantes ſunt iracundi: quoniam irati fixis & immotis oculis intuentur. Sic rationabatur Salomon Prov. 6.12. Homo apoſtata, vir inutilis, graditur ore perverſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum. Et Eſaias c. 3. v. 9. agnitio vultus eorum reſpondit eis h. e. vultus exterior ſecreta cordis patefacit. Sic argumentatur Martialis l. 12. epiſt. 54.

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luſcus,
Rem magnam præſtas Zoile, ſi bonus es.

Confer Theol. Conſc. part. 1. ſect. 3. art. 1. p. 201. Luther. Tom. 8. Witt. p. 222. D. Dietrich. ad Eccleſ. 8. p. 249. Phyſiognomiæ quoddam quaſi ἀδελφὶς eſt Chiromantia, quæ probabili conjecturâ nonnulla ſagit, ſi ſuos intra cancellos coacta nihil ſe ſuperius ſibi præſumpſerit. Probabili conjecturâ multa conſequitur & tanto certius, quanto à naturâ hominis, temperamento, manuum delineatio fluit propiùs. Cui enim rei ſunt iſtæ tot in manu lineæ? ſi divinationem hanc ſuſtuleris, naturam alicujus fruſtranei ac ſuperflui poſtulabis. Sunt qui huic arti putant patrocinari loca biblica Exod. 13.9. & Iob. 37.7. Sed ſi rectè perpenderimus illa loca, nihilo minus patrocinantur. Nam in Exodo ſignum non eſt ſubjectum, ſed prædicatum: aliàs hic ſequeretur ſenſus abſonus: In ſignum erit in manu tuâ. Quid hoc monſtri? conſulantur enim fontes & paraphraſes, apparebit non abſolutè dici ſignum ſed לאות εἰς σημεῖον LXX. ſubjectum igitur eſt, Hoc de quo hactenus verba feci, erit tibi in ſignum: id quod unica conſona exprimit B. Lutherus: Darumb ſoll dirs ein Zeichen ſeyn / id eſt, eben das davon ich bißher geredt /.

Digitized by Google

ſpredt/ſoll dir ein Zeichen ſeyn. Deinde in Iobo per manum non hominis,ſed DEI manus & omnipotentia intelligitur & [illegible] יחתום obſignationem notat non delineationis ſed (liceat βαρβαρίζειν) clauſuræ,Hinc Luth. alle Menſchen hat er in der Hand/als verſchloſſen/&c. quid vero hoc ad Chiromantiam? hilo ut dixi piloque minus:

§. 94. *Nefas I. contra ſagire determinatè in fata abſoluto,* nondum exhibito, nondum maturato fatorum nixu. Quia 1. *interdictum* Act 1. veſtrum non eſt ſcire &c. Quia 2. *impoſſibile* ſcitu, cum non aliter niſi ex eventu ſciri queat. Divinare autem velle poſt eventum, id fuerit poſt Theſaurum inventum indagare inveniendum. Interpretari quidem potes poſt eventum, eque parallelis conjectari, non divinare, vid Luth. Tom. 4. Witt. p. 558. Quia 3. *inutile*, cùm ſit abſolutè indeclinabile, cui enim bono hujusmodi fata, ſi abſoluta ſunt, divinare, ac ut caveas, adverſa? Caveri non poſſunt, an ut te præbeas, ſi fluunt ſecunda? non poteris non præbere.

Hoc quoq; fatorum eſt legem perdiſcere fati.

Hinc jam colligere licet, quid de divinatione Stoicâ ſentiendem, divinandi ſtudio deditiſſimâ, verę tamen acſutilis divinationis impote. *I. Lipſius* admittit in fata inquiri, ſed prudenter, *Liceatne igitur* (ita in monit. Polit. p. 47.) *& deceat in eventus inquirere, & vates aut divinos conſulere? non arbitramur. Etſi ſuprà tetigi, prudentia aliqua ſcrutari poſſe & odorari, quo tendant fata. Sed diſtinguenda tota res eſt, & ſic habe. Indiciis aut notis, quas vir prudens ex lectione, ex uſu. ex obſervatione ſimilium collegerit, aliquid ſuſpicari, aut præſumere de fatis, id licet, ſed cautè & timidè.* Errat ſanè, ſi de fato abſoluto loquitur, aliud enim non agnoſcit.

§. 95. *Nefas* eſt II. *divinatio Diabolica*, quæ I. apertè diaboli, æmulantis divinitatem, furando prophetiæ gloriam, oracula ſectatur, cujus aliquot ſpecies enumeravit Leſſ. l. 2. de juſt. & jure c. 43. prolixum verò in eas Commentarium ſcripſit Mart *Delrio* l. 4. diſq. mag. c. 2. q. 1. & ſeqq. confer D. Dietrich. conc. 9. in Sap. 14. p 699. quas inter num etiam *κυλικομαντεία* (de qua Jul. Serenus l. 9. de fato c. 18. & Caſaub. in Spartiani Juliano) referenda, non leve eſt dubium ob locum Geneſ. 44. 5. *ſcyphus eſt, in quo Dominus meus* (Joſeph) *augurari ſolet.* Ubi tamen verbum *Naſcha* eſſe *μέσον*, inquiſitionem notare, quaſi diceret hic ſervus, non eſt res talis, cujus

 jactura

jactura poſſit latere dominum meum, quia cum ſit poculum, quo bibere ſolet, diligenter & exactè inquiret, quid de eo factum fuerit, autumare autem vero eſt ſimile. Prohibita autem hæc divinatio eſt Lev.20.6. Eſa 8.19. & 20. 2.Reg.1.3. quæ 2. tacitè ac implicitè dæmonis operam advocat, cum nempe curioſè aliquod ſecretum inquiritur & revelatum per medium non aptum, quod nullam habet proportionem aut cauſæ aut ſigni ad id, quod quæritur: ad quod ſi maximè ſequatur eventus, non poteſt is in alium quàm dæmonem referri, qui in omnes occaſiones intentus, ſeſe exhibet credulis hominibus ad iſtiusmodi commercia. *Tantò*, ait, *Auguſt.* l.1. de doct.Chriſt.c.29 *hæc omnia prudentius cavenda ſunt Chriſtiano, quantò efficacius prodeſſe videbuntur.* Zigarorum hæ ſunt præſtigiæ, ex Diaboli paredri ſuggeſtione, cujus proditione certos reddere poſſunt de præteritis, aut de illis quæ jam ſunt; de futuris autem nonniſi ex aliquâ conjecturâ probabili. tales homines rectè tibi reſpondere poſſunt, quot habeas pueros, quot fratres, & ubinam locorū ſint, quidve agant? ſed de futuris ſi interroges, v. g. quot habiturus ſis liberos aut uxores, cum qua ſis matrimonium initurus, quid tibi poſtea contingere poſſit, nulla id certitudine aſſequuntur. Solet autem dæmon conjectari ex *Similibus.* Quia viget ſubtilitate naturæ, & ſummam habet experientiam, & millies obſervavit quid ex quo ſoleat ſequi, etiam in cauſis liberis: unde fit ut ſæpe de futuris liberis actionibus ut ſagaciter ita verè conjectet. *Ex aliquibus ſignis,* quæ procedunt ab animo hominis, ea quæ ſunt vel erunt circa hominem, ſicut Medicus ex pulſu aut urinâ ægrum. Novit enim inclinationes & inſtinctus hominis & quid ex illis inclinationibus ſecuturum ſit, veriſimiliter ex ſociorum relatione judicat, qui cum ex divinâ permiſſione mala machinantur, ejusdem regni Infernalis colonis eadem prodant.

§. 96. Nefas III. *Divinatio Fatua*, ac ἀναπολόγητος, (uti eam vocat Euſeb.l.6. præpar. Evang.) quæ vanitate magiſtrà uſa, nulla cauſarum ſerie nititur, ſi aliquando, ut in luſu venerem jacit: quo pertinet totum illud variæ obſervantiæ delirium. Incidit nunc illa è tempeſtate diei S.Pauli conjectura inanis.

Clara dies Pauli bona tempora denotat anni;
Si fuerint nebulæ pereunt animalia quæque;

Si fu-

Digitized by Google

Si fuerint venti deſignat prælia genti:
Quam ingenioſe eluſit, qui hanc antiſtrophen luſit:
Clara dies Pauli non eſt ſine lumine Phœbi:
Si fuerint nebulæ tunc Sol non ſplendet ubique:
Si fuerint venti tecto ſuccurre cedenti:
Si nix & pluvia, cur ſtulte moraris in illa:

Augurium quoque ad vanitates pertinet, cujus prima occaſio videtur eſſe columba Noachica, præſaga exhauſti Diluvii, vide de augurii inventione, ſpeciebus, atque omni ritu *Dempſter. ad Roſin.* l.3. antiq. Rom. paralip. ad c.8.9.10. & *Martin. Delrio* l.4. diſq. mag. q.7. ſect. 2. Eſt aliqua ex avibus divinatio non omnino ad inficias referenda, magnus enim ex avibus in omni vitâ civili, præſagiorum eſt uſus, quando ea ratione nituntur naturali. Ut cum agricolæ, nautæ, medici, prævident imminentem tempeſtatem, & pro ea componunt, quæ animo agitabant. Vide de iſto *Aratum* in prognoſticis, *Maronem* lib.1. Georg. eorumq; interpretes, *Ælianum* l.7. de animal. c.7. ubi ſerenitatis & tempeſtatis ſigna tradit ex gruibus, ardeâ, noctuâ, corvo, cornice, graculo, monedula, anate, mergo ἐριθάκῳ ſive rubecula, gallo gallinaceo, & aliis. *Cauſa eſt* (ita *Gerh. Ioh. Voſſ.* de Idol. l.3. c.97.) *quod aves aeris ambientis vapore afficiantur. Nonnullis igitur is ob craßitiem eſt moleſtus: atque eo vellicant pennas, & excutiunt onus, quod incumbere videtur. Sic & corvi alis plaudunt, ut eo pacto humor nimius dißipetur. Iidem, ac graculi gregatim volantes, tum voce inſolitâ ad morem reſonant accipitrum, quia humor arteriæ, & pulmonibus vocis inſtrumentis, oris immutavit ſonum. Galli etiam, frequentius imminente canunt pluvia, quia aer humidus inſtrumenta vocalia replet pituitâ, quam cantu ſtudent diſcutere. Quædam item marinæ aves tum nimiÿ humoris fugâ in ſiccum ſe recipiunt: ſic avium adventu quatuor anni horas ſive tempora cognoſci.* Quam rem ſic Alciatus expreſſit Emblem. c.

Adveniſſe hyemem fringilla renunciat ales,
Ad nos vere novo garrula hirundo redit.
Indicat æſtatem ſeſe expectare cuculus.
Autumno eſt tantùm cernere ficedulas.

At cum corvus qui in villâ Cajetana ferrum horologii, conſpiente Cicerone, loco movit, & excuſſit, ac protinus ad ipſum tetendit,

dit, laciniamque ejus togæ tenuit morſu, donec nunciaret ſervus, advenisſe milites ad eum occidendum. Cum Dejotarus rex in tecto ſuo aquilam conſpexit, eâ visâ, cum auguralis eſſet, diſciplinæ gnarus, tecto abſtinuit, quod nocte imminiente ſolo æquatum fuit: genio id machinanti verius tribuas, quàm naturæ. Unde hujusmodi præſagitio in S. literis interdicta eſt Deut. 18. 10.

Das heiſſen (juxta Matheſ. ad Syrac. 34. p. 75.) οἰωνισμοὶ allerley Vogel-Zauberey vnd Warſagerey/ wann einer eine Deutung von Vögeln vnd anderer Fantaſey macht. Als der Rabe rufft vnd ſchreyet auff der lincken Hand vns an. Der Sathan hat dieſe Narrerey vnd Fantaſeyen in die Chriſtl. Kirche eingeführet/ vnd hat es von deß Noæ Raben vnd Taube/ vnd von der Vätter Opffer geſtolen vnd nachgenarret. Aber wann mans im grund will anſehen/ ſo iſt es alles mit einander gar vngewiß vnd zweiffelhafftig / wie Cicero ſelber davon in ſeinen divinationibus diſputirt vnd redet / vnd freylich ſinds μάταια eitele / nichtige vnd vnnütze Dinge/ Poſſen/ Tauben/ ſagen die Teutſchen: Er hat Tauben/ das iſt/ er iſt ein Fantaſt/ ein Narrenfreſſer/ er iſt vnter den Hünern geſeſſen/ vnd hat eigen drauff gemerckt/ wie vnd was die Hüner eſſen/ vnd wann ſie piſſen vnd nicht pferchen.

§. 97. IV. Nefas omne illud ominandi genus quod inanitatem pro matrice habet, omen e.g. Philiſtæorum, qui è vaccarum arcam Domini vehentium itinere & greſſu conjecerunt, plaga eis immiſſa, à DEO, an à caſu obveniſſet 1. Sam. 6. 7. nec melioris precii illud *Clodovæi*, laudatum à Corn. à Lap. ad Gen. p. 24. qui caſtra movens contra Gothos, munera miſit Turonam ad S. Martinum, Legatis mandans: ingreſſuri templum obſervate, quæ futuri eventus, ex bello, quod paramus, conjecturam poſſitis præbere. Parent illi, & venientes ad templum, audiunt Monachos Davidicum illud pſallentes. *Præcinxiſti me ad bellum*, captatoque omine felici, ad Regem redeunt, omen nunciant, quod eventus declaravit, fuiſſe non vanum ſed divinum. At eventus non eſt ſemper divinitatis index: ſic à lepore tranſcurrente, infelicia fata portendi, ſuperſtitionem redolet.

Bene *Piccart.* in obſerv. hiſt. p 148. ubi quærit: Quare Teutones in ominibus itinerum lupum tranſeuntem bonum eventum ſignificare, leporem malum, perhibent? reſpondet: An hoc eſt de joco natum? Nam majores noſtri, ut viri fortes, ſic faceti quoque fuere. Quis vero non mallet lupum tranſcurrere, quam adiri ſe, leporem autem conſiſtere & capi ut obſonium ſuppeteret. Poſtea ſuperſtitio acceſſit; & de joco fortuito obſervatio eſt nata divinationis.

Neſci

Neſcio credere debeam, an ſi credam, ad prudentium ominum claſſem redigere debeá, quod *Sgyropul.* in hiſt. Concil. Florent. de cane memorat & *ἀπεύκτον οἰωνὸν* appellat ſect. 9. c. 10. p. 66. Item calculũ adjicio illo *Piaſecij* ſuffragio in Chron. rer. geſt. p. 213. *Memoratur hoc anno (ita ille) circa Varadinum terram gravi motu concuſſam tremuiſſe, & mulierem gravidam eo tempore octo infantes uno partu effudiſſe, ſed quid illud prænunciarit, hucusq; non conſtat, niſi quis inde conjecturam traxerit proximiorum Tranſylvaniæ converſionum, quibus Sigiſmundo Batoreo ex illo Principatu ejecto, à Moyſe ſublato, tot alij duces ſunt exorti, qui eundem principatum à Dominatu Auſtriacorum vindicarunt, vel ſolum pro ingenio cujusq; portentoſa hujusmodi ſuccedentibus rerum eventibus accommodari poſſunt, non quod natura innumeros fœtus concipientis errores ex ſubjectâ materiâ fortuiti cæco caſu certum quid futurum poſſint deſignare.* Plurima (addit) ſimilia hoc ſeculo à diverſis enumerata lubens omitto, expertus longo uſu omnia illa vana & obſervatione indigna fuiſſe. Quamvis idem auctor ſimilibus hujusmodi ominibus non parum tribuat p. 278. Sic & ſternutatio in malum omen hodie adhuc accipitur, deprecatione depellendum. Origo ducitur à Sigeberto ex veteri hiſtoriâ. *Paulò ante Draco terribilis, comitatus catervâ ſerpentum in Tiberi viſus, aquas ita infecit, ut vehemens ſubſequeretur peſtis, adeò ut cum quis ſternuiſſet, continuo occiderit, unde ortus mos, ut audientes ſternutantem; illico dicerent:* Te DEUS adjuvet! Sed extat ſtirps altior gentilicia, ab illo, *ζεῦ σῶσον*! Voluit hinc *Tiberius*, referente Plin. l. 28. c. 2. ut ipſe ſternutans bono omine ac ſalute impertiretur; ut ſi quid infauſti dirique immineret, ea precatione averteretur. Adeoque graviter moleſteque tulit, cum vehiculo ſedens ſternutansque non ſalutaretur, ſecundo itineris omine accepto. Quanquam mos ille comprecandi non ſit omnino improbandus, *ſi* (ita Neuhuſ. l. 2. p. 601.) *ex animo fluat boni affectus argumento; non vulgato ſuperſtitionis uſu & officio benevolentiæ ſimulato, precari bene amico, ut vehementior concuſſi ſternutamento corporis agitatio, purgato defæcatoq; cerebro, firmandæ valetudini feliciter eveniat. Atq; hoc ideo vel maximè, quia à capite vita vigorq; eſt totius corporis, qui debilitatur & langueſcit, ſi illud ſeminarium deficiat, & affluentium humorum ſentina obruatur.*

At vaniſſimæ obſervantiæ ſunt iſta quæ ib. collegit l.3.p.99. Ad ſiniſtri fulminis ictum Quiritium comitia ſolvebantur. Ad garritus paſtusve avium inauſpicatos Magiſtratus vitio creati abrogabantur, Tonante cœlo, tanquam ſi cœleſti clamore Iupiter vetaret, legum edicta ſolvebantur. Diſtortis mutilatisque extorum fibris conſilio ſacrificus obnunciabat. Audito militis ſternutamento pugnam Imperator detrectabat. Si ſorex cantillaret; ſi grillus obſtreperet; ſi viam ſerpens obſideret; ſi corvus crocitaret; ſi aures tinnirent; ſi nares ſanguinem mitterent; ſi aniculæ dentes prurirent; ſi pediculus ſacrificum morderet; ſi alia minimi momenti res contingeret; Sibyllini libri evolvebantur, de ſuo Reique publ. periculo ſollicita civitas erat; confer Auguſt. l.2. doctr. Chriſt. c.120. Ridiculè cecidit illud augurium intentione ominoſum, quod Mendoza Hiſpanus inſtituerat, referente Ioh. Læto comp. hiſt. pag. 655. Is tædium captivitatis lenire volens, certamen duorum Gallorum, quos Alberti & Mauritii vocabulis inſigniverat, inſtituit. Cum autem Mauritius prævaleret, utrumque incluſum & saginatum per dies aliquot, rurſus mutatis nominibus emiſerat, quid fit? Qui ſub nomine Alberti vincebatur, nomine Mauritii impoſito, victor evadebat.

Ejusdem valoris ſunt omina è ſalisſatione, tinnitu aurium, offenſione pedis, χειρομαντεία, μετωποσκοπία, νωτομαντεία ſuperſtitioſa.

§. 89. Nefas V. ὀνοματομαντεία, quæ vel anagrammatica literarum tranſpoſitione, vel acroſtichâ nititur præpoſitione, vel Pythagoricâ ſorte, de qua re Beda (ut ſuſpicatur Corn. à Lap. ad Jon. 1.7.) Pſeudepigraphus tract. de divin. mortis & vitæ: multum huic olim tribuerunt Romani. Enorme hujus ὀνοματομαντείας exemplum extat in hiſt. Eccleſ. quâ ſub *Valente* Imp. nonnulli philoſophi, *ſolliciti de ſucceſſore Imperatoris, uſi, alphabetum integrū humo in κύκλῳ inſcripſerant, ſingulis literis ſingula grana hordei imponentes, gallum in arcum intromittens, ubi cum grana reliqua collegiſſet, illa reliquit quæ his literis eſſent impoſita* Θ. E. O. Δ *quod divinationis experimentum cauſa fuit & mortis ipſis auctoribus & crudelitatis in Theodoros, Theodoſios, Theodotos &c. Confer Martin. Delrio* l.4. diſq. mag. q.7. ſ.3. *Geminum exemplum recitat Cluver.* epit. hiſtor. p. 538. *Hydromantas conſuluit Andronicus Imp. de ſucceſſore: doctusq; à duabus literis I. S. incipere nomen ejus, vix aſſenſit Angiochriſtophroita cuidam aſſentatori, ut Iſaacium Angelum interficeret. Ille verò comprehenſurus virum, ab eo trucidabatur. Angelus metu Andronici, qui ab urbe dum aberat, in templum confugit, & concurſu populari ſalutatur Imperator.* confer Neuhuſ. l. 2. ſacror. fatid. c.31. aſcribo de hac nominum auguratione, Programma

Cum multi ſint & varii nominum Sacrorum luſus uſusque ænigmatici, hieroglyphici, cabalici: iique vel magici, futiles, ſuperſtitioſi, præſtigioſi, incantatorii, dæmoniaca arte compoſi-

ti, quâ

ti, quâ recentior judaiſmus in tenebris micans (avis ſc. noctuina) cæcutit, ac ideò in animadverſiones Chriſtianorum incidit: Cum eadem arte ſit factum, ut capite luerent nomen à THEOD incipientes (*Valentis Imp.* ſucceſſorem ſuum *Theodoſium* inſano conatu occiſuri) furiis exagitati, ac trucidati, *Ammiano Marcellino* l. 29. & *Sozomeno* l. 6. c. 35. referentibus: vel *ratione humanâ* excogitati, ſed aleatorii, ancipites, ac argutè magis, quàm ſapienter ominantes, id quod de Sibyllinis Acroſtichis cenſuit etiam *Tullius* l. 2. divin. *magis artis & ſcientiæ* (humanæ) *quam vaticinationis & motus* (divini) *illa carmina fuiſſe.* quam enim perſpicuè hominem ſapit ἰχθὺς, ab Euſebio ἐν τῷ λόγῳ βασιλικῷ Græcè, ab Auguſtino Latinè deſcriptus? quàm ab hoc eodem (hîc certè dormitante) frigidè expoſitus in l. 18. C. D. c. 23. vel *ab ipſo Spiritu S.* ad conjecturam ac divinationem in S. literis (quæ non omninò ab his abhorrent) propoſiti, Arithmetici alii (in eâ cabalæ ſpecie quæ גמטריא appellatur) è numeris nomina abſtruſiora ſagientes; è 666. τὸ Romijth hebr. τὸ λατεῖνος Græcè ſcriptum Apoc. 13. v. ult. conficientes; haut profectò temerè, quia clarè apponitur, *eſſe numerum hominis*, qui humanum intellectum calculumque non fugiat: ac ideò audiendus non eſt, ex eo regno, in quo omnia lúcida in tenebras mutantur, hæc ſcribens *Andreas Pintus Ramirez Lojolita Hiſpanus* in ſpicileg. S. tract. 1. c. 16. p. 55. *Ioannis*, inquiens, *ænigma explicare, altioris acuminis eſt negotium: pennâ tantùm è Seraphicis alis deprompta, elucidatio illa fuerit ſcribenda; idq́ in extenſâ cœlorum pelle, divini agni cruore miniato, mortalium emporetica charta, fumoſa penna & tetra ſepia, auſui tanto ſuccumbat neceſſe eſt; Colimus, quod non capimus; & ſolum, dum ſuperari gaudemus, ſuperamus. Sed quamvis, quæ hucuſq́ dixi, nulla forent, adhuc tamen fruſtrà contenderetur, non poſſe Ioannnem, imò Spiritum S. ordinarias ænigmatum leges ſprevisſe, & novam ſuis legem appoſuiſſe.* Sed nec ætatem habet opinio muſtea *Franc. Potteri* Angli, in explic. numeri beſtiæ anno 1656. Baſileæ excuſa de numero XXV. &c. Lubuit & *Luthero* noſtro cabalizein, ac in numeris ſenſa indagare, in den Gedancken was die Zahlen Sieben / Zwölff / vnd Vier vnd achtzig geiſtlich bedeuten. Tom. 1. Isleb. p. 98. Alii *Acroſtichi* (ea Cabalæ ſpecie quæ נוטריקון ab arte notariâ olim frequentata, nunc obſoletâ vocatur) cum (uti definit

Digitized by Google

R.Nathan in Aruch.(litera ſit ſignum totius rei vel vocis) ad quam Regionem Hieronymus retulit illud Simei in David jactum maledictum 1.Reg.2.8. *maledictione peſſimâ*, ita (ait in qq. & trad. hebr. ad l.3.Reg.p.m.249.) *hebraicè Nimrezeth dicitur, quod quinq; literis enunciatur, id eſt,* נ *Nun,* מ.*Mem,* ר.*Res,* צ *Zade:* ת *Thav. in* נ *Noeph, id eſt, adulter;* מ *Mem Moabita;* ר *Res raſa, id eſt, impius,* צ *Zade Zara, id eſt, leproſus;* ת.*Thav, thoaba, id eſt, abominatus.* Ad eandem Maldonatus ſcripturam Regi Chaldæo terribilem, Dan. 5. 25. redegit, conjectans, tres iſtas literas ſeorſim in pariete פ.ת.מ. prodigioſo digito exaratas, ſenſum occultaſſe, quem Prophetico illuſtratus ſpiritu Daniel integris dictionibus, *Mene, Tekel, Phares,* expreſſit: alii Maccabæorum nomen accenſent, ex toto verſu undecimo Exodi 15. (qui ſic habet מי כמכה באלם יהוה *Quis ſicut tu in Diis Domine?*) in quatuor characteres מכבי contracto, reclamante Joſepho Scaligero, lib. 5. emend. Simile quid odoratus eſt in nomine Abram, Nicol. *Abrahamus Lojolita Muſſipontanus in Pharo V.T.* l. 7. c. 3. p. 170. *Ecquis igitur nos*, ajens, *jure reprehendat, ſi dixerimus quatuor hiſce literis totidem dictionum principibus* אברם *ſanctiſſima duo noſtræ fidei myſteria contineri,* אב בן רוח.משיח, *Ab Pater, Ben Filius, Ruach Spiritus, Meſſchiah Chriſtus.* Sic Latinis Principes literæ S.P.Q.R. Senatum, populumque Romanum, I.N.R.I. Jeſum Nazarenum, Regem Judæorum repræſentant, adde V.D.M.I.Æ. quo emblemate *Iohannes Elector* Saxonicus, tanquam Confeſſionis ſuæ compendio, Satellitii ſui chlamydes ſignavit in Comitiis Auguſtanis Anni M.D.XXX. teſte Hieron.Wolfio. Memorabilis eſt vatidicus ille gryphus à *Ieſſenio* ſcriptus, ab Imp. FERDINANDO II. enodatus. Ille Johannes Jeſſenius captus Viennam ad Cæſarem adductus & incarceratus, poſt tamen permutatione Itali dimiſſus, carcere proditurus parieti inſcripſerat literas, I. M. M. M. M. varii hæc poſt diſceſſum legerant interpretari poterat Vnus Ferdinandus ingreſſus, rem acu tetigiſſe fertur, ſic Interpretatus: *Imperator Matthias Menſe Martio Morietur*: moxque arrepta creta repoſuiſſe, *Ieſſeni mentiris, malâ morte morieris.* Hæc memorans Jeſſenius addere ſolitus eſt: *Vt ego mentitus non ſum, ita Ferdinandus operam dabit*, ne vates vanus ſit: utrumque contigit. Cæſar menſe Martio deceſſit, Jeſſenius ſupplicio

Digitized by Google

plicio affectus. Alii denique *anagrammatici* (eâ Cabalæ ſpecie quæ תמורה nominatur & ſuffectione dictionis pro dictione conſtat) ex literarum permutatione nati, ſi quæras, e.g. quis האדם Adam? reſpondebitur אדמה terra; Quis in virtute Domini lætabitur ישמח Pſal. 21. 2. reſpondebitur משיח. Luxuriant hodie in hoc genere Poetaſtri violenti: quamvis ſi ingenium ſapiunt anagrammata, ſi liquidò fluunt non ineptè ruunt, ſuam illis laudem admetiri non nolim. Fluunt ſcil. iſta quæ *Schikard. in Bechinat Happeruſch.* collegit p. 75. πτολομαῖος ἀπὸ μέλιτος, Demonicus Nicodemus, Dorotheus Theodorus, Julius Livius, Roma Maro, mora amor, Eva ave, corpus, porcus, Leonhardus Hutterus, Lutherus redonatus; Alſtedius ſedulitas; Calvinus Lucianus. Tum vel maximè florere ac celebrari debent ea nominum omina ac ominum nomina, quæ vel ad hiſtoriæ ſacræ ac definitionis indolisque anchinœam valent, vel fatorum futurorum indicia ac virtutum præbent illicia, *Lutherus* in comm. ad Geneſ. p. 91. cenſet *nomina poſteritatis Cainicæ, non vana nec temeraria, ſed certi conſilij & divinationis cujusdam fuiſſe: Adam ſignificat hominem, Heva matrem viventium, Cain poſſeſsionem, Habel vanitatem &c.* Quis non miretur harmoniam nominis cum eventu in Abrahamo excelſæ Paternitatis; in Jacobo ſupplantationis; In Iſraele Divinæ victoriæ: in Eſavo ſtudioſæ ſedulitatis; In Iſmaele exauditionis; in Sara principatus; in Agare, peregrinitatis ſignificationem. Quis non mentione Noæ, quietem; Japheti, incrementum, Nimrodi Rebellionem; Michaelis divinam præſtantiam; Moſis emerſionem; Joſuæ redemptionem deſignari meminerit? Quam pulchrè Nabal, ipſa nominis ſui nota vecordis animi ſtupiditatem, adumbrat? Quam amœna in ANGELORUM cœlitum nominibus ſymphonia? Si percontetis e.g. quis ille ſit מלאכי *Angelus meus* ante faciem populi Iſraelitici iturus? Exod. 23. 23. reſpondebit Metatheſis literarum מיכאל *Michael.* Amœnior longè ejusdem nominis quaſi ſuccus & medulla, ſignificatio ſignificantiſſima: Quis SICUT DEUS?

§. 98. *Nefas VI. ſomnia capere,* captata exponere, expoſitis firmam adhibere fidem. Interdicta extant Lev. 19. 26. c. 20. 27. Deut. 13. 1. Jer. 27. 9. Eccl. 5. 6. Syrac: 34. 1. Caſtigavit hanc vanitatem *Diogenes*

 apud

Digitized by Google

apud Laertium, quæ (ajens) vigilantes agitis, non curatis, quæ vero dormientes ſomniatis, ſollicitè perquiritis. De ἐγκοιμήσει eorum qui pellibus ſtratis incubuere, ac ſomnia Divina cantarunt, leges licet Taubm. ad Plaut. curcul. Act. 1. ſc. 1. Martin. Delrio l. 4. diſquiſ. mag. q. 6. confer D. Dietrich. Conc. 4. in Eccl. 5. p. 72. Exemplũ ſtolidæ oniromantiæ J. Lipſius ſtylo expolivit, in monit. polit. p. 36. *ERTVÇVLES pater Oſmanis, à quo potentes iſti Aſiatici Oſmanidæ, ſomnium vidit, ſed vidit de die, cum poſt cibum ſumtum meridiaretur. Experrectus igitur & imagine ea confuſus, primo corpus abluit & ſe purgat. Vt religio gentis ejus habet. Tum ad Edebalem, virum inter ipſos Sapientem & ſanctum venit atq; inſit: ſomniavi venerabilis (Annalium Turcicorum verba pono) ſplendorem Lunæ è ſinu tuo prodire, eumq; deinde in meum ſinum pervenire: Eo cum delatus eſſet, ex meo umbilico enaſci arborem, quæ regiones varias montes & valles inumbraret. Ad ipſas autem radices arboris aquas emanaſſe, quibus vineæ & horti rigarentur: atq; ibi ſomnium me ſomnusq; deſeruit. Edebales audito aliquamdiu ſecum reputans, effatur: Naſcetur tibi Filius, vir bone, cui nomen erit Osman, is multa bella geret, victoriam & famam pariet, ac poſteri tui principes Regesq; terrarum erunt. Mea autem Filia Oſmani nubet: atq; is ſplendor eſt: qui è ſinu meo prodiit, & in tuo coivit: ex utroq; autem arbor. Quàm mira* (inquit Lipſ. in monit. p. 37.) *& vera prædictio! ſed & de Luna notabile, quam ſcimus inter ſigna prima eſſe Turcicæ gentis.* Hactenus ſomnii relatio falſi ſuſpecta, & forſan hoc ſomnium arte confictum eâ, quâ Numa ſecreta colloquia cum Deâ Egeriâ ſimulavit, fornice eburneo emiſſum àque gente domeſticarum laudum ambitiosâ jactatum. Divinatio eſt 1. incongrua, cum à vineâ Lex Mahometica abhorreat. 2. φιλαυτίας notâ infamis, quam interpres Edebales ἑαυλόσοφος in ſui honorem compoſuit. An crediđiſſet Pharao Joſepho Onirocritæ, ſi ſomnium Propheticum ad ſe traxiſſet, ac Pharaoni primus fuiſſet auctor, ſequemetipſum præfectum annonæ & proregem creari voluiſſet? Liceat παρῳδεῖν ac Ciceronem de Divinat. ſequi. Miror Deos immortales hiſtrioni futuro Majeſtatem Imperii oſtendiſſe, nullam Africano (*Chriſtiano alicui Principi*) Quid habet authoritatis furor iſte, quem divinum vocatis, ut quæ ſapiens non videat, ea videat inſanus ac fanaticus Mahometiſta, & is, qui humanos ſenſus amiſerit, divinos aſſecutus ſit? 3. Incerta, ut quæ falla-

ciâ

ciâ non cauſâ ut cauſa laborare, atque per accidens, analogiâ aliquâ caſu, eventus ſomnio reſpondere potuerit. Qualia analoga caſu in Artemidori onirocritis non pauca occurrunt. 4. Inutilis, ſi ex genio Mahometicæ opinionis ad fatum abſolutum referatur: Sic enim ultro fluxerit nullo cum motu ac ope Oſmannidarum. 5. Nulla ante eventum, ut quæ non niſi ex eventu lucem habere poſſit. Diabolica, ſimilis fanaticorum deliriis, quibus Satan ad regnum ſuum mendaciis cædibusque propagandum graſſari ſolet, vide de his Theol. Conſc. part.2. dial.2. caſ.4. q.411. interdum fallaciam divinationis fallacia eventus remuneratur. Accidit hoc *Amurathi*, *qui ad bellum Perſicum* (Thuano referente l. 77.) *vanitate ſomnij (quo viſus eſt ſibi ſub arbore maxima, extendente ramos ad orientem & occidentem conſiſtere, ſerpentem vero immenſæ magnitudinis ad ſe venientem ex oriente interimere) illectus, infeliciter ſuſcepit. Nam etſi Muſtaphus Dux initio fortuna ſecunda proveheretur & ideo ad terrorem incutiendum V M. hominum obtruncatis, ex capitibus in planitie propugnaculum ſtruxiſſet, tamen poſt à Regis Georgianis victus LXXXM. cæſa, eam cladem ulturus rurſus LXX M. perdidit.* Denique ſaltem interpretatio illa non divina fuit ac caſu venerem jecit.

§. 90. *Nefas deniq;* Aſtromantiam ſectari præſertim genethliacam der Geburts Propheten/ *quæ* (uti Luth. Tom.1. lat. p.124.) *valde cupit eſſe ſcientia, ſed non poteſt ſtultitiam ingenitam exuere. Hæc eſt quæ nos docet: Quis, qualis, quantusq; ſit futurus, quisquis natus fuerit in horoſcopis ſignorum, conſiliarij ſc. divini ſecreti, nec angelus noti.* quæ 1. *ratione objecti* requirit in futura unius DEI conſilio ſubjecta, ut ſunt myſteria providentiæ & gratiæ divinæ.

Tales aſtromantæ fuerunt Petrus de Aliaco, qui teſte Perer. in Geneſ. diſp. adv. Aſtrolog. & Cardanus, qui nativitatem & mortem Chriſti violentam ex aſtris prævideri potuiſſe autumant. Vide ipſam figuram thematis hujus natalitii apud Sixt. Senenſ. l.6. annot.10. p.m.541. Albumazar ſcribit, eos, qui lunâ Iovi junctâ in capite Draconis DEO ſupplicaverint, quicquid petierint, impetraturos. Secuti hos ſunt in eodem pietatis genere Firmicus, Machiavellus, Iovius, quos perfidiæ reos agit Picus Comes Mirand. l.2. contr. Aſtrolog.

2. in futura meræ libertati agendi relicta, ut ſunt conditio vitæ, matrimoniū, honores, opes, infortunia, virtutes & vitia, carcer, mors. Negat ſane Salomon in Uranoſcopiâ haut infans, ſe neſcire de

filio

filio ſuo ſapiens ſit futurus an inſipidus? Sic *ille Mathematicus* (cui ſic reſipiſcentiâ gratulatur Auguſt. in Pſ. 61. p. 763.) *perierat ergo iſte, nunc quæſitus, inventus, adductus eſt: portat ſecum codices incendendos, per quos fuerat incendendus, ut illis in ignem miſſis, ipſe in refrigerium tranſeat.) dicebat, quia adulterium non faciebat voluntas propria, ſed Venus: homicidium non faciebat voluntas propria, ſed Mars: & juſtum non faciebat DEUS, ſed Iupiter: & alia multa ſacrilega non parva. Quam multis eum putatis Chriſtianis nummos abſtuliſſe? Quam multi ab illo emerunt mendacium, quibus dicebamus, Filij hominum uſquequo graves corde, ut quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?* 3. *in præterita* (id quod propriè eſt χαλδαΐζειν) ut quis furto aliquid ſuſtulerit? quis fuerit hujus vel illius parens? quæ 4. *vaga determinat,* ſicut Heraclius Imp. comperiſſe per Aſtrologos dicitur, Imperium ſuum à circumciſà gente vaſtandum. Ratus ergò Judæos deſignari, cogit eos abjurare perfidiam, & Chriſtiana ſacra ſuſcipere; reluctantes undique ejicit, vetans quoque eis, intra tria milliaria appropinquare Hieroſolymæ: eventibus contingentibus ac impedibilibus aliunde certitudinem pollicetur, quà quidem ratione non tantum temeritatis, ſed & mendacii ſe alligat. Fuiſſe olim, qui etiam mutorum animalium naſcentium momenta obſervarent & exanimatiſſimâ diligentiâ noſſe canum ſuorum partus tradit Auguſt. l. 7. confeſſ. c. 6. Duplex hic incertitudo occurrit, una ex parte ſcibilis in actibus liberis, qui naturâ ſua tales ſunt, ut vel perſpicaciſſimum fallere poſſint. Incertum enim ſemper eſt, ſitne hic homo reſtiturus aſtrorum influxibus, num aſſenſurus?

Huc pertinet feſtiva hiſtoria, cujus mentionem injecit *Ioh. Mariana* l. 17. de reb. Hiſp. c. 14. Medicus quidam Iudæus, ſcribit, Petro Caſtellæ Regi, cui ipſe ex horoſcopo nova imperia & montes aureos priùs addixerat, deſperatis poſteà rebus quærenti, qui vaticinii fides conſtaret, reſpondit, cœlo ringente, ſi quis in balneo lavet ſudaturum nihilominus. aſtris ſtudia vitæ moreſque plus poſſe ſignificans.

Altera incertitudo eſt ex parte animi ſcientis in actibus etiam naturalibus, qui infinitis ab agendo modis impediri ac retardari poſſunt. *Dices,* iſtos etiam modos pendere ab influxu aſtrico & à prudenti augure animadverti. Reſp. negando omnes impediendi modos pendere ab aſtris; nam annon cauſæ pluviæ in Cœlo etiam Ægyp-

gypt-

Digitized by Google

gyptiaco apparent, nec tamen pluit, Quid ſi remora ſit ab alio aſtro incognito? *Quid tu nos*, inquit, *Senecâ* l. 2. nat. qq. c. 32. *millia ſyderum exiſtimas lucere ſine cauſa?* Quid eſt porro aliud quod errorem incutit peritis Natalium, quàm quod paucis non ſyderibus aſſignant, cum omnia, quæ ſupra nos ſunt, partem ſibi noſtri vendicent: Num ſi quis influxus ſit in ignem, ut comburat lignum, num comburet, ſi lignum non adſit proximum? Sexcentæ hîc aliæ inſtantiæ excogitari poſſent. Certitudinem Aſtrologicam Veteres allevarunt triplici potiſſimum argumento, 1. *dubio captandæ divinationis momento.* Quærit Phavorinus Gellianus l. 4. 1. quî conveniret obſervatio, cum aliud ſtellarum agmen foret, quô primum tempore conciperetur homo: aliud poſt ea, cum in decem menſibus proximis in lucem ederetur. 2. *è contemporanea internecione* totius exercitus. Omnesne, ait Cicero, l. 2. de div. qui Cannenſi pugnâ ceciderunt, uno aſtro fuerunt? 3. *è diſſimilitudine geminorum*, cum aliàs συνασρία amicitiæ conciliandæ cauſa ſit, quam Auguſt. proponit l. 2. de doctr. Chriſt. c. 22. p. 40. *Fieri autem poteſt ut aliqui gemini tam ſequaciter fundantur ex utero, ut intervallum temporis inter eos nullum poſſit apprehendi & conſtellationum numeris annotari. Vnde neceſſe eſt non nullos geminos eaſdem habere conſtellationes, cùm paria rerum vel quas agunt, vel quas patiuntur eventa non habent, ſed plerunq; ita diſparia, ut alius feliciſſimus alius infeliciſſimus vivat. Sicut Eſau & Iacob geminos accepimus natos, ita ut Iacob, qui poſterior naſcebatur, manu plantam præcedentis fratris tenens inveniretur. Horum hora naſcentium aliter notari non poſſet, niſi ut amborum mores, facta, labores atque ſucceſſus ſcriptura teſtis eſt jam ore omnium gentium pervagata. Neque enim ad rem pertinet, quod dicunt, ipſum momentum minimum atq; anguſtiſſimum temporis, quod geminorum partum diſterminat, multùm valere in rerum naturâ atq; cœleſtium corporum rapidiſſima velocitate. Etſi enim concedam ut plurimum valeat; tamen in conſtellationibus à Mathematico inveniri non poteſt, quibus inſpectis ſe fata dicere profitetur.* hinc proverbium Hebræorum, cum aliquem alteri amiciſſimum ſignificare volunt, dicunt eſſe filium ſtellæ ejus. vide Caſaub. in Perſ. p. 385. hoc argumento Mathematicis illuſere Perſ. Sat. 6.

—— —— geminos Horoſcope, Varo
producis genio.

Vu &Tull.

& Tull. l.2. de div. exemplo Bocli & Euriſtenis Lacedæmonum Regum. Aug. l.5. C.D. c.3.4.6. exemplo Eſavi & Jacobi, quo in loco Nigidii totam figularem eruditè ridet.

Similem ſcrupum Aſtrologis *injicit Auguſt.* l.7. conf. c.6. commemorationem hiſtoriæ de quodam Firmino, *qui dicebat audiſſe ſe à Patre ſuo, quod cum de eodem Firmino prægnans mater eſſet, etiam illius paterni amici famula quædam pariter utero grandeſcebat, quod latere non potuit dominum, qui etiam canum ſuarum partus examinatiſſimâ diligentiâ noſſe curabat. Atq; ita factum eſſe, ut cum iſte conjugis, ille autem ancillæ dies & horas, minutioresq; horarum articulos cautiſſima obſervatione numerarent, enixæ eſſent ambæ ſimul, ita ut eaſdem conſtellationes uſq; ad eaſdem minutias utriq; naſcenti facere cogerentur, iſta filio ille ſervulo. Nam cum mulieres parturire cœpiſſent, indicaverunt ſibi ambo quid ſua cujusq; domo ageretur, & paraverunt quos ad ſe invicem mitterent, ſimul ut natum quod parturiebatur eſſet cuiq; nunciatum: quod tamen ut continuò renunciaretur, tanquam in regno facilè effecerunt. Atq; ita, qui ab alterutro miſſi ſunt tam ex paribus domorum intervallis, ſibi obviam factos eſſe dicebat, ut aliam poſitionem ſyderum, aliasq; particulas momentorum, neuter eorum notare ſineretur: & tamen Firminus amplo apud ſuos loco natus, dealbatiores vias ſeculi curſitabat, augebaturq; divitiis, ſublimabatur honoribus: Servus autem ille, conditionis jugo nullatenus relaxato, dominis ſerviebat, ipſo indicante qui noverat eum. His itaque auditis & creditis, talis quippe narraverat, omnis reluctatio mea reſoluta concidit; & primo Firminum ipſum conatus ſum ab illa curioſitate revocare, cum dicerem conſtellationibus ejus inſpectis ut vera pronunciarem, debuiſſe me utiq; videre ibi, parentes inter ſuos eſſe primarios, nobilem familiam propriæ civitatis, natales ingenuos, honeſtam educationem, liberalesq; doctrinas. At ſi me ille ſervus ex eiſdem conſtellationibus, quia & illius ipſa eſſent, conſuluiſſet, ut eidem quoq; vera proferrem, debuiſſe me rurſum ibi videre abjectiſſimam familiam, conditionem ſervilem, & cætera longè à prioribus aliena, longeq; diſtantia. Unde autem fieret ut eadem inſpiciens diverſa dicerem, ſi vera dicerem: ſi autem eadem dicerem: falſa dicerem. Inde certiſſimè collegi, ea quæ vera conſideratis conſtellationibus dicerentur, non arte dici ſed ſorte: quæ autem falſa, non artis imperitia, ſed ſortis mendacio.* Adde exemplum hominis ob fallaciam ſuæ artis ex aſtrologo raſtrologi facti, de quo lepidum carmen recitat Corn. à Lapide com. in Ierem. c.10. p.m. 634.

Dixerat Aſtrologus cœlum ſine nube futurum
  Principe ſylvarum luſtra petente ſuo.
Dixerat è contra ruiturum nubibus imbrem
  Vertere conſuetus bobus arator humum.
Vix ingreſſus erat Princeps nemus ilice denſum:
  Tum ſubitò pluviæ præcipitantur aquæ.
Laudat aratorem princeps, illumque docere
  Aſtra; ſed Aſtrologum ſumere raſtra jubet.

Inſtant illi quidem exemplis prædictionum certitudinem firmantibus. Quibus reſpondetur 1. ſorte, non arte (uti Auguſtino reſpondit Medicus ex-Aſtrologus quo Magiſtro ille deſiit ἀστρολογεῖν l.4. conf. c.3.) caſu fieri tot ſagittæ cum emittuntur, unam tangere,

aberran-

Digitized by Google

aberrantibus centenis, Lipſ.1. monit. polit, Sicut qui aſſiduè jacit aleam vel talos, is aliquando ſeniones, aliquando venerem jacit: ſic cum iſti centies mentiantur, quid mirum, ſi ter quaterve verum dicant? Simili caſu, cum Alexander Severus Virgilianas ſortes ſcrutaretur, verſus è Sexto Æneidos hi exierunt; Tu regere imperio populos &c. 2. Tanto eſſe ſuſpectiora illa præſagia quantò certiora, cum metuendum ſit, ne id ſit ex pacto cum Dæmone, DEUS enim non raro tentat indulgendo in his Sathanæ Aſtrologo per tot ſeculorum volumina experientiſſimo. *Hinc fit* (ait Auguſtinus l. de doctr. Chriſt. c.22. p.41.) *ut occulto quodam judicio divino cupidi malarum rerum homines tradantur illudendi & decipiendi pro meritis voluptatum ſuarum, illudentibus eos atq; decipientibus prævaricatoribus angelis: quibus iſta pars Mundi infima ſecundum pulcherrimum ordinem rerum divinæ providentiæ lege ſubjecta eſt. Quibus illuſionibus & deceptionibus evenit, ut iſtis ſuperſtitioſis & pernitioſis divinationum generibus multa præterita & futura dicantur, ne aliter accidant, quam dicunt, multaq; obſervantibus ſecundum obſervationes ſuas eveniant, quibus implicati curioſiores fiant, & ſeſe magis magisq; inſerant multiplicibus laqueis pernicioſiſſimi erroris.* Conf. Auguſt. l.2. de Geneſ. ad lit. c.17. 3. multa ex aliis circumſtantiis innoteſcere: Phantaſiæ etiam vim hîc magnam eſſe, quæ facit, ut, qui conſulunt; ex apprehenſione incidant in morbum, aut adſpirent ad honores prænunciatos. Sic apud Plutarchum in apophteg. Ageſilaus ſubornat Ariolum, qui deſcriptis in hoſtiæ jecore quibusdam victoriæ notis, ita hâc ſpe exercitum animavit, ut pauci contra ducenta hoſtium millia victoriam obtinerent, ad ſummam

—— τὶς δὲ μάντις ἐς' ἀνὴρ
ὁ ὀλίγ' ἀληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ λέγει
τυχὼν, ὅταν δὲ μὴ τύχῃ διοίχεται.

Vide de his omnibus prolixè Sixt. Senenſem l.6. bibl. Sanct. annot. 10. quanquam mirum ſit toties congruere aſtris calculum genethliacorum, hicquoque in occultis qualitatibus τὸ ὅτι deprehendentes, τὸ διότι ignorantes. Ideò *Gaſſendus* ſect. 2, l.6. c.5. p. 740. reſpondet ad alias inſtantias. *Siquidem*, inquiunt, *licet ignoremus, aut non reddamus germanam cauſam aliquorum effectuum, non tamen aſſerendum eſt, aut tales effectus non contingere, aut ex obſervatione plurium*

exiſtere Artem non poſſe; alioquin dicendum Magnetem non habere, quam experimur, vim ferri tractricem, directricemq; verſus polos; vel Nauticam artem non poſſe conſtare ex obſervatione plurium magneticorum effectuum: quod non reddatur idonea cauſa, quâ proprietates illæ Magnetis admirabiles demonſtrentur: videlicet pari ratione, quamvis demonſtrari à nobis non poſſit, cur ex hoc, aut illo cœli poſitu tales effectus conſequantur, quos poſſimus prædicere; ſatis eſt tamen, quod ſimiles multæ, ejuſdem cœli poſitus, conſequutorumq; eorundem effectuum obſervationes factæ ſint, ut confici potuerit ars, juxta quam prædiceretur; redeunte pari poſitu, pares effectus redituros. Pergunt: *hanc Artem comprobari certis adeo experimentis ut evadat prorſus indubia.* p. 743. *Sed verè nempe ab illo dictum eſt; eſſe experientiam fallacem; quando tam varia interveniunt, quæ hallucinationem faciant & paralogiſmum non cauſæ tanquam cauſæ pariant; ut experimenta rariſſima ſint, quæ quidpiam cujuſpiam effectus germanam eſſe cauſam convincant. Quare & nemo negaverit expendendam eſſe ratione experientiam, ne fallacia aliqua ſubſit, quæ judicium præripiat; & maximè quidem, cum inter experiendum nihil magis familiare ſit viro imperito, quam falli; & non bono, quàm fallere; adeò proinde, ut in tam raro veritatis ſtudio, fides adhibenda temerè non ſit quibuslibet experimentis; ac illis præſertim, quæ auribus potiùs quàm oculis hauſerimus. Quod certè ſpectat ad rem præſentem, quàm multa ſunt quæ cogunt nos, ut revocemus in dubium, quæ obtruduntur* Experimenta. *Primùm vidimus jam Chaldæos nihil exquiſitum præſtitiſſe, & neq; ex ipſis, neq; ex Ægyptiis* Hipparchum *atq;* Ptolemæum *habere potuiſſe obſervationes aliquas circa veros motus, ſive loca vera quinq;* Planetarum. *At conſtat non licuiſſe idem, ſimileve experimentum ne bis quidem peragere; quod eadem cœli conſtitutio ne bis quidem redeat, etiam poſt ſecula non centum, non mille, ſed prorſus innumerabilia.* p. 444. *Quam multa ego* Pompejo, *quam multa Craſſo, quam multa huic ipſi Cæſari à Chaldæis dicta memini, eorum, niſi ſenectute, niſi domi, niſi cum claritate eſſe moriturum? ut mihi permirum videatur quemquam exſtare, qui etiam nunc credat iis, quorum prædicta quotidiè videat re, & eventis refelli.* p. 745. *Conſtat ex hiſtoriis* Henricum II. *Galliæ noſtræ Regem obiiſſe anno ætatis quadrageſimo completo, ex oculari vulnere: En autem de eo* Gaurici *Vaticinium in Prognoſtico anni* M D. LVI. *Quoniam in ſui natalis pene divini ſchemate habuit Solem ſub gradibus ſuæ altitudinis Veneri ferè partiliter alligatum; quin & Lunam atq; Venerem ſub Arietis Aſteriſmo,*

per-

per Horoſcopum progredientes, vivet feliciſſimus annos LXX. deductis duobus menſibus; ſi nutu divino ſuperaverit annos inſalubres LXIII. LXIV. & ſemper vivet in terris pientiſſimus. p. 147. *Cæterum largiendum eſt quidem contingere poſſe, ut quidpiam interdum eveniat ex iis, quæ ab Aſtrologis prædicuntur; verum tamen ſimul contentendum eſt, alias eſſe cauſas, quam quæ Aſtrologiam commendatam faciant. Vna eſt Fortuna ſeu Caſus. Cùm tam multa tamen effutiant; quid mirum niſi in omnibus fallant. Nemo eſt veteri Proverbio, qui totum diem jaculans, non aliquando collineet. Quidni etiam Aſtrologi ſcopum nonnunquam aſſequantur? Annon, ſi quatuor jaciendo talos, Venerem interdum exprimere licet; licebit & Aſtrologis ex mille prædictionibus vel unam proferre, quam eventus probet? Et mulierculæ & ſutores, & omne genus hominum vera aliquando prænunciant; Aſtrologis idem ſit juris. At, inquies, quod ad alios ſpectat, manifeſtus caſus eſt; Aſtrologi ex præſcriptis agunt. Ita ſane eſt; ſed ea non ſunt præſcripta, quæ non niſi caſu, vel ad placitum, conſtituta ſunt; & quæ quomodocunq; immutaveris nihilo ſeciùs futura demonſtrent.*

§. 101. His igitur modis peccat Aſtrologia judiciaria 1. *in legem* DEI (cui maximam faciunt injuriam *in cujus*, ut loquitur Auguſt. in fronte ll. de C. D. *veluti clariſſimo Senatu ac ſplendidiſſimâ curiâ opinantur ſcelera facienda decerni: qualia ſi aliqua terrena civitas decreviſſet, genere humano decernente fuiſſet evertenda.*) Deut. 18. 10. & 14. Eſ. 41. 23. c. 44. 25. c. 47. 13. Jerem. 10. 2. 1. Cor. 2. 11. Act. 1. 7. Job. 38. 33. 2. *In legem humanam utriusq; Iuris* l. 9. Cod. tit. 19. leg. 8. C Theodoſ. l. 6. de malef. & math. 3. *In aſtra ipſa* bonas ſcil. DEI creaturas in commeatum peccandi traducta: dignus eſſet Saturnus qui è cœlo dejiciatur, ſi talium maleferiorum machinator eſt, qualium accuſari ſolet. *Sed* (ita Luth. tom. 1. lat. p. 124. f. 2.) *pulcherrimè ſolvunt objecta, dicentes: Influentiæ non neceſſitant, ſed inclinant ad peccatum &c. quaſi non ſit idipſum impiiſſimum ſentire, quod DEVS fecerit creaturam ad inclinationem peccati, & non potius ad erectionem juſtitiæ, ut omnia cooperentur in bonum, non in malum hominibus. Aut quaſi ullus hominum neceſſitate compulſus peccet & non potiùs ſemper inclinatione. Quod autem creaturæ ad malum ſerviunt non eſt natura, ſed injuria eorum: ſicut Paulus ait: Omnis creatura ſubjecta eſt vanitati non volens. Illi autem naturam eorum faciunt vanitatem, volentes ex inſtitutione DEI illa habere, ut ad peccandũ inclinent. Cur ergo Adam & Hevam ante ſerpentem non inclinaverunt? cur non Chri-*

 ſtum.

ſtum? cur non Virginem? Pereat ea blaſphemans impietas. **4. *in Rempubl.*** quam non ſemel turbavit, adque ſeditiones extimulavit aſtrologica prædictio. *Leontius* e. g. *Pauli Monachi* Aſtrologicis inflatus vaticiniis, audendum aliquid dicentis pro ſecundis adeò fatis Byzantium regreditur, aſſumptisque fidiſſimis eſtringit carceres, quibus non pauci nobilium ad ſupplicia ſervabantur. Eorum concurſu, adjuvante præſertim Callinico Patriarcha, à quo cædem publicam auſpicari velle Juſtinianus dicebatur, extrahitur è regia ſuâ Imperator, præciſoque naſo (unde ei Rhinotmeti nomen) & linguâ, relegatur Cherſonam. In homines quibus è cœli paginis futura præleguntur ex arte plena peſtiferæ curioſitatis, cruciantis ſollicitudinis, mortiferæ ſervitutis, juxta Auguſt. ib. id quod eleganti declaclarat dilemmate *Phavorinus Gellianus. Phavorinus*, inquit, *deterrere* volens & depellere adoleſcentes, à genethliacis iſtis & quibusdam aliis id genus, qui prodigioſis artibus futura omnia dicturos pollicentur: nullô pacto adeundos eſſe conſulendosque, hujuſcemodi argumentis ludebat: *aut adverſa, inquit, eventura dicunt, aut proſpera, & fallunt, miſer fies fruſtra expectando: ſi adverſa dicunt, & mentiuntur, miſer fies fruſtrà timendo. Si vèra reſpondent, eaq́ ſunt non proſpera, jam inde ex animo miſer fies, antequam è fato fias: ſi felicia promittunt, eaq́ eventura ſunt, tum planè duo erunt incommoda: & expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit, & futurum gaudij fructum ſpes tibi jam defloraverit. Nullo igitur pacto utendum eſt iſtiuſmodi hominibus, res futuras præſagientibus.* Exemplum illuſtre eſt Domitiani (de quo Suet. c. 14.) cui cum adoleſcentulo Chaldæi prædixiſſent annum & diem vitæ ultimum, horam etiam & genus mortis, pavidus ſemper atque anxius minimis etiam ſuſpicionibus præter modum, commoveri ſe paſſus. Recentius eſt exemplum Rudolphi Imp. de quo hæc memorat Piaſec. in Chron. p. 218. *Imperator Rudolphus ſub illud tempus vergens in ſenectam, & perſuaſus à Tycho Brahe celebri tunc Mathematico, ut inſidias (propinquorum) caveret, in dies magis moroſus erat, omnibus diffidens in penetralibus receſſibus ſeſe continebat, & neq; in templum, neq; foras quoquam prodibat, niſi quod deambulare ſolebat in porticibus interioribus, quas multimodas intra Arcem Pragenſem fabricari fecerat cum feneſtris anguſtis & obliquis, ut proſpiciens, videri, vel jaculo (quod ſemper timebat) peti non poſſet. Præſertim ad ſtabula equorum*

quibus

Digitized by Google

quibus videndis impenſius oblectabatur, per angiportuum longos anfractus quotidiè commeare ſolebat, & curioſiores ejus videndi copiam nuſquam faciliùs habere poterant, niſi aſſumpto habitu Agazonum, quaſi curandis tunc illis equis aſſiſterent. In privato miniſterio pauciſſimis familiaribus utebatur, potiſſimumq; mechanicis, ac fœminis: Ac publicorum negociorum curam omnem prorſus ſepoſuerat, rariori aditu pro eis tractandis, ad eum patente paucis miniſtris, quorum favore ad ipſum nonnulli in gravioribus, præſertim Legati externorum Principum quandoq; admittebantur, eorumq; arbitrio cuncta regiminis ratio conſtabat. 5 In hominis axioma, die Geſtirn (ait Luth. Tom. 4. Jen. p. 10.) ſind nicht darumb geſchaffen/ daß ſie mich meiſtern ſollen/ ſondern mir zu Nutz vnd zu Dienſt/ über Tag vnd Nacht ſollen ſie regieren/ aber über meine Seele ſollen ſie kein Regiment noch Gewalt haben. denique pudendum Chriſtianos moneri ab Ethnico

> Tu ne quæſieris ſcire nefas, quem tibi
> Finem dii dederint, Leuconoe, nec Babylonios
> Tentabis numeros ——— Horat. l. 9. od. 11.

quem in locum multa eruditè commentatus eſt Petrus *Gualtherus Chabotius* p. m. 72. & ſeqq. Criſes veterum de aſtrologiâ & fato aſtrologico legantur licet in Euſebii l. 6. præpar. Evang. c. 1. & ſeq. Gregor. Nyſſeni c. 6. de provid. Criſis Lutheri hoc de argumento extat in Colloq. Menſ. è quibus hæc excerpta p. 415. Ich lobe die Aſtronomiam vnd Mathematicam/ die da ſtehet in demonſtrationibus, gewiſſen Beweiſſungen/ vnd ich gläube/ daß ein Stern gröſſer iſt dann die gantze Welt/ von der Aſtrologia halt ich gar nichts. & ib. f. 2. Zu dem iſt Aſtrologia keine Kunſt/ dann ſie hat keine principia vnd demonſtrationes, darauff man gewiß vnwanckend fuſſen vnd gründen könt/ ſondern die Sterngücker richten ſich vnd vrtheilen nach den Fällen/ wie ſichs zuträgt/ vnd ſagen vnd geben für: das iſt einmal vnd zwey geſchehen/ vnd hat ſich alſo zugetragen/ darumb muß allezeit geſchehen vnd ergehen/ was ſich zuträgt vnd geſchicht. Vnd die Fälle/ ſo da zutreffen/ davon ſagen ſie wohl/ die aber fehlen/ davon ſchweigen ſie ſtille/ M. Philip hält hart drüber/ hat mich aber niemals können darzu bereden/ dann er bekennet ſelbs vnd ſaget: die Kunſt iſt wohl fürhanden/ aber niemand hat ſie/ dann ſie hat weder principia, gewiſſe Gründe/ noch derſelben Erfahrung/ ſie wolten dann die Erfahrung

nennen

nennen Eventum, wie ſichs zuträgt vnd geräth / nun aber iſt die Erfahrung dieſe / wann man auß einzeln Stücken ſchleuſt / vnd folgert auff das gantze / ex ſingularibus ad univerſalia. Als wann ich ſage: diß Fewer brennet / jenes brennet / vnd ſo fort an ꝛc. darumb brennet ein tegliches oder alles Fewer / das aber hat Aſtrologia nicht / ſondern vrtheilet vnd richtet nur / nach dem es zutrifft vnd bißweilen geſchihet. p. 414. Wann ihr viel in einer Schlacht / auff einmahl zugleich vmbkommen / erſchoſſen vnd erſchlagen werden / die ſind ja nicht vnter einerley Geſtirn geboren vnd jung worden / vnd ſterben doch allzumal zugleich in einer Stunden / ja offt in einem huy / ſonderlich vom Geſchütz. Darauff antwort D. Mart. Luth vnd ſagt / Phil. ſolvirts alſo: Generalia cedere ſpecialibus, gemeine Rede vnd Anzeigung weichen ſonderlichen vnd einzelen. Da lachet D. Mart. Luther / vnd ſprach zu Philippo, Ergò, ſo ſagt ihr ſelbs vnd bekennet / daß ewer Aſtrologia lehret vnd begreifft nur was gemein iſt / wie dann Phil. zuvor offt geſagt hat / daß ſie ſey ein ebene gerade Krafft / wo ſie ſagen von einer ebenen / klaren Krafft vnd Wirckung. Idem *Luth.* alibi in Gen. ego, inquit, *ſi quis eas* (prædictiones aſtrologicas) *defendet minùs pertinaciter, non valdè repugno. Oportet enim ingeniis luſus ſuos concedere. Igitur ſi ſuperſtitionem tollas, non valdè offendit me, ſi quis ingenij cauſa iſtis prædictionibus ludat.*

IRN. De divinatione ex Climactericis quid ſentiendum, lubet audire.

DUAR. Audiatur Cenſorinus apud Voſſ. pag. 816. *Fere poſt ſeptimum quemq; annum articulos quoſdam, & in his aliquid novi natura oſtendit; ut & in elegiâ Solonis cognoſcere datur. Ait enim in primâ hebdomade dentes homini cadere, in ſecundâ pubem apparere, in tertiâ barbam naſci, in quarta vires, in quintâ maturitatem ad ſtirpem relinquendam, in ſextâ cupiditatibus temperari, in ſeptimâ prudentiam linguamq; conſummari, in octavo eadem manere, in qua alij dixerint oculos albeſcere, in nonâ omnia fieri languidiora, in decimâ hominem fieri morti maturum.* Balduino judice l. 3. c. 6. caſ. 2. p. 783. *hujusmodi annorum obſervationem prorſus negligere, temerarium eſſet. Dependent autem illi (quantum ad cauſas naturales attinet) à motu Saturni, qui tardiſſimus eſt, & uni ſigno tot fermè annis, quot luna diebus, immoratur, & poſt ſeptem annos ad contraria naturæ ſignum, ei, à quo eſt egreſſus, progreditur, non ſine ſingulari rerum fermè omnium tunc temporis mutatione. Salmaſius* contra in diatribe de

annis

Digitized by Google

annis Climactericis, oſtendit falli *eos, qui ſcripſere ſeptimo quoq; anno, quaſi ſingulis ætatis gradibus & articulis, in vita cuiuſq; mutationem evenire æquè in bonum ut in malum.* Tolle ſuperſtitionem, numeris numerantibus nullam tribue efficaciam, vices naturæ ac ætatibus relinque, & ſic vive, adque alteram vitam te compone, ut omnis annus tibi ſit climactericus ac emortualis, ſic tuta remigrabit conſcientia inter ſcyllam & charybdin.

§. 102. IRN. Nondum miſſio eſt, unum adhuc eſt, quod inquiram. De præſagio ex *cometis*, quæ tibi ſtat ſententia?

DUAR. Non ſane nulla eſt interpretatio, quæ à Cometa Uranio 1. cum funeſto ſuo eventu malorum epidemicorũ collato, collecta, indeterminatè dira ac θεῖα divinavit. *Indeterminatè* inquam, ac in deſcenſu diſiunctivo, vel hujus, vel illius mali præſagium. Determinare ad τὸ ὅτι hîc & nunc, in divina id manu eſt. Gad tria mala epidemica tulit Davidi, ac electionis libram ſuſpendit, non tamen minus Propheta fuit. Quin igitur, qui nuper Anno 1661. in cœlo apparuit caudatus, peſſima fata denunciarit, ac ut nunc experimur, irruptionem è domo Othomannicâ barbaricam, quis experimento claro tam adverſus eſſe poteſt, ut ire auſit inficias? Qui è cœli quaſi ſpeculâ tempeſtatem ex oriente grandinoſam prædicavit: Hunc mala ac divinæ juſtitiæ ultricis nemeſin portendere, indeterminatè conſtat ex S. literis, quibus nunciis, novimus è cœlo iram DEI manifeſtari. Rom. 1. 18. Sicut fornax ignibus ardens manifeſtatur ſcintillis exilientibus. 2. Ex *effectu* terrifico, quo etiam prudentiſſimi percelluntur, cum cogitant novitatem, epiphaniam ſubitaneam, motum anomalum, menſuram temporis ſapientiſſimè definitam. Quis enim non digito quaſi dimetiatur Numinis ſapientiam, quâ factum, ut Cometa Anni 1618. totidem annis quaſi ſæviret, quot diebus fulſit, hoc eſt annis 30? Cum DEUS vult ardet Cometa in ſignum terroris, ait Lutherus in Gen. 9. 3. Ex analogiâ cum prophetia verbali, cujus certa extat *δοκιμασία*. Jer. 28. 8. 9. Ubi Luth. in marg. Es ſind gewißlich falſche Propheten/die da lieblich tröſten/ſo doch die Leuthe böſe ſind. Adde analogiam ex figurâ non omninò inſuper habenda. Nam ſi plantæ nonnullæ e.g. fœniculum figura ſua oculi-formi, oculi medelam indicat, quidni cometa enſi-formis ex enſe medelam malo-

 rum?

rum? 4. Ex *eventu, hiſtoria & experientia.* Ab ultima antiquitatis memoria notatum eſt, cometas ſemper calamitatum prænuncios fuiſſe. ait Cicero l.2. de nat. Deorum. Calculum addit Luth. tom. 9. Witt. p. 538. f. 2. GOtt thut im Himmel auch ſeine Zeichen / wann ſie ein Vnglück treffen ſoll / vnd laßt Schwantzſternen entſtehen / oder Sonn vnd Mond ihren Schein verlieren / oder ſonſt eine vngewohnliche Geſtalt erſcheinen. Item auff Erden greüliche Wunder gebohren werden / beyde an Menſchen vnd Thieren / welches alles die Engel nicht machen / ſondern GOtt ſelbſten allein. Mit ſolchen Zeichen treüet er den Gottloſen / vnd zeiget an zukünfftigen Vnfall über Herren vnd Land / ſie zuwarnen / vmb der Frommen willen geſchicht ſolches nicht / dann ſie dürffens nicht. Darumb ihnen auch geſagt wird / ſie ſollen ſich für deß Himmels Zeichen nicht fürchten / als Jeremias ſpricht cap. 10. dann es gilt vns nicht / ſondern den Gottloſen. Fuerunt quidem ſingulares nonnulli ac anomali, hic ſeorſim ſentientes. Equidem Judæi Cometam Solymitanæ ruinæ indicem (juxtà Joſeph. l. 7. bell. c. 12.) pro libidine interpretati ſunt, alii contemnebant, non attendebant alii, neque credebant, aliis ſalutare ſidus & bonum omen eſſe viſus eſt. Singulares hic quoq; ſunt è *Sophis, Scaliger* exerc. 79. ſect. 2. *Quæritur, Cometæ ſignanè ſint an cauſæ? neutrum cenſeo, etenim exiſtimare à Cometâ Regem interfici, ridicula dementiæ eſt, tanto minus evertit provinciam.* Subtiliſſimè! *Sed ne ſigna quidem ſunt, ut fumus ignis. Verum, ſicut aliquis effectus eſt alterius ſignum propter cohærentiam: velut ſignum, quod gallina peperit, cantus. Nam gallina utriusq; & partus & cantus auctor eſt. Neutrum verò ab altero pendet neceſſariò.* Subtiliter! Multi itaque ſunt à nobis Cometæ viſi, quos nulla unquam totâ in Europâ ſubſecuta eſt pernicies mortalium. Et multi clariſſimi viri ſuo fato functi ſunt, multi everſi principatus, peſſumdatæ familiæ illuſtriſſimæ, ſine ullo Cometæ indicio. *Exiliter, inconſequenter, obtuſè:* non ſequitur, Cometa non eſt τεκμήριον, ergò non σημεῖον: non pendet neceſſariò: ergò non ſignat. Non ſignat ut fumus naturaliter: Ergò nec ex inſtituto. Non evenit quod ſignaſſe fertur: Ergò non ſignificavit. Neque enim ſemper & abſolutè evenit, quod fato hypothetico conſtat, Ergò nullo fato: Multi Cometæ viſi ſunt ſine effectu noxio, Ergò nec rari ſine hoc. Multi illi,

quos

quos vidit Scaliger potuerunt fuiſſe aërei, quorum non eadem ratio eſt cum æthereis, raro contingentibus. Sic in ſimili ſequitur, Eclipſis ordinaria nihil mali indicat; Ergo nec illud Eclipſeos portentum, quod Chriſti crucifixi funus quaſi deploravit? Pernicies evenit ſine Cometæ indicio. Ergo Cometæ indicium eſt ſine pernicie. Mors evenit aliquando ſine hoc vel illo ſymptomate mortis prognoſtico, à medicis notato. E. ſymptoma prognoſticum hoc vel illud non ſignat mortem. Erycius *Puteanus* de Cometa Anni 1618. hæc ſcribere eſt auſus. *Omnes ſcriptores errarunt, ab ignorantiâ metus. Læta potius eſſe Luminis omina, præſagia felicitatis ad Pontificem, Imperatorem, Regem, Catholicos & Sereniſſimos Principes relata.* At fefellit iterum hunc virum paralogiſmus. Quia ad Cometam etiam felices ſucceſſus & victoriæ aliorum ſecutæ ſunt; Ergò falſum eſt, Cometas eſſe funeſtos ac infeſtos præcones, quaſi, quia peſtis prodeſt ad rem faciendam Medicis, Chirurgis, Pharmacopolis: ideò maligna non ſit annonæ caritas, quia grata eſt Dardanariis: Ergò noxia non ſit. Nec multo robuſtiori ariete admoto Cometas à ſuo munere terrifico videtur dejeciſſe *Gaſſendus*, hæc objectans l. 5. Phyſicæ ſect. 2. p. 312. *Si anni ſteriles non forent, ſi non invaleſceret fames, ſi non graſſaretur peſtis, ſi bella non excitarentur, ſi exercitus non profligarentur, ſi principes non morerentur, niſi Cometis præeuntibus; præclarè illa circumferrentur. Nunc autem, ſeu præfuerint Cometæ, ſeu abſuerint, omnia pari modo eveniunt. Ecquid ergo iſti effectus referuntur potius in Cometas, ſeu cauſas, ſeu ſigna, ſeu utrumq; dicas, quam in quidvis aliud? Adhæc ſi Cometæ conſiſterent, ac uni tantum ſeu domui, ſeu regioni, ſeu urbi impenderent: ſi unius aciei clades non eſſet victoria alterius; & quod iſtis lethale eſt, ſalutare illis non foret; Si Reges ſoli morerentur, ſuperioraq; illa corpora optimates potius viros, quam plebeios reſpicerent, ratio ſpecioſa obtenderetur; at Cometæ varias regiones, imo totam terram circumeunt; quicquid calamitatem affert uni ſeu viro ſeu populo, præſtat alij emolumentum; miſſi a denſantur Principum & ſubditorum funera; neq; naturalibus cauſis ullus noſtri delectus eſt; ecquid ergo diras lethaleis timendas dicimus Cometas, potius quàm benignos, ſalutareis, amabiles? Terrifici ſunt, ſed dementiâ noſtrâ, quæ panicos ſibi objicit terrores, ac propriis malis non contenta, extranea undiq; aſciſcit.* Hæc ille, ovum tondens, nihilque aliud conficiens, quam calamitates eſſe accidentia commu-

nia, quæ adeſſe & abeſſe poſſunt, adeoque non τεκμήρια ſed εἰκότα: confundit mala quævis & quovis tempore contingentia, cum malis epidemicis, raris, θείοις: neque enim quod paucis prodeſſe poteſt, ideò malum non eſt epidemicum præſignificatum. Omnis belli ſator maleficus eſt, proprium hoc homicidæ ab initio: etiamſi optimus DEUS bona inde eliciat. Nec dementia eſt terreri eo, quod per ſe eſt terrificum, e.g. *fulmen, inevitabilem metum incutiens* (juxta Senecam l. 2. qq. nat. c. 42.) ut ſupra nos aliquid timeremus; tamen in utilitatem aliquam reſolvitur, τὰ γὰρ (ita Plutarchus l. 4. ſympos. probl. 2.) ἀστραπαῖα τῶν ὑδάτων ἐναλδῆ καλοῦσιν οἱ γεωργοὶ καὶ νομίζουσι. Aquas quæ in fulgurando decidunt, vocant Agricolæ auctiferas & tales credunt. Tubera è tonitrubus naſci, auctor eſt Plinius l. 19. c. 3. cervis parturientibus tonitrua quaſi obſtetricari, Hieropſaltes affirmat Pſ. 29, 6. At *Gaſſendus* lib. 3. Ethic. cap. 4. p. 855. alio inſurgit argumento Ciceroniano, in genere quidem in oſtentorum ab aliis laudatam utilitatem invectus, ad Cometam tamen applicabili: *Quæ eſt iſta à Diis profecta ſignificatio & quaſi denunciatio calamitatum; quid autem volunt Dii immortales: primùm ea ſignificantes, quæ ſine interpretibus non poſſumus intelligere, deinde ea, quæ cavere nequeamus? At hoc ne homines quidem probati faciunt, ut amicis impendentes calamitates prædicant, quas illi effugere nullo modo poſſint: ut Medici, quanquam ſæpè intelligunt, tamen nunquam ægris dicunt, illo morbo eos eſſe morituros. Omnis enim prædictio mali tum probatur, cum ad prædictionem cautio adjungitur. Quid igitur aut oſtenta, aut eorum interpretes vel Lacedæmonios vel noſtros nuper adjuverunt? Quæ ſi ſigna Deorum putanda ſunt, cur tam obſcura fuerunt? Si enim, ut intelligeremus, quid eſſet eventurum, apertè declarari oportebat; aut ne occultè quidem, ſi ea ſciri nolebant:* hæc ille. Pari argumenti ſtrage profligari poſſent etiam ſomnia extra controverſiam divina, e.g. ſomnium Nebucadnezaris, de Coloſſo immani, quatuor Monarchiarum præſago, quarum ſemper una dirior fuit alterâ, uti liquet ex altero viſo quatuor beſtiarum Baſilicarum. At hoc ſomnium interprete opus habuit, mala prænunciata evitari non potuerunt. Hîc igitur Numini ſua libertas concedenda & τὸ πολυτρόπως καὶ πολυμερῶς agnoſcendum. Recudam hîc quæ olim de Cometis in programmate quodam Academico conſignavi: Adeò omen hujusmodi cometarum ſiniſtrum

Digitized by Google

ſtrum inductione exemplorum invaluit, ac experimentis omnium retro ſeculorum inclaruit, ut proverbio anſam præbuerit, οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ κακὸν φέρει: nec quicquam ridentibus ac neglectui habentibus talia viſa olim Civibus Solymitanis: Cometam illi gladiatum in aëre conſpexere quidem, ſed ut μορμολυκεῖον ac inane terriculamentum alii; alii ut ſalutare ſidus interpretati ſunt; alii ſecurè connixêre; Sic enim fieri amat inter homines ſecuritate temulentos; Sic Joſephus polemographus de ſuis civibus, certis, inquit, prodigiis futuram ſolitudinem prænunciantibus, neque attendebant animo, neque credebant, ſed velut attoniti, nec aut oculos habentes, aut animas, edicta DEI diſſimulavere: hi quidem hujusmodi ſigna pro libidine interpretati ſunt, illi contemſere; donec patriæ excidio eorum iniquitas confutata eſt. Sunt & hodie nomine Chriſtiani, qui ad θεῖα è cœlo primo quidem cohorreſcunt, ſed mox in frigus priſtinum relabuntur; talia præſagia triſtia rident, tanquam deliria eorum, qui ſua dogmata fatalibus minis onerant; quod alii incendium Mundi, hi lumen vocant, ſidus benignum quod illi prodigium; gentiles Veſpaſiani animos induunt, qui cum audiſſet ſtellam in cœlo crinitam apparere, dixiſſe fertur: crinitam Rex Parthorum metuat, qui crinitus, ego ſum calvus. Fuit antehac Belga quidam, magnus licet orator, major tamen atheus, qui hæc effutire auſus eſt, ſi quid cœlum oſtendit, cujus cauſa occulta ſit, ſtatim novas ærumnas & calamitates denunciari autumant, quæ admiranda ſunt, perverſæ triſtitiæ dulcedo timenda facit, omnis ab ignorantiâ metus eſt, errarunt omnes ſcriptores, qui vulgi ſenſum ſecuti Cometas fatales cenſuere; læta potius luminis eſſe omina: Cometam ſuperiorem felicitatis præſagium fuiſſe ad Pontificem, Imperatorem, Regem Catholicum Sereniſſimi, os Principes relatum. Quantò religioſiùs ac ſapientiùs *Ludovicus Caroli M. Filius;* qui cum ad apparitionem Cometæ inſolitii adhorruiſſet, èque ſuo Mathematico percepiſſet, mutationem regni mortemque Principis hujusmodi oſtentis ſignificari, neque tamen, monitore Jeremiâ, à ſignis cœli metuendum eſſe; animo recollecto reſpondit, non alium timeo, præter illum, qui noſtri & hujus ſideris Creator eſt, ejus tamen clementiam ſatis laudare ac mirari non poſſum, qui noſtram

inertiam talibus indiciis dignatur admonere. Atque ut vetera, quæ magno alii cumulo ex omnium ætatum periodis collegere, taceam, annon ſtellam in cœlo immane flagrantem Anno 1618. noſtrûm aliqui his oculis uſurparunt, totidem annorum furias deſignantem, quot ſtetit in cœlo diebus? Fallor? an ipſi Angeli (quos Dominus in Dialogo Jobiano ſtellas matutinas appellat) ſtellas novas induti, aliquando fatales ruinas ſunt minati? non dicam de ſalutari ſidere quo Magi ad cunas Bethlehemitanas ducti venerunt, ab Angelo motore, concitati. juxta Joh. Chryſoſt. auctorem minimè exibilandum; certè illud phaſma Cherubinum, quo portæ Paradiſi fuerunt obſeptæ, quid niſi Cometa fuit, fatalis pluviæ, quâ primus orbis ſepultus eſt, Index Vateſq; haut fallax. Præſtat inter S. Codicis Interpretes audire ſenſuū divinorum ſcrutatorem exercitatiſſimum feliciſſimumque Lutherum, Sic autem ille. *In via ab Oriente, quæ ſola ad paradiſum ducebat, poſiti ſunt Cherubim S. Angeli, qui cuſtodirent viam iſtam, ne vel Adam vel alii ejus poſteri ingredi in Paradiſum poſſent, humano more fecit hæc Dominus ad terrendum, ut ſcil. extaret memoriale tam inſignis lapſus. Porrò Cherubim iſti in via habuerunt non ferrum, quo arcerent acceſſuros, ſed labat gladij verſatilis h.e. fulgetrum ſ. flammam qualis eſt fulguris, quæ incerta eſt & præſtringit oculos. Habuit autem iſta flamma ſ. fulgur hoc formam gladij qui movetur aſſiduò ſ. vibratur. Sicut* Actor. 2. dicitur, *linguas Apoſtolorum diviſas apparuiſſe, tanquam ignis, & præbent quoq; talem ſpeciem volantes Dracones, in hunc modum Angeli iſti ſemper emiſerunt flammas, quæ in omnes partes agerentur, ne quis accedere poſſet. Ac eſt ſervata Paradiſi cuſtodia Angelorum, uſq; ad diluvium, ut extaret certum memoriale apud omnem poſteritatem hujus miſeri & calamitoſi lapſus; Sicut poſtea ad omnem poſteritatem extitit locus Sodomorum: Item ſtatua ſalis. Hujuſmodi enim monumentis opus habet ignavia & negligentia noſtra; ſed poſt diluvium Paradiſus, unà cum Angelis & romphæâ iſtâ diſparuit.* Hactenus Herois illius definitio, cui nihil deeſt niſi definitum h. e. nomen

Cometæ.

DISPV-

DISPUTATIO QUARTA.

SECUNDUM PRÆCEPTUM DECALOGI.

לא תשא את שם יהוה כי אלהיך לשוא לא ינקה יהוה את
אשר ישא את שמו לשוא

LXX Interpp.

Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, ἐπὶ ματαίῳ. Οὐ γὰρ μὴ καθαρίσῃ Κύριος τὸν λαμβάνοντα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ.

Aria Mont.

Non feres nomen Domini DEI tui in vanum: quia non mundificabit Dominus eum, qui tulerit nomen ejus in vanum.

Vulgata Sixtina.

Non aſſumes nomen Domini DEI tui in vanum. Nec enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumſerit nomen DEI ſui fruſtra.

Tremellius Jun.

Ne aſſumito nomen Jehovæ DEI tui in vanum: nam non relinquet impunem Jehova eum, qui aſſumſerit nomen ſuum in vanum.

Germanica antiqua.

Nit nym den Namen deines HErren gotz eytel / wann der HErr wirt in nit vnſchuldig haben den / der do nympt den Namen gotz eytel.

B. Lutherus & Piſcator.

Du ſolt den Namen deß HErren deines Gottes nicht mißbrauchen. Dann der HErr wird den nicht vngeſtrafft laſſen/ der ſeinen Namen mißbraucht.

Mogun-

Moguntina.

Du ſolt den Namen deß HErren deines Gottes nicht vergeblich in deinen Mund nehmen/ dann der HErr wird den nicht unſchuldig halten/ der den Namen deß HErren ſeines Gottes vergeblich annimmet.

Dietenbergica.

Du ſolt den Namen deß HErren deines Gottes nit vergeblich füren/denn der HErr wirt den nit unſchuldig halten/der ſeinen Namen vergeblich füret.

Ἐργασία.

Quod aurium ſepimentum ſpinoſum, oris munimentum ſeratum, linguæ frenum, verborumque ſtateram ſuadet Syracides. c.28. 28. 29. id præſtitit hâc lege ſummus Legislator, quâ cavit ne ſanctiſſimum ejus nomen oris impii ac profani ſalivâ pollueretur, hinc *B.Luther.* in Catech. maj. p.m. 415. *Quemadmodum*, ſcribit, *primo præcepto cor hominis conſtitutum eſt, & fidei ratio tradita, ita hoc ſecundum foras nos producit, os & linguam erga DEUM fingit ac format.* copioſè hoc præceptum expoſuit Luther. Tom.7. Witt. p. 68. & ſeq. Conſtat autem hoc Præceptum. 1. *Interdicto.* 2. *Comminatione.* Interdictum diſpeſci iterum commodè poteſt, *in actum prohibitum & objectum actus prohibiti.* *Actus prohibitus* continetur his verbis לא תשא לשוא De verbo נשא notat *Pagninus* in Lex. *latiſſimè illud patere, ſi quod aliud verbum hebraicum. Itaque,* addit, *pro loci & rei varietate variè convertendum fuerit.* Videtur enim *magis ſignificandi modo, quàm ſignificatione differre. Ad ſignificationem levandi, tollendi ſeu elevandi primariam omnia reduci poſſunt. Apparet ex duobus locis* Eſa. 46. *differre à* סבל *quod propriè eſt, portare, ferre, ſeu ſuſceptum onus geſtare, cum* נשא *ſit onus tollere in humeros & ſuſcipere, ut motum magis ſignificet, quàm quietem.* Prima tamen atque propria ſignificatio eſt levare ſeu elevare. redditur ab Interpretibus per aſſumendi vocem, quatenus in os aliquid accipitur & linguâ profertur, confer Pſ. 50. 16. quia ut notat Rivetus in h. l. quæ tollimus aut levamus in altum, prius ſunt aſſumenda aut capienda. Redditur etiam per jurandi vocem, Du ſolt nicht falſch ſchwören/ quia etiam qui jura-

bat,

Digitized by Google

bat, priſco ritu manum attollebat Gen.14.22. hinc Eſa.3.7. ישא ביום ההוא Aſſumet in die illa, Er wird zu der Zeit ſchwören. Et hunc præcepti ſenſum *dicit B.Luther.* in Catech.maj. eſſe *ſenſum facillimum & ſimpliciſſimum.* Ita etiam *Thomas.* 2. 2. q.122. art. 3. putat propriè & directè hoc præcepto prohiberi ſolùm perjurium, ſed ſenſus præcepti latior eſt: *Comprehendit*, ut optimè notat *Theodoret.* in Exod.20. *Prohibitionem omnis irreverentiæ & abuſus divini nominis.* Luth. לשוא ſignificat & mendacium, (ut Exod.23.1. לא תשא שמע שוא Du ſolt falſcher Anklag nicht glauben.) & gratis ſeu fruſtra, temerè. Oſe.12.11. Job.35.13. ſicut vox vanum in L.L. & mendacii & temeritatis ac levitatis index eſt. Quia τὸ fruſtrà generalius eſt, quod τὸ falsò includit, ideò legem hanc generaliſſimè exponimus, de quovis temerario uſu, ſeu abuſu nominis divini. Luth. Tom. 6. Jen. p.303. Er hat dir gebotten / du ſolt ſeinen Namen nicht vergeblich führen / damit er bekennet / daß man den Namen / der doch an ihm ſelb voll Geiſtes vnd alles gutes iſt / kan dennoch mißbrauchen / an vnd wider den Geiſt. Das heiſſt aber ſein mißbrauchen / wenn man ihn nicht ſo brauchet / wie ers heiſſt vnd befilcht / ſondern ohn daſſelb drein greiffe / vnd damit thun will / was wir ſelbs erdencken / wie die Zeuberer vnd Teuffelshuren. Item falſche Lehrer vnd Rotten den Namen vnd Wort zu Sünden vnd Schanden führen. Id quod ſtudioſè obſervandum contra Socinianorum cavilla, qui aſſerunt, Chriſtum, cùm priùs in hoc præcepto prohibitum eſſet ſolùm perjurium, in N. T. Matth.5. addidiſſe legi prohibitionem etiam temerarii juramenti. Hinc Catech. Racov. p.160. expreſsè ſcribit, legem Moſaicam non prohibuiſſe juramenta ſpontanea & à levitate profecta, modo vera eſſent, & Photinianiſch Vnterricht / c.25. p.161. Moſes braucht ein ſolches Wort im Hebraiſchen / welches ſo viel heiſſt als falſchlich oder lugenhafftig / nicht ohn Vrſach. ſuffragatur Maldonatus ad Matth.5. Nos diſtinguimus inter præcepti ipſius ſenſum, & inter *ἰδίαν ἐπίλυσιν* Phariſæorum. Utut enim Phariſæi ſic intellexerint, non prohiberi temeritatem jurandi, tamen ea ipſa fuit ſententia legislatoris, idque probatur. 1. *generali phraſi.* Non aſſumes in vanum, quam nobis limitare non licet. 2. *ab Explicatione Moſis*, qui ſi hic nihil aliud prohibitum ſit niſi perjurium, tavtologus fuerit Lev.19.12. Si ſc. τὸ חללת nil niſi falſum juramentum

notat; 3. *ab Explicatione puriorum Scripturæ Moſaicæ interpretum, ſeniorum* primùm, qui expreſsè reddiderunt ἐπὶ ματαίῳ, Deinde *Syracidis* c.23,10. Ubi in Moſen quaſi commentarium ſcribit. 4. *Ab abſurdo.* Levitas jurandi in V. T. aut peccatum fuit, aut non fuit. Si fuit; ergo aliqua lege prohibita, ἀνομία enim præſupponit νόμον. Et ubi lex non eſt, ibi nec prævaricatio. Rom. 4. 15. Si non fuit, ergo licuit impunè nomine divino abuti; id quod contra naturalem pugnat æquitatem: & pugnat ſanctiſſima natura cum levitate profana.

§. 2. *Objectum prohibitum eſt* שם יהוה אלהיך *Nomen Domini DEI tui.* *Non intelligitur. 1. abſolutè* & tantùm השם *nomen illud eximium Iehova*, quod ἀνεκφώνητον eſſe contendunt Apellæ & Judaizantes nonnulli. *Genebrard. in ep. ad lect. Comm. in Pſalm.* *Druſius in Prater. N. T.* ad cap. 19. Apoc. cujus pronunciationem ajunt punitam Lev. 24. 14. ſed argumentis hilo levioribus, vide *B. Luth. Tom. 8. Ien. in libro Schemhamphor. & D. Walther. in ſpicileg. Controv. S.* *Non 2. nuda nomina divina, Iehova, Adon, Elohim &c. ſed etiam res nomine divino ſignificata.* Uſitatiſſima namque in omnibus linguis hæc eſt metonymia, Vide *Pſalm.* 9. verſ. 3. Eſa. 9. verſ. 6. Θηβαῖον ὄνομα, nomen Romanum, felix nomen agelli, id eſt, ipſe agellus. Breviſſimè *per nomen DEI intelligitur* γνωστὸν καὶ δοξαστὸν τοῦ Θεοῦ, quicquid de DEO & ejus operibus nobis agnoſcendum eſt & glorificandum. Materiale τοῦ γνωστοῦ eſt ipſa DEI eſſentia, attributa, perſonæ, voluntas, opera creationis, providentiæ, redemptionis, ſanctificationis, verbum & ſacramenta. Formale eſt glorificatio, ut ſcilicet in his omnibus glorificetur, quo ſenſu cœli dicuntur narrare gloriam DEI, Pſ. 19, 1. occaſionaliter, quia ſunt illud objectum, in quo divina Majeſtas glorificari ſolet.

§. 3. *Pars ſecunda* hujus præcepti eſt ſpecialis *comminatio*, quâ DOMINUS præcipuè hanc legem munivit; præſcius, fore, ut cùm judices humani honorum, facultatum & ſocietatis humanæ ſint futuri ſtudioſiores, adeoque gravius animadverſuri in prævaricatores ſecundæ, quam primæ tabulæ, *cùm* (ut Auguſt. lib. 1. de lib. Arb. c. 5.) *lex, quæ regendis civitatibus fertur, multa concedit, atq; impunita relinquit, quæ per divinam providentiam vindicantur.*

Verba,

Digitized by Google

raphraſin Bibliorum Vinarienſium. II. Ritus indifferentes, communes omnibus Religionibus, & ex naturæ lumine noti, ut ſunt detectio capitis in concione, & ſimiles alii ſine peccato ubivis locorum exerceri poſſunt. Inde enim atque ideò D. Apoſtolus requirit, ut in Eccleſiis Sanctorum mulieres orarent velatæ, viri nudati; quia, inquit, 1. Cor. 11. 14. Εἰ μὴ αὐτὴ ἡ φύσις ἡμᾶς διδάσκει. Capitis apertio olim erat auctoritatis virilis argumentum. quod 1. viri ſint firmioris complexionis, qui non egeant capitis tegumento contra æſtum, quod 2. agerent cœlo teſte, ſine pudore, aut ſubjectione ad ſuperiorem. Contrà, opertum habuiſſe caput ſignum erat effœminatæ mollitiei, quod 1. mulieres non poſſent nudo capite excipere cœli inclementiam, perinde ut viri. Teſtatur Lipſius, cap. 20. Amph. & Elect. l. 1. c. 23. Romanos capite nudo fuiſſe, neque pileo uſos, niſi in certis caſibus. Laciniam eos in caput ſæpè rejeciſſe contrà æſtum, aut ventum eamq; detraxiſſe, quando opus: interdum & palliolum, ſed ab ægris id factum, aut delictis. Atque huc trahitur vulgò verſus Plauti, Act. 2. Curcul. ſc. 3.

Tum iſti Græci palliati, capite operto qui ambulant.

Scenicè, inquit, Taubman. tangit delicatos & molles iſtos, qui caput velabant. quod 2. mulieres in conſpectu virorum ex ſubjectione verecundari oporteat. Hinc Petronius: Aſcyltus caput aperuit, ut ſe vidit in lupanar deductum. Ergò capitis velatio ſignum erat pudoris. Hæc hujusmodi illuſtrant locum Paulinum. Noſtro tempore, ſcribit D. Chemnit. lib. de Tradit. p. m. 75. contraria eſt conſuetudo, nam aperto capite dicere teſtimonium, eſt ſubjectionis. III. Ritus indifferentes habentes reſpectum ad certam religionem, tanquam illius ſigna & notæ, quibus ab omnibus aliis religionibus volunt diſtingui, vel præter uſum ſignificandi non habent alium, vel aliò etiam referri poſſunt, utpote ad ornamentum, ad memoriale, &c. Ritus indifferentes tantum notæ alterius religionis liciti ſunt, ſi liberè iisdem utaris, & ex vocatione, in eum finem, ut poſſis lucrifacere alienæ religionis confeſſores. Illiciti, ſi 1. tanquam rebus neceſſariis iis uſus, (contrà naturam rerum indifferentium) 2. non habeas ſcopum lucrifaciendi, vel ſi haberes, ad id vocatus non ſis. Confirmatur illud exemplo Pau-

li,

li, hoc Petri. Ille circumciſione (nota Judaicæ religionis per Chriſtum abolitæ) uſus eſt liberè, quia Titum non circumcidit, circumcidit autem Timotheum. Act. 16. 3. à Matre Judæa natum, quia per Timotheum volebat Judæos lucrifacere, non admiſſuros miniſtrum non circumciſum. Eodem ſcopo ritus alios Judaicos ſed liberè imitatus eſt. Act. 21. 26. contra Petrus coegit judaizare Gal. 2. 14. non habuit ſcopum lucrifaciendi tùm gentiles, tùm Judæos, quia utriſque dedit errandi occaſionem, illis, qui ſic ſunt ratiocinati: Petrus noſtram converſationem noſtroſq; cibos averſatur. Ergò maceria inter Judæos & nos nondum rupta eſt. His, qui ſic collegerunt, Petrus abſtinet à gentilibus cibis. Ergò iis veſci ſalvâ conſcientia nemo poteſt. Paulum imitata eſt primitiva Eccleſia, quæ gentilium ritus in plurimis imitata fuit, ſed liberè, ut iis lucrifaceret gentiles, ut oſtendit Caſaub. exerc. 16. n. 43. & D. Gerhard. l. de Eccl. p. m. 1068. & ſeq. Hos verò hodiè ritus, causâ finali ſublatâ, ſub neceſſitate quapiam velle urgere, eſt Petrum ſequi non in fide, ſed errore. Illuſtrari hæc, quæ dicta ſunt, exemplo militari poſſunt. Nam ibi hoſtis vexilla & teſſeras uſurpare licet, ſi poſſis iiſdem ſtratagemate aliquo bellico capere hoſtem atque ſuperare, aliàs ſine proditionis notâ non licet. Hujusmodi ritus hodiè ſunt in Eccleſia Romana, aquæ luſtralis aſperſio, catenulæ illius, ad quam Pater noſter & preces aliæ recitari ſolent, circumgeſtatio. &c. quæ præter uſum diſcernendi religiones reſpectu noſtri non habent alium. Nam ut alibi, ita & hic, poſitâ notâ adæquata, ponitur notatum, neque (ut de juramento Jus Canonicum loquitur) DEUS accipit tuos ritus, ſicut tu intelligis, ſed ſicut is, qui adſtat. IV. Ritus indifferentes reſtricti ad aliquam religionem, præter uſum ſignificandi alium habentes finem nobis utilem, liciti ſunt extrà caſum ſcandali dati. Ejusmodi ritus ſunt. e. g. crucis in aëre depictio, imaginum & ſtatuarum in templis collocatio, altaria & veſtes clericis olim uſitatæ, &c. Hi hujusmodi ritus liciti ſunt, quia à nobis non adhibentur in eum finem, in quem alia nobis contraria religio eosdem adhibere ſolet. Rei autem indifferentis finis bonus actum ipſum non vitiat, dixi autem extrà caſum ſcandali dati, nam ſecus verum eſt, quod ſcribit Tertullianus, qui l. de Idol. poterit & pueris prætexta concedi & puerilis

ſtola,

ſtola, nativitatis inſignia, non poteſtatis; generis non honoris; ordinis non ſuperſtitionis. Cæterum purpura, vel cætera inſignia dignitatum & poteſtatum, inſertæ dignitati idololatricæ ab initio dicata habent profanationis ſuæ maculam. Scandalum autem dat, qui cæcum de lapide offendiculi non monet; nam videntes ſi offendantur, illis non datur, ſed ab iisdem accipitur ſcandalum. Infirmi in fide monendi ſunt, quo hi hujusmodi ritus fine adhibeantur; Calviniani, ſi iisdem offendantur, accipiunt ſcandalum. Legendus hic fuerit, ſed cum judicio Liber Tertulliani de Idololatria, quem in quæſtiones digeſſit Scultetus in medull. Theolog. Patrum, in anal. Script. Tertull. c. 35. p. 220. & ſeqq.

Q. 2. An quis pro alio fidem confiteri poſſit; Patrinus e.g. pro filio in Baptiſmo?

Reſpondet accommodatè Chriſt. Guenzius part. 2. divit. Evang. p. 511. aliud de ſalute ipſa, aliud de mediis ſalutis, aliud de applicatione, aliud de mediorum oblatione. Patrini ſeſe obligant non imputativè, ſed declarativè, quod credant. Sacramentum fidei, quod baptiſmus in baptiſato operetur, quodque illos eſſe regeneratos non dubitent; quodque DEUS cum ipſis in Baptiſmo fœdus inierit, & ſint ad faciendum omnia ſecundum fœdus obligati, uti tutor pupillum obligat.

Q. 3. An liceat Catholicum ſe eſſe, aut Lutheranum negare?

Reſpondet Becan. in Manual. l. 5. c. 2. p. 953. Hinc ſequitur, easdem ob cauſas non licere negare ſe eſſe Catholicum, qui Catholicus eſt. 1. Quia hoc eſſet negare fidem Chriſti, quod eſt contrà obligationem confeſſionis fidei. 2. Eſſet mendacium, quod eſt contrà obligationem veritatis. Quæres, an ſimiliter peccaret, qui negaret ſe Lutheranum aut Calviniſtam eſſe, ſi revera talis eſſet. Reſp. Peccaret quidem contrà veritatem, non tamen contrà confeſſionem fidei. Nam confeſſio fidei non obligat illum ad confitendum falſam fidem, qualis eſt Lutherana & Calviniana. Idem dico de Catholico, qui negaret ſe Sacerdotem aut Religioſum eſſe.

Pecca-

Digitized by Google

Peccaret quidem contrà veritatem, quia mentiretur, non tamen contrà confeſſionem fidei, quia non negaret fidem, ſed ſtatum.

Q.4. An liceat aliquando tacere, aut diſſimulare fidem Chriſti?

Reſpondet Becan. in Manual. l. 5. c. 3. p. 953. Qui interrogatur à publicâ perſonâ, an ſit Chriſtianus, vel Catholicus, non poteſt tacere, aut ambiguè tergiverſari, ſed tenetur apertè confiteri, ſe Chriſtianum, aut Catholicum eſſe, etiam cum vitæ periculo. Qui autem interrogatur à privatâ perſonâ, poteſt tacere, aut eludere, neque tenetur apertè confiteri, ſe talem eſſe. Ita Sanches lib. 2. Moral. c. 6. n. 4. ubi citat plures authores, pro hâc ſententiâ. Ratio ſumitur ex differentia, quæ eſt inter publicam & privatam perſonam; nam publica habet jus & poteſtatem interrogandi, ac proinde interrogatus tenetur ei reſpondere, non poteſt autem reſpondere, niſi quod verum eſt. Ergò ſi interrogatur, an ſit Chriſtianus, aut Catholicus? tenetur reſpondere, ſe talem eſſe. At privati homines non habent jus ac poteſtatem interrogandi ac examinandi alios de rebus ad ſe non pertinentibus; ac proinde interrogati non tenentur illis reſpondere. Poſſunt ergò vel tacere, vel interrogationem eludere, eo modo, quo ſuprà dictum eſt. h. e. dicere: quid ad te? quorſum me rogas? Neque ſuo ſilentio aut eluſione ſignificant, ſe non audere fateri veritatem; ſed ſe parvi facere interrogationem eorum, quorum nihil intereſt, quales ipſi ſint. Dices. Tunc tenemur confiteri fidem Chriſtianam, quando id cedit ad honorem DEI; ſed non minus id cedit ad honorem DEI, quando interrogamur à perſona privata, quàm quando à publica; quia in utroque caſu ſignificamus, nos magni facere fidem Chriſtianam, & pro illa paratos eſſe mori; ergo in utroque caſu tenemur confiteri fidem. Reſp. Negatur major. Non enim quicquid cedit ad honorem DEI, tenemur facere ex præcepto. Verbi gratia: cedit ad honorem DEI, ſi Sacerdos quotidiè offerat DEO ſacrificium, ſi Laicus quotidiè det Eleemoſynam, ſi quotidiè in memoriam Chriſti abſtineat à vino; & tamen ad hæc præſtanda non obligatur ex præcepto. Deinde minor diſtinguenda eſt. Tametſi enim in utroque caſu, ſive interrogeris à publi-

ca, ſive à privata perſona, confeſſio cedat ad honorem DEI, non tamen in utroque eſt neceſſitas confitendi fidem. In uno quidem eſt, quia neceſſe eſt reſpondere ei, qui habet poteſtatem interrogandi, in altero non eſt, quia non eſt neceſſe reſpondere ei, qui non habet poteſtatem interrogandi. Quæ dicta ſunt, intelligi debent cum hac limitatione; niſi utilitas proximorum id exigat. Nam fieri poteſt, ut Chriſtianus, quando à privatis hæreticis, aut gentibus interrogatur de ſua fide, ex hac parte teneatur confiteri ſe Chriſtianum eſſe, licet aliàs non teneretur. Idque in duobus potiſſimum caſibus. Primò, ſi adeſſent alii Chriſtiani, qui graviter offenderentur, aut ſcandalizarentur ex ipſius ſilentio, vel ſimulatione. Secundo, ſi adeſſent hæretici aut gentiles, qui benè affecti eſſent ad fidem Chriſtianam, & propter alterum, qui non auderet profiteri, inciperent dubitare de illius veritate. In utroque caſu tenetur fateri, ſe Chriſtianum eſſe. Secunda concluſio. Homo Chriſtianus tempore perſecutionis poteſt fugere, vel ſe occultare, ne cogatur reſpondere de rebus fidei; ut ſic periculum vitæ evadat. Eſt communis ſententia, & colligitur ex illo Matth. 10. v. 23. Cum autem perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam. Quod etiam confirmatur exemplo Pauli Apoſtoli, qui, cum cuſtodirentur portæ civitatis, per murum in ſportâ dimiſſus eſt, ut poſſet fugere. (Act 9. 25. & 2. Cor. 11. 33.) Et ratio eſt, quia qui fugit in tali caſu, non ſignificat per ſuam fugam ſe non eſſe Chriſtianum, vel negare velle fidem Chriſti, ſed potiùs contrarium, ſe nolle fidem Chriſti negare, & ideò fugere periculum negandi: vel certè, ſe cupere adhuc diutius vivere, ut poſſit fidem Chriſti propagare, quod omninò Paulum ſpectaſſe credibile eſt. Videatur S. Athanaſius in Apologia pro ſuâ fuga. Poteſt tamen fieri, ut hujusmodi fuga propter aliquam circumſtantiam fiat illicita, præſertim in Paſtore vel Epiſcopo, qui ratione ſui officii tenetur manere apud ſuos ſubditos tempore perſecutionis, etiam cum periculo vitæ, idque ex duplici cauſa. Primò, ne ſubditi fideles, qui manent in perſecutione, relinquantur ſine Paſtore, cujus præſentia tunc maximè neceſſaria eſt. Nam ut rectè argumentatur *Nicolaus* Papa (cap. ſciſcitaris. 7. q. 1.) Si Gubernator navis in tranquillitate non debet deſerere navem, multò minus in tempeſtate.

Ex

Digitized by Google

Ex quo infert, neque Paſtorem in periculis perſecutionum debere ſuos ſubditos deſerere. Secundo, quia fuga Paſtorum ſolet eſſe occaſio minoris æſtimationis fidei, ut inſinuat D. Thomas in 2.2. q. 3. art. 2. Nam infideles inſultant Chriſtianis, & contemnunt eorum religionem, quando vident eam à propriis paſtoribus in caſu neceſſitatis non defendi.

Q. 5. An ſimulare liceat religionem adverſam ore aut geſtu?

Vide, quæ in primâ parte Theol. conſc. de adiaphoris & ſympolitia religionis monita extant.

Q. 6. Quanti facienda illa Hieron. Zanchij ſubſcriptio: Bona conſcientia acceſſi atque ſubſcripſi, neq; id ſimpliciter, ſed quatenus eam formam eſſe judicabam. Idq; feci imprimis propter adverſarios: nimirum ne ſimplex ſubſcriptio poſſet aliquando mihi apud illos eſſe fraudi, & vi meæ nudæ ſubſcriptionis cogerent me illi aliquando ad ſuas interpretationes pro ipſa Auguſtana confeſſione, & Articulis Concordiæ, recipiendas. Vt igitur in hac re mihi caverem, in hæc verba ſubſcripſi: Hanc doctrinæ Formulam, ut piam agnoſco, ita etiam recipio. *Quis in hac mea ſubſcriptione non videat expreſſam conditionem, nempe eatenus me illam doctrinæ formam recepiſſe, Quatenus etiam piam eſſe illam, non mei adverſarij, ſed ego ipſe agnovi, atq; agnoſco. Et altera parallela, quam examinavit D. Hülſeman in præfat. διαλύσεως pag. 108. & ſeq?*

Verbo: Illuſoria eſt, ut loc. cit. demonſtratur.

Q. 7. Quis propriè Martyr, & an hoc titulo dignus fuerit Ioh. Huß?

Martyrii definitio recolenda eſt ex Chriſteid. Act. 1. Theatr. 3. p. 631. Diſcretio Martyrum verorum & falſorum indicata eſt in Salve Reform. p. 583. & Vale Triumph. p. 140. & ſeqq. Sola hic nobis relicta eſt Vindicatio Joh. Huſſi, quem, veritatis Catalogo inſertum, ivit expunctum Heribert. Roſvveyd. tract. de fide hæret. c. 18. ubi ejus dogmata à Luthero damnata producit, ut ſunt: Miſſæ ſacrificium propitiatorium, Tranſubſtantiatio; Sanctorum invocatio, purgatorium, oratio pro defunctis, & tamen (ita concludit

Digitized by Google

ib. p. 212.) belli homines, cum ſucceſſionem ſuam, in eadem fidei doctrinâ (nec enim aliàs vera ſucceſſio) in Pſeudo-martyrum libro texunt, non verentur Huſſum, ut præcipuum Doctorem, intexere, cùm execrandos homines ſuos cœlo inſerunt, minora inter aſtra unus hic ut luna micat: quaſi ab uno eodemque DEO tanta opinionum in fidei capitibus diverſitas proficiſci poſſit: quaſi tàm pugnantia, ſeque mutuò interimentia ab uno veritatis ore poſſint emanare. Eadem cecinit Piſtorius in motiv. March. 2. p. 144. Dabey wir auch das anmelden müſſen / daß wir vor der Zeit / vnd vnſers verhaltens noch mehrer Theil Lutheriſchen zum wenigſten gemeynet / daß wir vns deß Huſſen zubehelffen / vnd etlicher maſſen das Alter vnd Herkommen vnſer Kirchen von ihm zu rühmen hätten / da doch in Warheit Huß / außgenommen den einigen Artickel (de utraq; ſpecie) von beeder geſtalt im Nachtmahl zureichen / ſonſten dem Luther in allem zuwider / vnd ohn ander zween oder drey Puncten / ſonſt gut Catholiſch iſt. Dann Huß in ſeinen Büchern vnd Predigten / ſo noch beyhanden / vnd im Truck ſind / das heilig Opffer der Meß / die Tranſubſtantiation im hochwürdigen Sacrament / das Fegfewer / die Anruffung der Heiligen / die Fürbitt vnd Opffer für die Todten / der Prieſter Cœlibat vnd Weihung / auff recht gut Catholiſch eifferig biß in den Todt geglaubt / auch Meß im Gefängnuß gehalten / vnd ſonderlich über die Epiſtel Jacobi geſchrieben / daß der Glaub allein nicht / ſondern durch die Liebe ſelig vnd vollkommen mache / darinn alles man vns gewiß trauen / oder in ſeinen Büchern nachſchlagen kan. Ob er auch wol indulgentias angegriffen / vnd ſonſten Primatum Pontificis etlicher maſſen angezogen / vnd allein den H. Päpſten vnd Prieſtern die Succeſſion zugelaſſen / iſt er doch bey weitem nicht ſo furios vnd vnheilig geweſen / wie der Luther / vnd derhalb Luther zum wenigſten ſeiner zugenieſſen. Hæc ille. E cujus pharetrâ par telum etiam in Cyprianum intorqueri poſſet, ut qui errore non levi imbutus, martyr tamen obierit. Foverit licet errores Papæos, tamen ob hos non eſt damnatus, ſed quia veritatem docuit, de quâ Luth. Tom. 7 Witt. pag. 136. Daß ich leider zu Leipzig in der Diſputation nicht hatte geleſen Joh. Huß / ich wolt ſonſt nicht etliche / ſondern alle Artickel zu Coſtnitz verdampt gehalten haben / wie ich ſie dannoch jetzt halte / nach dem ich deſſelben Joh. Huß / hochverſtändiges / edles / Chriſtliches Büchlein / deßgleiz

daßgleichen in vierhundert Jahren nicht iſt geſchrieben / hab geleſen/ Welches auch nun durch Göttlichen Rath in Druck außgangen / die Warheit zubezeugen/ vnd alle die in öffentliche Schande zuſetzen/die es verdampt haben. Es ſind nicht Joh: Huß Articel / ſondern Chriſti Pauli/ Auguſtini / auffs aller ſtärckſt gegründet / vnd vnwiderſtößlich/ bewehret/ wie daß alle müſſen bekennen / die daſſelbe leſen. Negavit: Papam impium ſummam & ignis probam ſuſtinuiſſe, non eſſe caput Eccleſiæ Sanctæ. Luth. Tom. 12. Witt. p. 282. Wann der Papſt nicht from̃ iſt/ ſo iſt er nicht ein Haupt der heiligen Kirchen / gleichwie ein böſer Pfarrherr iſt ein Pfarrherr/ aber nicht ein Glied der Heiligen in ſeiner Pfarre. Alſo hat St. Johannes Huß auch geſagt: Wann der Papſt ein Schalck iſt / ſo iſt er nicht from̃ / ob er gleich der Oberſt in der Kirchen iſt. Als / wo du oder ich ſpreche / wann Judas ein Dieb oder ein Verräther iſt/ ſo iſt er nicht from̃/ ob er gleich ein Apoſtel iſt. Et pag. 283. Sie ſelbs ſeine Widerſacher zeugen gar herrlich / wiewol ſehr vnbedächtig/ daß ſie ſich billich ſolten ſchämen/ wo es müglich wäre/daß ſie mit blinden Augen ſehen köndten/ dann der Schreiber/ ſo die teutſchen acta deß Concilii mit den viel Schilden hat geſchrieben/der es doch gern böſe hätte gemacht wider den Huß/ ſagt/ daß Johannes Huß hab vnerſchrocken gelächelt/ da man ihn degradirt hat / vnd zum Fewr geführt / hat er immer im Munde gehabt: O Jeſu du Sohn Gottes/ erbarm dich mein/ da er aber den Baum geſehen/ daran er ſolte verbrandt werden / ſey er auff ſeine Knie gefallen vnd geruffen: O Jeſu/ du Sohn Gottes/ der du für mich gelitten haſt/ erbarm dich mein. Hat auch geſehen ein armes Bäurlein Holtz zutragen/ vnd mit ſänfftem Lächeln geſprochen das Wort S. Hieronymi/ Sancta Simplicitas/ Ach du heilige Einfalt / vnd ein Prieſter hat ſich zu ihm gedrungen vnd gefragt/ ob er beichten wolte / Ja ſprach Huß/ Ich will gern beichten / der Prieſter / Ihr müßt zuvor widerruffen / Nein ſprach Huß / ſo weiß ich mich auch keiner Todſünde ſchuldig. Antichriſtum prodidit, enarravit Luth. Tom. 3. Witt. p. 273. Alſo iſts mit Johanne Huß auch ergangen / welcher der erſte iſt/ der das Papſtumb offentlich angegriffen hat/ vnd den Papſt den Widerwertigen oder Antichriſt geheiſſen/ ꝛc. der ſich überhebt über alles das GOtt/oder Gottesdienſt heiſſet ꝛc. 2. Theſſ. 2. Darumb läßt man ihm billich die Ehre für allen / daß er dem Papſtumb den erſten rechten Stoß gegeben hat/ darüber er auch / als ein

Ketzer verdammet vnd verbrandt iſt. Nun iſt er aber ſo gewaltiglich am Papſt gerochen/ daß wann ers hätte wündſchen ſollen/ nicht beſſer vnd reichlicher hätte geſchehen können. Der Papſt iſt vor ſeiner Zeit in ſolchen Ehren geweſen/ vnd ſo hoch gehalten/ daß wann er nur muckete/ ſo mußt ſich dann Käyſer/ Könige vnd Fürſten für ihm bücken vnd fürchten/ das thät ihm wol/ vnd kützelte ihn. Aber nach Huſſens Todt/ iſt das alles/ wie geſagt/ wol gerochen worden. Dann das Papſtumb iſt bald hernach in groſſe Verachtung kommen/ vnd iſt immer ein Spange nach der andern davon geriſſen/ biß daß der Papſt ſampt ſeinen Geiſtlichen ſo gar veracht ſind worden/ daß die Welt gantz müde vnd ihnen gram worden iſt/ vmb ihrer läſterlichen Lehre/ vnd Grewel/ vnd ſchendlichen Lebens willen. Was wird jetzt zu vnſern zeiten geringer vnd verächtlicher gehalten/ dann eben das Papſtumb/ ſonderlich bey den Chriſten? Sie werden auch je länger je mehr hinfort in Verachtung kommen/ biß man gar nichts mehr von ihnen halte. Alſo hätte Johannes Huß am Papſt nicht beſſer können gerochen werden/ dann auff dieſe Weiſe/ wie geſagt/ vnd wann er noch ſolte leben/ ließ er hundert Hälſe drob/ wann er wiſſen ſolte/ daß ein ſolch Ende ſolte nehmen mit dem Papſtumb/ wie es nun ſtehet. Es wird aber noch wol beſſer werden/ ſie wehren ſich ſo ſtarck als ſie können. confer tom.12.p.278. Immanis poteſtatis papalis elogia confudit, vid. Luth. tom.12. p.278. Concilii Conſtantienſis ponerian culpavit. Davon Luth. tom. 12. Witt. p.278. f.2. Davon ich ſelbs hab die Schwaben hören reden/ daß ihr Statt Coſtentz in dreyſſig Jahren mit keiner Buſſe möge loß werden/ von den Sünden/ ſo darinnen vom Concilio auffs aller ſchändlichſte begangen ſind. Manet intereà martyr innocens Teſtimonio Magnatum Bohemorum, tom.12.p.280.f.2. So haben wir jetzt auch dieſe vnſere offenbarliche Brieffe an ewer Würde geſand/ deſſelben Magiſters halben/ darinn wir mit Hertzen vnd Munde frey bekennen/ daß derſelbe Johann Huß gantz ein gottsförchtiger/ frommer vnd Chriſtlicher Manne geweſen iſt/ daß er allwege ehrlich vnd löblich in vnſerm Königreich gelebt/ daß er treulich das Alt vnd New Teſtament geprediget/ damit beyde vns vnd vnſer Vnterthanen vnterricht/ ſtraffe auch gar gewaltiglich alle Ketzerey vnd Irrthumb/ vnd vns vermahnet ohn vnterlaß/ daß wir/ gleichwie alle Chriſtgläubigen auch ſolten ſolcher Lehren feind ſeyn/ vnd mit fleiß lehret er jederman/ beyde mit Worten

vnd Wercken die Liebe vnd Einigkeit zu erhalten. Alſo daß wir noch nicht hören noch mercken haben können / ſo wir doch mit fleiß darauff acht hatten / daß er einigen Irrthumb oder Ketzerey in ſeinen Worten lehret / predigt / oder einiger Weiſe dargebe / noch vns oder vnſere Vnterthanen mit einigem Wort oder Werck ärgerte. Sondern viel mehr weil er ein gottsförchtiges vnd ſanfftmüthiges Leben in Chriſto führet / jederman zum Gehorſam Göttliches Worts vnd Gebott der heiligen Väter / vmb Beſſerung willen der heiligen Mutter der Kirchē / vnd deß Neheſten Seligkeit mit lehren vnd thūn vermahnet. Et pag. 282. Ich habe von glaubwürdigen Leuthen gehöret / daß Käyſer Maximilian hab pflegen zuſagen / vom Huß / Hehe / ſie haben dem frommen Mann vnrecht gethan / vnd Eraſmus Roterodamus / in den erſten Tractätlein / ſo ich noch habe / öffentlich im Truck ſchreibet: Johannes Hus eſt exuſtus, non convictus, Johannes Huß iſt verbrandt vnd noch nie überwunden / vnd iſt mir die Rede bey ehrlichen Leuthen blieben / daß ihm ſey Gewalt vnd vnrecht geſchehen. Et tom. 7. Witt. p. 163. f. 2. Joh. Huß iſt durchs placet der vngelehrten Tyrannen hingerichtet / ohn Vnterricht / ohn Beweiſung / ohn Vberwindung / wie ich dann gehöret hab von meinem Inſtitutor, Johann Greffenſtein / einem gelehrten vnd frommen Mann / welchen ich nun wol mag nennen / dieweil er todt iſt / vnd ich es zu der Zeit von ihm höret / da ich noch gar wenig gedacht Prieſter / ſchweig Doctor zuwerden. Alſo iſt an vielen Orten teutſches Landes noch allzeit blieben das mummeln vom Johann Huß / vnd hat immer zugenommen / biß ich auch darein gefallen / gefunden / daß er fürwahr ein theurer / hocherleuchter Mann geweſen iſt / den auch noch nicht mögen überwinden zwantzig tauſend Ecken über einen Hauffen geſetzt / vnd ſind ſie gelehret / ſo laſſen ſie ſich noch ſehen / vnd geben Vrſach / warumb Johann Huß verdampt ſey. Es iſt nicht gnug geſaget / das Concilium habs gethan / man muß grund anzeigen / die Widerſacher zuſchweigen / vnd vns ſelbs zubeſtrieden / dieweil es kund iſt / ein Concilium möge irren. Trutz hie Ecken / Spitzen vnd Winckeln / vnd allen Papiſten vnd Romaniſten / daß ihr ein Blat Johann Huſſen vmbſtoßt. Inconvictus, Luth. tom. 12. p. 279. Aber ſie kondten die Krafft Gottes in mir nicht überwinden / ſie wolten gegen mir mit der heiligen Schrifft nichts handeln / wie das werden zeugen die Wolgeborne Herren / welche gar Mannlich vmb

der Warheit Gottes willen alle Schmach zu leiden bereit geweſen ſind. Sonderlich Herr Wentzel von Duben / vnd Herr Hanß von Clün / dann dieſelbige waren vom Könige Sigiſmundo ſelbs zum Concilio eingelaſſen. Vnd da ich ſprach / ich wolte mich gern weiſen laſſen / wo ich geirret hätte / mußten ſie vom öberſten Cardinal dieſe Wort anhören / wilſtu dich weiſen laſſen / ſo muſtu zuvor deine Lehre widerruffen / wie fünfftzig Doctores der Heil. Schrifft beſchloſſen haben. O eine ſchöne Vnterweiſung war das. Alſo hätte auch St. Catharin die Warheit Gottes vnd den Glauben Chriſti verleugnen müſſen / dieweil fünfftzig Meiſter wider ſie ſtunden. Aber das thät ſie nicht / die liebe Jungfrau / ſondern blieb beſtändig im Glauben biß in den Todt / doch gewahn ſie ja zuletzt jhre Meiſter dem HErrn Chriſto / ich aber kan die meinen keines wegs gewinnen. Das hab ich darumb euch wöllen ſchreiben / auff daß jhr wiſſet / wie ſie mit keiner beſtendigen Schrifft / noch redlichem Grunde mich überwunden. Sondern mit Schrecken vnd Liſt angefochten haben / mich zu überreden / daß ich ſolt widerruffen vnd meine Lehre verſchwören. Equidem tom. 7. p. 136. f. 2. Ich habe hören ſagen von Andreas Proles vnſerm Vicario, der ein Mann in teutſchen Landen / eines groſſen Namens vnd Glaubens geweſen iſt: Auch von vielen für heilig gehalten. Daß er zur Zeit in vnſerm einen Kloſter an der Wand / D. Johann Zacharie mit einer Roſen auff dem Paret gemahlet angeſehen vnd geſagt hab / O wehe / ich wolte nicht gern die Roſen mit den Ehren tragen. Iſt er darauff von einem dapffern ſeiner Vettern gefragt worden / was das bedeut? Hat er alſo geſagt / da Johann Huß zu Coſtnitz hat öffentlich diſputirt, iſt jhm von Johanne Zacharie der Spruch Ezech. 34. Viſitabo ego ipſe Paſtores, & non populus meus, fürgehalten. Hat Johann Huß vermeinet / es ſtünd nicht drinnen / Et non populus meus, Hat Johann Zacharie auff Johann Huſſen eigen Bibel beruffen / welche er zuvor in Huſſen Herberg heimlich beſehen hätte / vnd jhn doch nicht warnet / da die iſt kommen / iſts alſo drinnen funden / vnd ob wol Johann Huß rieff / ſie wäre falſch / andere Bibeln hätten nicht alſo / dann er hätte eine ohngefehr mit ſich genommen / mußt es doch nicht helffen / vnd alſo durch ein falſche Bibel verdampt werden. Da ward dem Zacharie die Roſen zu Ehren gegeben / als einem Vberwinder deß Ketzers Johannis Huß. Nun iſts wahr / alle Biblien auff dieſen Tag in aller

Welt

Digitized by Google

Welt haben/ wie Johannes Huß geſagt/ vnd nicht wie Johann Zacharie/ darauß es Schein hat/ wie die Sophiſten ihrer Sach verzweiffelt/ mit aller Liſt vnd Triegerey vmbgangen/ vnd nichts am Liecht gehandelt haben. Et Tom. 12. Witt. p.281. f.2. Mir iſt kein zweiffel/ wer dieſe Brieffe liſet vnd höret/ ſo er anders bey Vernunfft iſt/ oder ein Gewiſſen für GOtt hat/ der muß ſagen/ daß ein trefflicher groſſer Geiſt in dieſem Mann/ Johannes Huß/ geweſen iſt/ der ſo Chriſtlich ſchreibet vnd lehret/ ſo Ritterlich mit deß Todes Anfechtungen kämpffet/ ſo gedultig vnd demüthig alles leidet/ vnd endlich ſo Männlich den ſchändlichſten Todt vmb der Warheit willen annimt/ vnter ſo gewaltigen/ vielen/ groſſen Leuthen/ auß aller Welt verſamlet/ vnd er vnter ihnen allein/ wie ein Schäflein vnter viel Löwen vnd Wölffen ſtehet. Soll der ein Ketzer ſeyn/ ſo iſt freylich nie kein rechter Chriſt auff Erden kommen/ dann bey welchen Früchten will man einen rechten Chriſten erkennen/ wanns dieſe Früchten Johannis Huß nicht ſeyn ſollen. Propheta. vid. Luth. tom.12. Witt. p.278. f.2. Ich hoffe aber zu GOtt/ er werde nach mir ſenden (wie dann auch ietzt ſchon ſind) die baß drein greiffen/ vnd deß Endechriſts Schalckheit baß an Tag bringen/ vnd ihr Leben zum Todt wagen werden/ für die Warheit vnſers HErrn Jeſu Chriſti/ welcher wird euch vnd mir geben die Freude deß ewigen Lebens. vid. Gerhard. tom.1. LL.CC. p.149. Aleth. vict. p.159.

Q.8. *An ſeptem illi Maccabæi fratres eſum carnis ſuillæ diriſſimis cruciatibus redimentes veri ac genuini Martyres?*

Ita quidem Romanum Martyrologiũ, apud Cor. à Lap. ad Maccab. p.112. Maccabæi hi Sanctorum Catalogo adſcripti ſunt in Romano Martyrologio, ad diem primum Auguſti, ubi ſic legimus. Antiochiæ paſſio Sanctorum ſeptem fratrum Maccabæorum, cum matre ſua, qui paſſi ſunt ſub Antiocho Epiphane Rege. Horum reliquiæ Romã translatæ in Eccleſia S. Petri ad vincula conditæ fuerunt. At cauſam dubitandi præbet. 1. Defectus veritatis maximæ, Evangelicæ ſc. Lex enim ceremonialis fuit, quam ne violarent, morti ſe dedicarunt; at Lex Ceremonialis cedit morali, ſi enim non obſtante Lege Judaica, licuit vitam defendere, ægrum ſanare, quidni & carne ſuilla veſci, ne temet occidas. 2. Maledictio in Antiochum jacta. Non ſic Stephanus.

§. 6. V. *Species δοξολογίας eſt verbi prædicatio*, efficaciſſimum glorificandi nominis divini inſtrumentum. Ejus *neceſſitas* nititur 1. *Mandatis*, cùm ad Prophetas factis, Eſ.40.1. Jer.11.6. Ezech.3.2. Jon.3.2. tùm ad Apoſtolos Marc.16.15. & horũ ſucceſſores 2. Tim.4.2. 2. *Promiſſionibus*, de fructu miniſterii. 1. Cor.1.6. Rom.10.17. 3. *Serie illa* & ſucceſſione continua à primis mundi cunabulis hucuſque ſingulari DEI providentia continuatâ. *Modus prædicandi* conſiſtit in ὀρθοτομίᾳ 2. Tim.2.15. quo in loco ὀρθοτομεῖν non ſolùm ſignificat rectè ſecare textum in capita & partes, ſed & rectè tractare, ſicut καινοτομεῖν Græcis non ſolum eſt nova ſecare, ſed & novas res moliri, διχοτομεῖν non ſolùm in duas partes dividere, ſed & ſeparare. Matth.24.15. Eleganter alludit D. Paulus ad Sympoſiarchas veteres ſeu modimperatores, qui ad cibos artificiosè diſtribuendos adhibiti. *Objectum* hujus ὀρθοτομίας, λόγια ſunt Θεοῦ: *qualitates* ſunt, ex parte cauſæ efficientis, *Pietas* 1. Tim.3.15. à quâ argumenta morata, ut vocant Rhetores: *Scientia Theologica* Tit.1.9. dexteritas διδακτικὴ 1. Tim.3.2. κρίσις ἀκριβὴς, ne in ἰδίας ἐπιλύσεως interpretatio erumpat. 2. Pet.1.20. *Inſtrumenta*, preces ſunt & habituum inſtrumentalium maximè lingg. auxilia: *Finis* is ipſe eſt, qui & Scripturæ Sacræ θεοπνεύστου 2. Tim.3.16. *Forma* conſiſtit in (ante concionem) *piâ ἀπαθείᾳ ac meditatione*. In concionis tractatione & propoſitione, ἀναλογίας fidei conſideratione Rom.12. 7. prudentiâ, prolatione verborum perſpicuâ & methodicâ, & quantum fieri poteſt apophtegmaticâ. Zelo ἀνυποκρίτῳ. Quæ omnia poſt concionem claudit gratiarum actio, & votum pro ſalutari fructu. *Peccant* igitur in hanc *ſecundi præcepti* partem *Pſeudoprophetæ*, qui quidvis aliud quàm λόγια Θεοῦ prædicant: *Concionatores ſcandaloſi, ſcire aut docere inepti, opinionibus falſis occupati: irreligioſi ac profani*, qui rem tanti momenti, ἀνίπτοις χερσὶ tangere non erubeſcunt; *à fine vero abeuntes ad vanitates, affectibus carnalibus turgidi, & plagiarij, ἀναλογίαν fidei non obſervantes, imprudentes, obſcuri, confuſi, verborum aleatores*, ut vocat Nazianz. *frigidi, hypocritæ*.

GYMNASIUM.

Q. I. An læſa Majeſtatis reus ſit Præco verbi, ſi flagitia Magiſtratus notoria notet?

Reſpondimus ſuprà in part.1. pag.1024. Addimus jam. Privata

Digitized by Google

vata delicta & perſonalia; privatim eſſe arguenda, ſalvo honore politico. Exemplo Nathanis. Adde, eadem palàm quoque poſſe argui, ſed indeterminatè, ad τὸ δὲ τὶ καὶ νῦν, etiamſi conſcientia audientis in ſe reflexa ſibi clàm applicare poſſit; Exemplo Pauli. Act. 24.25. At ſi populus unà cum Rege totumq; corpus, ſi e.g. Aaron cum populo vitulo litet aureo, tùm epidemicum malum, epidemicam quoque medicinam exigit: vel enim tacebis, canis eris mutus: vel elenchum diſtringes in ſolum populum, eris paraſitus: ſi in ſolum Magiſtratum ſeparatim, forte prohibentem, ne palàm crimen caſtigetur, tunc grex errans non reducetur, & peribit immonitus frater, pro quo Chriſtus mortuus eſt. conf. Bidembach. p. 782. Extat in codice juris quoddam decretum. *Si quis neſcius modeſtiæ & pudoris ignarus improbo petulantiq; maledicto nomina noſtra* (Imperatoris) *crediderit laceſſenda, ac temulentia turbatus obtrectator temporum fuit, eum pœnæ nolumus ſubjugari, neq; durum aliquod, nec aſperum volumus ſuſtinere, quoniam ſi ex levitate proceſſerit, contemnendum eſt, ſi ex inſania, miſeratione digniſſimum; ſi ab injuria, remittendum: ex perſonis tamen hominum dicta penſamus.* Multò igitur magis transmittendum, ſi ex Zelo divino. Sóli DEO gloria! Immodica tamen, effrenis & tribunitia parrheſia, apud plebem, acerbè dicax, culpam habet, ac pœnam ſibi accerſit. Vigilii, e.g. Papæ, qui, cum accitus Byzantium, ad Juſtinianum ſe voluiſſe ire, ſed ad Diocletianum veniſſe, liberius eloqueretur, accepta ab aſtantium quodam alapâ in baſilicam confugit. Ex qua extractus, conjectusque in carcerem poſt biennium, ad Narſetis monita eſt dimiſſus.

Lutheri hæc ſunt, Tom. 12. Witt. p. 275. Die Könige Juda waren deß höchſten und edelſten Stammens im gantzen Menſchlichen Geſchlecht/ noch hieß das nicht den Stam̃ geſchmehet/ da Eſaias den König Ahas/ wie auch andere Propheten viel Könige ſtrafften. So iſt nun kein Stam̃ ſo gut/ es trägt zuweilen ein ungerathen Kind/ und müſſen den Keyſerlichen Reim ꝛc. unvertilget laſſen/ wie wolten Richter/ ja Fürſten und Herren beſtehen/ wann ſie ſolten Schmäher heiſſen/ wann ſie einen von gutem Geſchlecht umb ſeiner Untugend willen mit allem Recht köpffen oder richten lieſſen? damit würde jener Dieb noch recht geſagt haben: Es geſchehe ihm eine groſſe Schmach/ daß er hangen ſolte/ Ja es heiſſt/ lieber Geſelle/ du ſolt auch nicht ſtehlen. Summa/ Könige und Fürſten ſind unter GOtt/ der will ſie erſtlich mit Gnaden geſtrafft haben/ wann ſie böſe Schälcke ſind. Solche gnädige Straffe müſſen die Propheten mit Worten thun/ aber gar weidlich drüber leiden. Zum andern mit Zorn/ da ſtrafft GOtt ſelbs und heiſſt/ Er ſtöſſet die Gewaltigen vom Stul/ aber die erſte Straffe verlachen ſie/ darumb müſſen ſie der andern ewig weinen.

nen. Conſ. ibid. p. 292. D. Bidembach ad 2. Sam. 12. p. 782. Die Zärtling und weiche Leuth / die immer wollen die Sünde allein mit guter Gelegenheit und Beſcheidenheit / opportune geſtraffet haben / die ſollen wiſſen / daß auch dabey ſtehet / importunè und zu ungelegener Zeit ſoll man anhalten / die Leut wollen immer / man ſoll auff Eyern gehen / und keines zertretten. Wunden ſäubern / hefften / heilen und nicht wehe thun / wolan / wiltu ungeſtrafft ſeyn / ſo lebe auch unſträfflich. Ja du biſt nicht der Prophet Nathan / ſagt mancher. Antwort: Du biſt auch nicht der David. Thue du dein Ampt / ſo darff ich das meine nicht thun. Im Propheten Heſekiel am 3. Capitel / ſpricht der HErr: Predige ihnen / ſie hörens / oder ſie laſſens. Confer Gueinz. divit. Evang. part. 3. caſ. 3. p. 451.

Q. 2. *An præco verbi divini conſcienter poſſit è ſuggeſtu actum, de cujus adiaphoriâ, an anomiâ non liquidò conſtat, Theologis ipſis diſſentientibus, per conſequentias damnare?*

Poteſt, exemplo Chriſti, qui repudium (cujus nefas per conſequentiam ex lege Sinaicâ eliquavit) damnavit, diſſentientibus licet Judæorum Magiſtris; num enim aliorum ignorantia, aut ignavia, ſedulò Scripturæ Sacræ lectori fraudi eſſe debet? an Sententiaria Theologia Lombardi revocanda? Alioquin væ tibi Sancte Luthere! Appendantur intereà conſequentiæ ad trutinam veritatis, non opprimantur.

Q. 3. *An odioſa nomina, e.g. Neſtorianorum, Eutychianorum &c. in ſuggeſtu uſurpanda?*

Falſa ſunt crimina, non vera nomina, ſi convitii conſilio: ſunt ſi ex charitate cautrice errorum, fugerent definitionem, quibus definitum diſplicet, ut in ſeipſos irent, ſibi ipſis dicerent: *μήτι ἄρα κἀγὼ τοιοῦτος*, nunquid & ego ſum hujusmodi.

Q. 4. *An fide jam ſatis radicatâ, ſolâ vel præcipuè moralia in ſuggeſtu tractanda?*

Utinam, ſicut fides in S. literis, ita & in cordibus humanis! ad radicationem arboris non ſufficit ejusdem poſitus, ſed tanta firmitudo, ut nullis ventis ac tempeſtatibus cedere poſſit. At, inquies, hic & nunc nullum eſt periculum ab erroribus fidei, eſt à morum improbitate. Unde igitur tot ac tanti Apoſtatæ, inermes in luctâ, imbelles in tentatione? Quid fieret, ſi quem adverſum ventum DEUS permitteret, hic & nunc. Flagitia morum puniun-

minuntur à ſeculari poteſtate, non item flagitia errorum. Majus igitur à malo fidei periculum.

Q. 5. *Quid faciendum Concionatori, cum ſibimet ipſi diſplicet ac vileſcit?*

Sæpè (ſcribit Auguſtin. lib. de Catechiz. rudib. c. 1. ad Fratrem DEO gratias, p. 319.) Tibi accidiſſe confeſſus atque conqueſſus es, ut in ſermone longo & tepido tibi vileſceres, eſſesque faſtidio, nedum illi, quem loquendo imbuebas, & cæteris, qui audiendo aderant. At reſpondit Auguſt. ib. pag. 320. *Nolim te moveri ex eo, quod ſæpè tibi abjectum ſermonem faſtidioſumq́; haberi viſus es. Fieri enim poteſt, ut ei, quem inſtruebas, non ita ſit viſum, ſed quia tu aliquid melius audiri deſiderabas; eo tibi, quod dicebas, videretur indignum auribus aliorum. Nam & mihi propè ſemper ſermo meus diſplicet. Melioris enim avidus ſum, quo ſæpè fruor interius, antequam eum explicare verbis ſonantibus cæpero: quod ubi minus, quàm mihi notus eſt, evaluero, contriſtor, linguam meam cordi meo non poſſe ſufficere.* Et pag. 321. *Nos autem plerumq́; in auditoris utilitatem vehementer ardentes, ita loqui volumus, cùm per ipſam intentionem loqui non poſſumus: & quia non ſuccedit, angimur, & velut fruſtra opera inſumamur, tædio marceſcimus, atq; ex ipſo tædio languidior fit idem ſermo, & hebetior, quam erat, unde perduxit ad te tedium; ſed mihi ſæpè indicat eorum ſtudium, qui me audire cupiunt, non ita eſſe frigidum eloquium meum, ut videtur mihi; & eos inde aliquid utile capere.*

Q. 6. *Prolixiores juſto conciones an probandæ?*

Improbant, quia onerant, & ſuffocant aures; plerumque minus doctæ, coctæ, concentratæ. Omne nimium naturæ inimicũ. Prophetæ ſtillant, non torrentis inſtar inundant. Benè Carpzov. lib. 2. juriſprud. Conſt. Defin. 255. p. 384. Quò tantò magis excitentur homines ad audiendas conciones, ſermonem Paſtor ita inſtituat ac moderetur, ne ultrà tempus auditores detineantur, & in Sabbatho ac Feſtis diebus concio ultrà horã: in diebus verò profeſtis ultrà dimidium, vel tertium horæ quadrantẽ extendatur ac prolongetur. Idq; 1. per Sanctionem manifeſtã in Decreto Synodal. Elect. Saxon. de Anno 1624. §. Vnd damit die Leute/verb. Auch nicht über eine ſtunde

 am

an Feyertagen / vnd über ein halbe Stund in der Wochen / mit predigen zubringen.

Q. 7. An textus longior, totus, e. g. Pſalmus ſemel totus effundendus, num articulatè & ſtillando tractandus?

Stillando ſc. ut ſuccus pretioſus & aquæ mephakim. Sic enim Prophetæ dicuntur ſtillaſſe, non uno impetu omnia effudiſſe. Intereà non ſunt longa, quibus nihil eſt quod demere poſſis.

Q. 8. An fabulas concionibus miſcere liceat?

Si ut fabulas & cum fructu, quem Apologi Æſopici intendunt. vide Mantiſſ. Rhetor. de Progymn. Dixi, ut fabulas, non tanquam vere factas hiſtorias.

Sic Luther. Tom. 2. Isleb. pag. 431. Man liſet / daß ſichs einmal begeben hat / daß einer geſtanden iſt / ein grober Riltze vnd Filtz / als man in der Kirchen dieſe Wort: ET HOMO FACTVS EST geſungen / vnd weder das Baret abgezogen / noch das Knie gebeuget / noch keine Ehre dagegen erzeiget / ſondern wie ein Stock allda geſtanden / da ſonſt die gantze Menge deß Volcks nider gekniet war / als man dieſe Wort im Patrem geſungen hatte / vnd gebetet andächtiglich / da ſey der Teuffel zu ihm getretten / vnd hab ihm ein Maulſchellen gegeben / daß ihme das Geſicht vergangen / habe ihm greulich geſtucht / vnd geſagt / daß dich das hölliſche Fewer verbrenne / du grober Eſel / ſo GOtt wäre ein Engel worden / ich wolte nicht allein Knie / ſondern meinen gantzen Leib zur Erden beugen / ja ich wolte zehen Ehlen tieff / in die Erde ſeyn gekrochen / vnd du heiloſer Menſch ſteheſt da wie ein Stock oder Stein / vnd höreſt / daß GOtt nicht ein Engel / ſondern ein Menſch worden iſt / vnd dir gleich / vnd du ſteheſt allda vnd rageſt / wie ein Scheid Holtz. Es ſey geſchehen oder nicht / ſo iſts doch dem Glauben ehnlich / daß die heiligen Vätter durch ſolche Exempel die Jungen haben ermahnen wollen / wie ein groß vnaußſprechlich Ding es ſey / daß der wahre Sohn Gottes ſey Menſch worden / vnd daß wir die Augen aufſperreten / vnd ſolche Wort auch wol betrachteten.

Eâdem prudentiâ uſus eſt Drexel. in Gazophyl. p. 374. Narrant diverſi, Anno Chriſtiano nongenteſimo ſeptuageſimo, ævo Othonis Magni Cæſaris, Moguntiæ egiſſe Hattonem, ſecundum ejus nominis Antiſtitem, quâ quidem tempeſtate dira fames Germaniam populabatur. Hatto pauperum complures in amplum horreum, ſpe ſtipis congregari, ſed plurimis jam congregatis domum illam ligneam incendi juſſit, quando hoc genus hominum conſumendis frugibus natum nil differret à muribus. Cum autem ululatus ac ſtridor horribilis jam ardentium audiretur, dixiſſe ferunt

Hatto-

Digitized by Google

Hattonem: Audin', ut mures ſibilent. Hanc DEUS Tyrannidem exoſus mures catervatim in hominem immiſit. Hi DEI milites ita miſerum diu noctuque afflixerunt, ut medio Rheni ad Bingam oppidum turrim extruxerit. Fruſtrà, nil agunt hominum arma, cum DEUS impugnat. Nam mures agmine facto ſine cymbâ trajecerunt Rhenum, & deſtinatam ſibi prædam invaſerunt. Ita infelix inter mures mortem obiit ſe dignam. Cavillum luit; homicidium ſenſit, cibus murium fuit, qui turbam famelicam, ut mures jugulavit. Ferunt ipſum etiam hominis nomen è parietibus & tapetibus ab ultricibus beſtiolis eraſum. Hæc ego ſic geſta non affirmo. At Nicol. Serarius de rebus Moguntiacis, ſex capitibus exactè hanc fabulam refellit. mihi pag. 792. ab hujus ego parte cenſeam ſtandum, qui rem cæteris acuratius examinavit.

§. 7. VI. *Species δοξολογίας* eſt *auditus verbi divini*, cujus neceſſitas probatur iterum 1. *è mandatis* Deuteron. 6. 4. Pſalm. 34. 12. Eſa. 1. 2. Matth. 3. 17. Marc. 7. 14. Apoc. 2. 7. 2. *Promiſſionibus*, Joh. 5. 24. Luc. 11. 28. Rom. 10. 14. 3. *Exemplis*, Neh. 8. 13. Marc. 12. 37. Luc. 21. 38. Adde rationes, quibus auditui in diſcendi ratione partes priores tribuuntur. *Modus* quoad actum præparatorium ante concionem conſiſtit in *ſanctificatione* Exod. 19. 11. ad quam potiſſimum requiritur pœnitentia, oratio, veri ſcopi attentio Eccleſ. 5. 1. quoad ipſum audiendi actum, is inſtituendus 1. ἀνυποκρίτως Syr. 1. 36. c. 15. 20. 2. *Devotè* tanquam coràm DEO Act. 10. 33. Prima vox Protoplaſtorum ad concionem poſt lapſum primam omnium Auditorum vox eſſe debet. Audivi vocem tuam Domine. (Ergò timui. 3. *Attentè* & reverenter tanquam coràm legato DEI, exemplo Theſſalonicenſium. 1. Theſſ. 2. 13. 4. *Libenter* Syr. 4. 1. 5. *Obedienter* Hebr. 3. 7. 6. *Patienter* non ſolùm ad correctiones audiendas Pſal. 141. 5. Sed & ad vim verbi excipiendam ſine contumaciâ ac reſiſtentia. Quoad actus conſecutivos 1. *gratè ac memorioſè*, exemplo paſtorum Luc. 2. 20. 2. *Iudicioſè* 1. Theſſal. 5. 21. 1. Joh. 4. 1. exemplo Berrhoenſium. 3. *Fructuoſè*, Matth. 7. 24. *Peccant* in hanc præcepti ſecundi partem 1. *Contemptores* verbi auditi ac miniſterii irreligioſi. 2. *Profani* qui verum ſcopum non præfixum habent, ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρὸς, ipſorum Ethnicorum hæc lex fuit, ad Divos adeunto caſtè, pietatem colunto, opes amovento, qui ſecus:

cus:

ceus faxit, DEUS vindex erit. Cic. l. de LL. ſed quidam veniunt, ut audiant, non ut diſcant: ſicut in Theatrum voluptatis gratiâ Senec. ep. 108. 2. *Hypocritæ*: exemplum præbuit Abſolon, 2. Sam. 15. 7. 8. Phariſæus, Luc. 18. 11. 3. *Indevoti*. 4. *Inattenti*, dormitantes, *vagabundi* in cogitationibus. 5. *Faſtidioſi*, qui nauſeant cœleſte manna. 6. *Inobedientes* atque contemtores, Eſa. 28. verſ. 10. 13. 7. *Impatientes*, Mich. 2. 11. ac indurati. 8. *Ingrati* ac obliviosi. 9. *Naſutuli*. 10. *Steriles* fructuum Jac. 1. 22. Ad auditionem etiam pertinet lectio S. literarum, æquè ac auditio neceſſaria, vide part. 1. Theol. Conſc. p. 400. & ſeq. repetantur motiva lectionis ſacræ edita à Chryſoſt. homil. 9. ad Coloſſ. cujus intermiſſionem cauſam omnium malorum eſſe profitetur. *Eſt utiq; impium*, inquit Auguſt. l. 6. contra Manich. c. 9. *ut non legamus nos, quod ſcriptum eſt propter nos*. nec quæ ænigmata & alia δυσνόητα in S. literis occurrunt, nobis horrori eſſe debent. ad hoc enim, ſcribit idem Auguſt. in præfat. Pſ. 140. *abſconduntur, ne vileſcant; ad hoc quæruntur, ut exerceant; ad hoc aperiuntur, ut paſcant*.

GYMNASIUM.

An ſurdo-mutus excluſus ſit à ſalute, quia medio audiendi verbo deſtituitur?

Reſpondet Hieron. comm. ad Galat. 3. *Quærat quiſpiam, ſi fides non eſt, niſi ex auditu, quomodo, qui ſurdi nati ſunt, poſſunt fieri Chriſtiani? DEUM quippe Patrem ex magnitudine & pulchritudine creaturarum poteſt quis intelligere, & à conditionibus conditor conſequenter cognoſcitur. Chriſti autem nativitas, crux, mors, reſurrectio, niſi ex auditu ſciri non poteſt. Aut ſurdi igitur Chriſtiani non ſunt, aut ſi ſurdi non ſunt Chriſtiani, falſum eſt, quod alibi ab Apoſtolo dicitur: Itaq; fides ex auditu, auditus autem per verbum DEI. Ad quod qui ſimplici reſponſione non contentus eſt, dicit, non generaliter eum dixiſſe: fides omnium ex auditu, quod in parte & in toto accipi poteſt; eorum ſc. fides ex auditu, qui audiunt, qui credunt. Qui autem huic ſcrupulo ſatisfacere conatur, prius illud tentabit aſſerere, quod nutibus quoq;, & quotidianâ converſatione, &, ut ita dixerim, totius corporis loquente geſtu ſurdi poſſunt Evangelium diſcere. Deinde etiam hoc, quod DEI ſermo, cui nihil ſurdum eſt, ad eas magis loquatur aures, de quibus & ipſe in Evangelio: qui habet aures audiendi, audiat.*

Digitized by Google

diat. Et in Apocalypſi, *qui habet aurem, audiat: quod ſpiritus dicat in Eccleſiis.* Et Eſaias: *Dominus addidit mihi auriculam, iſte eſt alius homo, cui DEUS loquitur in occulto, qui clamat in corde credentis: Abba Pater: Et ut frequenter expoſuimus, quomodo corpus omnia membra ſenſus habet: ita animam quoq; univerſos & ſenſus & membra habere, & inter cætera aures.*

§. 8. VII. *Species* δοξολογίας *eſt Benedictio in Nomine* DEI. 1. Verbum ברך æquivocum eſt & notat, ſe felicem prædicare è carnali ſecuritate Deut. 29. 19. Pſalm. 10. 3. Pſ. 49. 19. aliquando per εὐφημισμὸν, ut notat Pagnin. idem eſt quod maledicere. 1. Reg. 21. 10. & 13. Job. 1. 5. & 11. c. 2. 5. hîc loci votum & precatio eſt pro bono ſeu rei ſeu perſonæ eventu, invocato divino nomine. Alias *benedictio* triplex eſt, 1. *Celebratio & laudatio* cum ad DEUM refertur, eſtque illa ipſa δοξολογία, de quâ paulò ante. 2. *Bona precatio*, cum ab homine ad hominem, aut rem aliquam homini ſalutarem refertur, Gen. 24. 60. Ruth. 2. 4. 3. *Prophetica denunciatio*, facta extra ordiné per motum Sp. S. quales fuere patriarchales illæ Gen. 27. 28. ſeq. c. 47. 7. & 49. Sola ſecunda hujus loci, nam de primâ ſupra actum, tertia, ut extra ordinem contingit, ita in ordinariam legem non cadit. *Benedictio* itaque, de quâ hîc ſermo, iterum duplex eſt, vel *auctoritatis* ſuperioris in inferiorem, bona ex officio denuncians, qualis fuit benedictio ſacerdotalis Num. 6. 23. confer Hebr. 7. 7. vel *charitatis* paris ergà parem, de quâ hîc potiſſimum ſermo eſt, nihilq; eſt aliud, quàm votum pium pro rei ſalutari eventu, vel perſonæ ſalute, *Mandata*, Matth. 5. 44. Rom. 12. 14. 1. Pet. 3. 9. *Promiſſionibus* firmata, Jer. 29. 7. Prov. 11. 11. Syr. 3. 11. *Exemplis Sanctorum* ſtatuminata, Gen. 47. v. 7. Exod. 39. v. 43. 1. Sam. 25. v. 14. 2. Sam. 19. v. 39. Matth. 19. verſ. 13. cap. 21. verſ. 9. II. Hæc benedictio ratione *cauſa efficientis*, ſicut & oratio, prodire debet ab homine renato & fideli, adeoque ex fide & bona conſcientia Prov. 11. 24. id verò QUO fit benedictio, VERBUM DEI eſt & oratio 1. Tim. 4. 5. audiatur hîc Luther. tom. 1. Isleb. p. 316. f. 2. Ewer Lieb hat offt gehöret / daß unter allen Wercken Gottes / ſo GOtt mit uns und allen Creaturen hat / das herrlichſte und gröſte Werck ſey / ſein Wort / davon alle Ding geheiliget / und nach GOtt genennet werden / wie man dann gemeinlich die Kirchen ein Gotteshauß heiſſet / nicht daß da GOtt wäre / ſondern daß da Gottes Wort

gepredigét wird/vnd wann es auch gleich vnter einer grünen Linden oder Weiden geprediget würde/ſo hieß doch derſelbige Ort Gottes Wohnung oder Stette/dann Gottes Wort regieret daſelbſt/nicht daß wir den Ort darzu geweihet haben / gezieret oder ſchön außgeſtrichen hätten / wie vnſere Biſchoffe ihren Götzen-Kirchen thun/ſondern von dem Göttlichen Wort / das ich nicht dahin bringe / ſondern es kommet auß Göttlicher Ordnung dahin. Wo nun das iſt/ daſelbſt iſt auch ſein Hauß / vnd da will GOtt geehret ſeyn / dann Gottes Wort macht nicht allein die Stette heilig / vnd zu Gottes Stette vnd Hauſe / es machet auch eben daſſelbe Wort auß den Leuten Götter. Und dieſes iſt auch die Urſach/ wie vormahls auch angezeigt / das der HErr zu Moſe ſaget/ da er zu dem feurigen Puſch wolte tretten/ Zeuch deine Schuhe auß/ dann dieſer Ort iſt heilig / dann Gottes Wort iſt da geweſen / GOtt hat daſelbſt geredet/ darumb dann auch / die da Gottes Wort haben / vnd es ihnen gegeben wird/ daß ſie Gottes Wort treiben vnd handeln / dieſelbige werden genennet Götter. Daher der HErr Chriſtus ſelbſt auß dem 82. Pſalm einen Spruch/ Joh. am 10. Capitel/ einführet / vnd ſchleußt alſo wider die Juden/ Ihr ſaget / ich läſtere GOtt / daß ich geſagt habe / Ich ſey Gottes Sohn / nennet doch die Schrifft Götter die jenigen / die Gottes Wort hören / vnd zu denen Gottes Wort geredet wird. Wieviel mehr bin ich Gottes Sohn/ der ich zu euch geſand bin? So muß nun der auch GOtt ſeyn / vnd GOtt angehören / der Gottes Wort redet. Ratione *objecti* fertur in res, utpote in eventus noſtros, actiones, negocia; cibos 1. Tim. 4:5. & perſonas, quibus bona precamur, præcipuè ſpiritualia; reliqua ut προσθέματα Matth. 6.33. *Ratione finis* tendit benedictio non in ſubſtantiæ aut qualitatum rei alicujus mutationem, contra quam im Scheid- vnd Abſag-Brieff hæc notavimus p. 266. Wann ſonſt St. Paulus lehret / alle Creaturen werden geheiliget durch das Wort Gottes vnd Gebett / verſtehet er ſolches dahin/ wann ſie angewendet wird zum End vnd Nutzen / dazu eine jede Creatur von GOtt ſelbs erſchaffen / oder aber inſonderheit gewidmet vnd verordnet iſt. Dann es redet Paulus nicht von einem jeden Brauch deß Worts Gottes / weil ſich dergleichen bey Zauberern vnd Teuffelsbeſchwörern auch befindet / ſondern allein von dem Brauch / den GOtt ſelbs entweder in der erſten Schöpffung / oder ſonſten durch ſonderbare Stifftung verordnet/ will alſo der Apoſtel nicht/ daß durch vnſer ſegnen die Creaturen

Digitized by Google

ren newe übernatürliche Kräfften erlangen / ſo ihnen von GOtt nicht eingepflantzet / oder davon kein außgedruckte Göttliche Stifftung vorhanden iſt / dann wann einer das gantze Evangelium St. Johannis über Eyer leſe / vnd betete / daß es Oepffel würden / oder über ein angebrandt Kraut / daß ihm der Geſchmack vergienge / ſo wäre es doch alles nicht allein vmbſonſt / ſondern ein abergläubiſcher Mißbrauch / vnd lauter Narrenſpiel. Der bloß außgeſprochene / vnd zu ſolchem Abentheur mißbrauchte vnd vergeydete Namen Jeſu thut auch nichts. Jeſum kenne ich wol / wer ſeyd aber ihr? ſagt dort der Teuffel zu den Jüdiſchen Beſchwörern. confer D. Zæman. in apolog. art. 19. cap. 2. pag. 885. Reinold. in cenſur. ll. apocryph. prælect. 181. pag. 831. & ſeq. ſed ſanctificationem à multiplici bonorum abuſu ac uſu profano, quo quidem ſenſu Dominus benedixit diei ſeptimo Gen. 2. 3. non per rei ſed ſtatus mutationem: *διάκρισιν* ab uſu impiorum, quorum pars eſt in hâc vitâ: ſolidam in illa bona immiſſionem: precationem pro ſancto creaturarum uſu 1. Sam. 17. 45. Mich. 4. 5. Col. 3. 17. hinc ſanctificatio panis Joh. 6. v. 11. Act. 27. v. 35. ſuſcipiendæ prolis Luc. 1. verſ. 13. itineris Act. 21. verſ. 5. denique gratiarum actionem Phil. 4. 6. 1. Theſſ. 5. 18. pro cibo Deut. 8. 10. in bonorum collatione Exod. 18. 10. pro ſuſceptâ prole Gen. 29. 35. pro victoria. 2. Sam. 22. 1. pro ſucceſſu in negocio rei domeſticæ Gen. 24. 27. *Ratione formæ*, fieri debet ejusmodi *εὐλογία*, *piè*, invocato ſcilicet nomine DEI Eſ. 65. 16. Pſ. 72. 17. ac 2. *ſincerè*, ſine fuco & fallaciâ. 3. *effectivè*, ne benedictio ſolùm in ore natet, ſed & quà fieri poterit, cum adjumento noſtro conjuncta ſit.

§. 9. III. *Vitia repugnantia* ſunt 1. *Benedictionis intermiſſio*, nam quod Eliſæus & Chriſtus ſalutationi interdicunt, non abſoluta eſt prohibitio, ſed feſtinationis celeuſma 2. Reg. 4. 29. Luc. 10. 4. 2. *Benedictio* ab homine *impio* profecta Pſ. 112. 10.

Quo pertinent etiam ſoteria ebriorum, *Qualia fuêre Græcorum*. dum non ſolùm (ut loquitur Athenæus) *puteis concertarunt* argenteis, tanquam Hectores udi, ſed etiam *vel κύκλῳ* h.e. in orbem potârunt, vel amyſtide *παρὰ τὸ μὴ μύειν* i.e. non commiſſis labris, *vel ἀμυστὶ* h.e. ut *interpretatur Comicus* in Curcul. Act. 1. Sc. 2. ductim liquores infuderunt, *vel illum καὶ ἐξοχὴν* Græcum bibendi modum excogitârunt, *ut in honorem* Deorum, Principum & amicorum abſentium ſoteria *propinârint*, adque literarum numeros biberint, id quod clariſſimè *colligitur* ex carmine Martial. l. 1. Epigr. 72.

Nævia ſex cyathis, ſeptem Juſtina bibatur:

Quinque *Lycis, Lyde quattuor, Ida tribus.*

Certis etiam adhibitis ſolennibus verbis, teſte Naſone & Plauto: illo quidem *l.2.Faſt.*

Et benè te, *bene me, patriæ pater optime Cæſar.*

hoc verò in Sticho Act.5. ſc.4. Benè vos, benè nos, bene te, benè me, *benè noſtram* etiam Stephanium.

3. *Benedictio avara aut ambitioſa,* in bona tantum temporalia intenta, quale fuit illud votum Matris Jacobi & Johannis Matth. 20.21. 4. *Benedictio impia ac idololatrica*, qualis illa Ethnicorum, Dii meliora piis erroremque hoſtibus illum! Virg.l.3 Georg. neque Dii hoc ſinant. Tacit.1. annal. n.176. 5. *Fucata* qualis illa Joabi 2. Sam. 20.9. confer Matth. 27, 29. 6. *Otioſa*, quæ eſt ſine effectu poſſibili. 7. Papæa, quam depinxit Luth. tom.7. Witt. p.550. his verbis. Da nun der Teuffel ſahe/ daß GOtt eine ſolche heilige Kirch banet/feyret er nicht/vnd bauete ſeine Capell dabey/ gröſſer dann Gottes Kirche iſt/ vnd thät im alſo / er ſahe/ daß GOtt äuſſerliche Ding nahm / als Tauffe/ Wort / Sacrament / Schlüſſel ꝛc. dadurch er ſeine Kirch heiligte / wie er dann allezeit Gottes Affe iſt/ vnd will alle Ding nachthun/ vnd ein beſſers machen. Nahm er auch äuſſerliche Ding für ſich / die ſolten auch heiligen/ gleichwie er thut bey den Wettermachern / Zaubern / Teuffelsbannern ꝛc. da läßt er auch wol das Vatter vnſer beten/ vnd Evangelium drüber leſen / daß es groß Heiligthumb ſey. Alſo hat er durch die Päpſte vnd Papiſten laſſen weyhen oder heiligen/ Waſſer/ Saltz/ Kräuter/ Kertzen / Glocken / Bilder / Agnus Dei, Pallia/ Altar/ Caſſeln/ Platten/ Finger / Hände / wer wills alles erzehlen? zu letzt die Münchkappen ſo heiligen / daß viel Leuth darinn geſtorben vnd begraben ſind / als wolten ſie dadurch ſelig werden. Nun were das wol fein / wann man Gottes Wort/ Segen oder Gebett über die Creatur ſpreche/ wie die Kinder über Tiſche thun/ vnd über ſich ſelbs/ wann ſie ſchlaffen gehen oder aufſtehen/ davon St. Paulus ſagt: Alle Creatur iſt gut/ vnd wird geheiliget durchs Wort vnd Gebett/ dann darauß kriegt die Creatur kein newe Krafft/ ſonder wir beſtetiget in ihrer vorigen Krafft. Aber der Teuffel ſucht ein anders/ vnd will/ daß durch ſein Affenſpiel die Creatur ein newe Krafft vnd Macht kriege/ gleichwie das Waſſer durch Gottes Wort ein Tauffe wird / ein Bad wird zum ewigen Leben / die Sünde abwäſchet/ vnd ſelig macht / welches iſt nicht deß Waſſers Natur / noch Macht / vnd Brod vnd Wein / Leib vnd Blut Chriſti wird / durch aufflegen der Hände Sünde vergeben werden nach Gottes Einſetzung. Alſo will der Teuffel

Digitized by Google

ſel auch / daß ſein Gauckelwerck vnd Affenſpiel kräfftig ſey / vnd über die Natur etwas thue. Weihwaſſer ſolle Sünde tilgen / es ſoll Teuffel außtreiben / ſoll den Poltergeiſtern wehren / ſoll die Kindbettern ſchirmen / wie vns der Papſt lehret. c. Aquam ſale de Pe. So ſoll Weihſaltz auch thun. Agnus Dei vom Papſt geweihet / ſoll mehr thun / weder GOtt ſelber zuthun vermag / wie ſolches in Verſen beſchrieben iſt / die ich einmahl ſolte gloſſiret außlaſſen. Glocken ſollen die Teuffel im Wetter verjagen. Anthoni Meſſer ſtechen den Teuffel / die geſegnete Kräuter treiben die Würm weg / etliche Segen heilen die Kühe / wehren den Milchdieben / löſchen Fewer. Etliche Brieffe machen ſicher im Krieg / vnd auch ſonſt wider Eiſen / Fewer / Waſſer / Thier ꝛc. Müncherey / Meſſe vnd deßgleichen ſollen mehr dann gemeine Seligkeit geben / vnd wer kan alles erzehlen? Jſt doch kein Noth ſo gering geweſt / der Teuffel hat ein Sacrament oder Heilthumb darauff geſtifftet / dadurch man Rath oder Hülffe finde. Darüber hat er auch Prophetin / Warſager / vnd weiſe Männer gehabt / die himliſche Ding haben können offenbahren / vnd geſtohlen Gut wider bringen. Der iſt weit / weit über GOtt / mit Sacramenten / Propheten / Apoſteln / Evangeliſten / gerüſtet / vnd ſeine Capellen weit gröſſer / dann Gottes Kirche / hat auch weit ein gröſſer Volck in ſeiner Heiligkeit dann GOtt / man glaubet ihm auch lieber dann GOtt in ſeinem verheiſſen / in ſeinen Sacramenten / in ſeinen Propheten / weder Chriſto. Er iſt der groſſe Gott in der Welt / wie ihn Chriſtus nennet / Fürſt der Welt / vnd St. Paulus / Gott dieſer Welt. Mit ſolchem Affenſpiel zeucht er die Leut vom Glauben Chriſti / vnd macht das Wort vnd die Sacrament Chriſti vnrecht / dazu faſt vnkäntlich / weil man kan alles neher erzeugen / als Sünde tilgen / auß Nöthen helffen / ſelig werden / durch deß Teuffels Sacrament / dann derſelbige will durch ſeinen Heiligen Geiſt die Leuthe heilig vnd from̃ machen / an Leib vnd Seele / vnd nicht laſſen im Unglauben vnd Sünden bleiben. Solches iſt zu ſchwer denen / die nicht gern from̃ ſeyn / oder Sünde laſſen wöllen / die können ſolches Wercks deß H. Geiſtes leichtlich entrathen / nach dem ſie gelernt / wie ſie ohn deß H. Geiſtes Werck wol leichter / als durch Weihwaſſer / durch Agnus Dei, durch Bullen vnd Brieffe / durch Meſſen vnd Münchkappen können ſelig werden. Darumb nicht Noth iſt etwas anders zuſuchen / noch zuachten. Nich allein das / ſondern der Teuffel hat ſich damit alſo gerüſtet / daß er dadurch wolte das Werck vnd Sacra-

ment Gottes gar auffheben/vnd gedacht alſo. Wird jemand aufftretten/der mein Kirch/Wort vnd Sacrament/vnd Biſchoffe wird angreiffen/als ſolte äuſſerlich Ding nicht ſelig machen/ ſo ſollen Gottes Wort vnd Sacrament mit zu grunde gehen. Dann es ſind auch äuſſerliche Zeichen/vnd ſeine Biſchoffe vnd Kirche ſind auch leibliche Menſchen/ſoll mirs nicht gelien zuvor auß/weil meine Kirch/vnd Biſchoffe/vnd Sacrament flugs helffen vnd wircken in dieſem Leben/vnd gegenwertiglich/daß mans ſehen vnd greiffen muß/dann ich bin dabey/ vnd helffe bald/wie man begehrt. Aber Chriſti Sacrament wircken auffs künfftige/vnd vnſichtbarliche Weſen im Geiſt/daß man ſeine Kirchen vnd Biſchoffe kaum von ferne ein wenig riechen kan/vnd der H. Geiſt ſich alſo ſtellet/als ſey er nicht da/läßt ſie alles Unglück leiden/vnd für meine Kirchen/als Ketzer müſſen gehalten werden. In deß iſt meine Kirch nicht allein ſo nahe/daß man ſie wol greiffen mag/ſondern meine Werck folgen auch bald/daß iederman denckt/ſie ſey die rechte Gottes Kirche/ſolch Vortheil hab vnd kan ich. Bellarminum, qui locum Apoſtolicum torquet, confutavit Raihold. in cenſ. ll. apocryph. prælect. 181. p. 831. & ſeq.

§. 10. 8. *Benedictio incantatoria & magica*, qua rerum naturæ aſſumto nomine DEI, mutari creduntur, quâ (ut Thomas definit vanam obſervantiam 2. 2. q. 96.) commodum aliquod ſperatur ex re, quæ nec ſupernaturaliter eò pertinet, nec naturaliter id præſtare poteſt. Quæ ratione ſubjectorum varia eſt. 1. *Magica κατ᾽ ἐξοχὴν*, qua carminibus & conceptis rebus ſacris remedia morborum procurantur, de quibus Plin. l. 28. 2. confer. diſp. decal. 2. §. 37. varias eiuscemodi formulas incantatrices collegit Mart. Delrio l. 3 diſq. mag. p. 2. q. 4. ſ. 9. m. 468. quas ſatius eſt tacere quàm referre. 2. *Iudaica*, commenti namque erant recutiti illi *Verpi*, Chriſtum virtute nominis tetragrammati edidiſſe miracula, vide B. Luth. tom 8. libr. Schemhamph. & Spicileg. controv. D. Walth. controv. 15. 3. *Papiſtica*, relata in creaturas ſancto uſui deſtinatas, qualis eſt conſecratio templorum, campanarum, aquæ, olei &c. cum Bellarmin. l. 3. de cult. ſanct. c. 7. contendit, *rectè ad effectus ſupernaturales efficiendos & ſignificandos uſurpari aquam, oleum, resq; alias benedictione conſecratas: imò valere ad deletionem venialium peccatorum, ad fugiendos Dæmones & curandos morbos, non autem infallibiliter, operantur Sacra-*

menta

menta, quia vim habent non ex pacto DEI *expreſſo, ſed ex precibus Eccleſiæ & devotione utentium. relata* 2. *ad Evangelia* talis eſt ευχειομαντεία, in Evangeliorum ſortitione occupata, quæ ſortibus Virgilianis ſucceſſit, in quam invehitur Auguſt. cujus verba citantur in decreto, cauſa 26. q.2. can.3. *Martin.Delrio* lib.3.diſq.mag.p.1.q.4.ſ.3. p.m.449. ſuſpenſionem Evangelii Johannis non videtur abſolutè damnare, ſed ob adjunctas circumſtantias v.g. *ut ſic vel ſic ſint ſcripta, vel reliquiæ ſint in vaſe triquetro vel rotundo: vel tribuendo vim formæ vel materiæ, ut ſcriptum ſit in pergameno virgineâ: vel tempori, ut inſcriptum ſit oriente ſole: vel perſonæ, ut alligatum ſit ab incorrupto &c. & paulò pòſt, canones (c. non liceat 26.q.5. &c. non obſervetis 26. q. 7.) non permittunt orationes alias inſcribi periaptis præter orationem dominicam, & ſymbolum: ſed uſu catholico id ad Evangelium Iohannis & alias Sacræ Scripturæ partes extenſum videmus, quia par in iis ratio procedit, nempe & devotio ferentis & verborum ſanctitas. Quæ ſi proſunt piè recitata, cur non & proſint piè geſtata? allegat locum è Caſſiodoro in Pſalm.* 115. *multis efficax remedium in variis malis fuiſſe trinam recitationem hujus verſiculi*, diruiſti vincula mea, in honorem ſanctiſſimæ *Trinitatis factam.* Cæterum os illi dudum eſt, quod obtudit *Chryſoſt* hom.43. in Matth. *Quidam, dum ſcribit, ſacerdotes aliquam Evangelij partem ſcriptam circum collum portant, ſed dic ſacerdos inſipiens, nonne quotidiè Evangelium in Eccleſiis legitur & auditur ab omnibus? cui ergo in auribus poſita Evangelia non proſunt, quomodo poſſunt circa collum ſuſpenſa ſervare? Deinde ubi eſt virtus Evangelij? in figuris literarum, an intellectu ſenſuum? Si in figuris: bene circa collum ſuſpendis; ſi in intellectu? Ergò melius in corde poſita proſunt, quàm circa collum ſuſpenſa. Relata* 3. *ad Sacramentum* maximè Cœnæ, quatenus virtute verborum conſecratorum elementorum tranſubſtantiationem fieri contendunt, adeò ut *Biel*, lect. 4. in can. miſſ. aſſerat, confectionem corporis in ſacramento fieri aliqua occulta virtute, non inſiſtente ei à quo fit, ſed aſſiſtente: *ſecundum quem modum malefici & incantatrices quoſdam effectus producere dicuntur*, & extrahere lac vaccinum de ſedibus vel manubiis ſecurium, quod non fit naturali virtute maleficarum, neque ex earum meritô, ſed virtute occultâ ſive bonâ ſive malâ aſſiſtente. Pertinet omninò huc etiam *Incantatio* ἐξορκιστικὴ *Dæmoniorum depulſiva* 1. *Gentilium* de Apoll.

Thya-

Thyanæo legendus Philoſtrat. Lemnius l.4. c.6. de Brachmanis. idem l.3.c.12. de aliis, Euſeb. l. 5. præparat. Evang. c.6. 2. *Iudæorum*, vide Joſephum de quodam Eleazaro l. 8. antiq. c.2. de filiis Scevæ Act.19.13. quos περιερχομένους appellat Lucas, quaſi circulatores & impoſtores, περιέρχεσθαι enim decipere & circumvenire notat, ut rectè obſervat Sanct. ad ill. loc. 3. *Pontificiorum exorciſatio* itidem ſuperſtitioſis mediis procuratur, ut videre eſt apud Hieron. Mengum in flagello dæmonum. De hoc exorciſmo copioſè actum eſt im Scheid- und Abſag-Brieff/ quo Lector commendatur. 4. *Paracelſiſtica & Cabaliſtica.* Quippe de Paracelſi ſententia l.1. Philoſoph. ſagacis c.6. natura vires ſuas in verba impoſuit, ſicut in herbas & radices: imagines & characteres pyxides ſunt, in quibus magus ſiderũ vires aſſervet. 5. *Fortificatoria* quâ certis characteribus & conceptis verbis membris aliqua inducitur impaſſibilitas, homini poſt lapſum indebita, timiditatis non fortitudinis index, à nullo heroe ſancto unquam adhibita, providentiæ divinæ contemtrix. DEUS defenſor eſt Pſalm. 140. v.8. ſed piorum. Eſa. 33. v.16. piè Paulinus Poëta Chriſtianus:

Sicubi Chriſtus adeſt, vel murus araneus eſto:
Sicubi Chriſtus abeſt, vel murus aranea fiet.

§. 11. Hoc totum incantationum genus graviſſimè peccare probatur I. *Expreſſâ lege.* Non aſſumes nomen DEI in vanum, h. e. in eum uſum, ad quem divinitus inſtitutum non eſt. *Regerit* quidem *Bellarm.* l. ſupra cit. *aſſumere nomen DEI in vanum, proprie nihil eſſe aliud, quam pejerare, ut rectè exponit Concil. Toletan. VII. c.2.* ſed nos contrarium evicimus ſuper. diſp. Finge anguſtiam hujusmodi præcepti ſecundi, quorſum obſecro referes illas hactenus commemoratas virtutes & vitia? Deut. 18. v. 11. Inter crimina Iſraelis fugienda refertur etiam incantatio חבר חבר ein Beſchwerer / quæ vocum complexio incantationem notat Pſ. 58. 6. confer Eſa. 47. 12. II. *Rationibus legis*, pugnat enim ejuſmodi incantatio 1. *cum fine verbi divini*, quod nuſpiam his uſibus deſtinatur. 2. *Cum opere creationis*, quod Sathanas elevat. quemadmodum enim DEUS verbo creavit mundum, verbo Chriſtus multa fecit miracula, præter naturæ ordinem, ita μυριοτέχνης ille perſuadere vult ſimplicioribus, verbis à ſe rerum naturas mutari. vide Zepper. Explan. LL. forenſ. l.4. c.5.

p.m. 298. 3. *Cum Majeſtate divinâ.* Majeſtatis reus eſt, qui regio vel auguſto nomine ſine præſcitu & voluntate principis abutitur. quantum igitur ſcelus ſine DEI mandato, DEI nomine abuti, vel rei alicui illud præſcribere? 4. *Cum ipſa verborum natura,* in qualibet oratione vocali quinque conſideranda veniunt, *ſonus, aer reverberatus, ipſæ prolationes & articulata vocum ſectiones, tempora & morulæ diſcreta.* Atqui nihil horum habet vim rerum mutatricem, non 1. & 2. quia ſonus cum aere reverberato habet quidem non rarò efficaciam, e.g. depulſivam nubium, teſte Ariſtotele l. 2. de cœlo c. 9. t. 53. ſed non talem, de quâ hìc nobis ſermo eſt, quæ rerum naturas mutet aut alteret. Habet efficaciam univocam ſui generis, non æquivocam generis alieni. non 3. quia quamvis orationis ſenſibus non raro homo moveatur ad aſſentiendum; tamen ea motio realis non eſt, ſed metaphorica & Rhetorica. non 4. quia actionum illarum ſi qua vis eſt, locomotiva tantum eſt, quæ loca rerum mutat non naturas. non 5. quia illæ morulæ ſunt quantitates diſcretæ. At quantitatis nulla efficacia realis. 5. *Cum hominis Chriſtiani officio,* cujus eſt neque apertè neque tacitè cum DEI hoſte Sathanâ colludere. At fieri non poteſt, quin in illis actibus colluſio hujuſmodi interveniat. Nam à DEO prodire non poteſt, quod lege divinâ prohibitum: à naturâ verborum tale quid effici non poteſt, ut monſtravimus. relinquitur igitur tacitum cum Dæmone pactum. *Dices* 1. Apoſtolos verbis curaſſe, quorum in locum Eccleſia ſuccedanea facta, idem faciat. 2. Experientiam ratas facere illas incantationes. Reſp. ad 1. à donis extraordinariis, quæ dudum ceſſarunt, (miracula enim ut linguæ σημεῖα εἰσὶ οὐ τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις 1. Cor. 14. 22. At mundo toto credente quid opus miraculis?) ad incantationes hujuſmodi non valere conſequentiam. ad 2. Reſpondet Moſes Deuter. 13. 1. & ſeqq. vide D. Dieterich. conc. 5. ad Eccl. 8. p. 666. & ſeqq.

§. 12. Et poſtremum *hàc* in legis parte prohibitum peccatum eſt *communicatio cum incantatoribus,* quatenus vel ab iis auxilium petitur incantatorium, vel incantatio ut contrariæ incantationis remedium imploratur: Etenim moraliter

Iuſſio, conſilium, CONSENSVS, palpo, recurſus,
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans,

in criminis perpetrati ſocietatem veniunt. Non ſatis eſt, ſi dicas

 te eſ-

te effectum intendiſſe, oportuit etiam ſcire, quibus ex cauſis iſte effectus fluat, cum mala facienda non ſint boni finis intuitu. Rom. 3.8. Confer Auguſt. l.10.C.D. c.10. *Quares*; qui igitur fiat, quod Dæmon ſe nihilominus his remediis patiatur expelli? *Reſpondet* Cyprian. *Diabolum ſæpè vinci ſimulatè, ut vincat verè*: creſcunt ſpiritus ſuperbiſſimo ſpiritui, quoties in auxilium imploratur; idque ipſum fuerit cum Magis fornicari, contra prohibitionem Ochoziæ factam 2. Reg.1.6.

§. 13. *Benedictioni* opponitur *maledictio*, aliàs *execratio*, *imprecatio*, vel 1. *Prophetica* & præſaga certò futuri eventus Gen. 9. 25. c.27.29. c.49.7. Pſalm. 137.9. Sic David in Joabum latronem diras denunciat 2. Sam.3.29. ſed ex lege Deut. 28. ad Joabum applicatâ. 2. *Sacerdotalis* ac officialis Num.5.21. 3. *Heroica* dono diſcretionis & divino zelo armata 2.Sam.2.29. 2.Reg.1.10. 2.Reg.2.24. 2.Tim.4.14. Act.8.20. Perkinſ.l.2.conſc.p.m.255. huc etiam applicat imprecationes Pſalmi 109. tanquam à Davide heroico ſpiritu profectas in privatos ejus inimicos, ſed Petrus ad Chriſtum Judæ imprecantem trahit. Act.1.v.20. Tenendæ hic regulæ *B. Luth.* Comm. in c.22. Gen. *Singulares motus & heroici ſpiritus ſunt ſupra communem regulam* & in c. 29. *Sæpè vir heroicus, quem DEUS ſingulari numine afflavit, perrumpit & frangit regulam, ſed non poſt ſe relinquit.* 4. *Vulgaris* eaque vel *officialis* & licita, ſi feratur in cauſam execrabilem, utpote peccatum, hæreſin & ſimilia, quâ quidem ratione in conciliis anathemata quaſi fulmina ſacra recepta & exemplis ſanctorum firmata, hinc execrationes in Ebal, confer in N.T. 1.Cor.16.22. Gal.1.8. hinc *Chryſoſt.* ſerm. de anathem. *dogmata impia & quæ ab hæreticis profecta, arguere & anathematizare oportet, hominibus autem parcendum & pro ſalute eorum orandum: B. Luth.* tom.3. Jen. ſuper Pſalm.49.p.307.& ſeq. hanc controverſiam definit diſtinctione, inter fidem & charitatem, Glaub leidet nichts/ Lieb leidet alles: Glaub flucht/ Lieb ſegnet: Glaub ſucht Rach vnd Straff/ Lieb ſucht ſehnen vnd vergeben. & ſuper Pſalm. 109. diß zuverſtehen muſtu GOtt vnd Menſchen/ Perſon vnd Sachen von einander ſcheiden: was GOtt vnd die Sach angeht/ da iſt kein Gedult noch Segen/ ſondern eitel Zorn/ Eiffer/ Rach vnd Fluch. *idem* Luth. diſtingit tom.8. Witt. p.305.

Darauff

Digitized by Google

Darauff antworte ich / daß wir allhie zweyerley Ding betrachten müſſen / gleichwie vns auch allhie zweyerley Perſonen fürgetragen werden nemblich der Beruff deß Propheten / vnd die Sünde deß Volcks / vnſer HErr Chriſtus ſihet nicht Matth. am 5. auff einen ſonderlichen vnd gewiſſen Beruff / ſondern wie das Geſätz von allen Menſchen die Liebe fordert / die Liebe aber läſt nicht zu / daß man zürne / hadere / fluche / widerumb ſchlage / vnd ſich räche / ſondern will / daß wir vns gegen vnſerm Nebeſten / wann ers ſchon wol vmb vns verdienet hat / vnd vnſer Feind iſt / fein freundlich ſtellen / vnd ihm alles guts thun. Der nicht alſo rein vnd von Hertzen liebet / der hat das Geſetz übertretten / derhalben ſtrafft auch vnſer HErr Chriſtus billich an dem Ort den Zorn / böſe Flüche / zornige Geberde / Zanck / Rachgierigkeit ꝛc. Dann was ſolt er anders thun / dieweil die zehen Gebott ein gemein Geſätz ſind / dem gantzen menſchlichen Geſchlecht fürgeſtellet. Aber GOtt der alle Menſchen dieſem ſeinem Geſätz vnterworffen hat / machet darnach durch ſeinen Beruff ein Vnterſcheid vnter den Menſchen. Er will nicht / daß der König vnd die Vnterthanen / die Eltern vnd die Kinder / der Herr vnd das Haußgeſind / der Kriegsfürſt vnd Landsknecht gleiche Macht haben ſollen. Auff dieſe Weiß *ib. f. 2.* können wir / ſoviel die That deß Propheten Hoſeæ anlanget / antworten / dann er hat einen ſonderlichen Beruff. Es iſt ihm nicht befohlen / daß er mit dem Volck Iſrael freundlich reden vnd für ſie bitten ſoll / wie andere Propheten gethan / ſondern daß er diß Volck vermaledeye / vnd ihm alles Vnglück wünſche / vnd dieweil er das thut / handelt er nicht wider die Lehre Chriſti / die da nicht ſihet auff einen ſonderlichen Beruff / ſondern in gemein alle Menſchen angehet. Gleichwie auch das Geſätz von allen redet / vnd anzeigt / was ein jeder / der nicht einen ſonderlichen vnd gewiſſen Beruff hat / zuthun ſchuldig. Es iſt aber dieſer Prophet in ſonderlichem Beruff vnd Ampt / vnd thut recht / daß er ſeinem Beruff folget. *Idem Tom. 4. Witt. pag. 37. f. 2.* Daher kan niemand recht das Vatter vnſer beten / er muß dazu fluchen. Dann wann er betet / geheiliget werde dein Nam / dein Reich komme / dein Will geſchehe ꝛc. ſo muß er alles auff einen hauffen mit nehmen / daß dawider iſt / vnd ſagen / verflucht / vermaledeyet / geſchändet müſſen werden alle andere Namen / vnd alle Reich / ſo wider dich ſind / zuſtöret vnd zuriſſen / alle Anſchläge: Weißheit vnd Willen zuboden gehen. Das iſt aber der Vnterſcheid / von ſich ſelbs ſoll niemand fluchen noch ſchwören / dann / wie geſagt / wo es in vnd nach Gottes Wort gehet / da iſt alles recht: ſchwören / zürnen / Luſt zum Weibe haben. ꝛc.

Gregor. M. in Job. l. 4. Moral. c. 6. *Sciendum eſt, quod Scriptura Sacra duobus modis maledictum memorat, aliud videlicet quod approbat; aliud, quod damnat. Aliter enim maledictum profertur judicio juſtitiæ, aliter livore vindictæ; maledictum quippe juſtitiæ judicio, ipſi primo homini prolatum eſt, cùm audivit, maledicta terra in opere tuo. Maledictum judicio juſtitiæ profertur, cùm ad Abraham dicitur: Maledicam maledicentibus tibi. Rurſum, quia maledictum non judicio juſtitiæ, ſed livore vindictæ promitur, voce Pauli Apoſtoli prædicantis admonemur, qui ait; benedicite, & nolite maledicere. Et rurſum: Neq; maledici regnum DEI poſſidebunt: DEUS ergò maledicere dicitur, & tamen maledicere homo prohibetur, quia quod homo agit malitia vindicta, DEUS non facit ſine examine & virtute juſtitiæ. Cùm*

Ergò ſancti viri maledictionis ſententiam proferunt, non ad hanc ex voto ultionis, ſed ex juſtitia examinis erumpunt. conf. in Jure Canon. c. 12. cum Sancti viri. 24. q. 3. *Neq; enim* (ſcribit non-nemo) *charitati proximo debitæ adverſatur ei imprecari mala, non ut mala ſunt; ſed ut bona quædam juſtitiæ divinæ, vel humanæ ac politicæ. Cum enim peccatores juſtè à* DEO *& à Legitimo magiſtratu pœnis afficiantur; jure &* DEUS *& magiſtratus, & homo etiam privatus expetere poteſt, ut iſte vel iſte pœnas luat; quo juſtitiæ bonum promoveatur, eiq; legitimè ſatisfiat. Fas inſuper eſt mala optare, ut vergant in bonum vel ipſius, cui malum imprecor, vel aliorum, qui inde exemplum capiant; monitiq; juſtitiam amare, & non temnere divos diſcant. Quo pacto viri etiam Sancti peccatoribus morbos & flagella à* DEO *precari ſolent; ut à peccatis deſiſtant, & pœnitentiam agant; utq; vitâ, doctrinâ, moribus & exemplo proximis pernicioſi eſſe deſinant; imò & ſoli intereant, ſi fortè corrigi nolint; melius eſt enim, ut pereat unus, quàm ut plures in idem exitij barathrum præcipitentur: neq; optare, ut talis è medio tollatur, actus odij eſt, ſed charitatis erga bonum commune.* vide quæ hoc de argumento ſcripſit D. Gerhard. tom. 6. de miniſt. Eccleſ. n. 270. *Illicita ac privata*, ſi feratur in Perſonam determinatam ac privatam. Et fluit hæc maledictio ratione cauſæ efficientis à διαβόλῳ homicidâ ab initio, qui plerumque per ſua organa linguâ prius occidit quàm manu, hic quoque ut in blaſphemia citharœdus eſt.

Objectum maledictionis ſunt 1. *Perſonæ*, homo ſcilicet vel reflexè idem ſibimet: ut cum David 1. Sam. 25, 22. Hæc faciat Dominus
„ inimicis David. ubi Sanctius hæc addit: Hæc ſine dubio impreca-
„ tionis eſt apud Hebræos frequentiſſima forma; ſed eſt omninò no-
„ vus imprecandi modus. Cum enim hæc faciat, & hæc addat; ali-
„ quid ſignificent infauſtum & dirum; nihil videtur ſibi David im-
„ precari mali, lætum quidem hoſtibus Davidis, ipſi tamen Davidi maximè contrarium. Ac ſi dicat David: Det hoſtibus meis DEUS, ut ſint in acie ſuperiores, ut me de vitæ ſtatu dejiciant, ut quæ ego glorioſè feciſſe videor, illorum obſcurentur meliori ſucceſſu. Cùm Judæi coràm Pilato ſibi, natisque natorum imprecantur: Sanguis Jeſu Nazareni ſit ſuper nos, & ſuper filios noſtros. q. d. ſi quod in occidendo peccatur, ſi quis reatus effuſi ſanguinis, id in nobis recipimus, noſtra & filiorum morte luenda. vel directè ab execrante diverſus, ille ſcilicet qui ad imaginem DEI conditus

Digitized by Google

Jac.3.9. *quatenus inimicus vel exoſus.* Amicum enim, quà talem, nemo facilè execratur. 2. *Res, negocia, eventus*, hinc Maro l. 3. Georg. v. 282.

Hippomanes quod ſæpe malæ légére novercæ,
Miſcueruntq; herbas & non innoxia verba.

Eò ſuperſtitionis gentiliſmus abiit, ut maledictis rem reddi meliorem cenſuerit. Nihil ocymo fœcundius, cum maledictis & probris feratur Plin. l. 19. nat. hiſt. c. 7. Idem de Cumino teſtàtur Plutarchus in ſympoſ. Sic Agricola dùm fruges videt exuſtas ab uredine, & à noxio vento ſpem, quæ ſe oſtentabat à ſegetum viriditate, vaneſcere; mille in ventos jactat convitia; mille precatur infortunia. Quâ de re vide Senecam lib. 2. de irâ c. 16.

Forma conſiſtit in advocatione nominis ac judicii divini, ſeu explicità, quo pertinet celebris illa apud Judæos anathematizandi formula, 1. Cor. 16. 22. *Maran-atha.* Notandum hic ex Elia in Theſbite, quem citat & explicat Druſ. l. 1. qq. Ebr. q. 9. Tres fuiſſe apud Hebræos excommunicationis gradus, 1. נדוי quæ fuit hominis ab aliorum conſeſſu tàm ſacro quàm profano, ad quatuor uſque paſſus, per dies triginta remotio. 2. חרם excommunicatio in totius Eccleſiæ conſpectu publicata, ubi accenſæ candelæ, recitatis prius maledictionibus legalibus, ſubitò extinguuntur, quod excommunicatus jam cœleſtis lucis incapax tenebris orcinis devotus habeatur. Et hoc eſt fieri ἀποσυνάγωγον Joh. 9. 22. 12. 42. ſic Cain prius ἀποσυνάγωγος Gen. 4. 16. 3. מרן אתא Dominus; vel Dominus noſter venit. erat proſcriptio extrema abſque ſpe veniæ irrogata, dicitur ab Hebræorum Doctoribus שמתא vel à שם ibi & מיתה mors: vel à שם (Hebræis aliquando idem quod Jehova τετραγράμματον) & אתא venit quàm anathematizationem auctores ſunt, qui volunt ab Enocho inſtitutam; idq; colligunt ex Jud. v. 14. Paulus itaq; cum dicit, ἀνάθεμα μαρὰν ἀθά: ponit genus cum ſuâ ſpecie, als ſo man ſpreche / der HERR ſoll bald über dich kommen / und dich ſchröcklich ſtraffen. Luth. in gloſſ. marg. *Vel implicita*, quando DEI nomine non expreſſo, judicium tamen DEI poſtulatur, ut per lictorem ſuum Diabolum, per tonitrua, per creaturas, aliàs vindictæ divinæ famulas ejusmodi hominem perdere velit. pertinet ad impliciHhh 3 plici-

Digitized by Google

plicitam hanc DEI invocationem, quoties iniquè in proximum VÆ inclamatur, & ſimiles lamentationes, ab affectu potius quam judicio natæ.

Finis eſt vindictæ privatæ ac affectatæ exercitium, proximi perditio, non rarò confirmatio veritatis, & ſic eſt ſpecies juramenti. Exempla hujuſcemodi peccaminoſæ maledictionis ſunt Goliath 1.Sam.17.23. Simei 2.Sam.16.7.8. Petrus *ὁ ἑαυτὸν καταναθεματίζων* Matth.24.26. Judæi Act.23.12.

§. 14. Quid *verò tenendum de ſanctorum execrationibus?* Jobi 3.1. Jerm.20.14. Pauli Rom.9.1. Quod 1. Jobum & Jeremiam attinet, *Pineda* in c.3. Job. cenſet illas querelas non puſillanimitatis argumentum eſſe, quod viri fortes dum arduam obeunt luctam gemitibus firmentur potius quàm debilitentur. (*Ut in ſtadio*, inquit *Cicero*, l.2. Tuſc. qq. *Curſores exclamant quàm maximè poſſunt, faciunt idem cum exercentur athletæ: pugiles verò etiam cum feriunt adverſarium in jactandis cæſtibus ingemiſcunt. Si gemitus igitur in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur &c.*) ſed fortitudinis ex ingenti, impotenti, ac irato amore in DEUM profectæ, quod ingens amor iraſcatur amico, dum ab eo minùs amicè ſe tractatum putat. Chryſoſt. hom. 4. de patient. Job. Sicut ſi quis apoſtematis morbo circumventus ferro recidatur à medico, non habens, quomodo recidenti adverſetur, circumſtantia tangit, atque aſtantes mordet, illis quidem inferre nihil habens, ad medicum autem extendere manus non valens: Sic & Job blaſphemiæ magnitudines timens, facit inanimatis injuriam, atque fiduciam paſſione adauget, non contrà DEUM audens, ſed ſe denique accuſans. Et mox. Maledicit non creaturam, ſed ſuiipſius diem: poteſtatem habeo diei meæ, non maledico creatori, mei ipſius diem maledico. q. d. maledico diem, non quatenus dies eſt DEI, ſed quatenus meus eſt, hoc eſt, mihi tàm miſero, & meæ nativitati maledico. *Neq; ego improbo*, ſcribit *Sanct.* ad c.20 Jerem. *ſolent enim affectus graviores ejuſmodi proverbialibus dicendi modis explicari, ſicut per interjectionem ſolet*: Has voces *Corn. à Lap. vellcitates* appellat circa rem præteritam ac impoſſibilem, quæ vehementia doloris quaſi naturalia exprimit, & ratio dolore obnubilata & *penè* oppreſſa permittit, immò elicit, ut mali ſui gravitatem oſtendat, & hâc querelâ leniat. *Quis credat*,

aiſ

Digitized by Google

ait Sanct. *in votis eſſe Davidi, ne unquam in montes Gelboë pluvia deſcenderet, & ros, aut ex illis nihil proveniret in humanos uſus opportunum? at harum rerum imprecatione ſignificavit, quàm doleret graviter de morte Saulis.* Wie ietzund (ita Bidembach. conc. 6. in 2. Sam. 1. p. 532.) einer möcht ſagen / verflucht ſey die Straſſe / darauff ich bin beraubet worden / daß kein gut Geſell nimmer darüber ziehe / verflucht ſey die Heyd / darauff unſere ſind geſchlagen worden / es wachſe weder Laub noch Graß darauff / verflucht ſey das Schloß / darauff ich ſo lang bin gefangen gelegen: Es ſchlage der Hagel drein / 2c. Und ſolches iſt an ihm ſelber nicht recht. Dann es ſind die Berge Gilboa nicht ſchuldig daran / wann ſie hätten reden können / ſo hätten ſie geſagt / David fluche Iſrael / und ihren Sünden / die habens verdient / und ſind ſchuldig. Denn man ſoll keiner Creatur fluchen / die GOtt geſegnet hat / es kommt auch nichts böſes von den Creaturen / ſoviel die Creaturen ſelbſten belangen thut / ſondern alles Unglück kommet von der Sünde. Warumb flucht dann David alſo? Er will damit anzeigen / wie ihm ſo leid an Saul und Jonathan und andern geſchehen. Dann gleich wie Job und Jeremiæ leid geſchicht / und ihnen was beſchwerliches begegnet / wann ſie ſagen / der Tag müſſe verlohren ſeyn darinnen ich geboren bin / und die Nacht / da man ſprach / Es iſt ein Männlein empfangen. Item / verflucht ſey der Tag / darinnen ich geboren bin / der Tag müſſe ungeſegnet ſeyn / darinnen mich mein Mutter geboren hat. Alſo muß gewißlich David ein groſſes Leid ſeyn / daß er die Berg darob verflucht. Wie es aber Job und Jeremiæ nicht recht iſt. Aber man muß dem groſſen Kummer etwas zugeben / und heiſſet / wie St. Paulus Rom. 7. ſagt: Ich thue das nicht / ſondern die Sünd / die in mir wohnet. Alſo möcht David ſagen / Ich thue das nicht / ſondern das groſſe Hertzenleid / das mir begegnet iſt. Nec malè notat Sopran. p. 226. *Licet inanimis multa precari, non in eorum pœnam, ſed hominum, qui peccarunt, & ad quos illa ſpectant. Si enim mala licet inanimis rebus inferre, civitates excidendo, domus incendendo, ſolum ipſum ſale ſpargendo, ut homines, quorum ea ſunt, illorum jacturâ plectantur; cur non liceat hæc optare? propter hominum peccata, & ipſa elementa damnantur. dixit Ambroſius l. 2. de Cain. c. 8.* Quæ omnia Jobum & Jeremiam ex affectu locutos oſtendunt, ſed neutrum à peccato liberant, ſaltem in magnâ ſpiritus & carnis luctâ conſtitutos probant. Nam de illo affectu quæritur, an pius? & annon maledictio creaturarum

turarum earumque ordinis pertineat ad creatorem ejusque providentiam infamandam. De Paulo alia ratio eſt, *ηὐχόμην*, dicit ille (non in tempore præterito, quô adhuc hoſtis fuit, nam quid magni erat, vel quis amor, ſi hoſtis ab hoſte cuperet ſeparari? aut quæ commendatio amoris præſentis ex præterito? ſe imperfecto, quo velleitatem ſuam exprimit ſeu voluntatem imperfectam) ſcilicet *εἰ δυνατὸν*. Eraſm. devotione non prævaricatione. Orig. *ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ χριστοῦ*, id eſt, (non occidi, ut explicat Hieron. in ep. ad Algaſ. c. 9. vult enim ſeparari à Chriſto: at qui martyrium ſubeunt, vel in domino moriuntur, à Chriſto non ſeparantur, ſed) anathematizari, abjici (non à Chriſti charitate & amicitia ſed) à Chriſti felicitate & amicitiæ fructu, ſicut & Chriſtus factus eſt *κατάρα*; non tamen hoſtis DEI, non abjicit *πληροφορίαν*, neque ex electo vult reprobus fieri, ſed electus manens paratus eſt electorum gaudiis privari *ὑπὲρ ἀδελφῶν* non *ἱλαστικῶς*, ſed charitativè, quo ſenſu jubemur pro fratribus animam ponere. 1. Joh. 3. 16. quod & Heroes in bello faciunt. Qui affectus cum horoicâ conſtet dilectione reprehenſibilis nequaquam fuit.

§. 15. Eſt *verò maledictio* ſive execratio iſta de quâ ſupra actum 1. *Peccatum lege* divina prohibitum cum hoc in præcepto, tum alibi Gen. 27. 29. Ex. 22. 28. Lev. 19. 14. c. 20. 9. c. 24. 14. 15. Deut. 27. 16. Prov. 20. 20. c. 30. 11. Eccleſ. 7. 22. Oſe. 4. 2. Matth. 5. 34. c. 15. 4. Marc. 7. 10. Rom. 12. 14. 1. Cor. 5. 11. 1. Petr. 3. 9. In ſpecie prohibita eſt maledictio in parentes Prov. 20. 20. Magiſtratus Exod. 22. 29. Eccleſ. 10. 20. 2. Sam. 16. 5. 1. Reg. 2. 8. Act. 23. 5. *Cur igitur*, inquies, *Paulus Ananiæ maledixit?* Sanctius in h. l. negat propriè maledixiſſe aut malum optaſſe, ſed tantum futurum prædixiſſe. At verò Paulus ipſe concedit ſe maledixiſſe & impegiſſe in legem Ex. 22. 28. Apologiæ enim ipſe Paulus ſubjecit quod neſciret Ananiam eſſe Pontificem. ſimulatè an verè? jocosè an ſeriò? æquivocè an ſincerè? *Simulatè* locutum vult Oecumen. Jocosè, Auguſt. in ep. 6. ad Marcellin. q. d. neſciebam eum eſſe pontificem, quia ex modo loquendi furioſo, non videtur eſſe Pontifex; ſed Tyrannus. q. d. neſciebam i. e. ego non agnoſco pro Pontifice legitimo, ceſſante ſcilicet ſacerdotio Moſaico, ſicut Craſſ. apud Cic. l. 3. de Orat. *non eſſe ſibi conſulem, cui ipſe non ſit ſenator.* *Æquivocè*, Auguſt. l. 1. de Serm. Dom. in monte

c. 19.

c.19. Nihil horum candori & gravitati Paulinæ congruum. Veriùs eſt Paulum liquidò & ex animi ſententia veritatem dixiſſe: neſciiſſe, aut quod dudum ab urbe abfuiſſet, aut quod audiviſſet quidem è turbâ vocem vagè, ſed neſciviſſet determinatè quis loqueretur, non crediſſe à Pontifice profectam vocem tàm præcipitem ac impotentem. Non autem ſolum peccatum eſt, ſed *enorme* 1. planè *diabolicum*, utpote ὀπιχαιρεκακίας plenum, imò diabolico pejus, quia illud nomen inceſto ore polluit Execrator, coràm quo Sathanas tremit. 2. *Atrociſſimum*. Quantum in ſe eſt, vult ejusmodi execrator DEUM juſtiſſimum, juxta affectus ſuos humanos ac injuſtos judicare proximum. 3. *Audaciſſimum*, quia id ſibi homo ſumit in inimicum ad DEI tamen imaginem factum, quod ne Angelus quidem in Sathanam ſibi ſumere voluit ep. Jud. v. 9. 4. *Graviſſimum* quia ex habitu plerumque & conſuetudine vitioſâ, ut febris hectica pejor, oritur. 5. *Pœnis divinis obnoxium* Gen. 12.3. Eccleſ. 7.22.23. Prov. 11.26. 1. Cor. 6.10. Recolenda hîc fuerit è Lact. Catech. part. 1. conc. 33. p. 467. hodomor. Spirit. Pap. Phantaſ. 6. p. 1180. & ſeq.

GYMNASIUM CASUALE.

Q. 1. Levenè ſit peccatum Aurigarum, ducum Militarium, matrum, non, ut ajunt, ſeriò maledicentium?

Materia exilitas, inquit Gretſer. l. 3. de Maledict. c. 2. pag. 284 *culpam extenuat; ſæpè tamen, licet verba ſint ſeria, mens non eſt ſeria. Vt cùm matres filiis, equites & aurigæ equis, & alij id genus aliis maledicunt. Lingua enim mentem, plenamq́ conſiderationem & deliberationem crebrò antevertit; & renovatur ille Apologus Æſopicus de matre, quæ infantulo ploranti minabatur, Lupum ſe eum devorandum objecturam, ni ſileret. Ratus igitur lupus ſeriò loqui aniculam; expectabat ad multam horam, donec optata eſt à faucibus ſuis obveniret: ſed cùm adveſperaſceret, audiit lupus matrem puſioni ſuaviter adblandientem, dictitantemq́, ſi venerit lupus huc, interficiemus eum, fili.* At verò ipſa peccandi conſuetudo aggravat ſcelus. Accedit tacita Sathanæ colluſio, qui promovet currum, excitat ad pugnam, & maledictionis effectum præſtat, ut conſequatur maledicentis affectum ſibi devotum, àque lege divina averſum.

Q. 2. *An faciendum, quod* Chryſoſt. homil. ad popul. Antioch. p. 24. *fieri jubet, unam vos omnes petere volo retributionem pro concione atq; hoc ſermone, ut in civitate blaſphemantes mihi caſtigetis: Et ſi quempiam in bivio & foro DEUM blaſphemantem audieris, accede, increpa, & ſi verbera infligere oporteat, ne recuſes, ipſius faciē alapâ percute, contere os ipſius, percuſſione tua manum ſanctifica: Et ſi ulli accuſaverint, & ſi in carcerem traxerint, ſequere: Et ſi pœnas judex pro tribunali repopoſcerit, dic cum libertate, quod Angelorum Regem blaſphemavit. Si enim Regem terræ blaſphemantes puniri oportet, multò magis illum contumelia afficientes.*

Reſp. Quid verò ſi vapulans alapam alapâ remuneretur? Neſcitis cujus vos ſpiritus ſitis liberi? Judicium Zeli hebræis olim licitum, dudum deſiit. ὑψηλοτέραν πολιτείαν pertinet Chryſoſtomo hîc obſecundare, ad quam etiam corona militis detrectata, juramenti præſtatio, & ſimilia perfectionis ſtudia inania ac ſuperſtitioſa referenda ſunt. Supereſt remedium à DEO præceptum, maledici oris indicium Judici faciendum Lev. 5, 1.

§. 16. Mendacium jam olim diſtinctum fuit *in perniciosum, officioſum, & jocoſum,* quorum *primum* conſummatum eſt mendacium, *alterum & tertium,* ſi cor & os contradictoriè ſibi adverſantur, mendacia ſunt, ſed imperfecta, atque ideò magis excuſabilia, non tamen nulla. Tutius eſt veritatem tueri, quam prodere quovis reſpectu. Ratione judice veritas illaqueat, at Chriſto indice, liberat è periculis. Joh. 8. vid. Auguſt. lib. de mendac. c. 4. D. Dietrich. Conc. 7. in Sap. 1. p. 93. Non enim propterea à peccato abſolvi mendacium, ſi vel jocoſum, vel in uſum alterius proferatur; etiamſi mendacio vitam, imò vitam æternam redimere poſſis. Noli velle mentiri omne mendacium. Eccl. 7. 14. non ſunt facienda mala, ut inde eveniant bona Roman. 3. Lubet aſcribere verba Auguſt. l. de mendac. adverſus Convent. c. 5. (cujus libri, quod obiter hic advertendum, hæc fuit intentio: Cùm Priſcilliani Sectatores omne juramentum, omne perjurium, in fide occludenda, admitti poſſe, execrando ſuo elogio aſſerebant;

Iura, perjura, ſecretum prodere noli.

Quæ perverſa perſuaſio recti ſpecie, in favorem fidei, ut Priſcillianiſtas facilius detegerent, & latitantes in cavernis ſuis angues facilius.

lius elicerent, etiam Catholicorum quorundam animos occuparat. Quâ de re Conſentius ad D. Auguſtinum ſcripſit, & variis ſuper eo negotio quæſtionibus animum ejus compulſavit. Qui non cunctandum ratus contra mendacium librum compoſuit: cujus operis, inquit, ea cauſa exſtitit, quod ad Priſcillianiſtas hæreticos inveſtigandos, qui hæreſim ſuam non ſolùm negando, atque mentiendo, verùm etiam pejerando exiſtimant occulendam, viſum eſt Catholicis, Priſcillianiſtas ſe debere ſimulare, ut eorum latebras penetrarent. Quod ego fieri prohibens, hunc librum condidi.) *Quid ſi ad te homo confugiat, qui mendacio tuo poſſit à morte liberari? Illa mors, quam ſtulti timent homines, qui peccare non timent, non animam ſed corpus occidit, ſicut Dominus in Evangelio docet: unde præcepit, ne ipſa timeatur, os autem quod mentitur, non corpus ſed animam occidit:* & mox, *quomodo ergò non perverſiſſimè dicatur, ut alter corporaliter vivat, debere alterum ſpiritualiter mori.* *Et ib.c.6.pag.10. Pudicitia quippe corporis, qui multum honorabilis perſona videtur occurrere, & pro ſe flagitare mendacium, ut ſtuprator irruat, qui poſſit mendacio devitari, ſine dubitatione mentiendum ſit: facilè reſponderi poteſt; nullam eſſe pudicitiam corporis, niſi ab integritate animi pendeat: qua dirupta cadat, neceſſe eſt, etiamſi intacta videatur: & ideò non in rebus temporalibus eſſe numerandum, quaſi quæ invitis poſſit auferri. Nullo modo igitur animus ſe mendacio corrumpit pro corpore ſuo, quod ſcit manere incorruptum, ſi ab ipſo animo incorruptio non recedat. Quod enim violenter non præcedente libidine patitur corpus, vexatio potius, quàm corruptio nominanda eſt. Aut ſi omnis vexatio corruptio eſt, non omnis corruptio turpis eſt, ſed quam libido procuraverit, aut cui libido conſenſerit. Quantò autem præſtantior eſt animus corpore, tantò ſceleratius corrumpitur. Ibi ergò ſervari poteſt pudicitia, ubi nulla niſi voluntaria poteſt eſſe corruptio. Certe enim ſi ſtuprator corpus invaſerit, cui nec vi contra vi poſſit, nec ullo conſilio vel mendacio devitari, neceſſe eſt fatemur, aliena libidine pudicitiam non poſſe violari.* Affert exemplum Firmi Epiſcopi, quod ſic habet, pag.20. *Epiſcopus quondam Tagaſtenſis Eccleſiæ Firmus nomine, Firmior voluntate. Nam cum ab eo quæreretur homo juſſu Imperatoris, per apparitores ab eo miſſos, quem ad ſe confugientem diligentia quanta poterat, occultabat, reſpondit quærentibus, nec mentiri ſe poſſe, nec hominem prodere, paſſusq; multa tormenta corporis (nondum enim erant Imperatores Chriſtiani) permanſit in ſententia. Deinde*

ad Imperatorem ductus, uſq; adeò mirabilis apparuit, ut ipſi homini, quem ſervabat, indulgentiam ſine ulla difficultate impetraret.

DISPUTATIO DECALOGICA SEXTA.

DE VERACITATE ET MENDACIO IN GENERE. & DE VOTO IN SPECIE.

§. 1.

VEracitas moralis, diſtincta à veritate rei ac transcendentali, quæ tota ad regionem metaphyſicam pertinet, præcipua quoque ſecundi præcepti Virtus eſt, quia 1. ſpecies eſt δοξολογίας, ut colligere licet è Joſ. 7. 19. quia 2. *Species & genus* ejusdem ſunt ut categoriæ, ita præcepti: jam veracitas juramento ligata utiq; ſecundi præcepti virtus eſt, ergò & veracitas in genere. Sicut & perjurium hinc pertinens pro genere habet mendacium. Hinc Cicero pro Roſcio comœdo: *Qui mentiri ſolet*, inquit, *perjurare conſuevit. Quem ego ut mentiatur, inducere poſſum; ut pejeret, exorare facile potero. Nam, qui ſemel à veritate deflexit, hic non majore religione ad perjurium, quàm ad mendacium perduci conſuevit &c. propterea quæ pœna à Diis immortalibus perjuro, hæc eadem mendaci conſtituta eſt.* quia 3. mendacium eſt nominis divini abuſus, E. veracitas verus uſus; antecedens patet; quoniam mendax eſt inſtar falſæ monetæ, ut comparavit *Thomas* opuſc. de eruditione princip. *aliquando*, inquit, *auditurus eſt princeps mendax, qui denarius falſus eſt, verba illa: cujus eſt imago hæc & ſuperſcriptio? & cum reſponſum fuerit Diaboli; dicetur ſtatim, reddite ergo quæ ſunt Diaboli, Diabolo. Ut veritas*

ritas imago DEI, *ita mendacium Diaboli larva*: Sic falſus Propheta abutitur Sapientiâ divinâ Zach. 13. 3. alius juſtitiâ, alius aliâ ratione gloriam divinam mentiendo violat. quia 4. mendacium (à calumniâ octavi præcepti diſtinctum) eſt vitium, quod immediatè in DEUM peccat, adeoque primæ tabulæ: E. & veracitas primæ Decalogi tabulæ propria eſt; nuſpiam autem commodius quàm ad ſecundum præceptum referri poteſt. Antecedens patet ex Pſal. 78. 36. Act. 5. v. 4. Ut virtus octavi præcepti eſt teſtimonium coràm homine, ita veracitas coràm DEO. Gal. 1. 20.

§. 2: Eſt autem Veracitas in genere, harmonia τοῦ ἔσω καὶ ἔξω, quæ in ſtatu innocentiæ ſumma fuiſſet, nulla tunc ſimulatio, aut diſſimulatio habuiſſet locum; cordis ſenſus, affectus, nutus, ſerenus ac apertus cum externo geſtu, ore, facto, ſemper ex aſſe congruiſſet; at poſt lapſum, cum inter homines ſæpe, ut Daniel inter Leones vivendum eſt, geſtu aliquandò (ut in bello ſtratagemate) uti licet: dummodò ſine injuria vel Numinis, vel proximi. Actus enim adiaphori à fine ſpeciem boni malive capiunt. Eſtq; hæc veracitas, vel *verbalis*, vel *realis*, ad quam etiam harmonia affectus interni cum externo geſtu reducitur. *Veracitas verbalis* eſt vel *aſſertoria*; quæ nudè rem confirmat, & conſiſtit formaliter in conformitate conceptus & vocis; vel *promiſſoria*, aliàs candor, fides, ſinceritas, quæ conſiſtit in conformitate vocis & rei præſtitæ; de hâc propriè agit Servator Matth. 5. 37. *Sermo veſter ſit*, EST *Eſt, non non*, prius *eſt* notat promiſſum; poſterius, complementum, rhetoricâ quâdam πλοκῇ. Eſt enim ναὶ promittentis, atque ideò per ἀμὴν explicatur Apoc. 1. 7. Germani dicunt; Ein Mann/ ein Mann/ Ein Wort / ein Wort / den Ochſen halt man bey den Hörnern/ den Mann bey den Worten. Contra quorum verba factis diſcrepant, apud eos eſt ναὶ καὶ οὒ 2. Cor. 1. 18. Hinc Feſtus vocem nauci derivat ex ναὶ καὶ ὄχι.

§. 3. De hâc veracitate promiſſoriâ quæſtio eſt, *an ſervare promiſſum ſit neceſſitatis non ſolùm honeſtatis?* hoc poſterius affirmat *Seneca* l. 5. de benef. c. 10. *quæ lex*, ajens; *ad id præſtandum; quod alicui promiſimus obligat?* Subſcribit *Franciſc. Connanus* l. 5. c. 1. Hugo Grot. l. 2. de jur. bell. & pac. c. 11. è Scholaſticis, maximè *Domin. à Soto* l. 7. de juſtit. & jur. q. 2. art. 1. accuratè diſtinguit inter *tres* promiſſionum

 gradus;

Digitized by Google

gradus, quorum 1. eſt *aſſertio explicans de futuro animum qui nunc eſt*, e.g. *ego jam conſtituo me tibi donaturum.* 2. *aſſertio explicans perſeverandi neceſſitatem* e.g. *ego donabo & non mutabo mentem.* 3. *aſſertio offerens ſignum volendi jus proprium alteri conferre. e.g. tibi donabo, & niſi ſtetero promiſſo, tibi licebit jure experiri. Primus & ſecundus gradus eſt honeſtatis, ita ut ſi quis promiſſo non ſteterit levitatis ſe reum agat, non neceſſitatis, aut juris actionem coram judice patientis, idem accidit ingratitudinis debito morali. Unde ſine cujusquam injuriâ juridicè tractandâ licet impune mutare mentem.* Similia ſunt promiſſa quæ non præſtita neminem ad prætorem traxère, ob violatæ fidei culpam. Totus omninò tuus: de me ut voles ſtatue: habebis me in tua poteſtate totum; à tua voluntate ne latum quidem unguem diſcedam. Quis unquam hac urbanâ promiſſione egit cum illo qui tam fuit in promittendo liberalis. In tertio demum eſt neceſſitas juris ſimilis alienationi dominii. Nititur autem *veracitas mandato* DEI Zach. 8.16. 1. Theſſ. 4.6. Eph. 4.25. Phil. 4.8. confer Syr. 4.33. *Promiſſione* Pſ. 15.1. & 3. *Exemplis* Job. 1.1. Matth. 22.16. Joh. 19.35. Act. 24.16. c. 26.25. conf. Lact. Catech. part. 1. p. 439.

§. 4. *Veracitati* opponitur *Fallacia*, quæ vel *verbalis* eſt, vel *realis*: illa propriè eſt mendacium, hæc dolus. Fallacia accipitur vel *latiſſimè* pro omni eventus expectati fruſtratione: *Fallere*, inquit Flacius in clav. *pro deeſſe, deficere, diſparere.* Exempla Sacra extant Oſe. 9. v. 2. Eſa. 58. v. 11. Job. 41. v. 28. Profana, Horat. 3. carm. od. 1. fundus mendax. & alibi. atque hoc ſenſu Ἡρώδης ἐνεπαίχθη Matth. 2.17. in hunc ſenſum accipiendum eſt illud Michææ c. 2. 11. Utinam mendacium loquerer! h. e. Utinam eventus mei vaticinii fruſtraretur! utinam non accideret quod cecini fore: vel latius pro quavis falſi conceptûs inuſtione, quatenus dolus dicitur id omne, quod quanquam ego ſine vitio, meoque jure & prudenter facere poſſum, tamen alter ſuo potiùs quàm ſigni vitio falſam concipit opinionem, & hæc eſt illa ipſa Ethicorum ſimulatio licita, qui ſua Numinis contumelia ſine proximi injuriâ admittit. Id quod acute definit Hugo Grotius ad Luc. 24. p. 835. *Illud pro certo poni debet, non mentiri tantùm aut ſimulare, ſed & diſſimulare, (quæ res eſt haud dubiè per ſe media) vitio gravi non carere, quoties per eam viam tenditur ad alterius damnum: quod exemplis aliquot illuſtrat Cicero de Off. 3. Nec id probari*

opus

Digitized by Google

opus, cùm ſatis conſtat actus per ſe medios malos eſſe, quoties malo fini adhibentur. Sepoſita igitur omni finis pravitate, reſtat videre ecquid in illo ipſo quod ſimulare dicitur, ſit vitij: in quo duo ſpectanda: quorum alterum materiæ, alterum formæ habet rationem. Materiam voco actum exteriorem: formam intentionem agentis. Actus exterior aut in factis, aut in verbis conſiſtit: de factis primùm agamus. Dico igitur facta naturaliter nullam habere ſignificationem, niſi eam quam quisq; velit: nam ex inſtituto ſignificationem non habent, niſi ea facta quæ lege divina aut humana, ſub quâ etiam pacta comprehendo, ad certam ſignificationem reſtringuntur, ac proinde alio ſignificatu uſurpari licitè non poſſunt. Cætera omnia libera ſunt à certæ ſignificationis vinculo, etiamſi plerumq; ſoleant ad hanc aut ad illam rem ſignificandam uſurpari: Ex.g. *Fuga ſolet quidem plerumq; ut pavoris indicium accipi: attamen etiam non paventi fugere licet. Circumciſio ſolet accipi ut nota ſe obligandi Iudaicis ritibus, aliter tamen eam uſurpavit, & rectè, Paulus, cum Timotheum voluit circumcidi. Ita progredi paſſus aliquot (quod hic fecit Chriſtus) corpusq; in greſſum componere, quanquam itineris ulterioris propoſitum ſignificare ſoleat, licitè tamen uſurpatur etiam extra tale propoſitum, quia actus talis eſt, ad quam unusquisq; naturaliter jus habet, neq; ulla lege ad illam ſignificationem eſt adſtrictus. Dicat hic aliquis, ſi non ex parte materiæ, certè ex parte formæ, id eſt intentionis eſſe vitium. hoc enim agi, ut qui id videt decipiatur opinando, id verò negandum arbitror. Nam quod hic intenditur à Chriſto eſt major utilitas ſpectantium, neq; talis opinatio ex tali actu ſpectato inevitabiliter ſequebatur: poterant enim opinari & aliud quippiam. Ponamus ſanè ſciſſe eum, aliter illos quam res habebat opinaturos, nec impediſſe: nihil in eo vitij eſt, ſi quis ſciat nec impediat, quod impedire non tenebatur. Hic autem Chriſtus non tenebatur hoc impedire, quia id impediri illorum non intereat, imò potius intererat non impediri. In verbis major quàm in factis difficultas: quia verba, etſi non lege, uſu tamen & conſuetudine ſolent habere ſignificationem certam, quo vinculo magnâ ex parte continetur hominum inter ſe conſuetudo ac ſocietas. Sed multum refert quibus negotiis verba adhibeant. Nam quædam negotia talia ſunt, ut ſuapte naturâ aut lege requirant veri ad id negotium pertinentis patefactionem. Exempli cauſa: Interrogatus aliquis de vero ſalutari, tenetur ejus profeſſionem edere etiam cum periculo, tum quia* DEI *honos & proximi ſalus æterna dignior eſt vita noſtra temporali, tum quia Chriſtus id diſertè præcipit: qui autem verum patefacere tenetur,*

ſine:

Digitized by Google

plicitam hanc DEI invocationem, quoties iniquè in proximum VÆ inclamatur, & ſimiles lamentationes, ab affectu potius quam judicio natæ.

Finis eſt vindictæ privatæ ac affectatæ exercitium, proximi perditio, non rarò confirmatio veritatis, & ſic eſt ſpecies juramenti. Exempla hujuſcemodi peccaminoſæ maledictionis ſunt Goliath 1.Sam.17.23. Simei 2.Sam.16.7.8. Petrus ὁ ἑαυτὸν καταναθεματίζων Matth.24.26. Judæi Act.23.12.

§. 14. Quid *verò tenendum de ſanctorum execrationibus*? Jobi 3.1. Jerm.20.14. Pauli Rom.9.1. Quod 1. Jobum & Jeremiam attinet, *Pineda* in c.3. Job. cenſet illas querelas non puſillanimitatis argumentum eſſe, quod viri fortes dum arduam obeunt luctam gemitibus firmentur potius quam debilitentur. (*Vt in ſtadio*, inquit *Cicero*, l.2. Tuſc. qq. *Curſores exclamant quàm maximè poſſunt, faciunt idem cum exercentur athletæ: pugiles verò etiam cum feriunt adverſarium in jactandis cæſtibus ingemiſcunt. Si gemitus igitur in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur &c.*) ſed fortitudinis ex ingenti, impotenti, ac irato amore in DEUM profectæ, quod ingens amor iraſcatur amico, dum ab eo minùs amicè ſe tractatum putat. Chryſoſt. hom. 4. de patient. Job. Sicut ſi quis apoſtematis morbo circumventus ferro recidatur à medico, non habens, quomodo recidenti adverſetur, circumſtantia tangit, atque aſtantes mordet, illis quidem inferre nihil habens, ad medicum autem extendere manus non valens: Sic & Job blaſphemiæ magnitudines timens, facit inanimatis injuriam, atque fiduciam paſſione adauget, non contrà DEUM audens, ſed ſe denique accuſans. Et mox. Maledicit non creaturam, ſed ſuiipſius diem: poteſtatem habeo diei meæ, non maledico creatori, mei ipſius diem maledico. q. d. maledico diem, non quatenus dies eſt DEI, ſed quatenus meus eſt, hoc eſt, mihi tàm miſero, & meæ nativitati maledico. *Neq; ego improbo*, ſcribit *Sanct.* ad c.20 Jerem. *ſolent enim affectus graviores ejuſmodi proverbialibus dicendi modis explicari, ſicut per interjectionem ſolet*: Has voces *Corn. à Lap. velleitates* appellat circa rem præteritam ac impoſſibilem, quæ vehementia doloris quaſi naturalia exprimit, & ratio dolore obnubilata & *penè* oppreſſa permittit, immò elicit, ut mali ſui gravitatem oſtendat, & hâc querelâ leniat. *Quis credat*,

ait

Digitized by Google

ait Sanct. *in votis eſſe Davidi, ne unquam in montes Gelboë pluvia deſcenderet, & ros, aut ex illis nihil proveniret in humanos uſus opportunum? at harum rerum imprecatione ſignificavit, quàm doleret graviter de morte Saulis.* Wie ietzund (ita Bidembach. conc. 6. in 2. Sam. 1. p. 532.) einer möcht ſagen / verflucht ſey die Straſſe / darauff ich bin beraubet worden / daß kein gut Geſell nimmer darüber ziehe / verflucht ſey die Heyd / darauff unſere ſind geſchlagen worden / es wachſe weder Laub noch Graß darauff / verflucht ſey das Schloß / darauff ich ſo lang bin gefangen gelegen: Es ſchlage der Hagel drein / ꝛc. Und ſolches iſt an ihm ſelber nicht recht. Dann es ſind die Berge Gilboa nicht ſchuldig daran / wann ſie hätten reden können / ſo hätten ſie geſagt / David fluche Iſrael / und ihren Sünden / die habens verdient / und ſind ſchuldig. Denn man ſoll keiner Creatur fluchen / die GOtt geſegnet hat / es komt auch nichts böſes von den Creaturen / ſoviel die Creaturen ſelbſten belangen thut / ſondern alles Unglück kommet von der Sünde. Warumb flucht dann David alſo? Er will damit anzeigen / wie ihm ſo leid an Saul und Jonathan und andern geſchehen. Dann gleich wie Job und Jeremiæ leid geſchicht / und ihnen was beſchwerliches begegnet / wann ſie ſagen / der Tag müſſe verlohren ſeyn darinnen ich geboren bin / und die Nacht / da man ſprach / Es iſt ein Männlein empfangen. Item / verflucht ſey der Tag / darinnen ich geboren bin / der Tag müſſe ungeſegnet ſeyn / darinnen mich mein Mutter geboren hat. Alſo muß gewißlich David ein groſſes Leid ſeyn / daß er die Berg darob verflucht. Wie es aber Job und Jeremiæ nicht recht iſt. Aber man muß dem groſſen Kummer etwas zugeben / und heiſſet / wie St. Paulus Rom. 7. ſagt: Ich thue das nicht / ſondern die Sünd / die in mir wohnet. Alſo möcht David ſagen / Ich thue das nicht / ſondern das groſſe Hertzenleid / das mir begegnet iſt. Nec malè notat Sopran. p. 226. *Licet inanimis multa precari, non in eorum pœnam, ſed hominum, qui peccarunt, & ad quos illa ſpectant. Si enim mala licet inanimis rebus inferre, civitates excidendo, domus incendendo, ſolum ipſum ſale ſpargendo, ut homines, quorum ea ſunt, illorum jacturâ plectantur; cur non liceat hæc optare? propter hominum peccata, & ipſa elementa damnantur. dixit Ambroſius l. 2. de Cain. c. 8.* Quæ omnia Jobum & Jeremiam ex affectu locutos oſtendunt, ſed neutrum à peccato liberant, ſaltem in magnâ ſpiritus & carnis luctâ conſtitutos probant. Nam de illo affectu quæritur, an pius? & annon maledictio creaturarum.

turarum earumque ordinis pertineat ad creatorem ejusque providentiam infamandam. De Paulo alia ratio eſt, ηὐχόμην, dicit ille (non in tempore præterito, quô adhuc hoſtis fuit, nam quid magni erat, vel quis amor, ſi hoſtis ab hoſte cuperet ſeparari? aut quæ commendatio amoris præſentis ex præterito? ſe imperfecto, quo velleitatem ſuam exprimit ſeu voluntatem imperfectam) ſcilicet εἰ δυνατὸν. Eraſm. devotione non prævaricatione. Orig. ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ χριςοῦ, id eſt, (non occidi, ut explicat Hieron. in ep. ad Algaſ. c.9. vult enim ſeparari à Chriſto: at qui martyrium ſubeunt, vel in domino moriuntur, à Chriſto non ſeparantur, ſed) anathematizari, abjici (non à Chriſti charitate & amicitia ſed) à Chriſti felicitate & amicitiæ fructu, ſicut & Chriſtus factus eſt κατάρα; non tamen hoſtis DEI, non abjicit πληροφορίαν, neque ex electo vult reprobus fieri, ſed electus manens paratus eſt electorum gaudiis privari ὑπὲρ ἀδελφῶν, non ἱλαςικῶς, ſed charitativè, quo ſenſu jubemur pro fratribus animam ponere. 1. Joh. 3.16. quod & Heroes in bello faciunt. Qui affectus cum horoicâ conſtet dilectione reprehenſibilis nequaquam fuit.

§. 15. Eſt verò *maledictio* ſive execratio iſta de quâ ſupra actum 1. *Peccatum lege* divina prohibitum cum hoc in præcepto, tum alibi Gen. 27.29. Ex. 22.28. Lev. 19.14. c. 20.9. c. 24.14.15. Deut. 27.16. Prov. 20.20. c. 30.11. Eccleſ. 7.22. Oſe. 4.2. Matth. 5.34. c. 15.4. Marc. 7.10. Rom. 12.14. 1. Cor. 5.11. 1. Petr. 3.9. In ſpecie prohibita eſt maledictio in parentes Prov. 20.20. Magiſtratus Exod. 22.29. Eccleſ. 10.20. 2. Sam. 16.5. 1. Reg. 2.8. Act. 23.5. *Cur igitur*, inquies, *Paulus Ananiæ maledixit?* Sanctius in h. l. negat propriè maledixiſſe aut malum optaſſe, ſed tantum futurum prædixiſſe. At verò Paulus ipſe concedit ſe maledixiſſe & impegiſſe in legem Ex. 22.28. Apologiæ enim ipſe Paulus ſubjecit quod neſciret Ananiam eſſe Pontificem. ſimulatè an verè? jocosè an ſeriò? æquivocè an ſincerè? *Simulatè* locutum vult Oecumen. Jocosè, Auguſt. in ep. 6. ad Marcellin. q.d. neſciebam eum eſſe pontificem, quia ex modo loquendi furioſo, non videtur eſſe Pontifex; ſed Tyrannus. q.d. neſciebam i.e. ego non agnoſco pro Pontifice legitimo, ceſſante ſcilicet ſacerdotio Moſaico, ſicut Craſs. apud Cic. l. 3. de Orat. *non eſſe ſibi conſulem, cui ipſe non ſit ſenator.* *Æquivocè*, Auguſt. l. 1. de Serm. Dom. in monte

c. 19.

c.19. Nihil horum candori & gravitati Paulinæ congruum. Verius eſt Paulum liquidò & ex animi ſententia veritatem dixiſſe: neſciiſſe, aut quod dudum ab urbe abfuiſſet, aut quod audiviſſet quidem è turbâ vocem vagè, ſed neſciviſſet determinatè quis loqueretur, non crediditiſſe à Pontifice profectam vocem tàm præcipitem ac impotentem. Non autem ſolum peccatum eſt, ſed *enorme* 1. planè *diabolicum*, utpote ἐπιχαιρεκακίας plenum, imò diabolico pejus, quia illud nomen inceſto ore polluit Execrator, coràm quo Sathanas tremit. 2. *Atrociſſimum*. Quantum in ſe eſt, vult ejusmodi execrator DEUM juſtiſſimum, juxta affectus ſuos humanos ac injuſtos judicare proximum. 3. *Audaciſſimum*, quia id ſibi homo ſumit in inimicum ad DEI tamen imaginem factum, quod ne Angelus quidem in Sathanam ſibi ſumere voluit ep. Jud. v. 9. 4. *Graviſſimum* quia ex habitu plerumque & conſuetudine vitioſâ, ut febris hectica pejor, oritur. 5. *Pœnis divinis obnoxium* Gen. 12. 3. Eccleſ. 7: 22: 23. Prov. 11. 26. 1. Cor. 6. 10. Recolenda hîc fuerit è Lact. Catech. part. 1. conc. 33. p. 467. hodomor. Spirit. Pap. Phantaſ. 6. p. 1280. & ſeq.

GYMNASIUM CASUALE.

Q. 1. Levenè ſit peccatum Aurigarum, ducum Militarium, matrum, non, ut ajunt, ſeriò maledicentium?

Materiæ exilitas, inquit Gretſer. l. 3. de Maledict. c. 2. pag. 284 *culpam extenuat; ſæpè tamen, licet verba ſint ſeria, mens non eſt ſeria. Vt cùm matres filiis, equites & aurigæ equis, & alij id genus aliis maledicunt. Lingua enim mentem, plenamq́ conſiderationem & deliberationem crebrò antevertit; & renovatur ille Apologus Æſopicus de matre, quæ infantulo ploranti minabatur, Lupum ſe eum devorandum objecturam, ni ſileret. Ratus igitur lupus ſeriò loqui aniculam; expectabat ad multam horam, donec optata eſca faucibus ſuis obveniret: ſed cùm adveſperaſceret, audiit lupus matrem puſioni ſuaviter adblandientem, dictitantemq́, ſi venerit lupus huc, interficiemus eum, fili.* At verò ipſa peccandi conſuetudo aggravat ſcelus. Accedit tacita Sathanæ colluſio, qui promovet currum, excitat ad pugnam, & maledictionis effectum præſtat, ut conſequatur maledicentis affectum ſibi devotum, àque lege divina averſum.

Q. 2. *An faciendum, quod* Chryſoſt. homil. ad popul. Antioch. p. 24. *fieri jubet, unam vos omnes petere volo retributionem pro concione atq; hoc ſermone, ut in civitate blaſphemantes mihi caſtigetis: Et ſi quempiam in bivio & foro DEUM blaſphemantem audieris, accede, increpa, & ſi verbera infligere oporteat, ne recuſes, ipſius faciē alapâ percute, contere os ipſius, percuſſione tua manum ſanctifica. Et ſi ulli accuſaverint, & ſi in carcerem traxerint, ſequere: Et ſi pœnas judex pro tribunali repopoſcerit, dic cum libertate, quod Angelorum Regem blaſphemavit. Si enim Regem terræ blaſphemantes puniri oportet, multò magis illum contumelia afficientes.*

Reſp. Quid verò ſi vapulans alapam alapâ remuneretur? Neſcitis cujus vos ſpiritus ſitis liberi? Judicium Zeli hebræis olim licitum, dudum deſiit. ὑψηλοτέραν πολιτείαν pertinet Chryſoſtomo hîc obſecundare, ad quam etiam corona militis detrectata, juramenti præſtatio, & ſimilia perfectionis ſtudia inania ac ſuperſtitioſa referenda ſunt. Supereſt remedium à DEO præceptum, maledici oris indicium Judici faciendum Lev. 5, 1.

§. 16. Mendacium jam olim diſtinctum fuit *in perniciosum, officioſum, & jocoſum,* quorum *primum* conſumatum eſt mendacium, *alterum & tertium*, ſi cor & os contradictoriè ſibi adverſantur, mendacia ſunt, ſed imperfecta, atque ideò magis excuſabilia, non tamen nulla. Tutius eſt veritatem tueri, quam prodere quovis reſpectu. Ratione judice veritas illaqueat, at Chriſto judice, liberat è periculis. Joh. 8. vid. Auguſt. lib. de mendac. c. 4. D. Dietrich. Conc. 7. in Sap. 1. p. 93. Non enim propterea à peccato abſolvi mendacium, ſi vel jocoſum, vel in uſum alterius proferatur; etiamſi mendacio vitam, imò vitam æternam redimere poſſis. Noli velle mentiri omne mendacium. Eccl. 7. 14. non ſunt facienda mala, ut inde eveniant bona Roman. 3. Lubet aſcribere verba Auguſt. l. de mendac. adverſus Convent. c. 5. (cujus libri, quod obiter hic advertendum, hæc fuit intentio: Cùm Priſcilliani Sectatores omne juramentum, omne perjurium, in fide occludenda, admitti poſſe, execrando ſuo elogio aſſerebant;

Iura, perjura, ſecretum prodere noli.

Quæ perverſa perſuaſio recti ſpecie, in favorem fidei, ut Priſcillianiſtas facilius detegerent, & latitantes in cavernis ſuis angues facilius

lius elicerent, etiam Catholicorum quorundam animos occupa-rat. Quâ de re Conſentius ad D. Auguſtinum ſcripſit, & variis ſuper eo negotio quæſtionibus animum ejus compulſavit. Qui non cunctandum ratus contra mendacium librum compoſuit: cujus operis, inquit, ea cauſa extitit, quod ad Priſcillianiſtas hæreticos inveſtigandos, qui hæreſim ſuam non ſolùm negando, atque mentiendo, verùm etiam pejerando exiſtimant occulendam, viſum eſt Catholicis, Priſcillianiſtas ſe debere ſimulare, ut eorum latebras penetrarent. Quod ego fieri prohibens, hunc librum condidi.) *Quid ſi ad te homo confugiat, qui mendacio tuo poſſit à morte liberari? Illa mors, quam ſtulti timent homines, qui peccare non timent, non animam ſed corpus occidit, ſicut Dominus in Evangelio docet: unde præcepit, ne ipſa timeatur, os autem quod mentitur, non corpus ſed animam occidit:* & mox, *quomodo ergò non perverſiſſimè dicatur, ut alter corporaliter vivat, debere alterum ſpiritualiter mori.* Et ib.c.6.pag.10. *Pudicitia quippe corporis, qui multum honorabili perſona videtur occurrere, & pro ſe flagitare mendacium, ut ſtuprator irruat, qui poſſit mendacio devitari, ſine dubitatione mentiendum ſit: facilè reſponderi poteſt; nullam eſſe pudicitiam corporis, niſi ab integritate animi pendeat: qua dirupta cadat, neceſſe eſt, etiamſi intacta videatur: & ideò non in rebus temporalibus eſſe numerandum, quaſi qua invitis poſſit auferri. Nullo modo igitur animus ſe mendacio corrumpit pro corpore ſuo, quod ſcit manere incorruptum, ſi ab ipſo animo incorruptio non recedat. Quod enim violenter non præcedente libidine patitur corpus, vexatio potius, quàm corruptio nominanda eſt. Aut ſi omnis vexatio corruptio eſt, non omnis corruptio turpis eſt, ſed quam libido procuraverit, aut cui libido conſenſerit. Quantò autem præſtantior eſt animus corpore, tantò ſceleratius corrumpitur. Ibi ergò ſervari poteſt pudicitia, ubi nulla niſi voluntaria poteſt eſſe corruptio. Certè enim ſi ſtuprator corpus invaſerit, cui nec vi contra iri poſſit, nec ullo conſilio vel mendacio devitari, neceſſe eſt fatemur, aliena libidine pudicitiam non poſſe violari.* Affert exemplum Firmi Epiſcopi, quod ſic habet, pag.20. *Epiſcopus quondam Tagaſtenſis Eccleſiæ Firmus nomine, Firmior voluntate. Nam cum ab eo quæreretur homo juſſu imperatoris, per apparitores ab eo miſſos, quem ad ſe confugientem diligentia quanta poterat, occultabat, reſpondit quærentibus, nec mentiri ſe poſſe, nec hominem prodere, paſſuſq; multa tormenta corporis (nondum enim erant Imperatores Chriſtiani) permanſit in ſententia. Deinde*

Digitized by Google

ad Imperatorem ductus, uſq; adeò mirabilis apparuit, ut ipſi homini, quem ſervabat, indulgentiam ſine ulla difficultate impetraret.

DISPUTATIO DECALOGICA SEXTA.

DE VERACITATE ET MENDACIO IN GENERE. & DE VOTO IN SPECIE.

§. 1.

VEracitas moralis, diſtincta à veritate rei ac tranſcendentali, quæ tota ad regionem metaphyſicam pertinet, præcipua quoque ſecundi præcepti Virtus eſt, quia 1. ſpecies eſt δοξολογίας, ut colligere licet è Joſ. 7: 19. quia 2. *Species & genus* ejusdem ſunt ut categoriæ, ita præcepti: jam veracitas juramento ligata utiq; ſecundi præcepti virtus eſt, ergò & veracitas in genere. Sicut & perjurium hinc pertinens pro genere habet mendacium. Hinc Cicero pro Roſcio comœdo: *Qui mentiri ſolet*, inquit, *perjurare conſuevit. Quem ego ut mentiatur, inducere poſſum; ut pejeret, exorare facile potero. Nam, qui ſemel à veritate deflexit, hic non majore religione ad perjurium, quàm ad mendacium perduci conſuevit &c. propterea quæ pœna à Diis immortalibus perjuro, hæc eadem mendaci conſtituta eſt.* quia 3. mendacium eſt nominis divini abuſus, E. veracitas verus uſus; antecedens patet, quoniam mendax eſt inſtar falſæ monetæ, ut comparavit *Thomas* opuſc. de eruditione princip. *aliquando*, inquit, *auditurus eſt princeps mendax, qui denarius falſus eſt, verba illa: cujus eſt imago hæc & ſuperſcriptio? & cum reſponſum fuerit Diaboli; dicetur ſtatim, reddite ergo quæ ſunt Diaboli, Diabolo. Ut veritas,*

ritas imago DEI, *ita mendacium Diaboli larva*: Sic falſus Propheta abutitur Sapientiâ divinâ Zach: 13. 3. alius juſtitiâ, alius aliâ ratione gloriam divinam mentiendo violat. quia 4. mendacium (à calumniâ octavi præcepti diſtinctum) eſt vitium; quod immediatè in DEUM peccat; adeoque primæ tabulæ: E. & veracitas primæ Decalogi tabulæ propria eſt; nuſpiam autem commodius quàm ad ſecundum præceptum referri poteſt. Antecedens patet ex Pſal. 78. 36. Act. 5. v. 4: Ut virtus octavi præcepti eſt teſtimonium coràm homine, ita veracitas coràm DEO. Gal. 1. 20.

§. 2: Eſt autem Veracitas in genere, harmonia τῶ ἔσω καὶ ἔξω, quæ in ſtatu innocentiæ ſumma fuiſſet, nulla tunc ſimulatio, aut diſſimulatio habuiſſet locum; cordis ſenſus, affectus, nutus, ſerenus ac apertus cum externo geſtû, ore; facto; ſemper ex aſſe congruiſſet; at poſt lapſum, cum inter homines ſæpe, ut Daniel inter Leones vivendum eſt, geſtû aliquandò (ut in bello ſtratagemate) uti licet: dummodò ſine injuria vel Numinis; vel proximi. Actus enim adiaphori à fine ſpeciem boni malive capiunt. Eſtq; hæc veracitas, vel *verbalis*, vel *realis*, ad quam etiam harmonia affectus interni cum externo geſtu reducitur. *Veracitas verbalis* eſt vel *aſſertoria*; quæ nudè rem confirmat, & conſiſtit formaliter in conformitate conceptus & vocis; vel *promiſſoria*, aliàs candor, fides, ſinceritas, quæ conſiſtit in conformitate vocis & rei præſtitæ; de hâc propriè agit Servator Matth. 5. 37. *Sermo veſter ſit*, EST *Eſt*, *non non*, prius *eſt* notat promiſſum, poſterius, complementum, rhetoricâ quâdam πλοκῇ. Eſt enim ναὶ promittentis, atque ideò per ἀμὴν explicatur Apoc. 1. 7. Germani dicunt; Ein Mann/ ein Mann/ Ein Wort/ ein Wort/ den Ochſen halt man bey den Hörnern/ den Mann bey den Worten. Contra quorum verba factis diſcrepant, apud eos eſt ναὶ καὶ οὒ 2. Cor. 1. 18. Hinc Feſtus vocem nauci derivat ex ναὶ καὶ οὐχὶ.

§. 3. De hâc veracitate promiſſoriâ quæſtio eſt, *an ſervare promiſſum ſit neceſſitatis non ſolùm honeſtatis?* hoc poſterius affirmat *Seneca* l. 5. de benef. c. 10. *quæ lex*, ajens; *ad id præſtandum*; *quod alicui promiſimus obligat?* Subſcribit *Franciſc. Connanus* l. 5. c. 1. Hugo Grot. l. 2. de jur. bell. & pac. c. 11. è Scholaſticis, maximè *Domin. à Soto* l. 7. de juſtit. & jur. q. 2. art. 1. accuratè diſtinguit inter *tres* promiſſionum

gradus, quorum 1. eſt *aſſertio explicans de futuro animum qui nunc eſt*, e.g. *ego jam conſtituo me tibi donaturum*. 2. *aſſertio explicans perſeverandi neceſſitatem* e.g. *ego donabo & non mutabo mentem*. 3. *aſſertio offerens ſignum volendi jus proprium alteri conferre. e.g. tibi donabo, & niſi ſtetero promiſſo, tibi licebit jure experiri. Primus & ſecundus gradus eſt honeſtatis, ita ut ſi quis promiſſo non ſteterit levitatis ſe reum agat, non neceſſitatis, aut juris actionem coram judice patientis, idem accidit ingratitudinis debito morali. Vnde ſine cujusquam injuriâ juridicè tractandâ licet impunè mutare mentem*. Similia ſunt promiſſa quæ non præſtita neminem ad prætorem traxére, ob violatæ fidei culpam. Totus omninò tuus: de me ut voles ſtatue: habebis me in tua poteſtate totum; à tua voluntate ne latum quidem unguem diſcedam. Quis unquam hac urbanâ promiſſione egit cum illo qui tam fuit in promittendo liberalis: In tertio demum eſt neceſſitas juris ſimilis alienationi dominii. Nititur autem *veracitas mandato* DEI Zach. 8. 16. 1. Theſſ. 4. 6. Eph. 4. 25. Phil. 4. 8. confer Syr. 4. 33. *Promiſſione* Pſ. 15. 1. & 3. *Exemplis* Job. 1. 1. Matth. 22. 16. Joh. 19. 35. Act. 24. 16. c. 26. 25. conf. Lact. Catech. part. 1. p. 439.

§. 4. *Veracitati* opponitur *Fallacia*, quæ vel *verbalis* eſt, vel *realis*: illa propriè eſt mendacium, hæc dolus. Fallacia accipitur vel *latiſſimè* pro omni eventus expectati fruſtratione: *Fallere*, inquit Flacius in clav. *pro deeſſe, deficere, diſparere*. Exempla Sacra extant Oſe. 9. v. 2. Eſa. 58. v. 11. Job. 41. v. 28. Profana, Horat. 3. carm. od. 1. fundus mendax. & alibi. atque hoc ſenſu Ἡρώδης ἐνεπαίχϑη Matth. 2. 17. in hunc ſenſum accipiendum eſt illud Michææ c. 2. 11. Utinam mendacium loquerer! h. e. Utinam eventus mei vaticinii fruſtraretur! utinam non accideret quod cecini fore; vel latius pro quavis falſi conceptûs inuſtione, quatenus dolus dicitur id omne, quod quanquam ego ſine vitio, meoque jure & prudenter facere poſſum, tamen alter ſuo potiùs quàm ſigni vitio falſam concipit opinionem, & hæc eſt illa ipſa Ethicorum ſimulatio licita, qui ſua Numinis contumelia ſine proximi injuriâ admittit. Id quod acute definit Hugo Grotius ad Luc. 24. p. 835. *Illud pro certo poni debet, non mentiri tantùm aut ſimulare, ſed & diſſimulare, (quæ res eſt haud dubiè per ſe media) vitio gravi non carere, quoties per eam viam tenditur ad alterius damnum: quod exemplis aliquot illuſtrat Cicero de Off. 3. Nec id probari*

opus

opus, cùm ſatis conſtat actus per ſe medios malos eſſe, quoties malo fini adhibentur. Sepoſita igitur omni finis pravitate, reſtat videre ecquid in illo ipſo quod ſimulare dicitur, ſit vitij: in quo duo ſpectanda: quorum alterum materiæ, alterum formæ habet rationem. Materiam voco actum exteriorem: formam intentionem agentis. Actus exterior aut in factis, aut in verbis conſiſtit: de factis primùm agamus. Dico igitur facta naturaliter nullam habere ſignificationem, niſi eam quam quisq; velit: nam ex inſtituto ſignificationem non habent, niſi ea facta quæ lege divina aut humana, ſub qua etiam pacta comprehendo, ad certam ſignificationem reſtringuntur, ac proinde alio ſignificatu uſurpari licitè non poſſunt. Cætera omnia libera ſunt à certæ ſignificationis vinculo, etiamſi plerumq; ſoleant ad hanc aut ad illam rem ſignificandam uſurpari: Ex. g. Fuga ſolet quidem plerumq; ut pavoris indicium accipi: attamen etiam non paventi fugere licet. Circumciſio ſolet accipi ut nota ſe obligandi Iudaicis ritibus, aliter tamen eam uſurpavit, & rectè, Paulus, cum Timotheum voluit circumcidi. Ita progredi paſſus aliquot (quod hic fecit Chriſtus) corpusq; in greſſum componere, quanquam itineris ulterioris propoſitum ſignificare ſoleat, licitè tamen uſurpatur etiam extra tale propoſitum, quia actus talis eſt, ad quam unusquisq; naturaliter jus habet, neq; ulla lege ad illam ſignificationem eſt adſtrictus. Dicat hic aliquis, ſi non ex parte materiæ, certè ex parte formæ, id eſt intentionis eſſe vitium: hoc enim agi, ut qui id videt decipiatur opinando, id verò negandum arbitror. Nam quod hic intenditur à Chriſto eſt major utilitas ſpectantium, neq; talis opinatio ex tali actu ſpectato inevitabiliter ſequebatur: poterant enim opinari & aliud quippiam. Ponamus ſanè ſciſſe eum, aliter illos quam res habebat opinaturos, nec impediſſe: nihil in eo vitij eſt, ſi quis ſciat nec impediat, quod impedire non tenebatur. Hic autem Chriſtus non tenebatur hoc impedire, quia id impediri illorum non intereat, imò potius intererat non impediri. In verbis major quàm in factis difficultas: quia verba, etſi non lege, uſu tamen & conſuetudine ſolent habere ſignificationem certam, quo vinculo magnâ ex parte continetur hominum inter ſe conſuetudo ac ſocietas. Sed multum refert quibus negotiis verba adhibeant. Nam quædam negotia talia ſunt, ut ſuapte naturâ aut lege requirant veri ad id negotium pertinentis patefactionem. Exempli causâ: Interrogatus aliquis de vero ſalutari, tenetur ejus profeſſionem edere etiam cum periculo, tum quia DEI honos & proximi ſalus æterna dignior eſt vita noſtra temporali, tum quia Chriſtus id diſertè præcipit: qui autem verum patefacere tenetur,

ſine

ſine dubio ſimul tenetur uti verbis, eo ſignificatu, quo ea ſcit aut ſperat ab audientibus intelligi. Nam alioqùin verum non patefaciet. in hanc præcipuè partem impegerunt Priſcillianiſtæ & alij quidam ab Eccleſia olim damnati. Sic etiam ubi contractus aliquis peragitur, pars utraq; tenetur veritatem aperire rerum, ad ejus contractus naturam pertinentium, qua de re vide dicto officiorum libro. Idemq; dicendum de teſtimonij dictione, quoties ad eam aliquis ex æquo & bono obligatur. His ergò caſibus ita loquendum eſt, quomodo verba intelligi putantur. Quæ neceſſitas non ex verborum uſu per ſe ſpectato venit, ſed ex negotij quod agitur qualitate. In reliquo ſermone non eadem eſt neceſſitas. nam primum non ita ſemper uſurpanda verba, quomodo aut ex origine ſua aut ex uſu receptiore ſignificant, probare ſupervacuum eſt, cum ſi id quis affirmet tollat de rerum natura translationes, abuſiones vocabulorum, εἰρωνείας, ὑπερβολάς, μειώσεις, αὐξήσεις, aliaſq; id genus ſermonis mutationes ac figuras: quibus & humanus & divinus ſermo abundat. At ne illud quidem pro perpetuo ſtatui hic poteſt, quod in ſuperiori illo negotiorum genere diximus, verba ita uſurpanda quomodo ſciuntur aut putantur intelligenda. Nam & Chriſtus ipſe quædam videtur dixiſſe Apoſtolis, quæ cum veritatem haberent figuratam, ab illis tamen ſecundum verborum proprietatem intelligebantur, ut de ſeſſione in duodecim ſedibus aliaq; ejusmodi: in quo tamen ſermonum genere nihil eſt vitij, nam ſi actum externum ſpectes, non erant verba adſtricta ad illam propriam ſignificationem: Si actum internum, non ea erat intentio ut deciperentur Apoſtoli: cum in illo ſenſu vero, ſed Apoſtolis ad id tempus occulto, plus eſſet quam in eo quod ipſi opinabantur. Ubi vero ſermo eam, quæ veritati congruat, ſignificationem ex ſani judicij æſtimatione non recipit, etiamſi recta intentio, vitio eum non carere pars Chriſtianorum veterum longè maxima conſentit: nimirum quia ſi talis ſermo admittatur, magna ex parte tollitur vinculum illud, quod homines hominibus ſociat. Neq; enim fruſtra DEI dono ſingulari ſolis hominibus tributum eſt inter ſe colloqui. Et ad intentionem quod attinet, ea non poteſt rectum efficere actum, qui velut agnatam ſibi habeat curvitatem. Veruntamen etiam hic quædam occurrit exceptio. Nam ſi qui inſania malo ægrotent, ut atrabile perciti (qui ferè à morbo imaginoſo niſi per remedia imaginoſa curari vix poſſunt) aut ejus ſint infantiæ, quæ rationis uſum non habeat, apud hos qui loquitur, is poſitus videri poteſt extra illam neceſſitatem verba ſignificatis rebus aptandi: quia ſcilicet ſermonis commercium non habemus, niſi cum iis qui ſermonis ſignificationem

ſunt

Digitized by Google

ſunt idonei. atq; ideo illos rationis uſu deſtitutos quod attinet, verba videntur eodem loco habenda; quo facta, quæ ad certam aliquam ſignificationem adſtricta eſſe negavimus. Et hoc ſenſu facile receperim, quod dicit Plato: non improbandum τὸ ψεῦδος χρήσιμον ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει, *Quem ſecutus Clemens, virum bonum ſemper ait,* ἀληθεύειν εἰ μή ποτὲ ἐν θεραπείας μέρει, καθάπερ ἰατρὸς πρὸς νοσοῦντας ἐπὶ σωτηρίᾳ ψεύσεται ἢ ψεῦδος ἐρεῖ. utpote 1. *Exploratoria* & maioris deſiderii excitatoria Luc. 24. 24. & 29. Huc pertinent omnes illi luſus Sapientiæ increatæ, quibus πολυτρόπως apparuit, luſit & ſimulavit, hoſtem in conflictu cum Jacobo, Geneſ. 32. militem defenſorem cum ſtricto gladio Joſ. 5. in forma ſervili Phil. 2. Hortulani Joh. 20. peregrinantis Luc. 24. & Angeli in forma Juvenis 2. Maccab. 3. 26. Marc. 16 ſine dolo malo. acutè iterum Grotius notat ad h. l. p. 838. *Illud inſuper cogitandum relinquo lectoribus, an cum* προσποιεῖσθαι *Græcis ſit præ ſe ferre, etiam ubi nulla eſt ſpecies ſimulationis, dici non poſſit Ieſum ſicut greſſum ad iter componebat, ita verè etiam ſecum conſtituiſſe ultra progredi; niſi inſtanter manere rogaretur. Quomodo & Centurioni verè dicebat* ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν *Matth. 8. 7. nempe, ſi Centurio vellet. & apud Marcum de Chriſto dicitur,* ἤθελε παρελθεῖν αὐτούς *6. 48. nempe, niſi rogatus inſtanter fuiſſet, ut navē adſcenderet: neq; enim tali propoſito conditionata obſtat ſcientia futuri eventus. cum illa etiam DEI comminatio, Ninive intra diem quadrageſimum peribit, niſi pœnitentiam egerit ſcilicet, veritatem ſuam habuerit, quantumvis hanc pœnitentiam DEO prænoſcente. Advertendum hic DEO occultationem verius tribui quam ſimulationem & diſſimulationem.* Eleganter D. Ægidius Hunnius inqq. de provid. cum quæſiiſſet: *Tribuitur autem DEO etiam ſimulatio. Simulat ſe hoſtiliter luctari cum Iacobo, Gen. 32. Ita Chriſtus ſimulat, ſe Chananæam exaudire nolle, Matth. 15. & duobus diſcipulis apparet in alienâ formâ, ſimulans ſe viatorem, & cum appropinquarent caſtello Emaunti, ſimulat ſe longius ire, unde coegiſſe illum ſcribuntur diſcipuli, ut ſecum maneret. Iam vero ſimulatio eſt oppoſita veritati; quicquid autem veritati repugnat, id in vitio habendum eſt?* reſpondit ibid. *Hæc quædam potius occultatio, quàm ſimulatio dicenda eſt. Quandoquidem celat nonnunquam & occultat, ſeu (ſi ita fas eſt dicere) diſſimulat ſe eum eſſe qui revera eſt. Et ſi recto judicio rem velimus æſtimare: eſt hic veluti paternus quidam luſus cum dilectis ipſius filiis, non ut fallantur, ſed potius ut in veritate rerum confirmentur. Sicut enim mater blandiſſimè ludit cum parvulo ſuo, velans*

 laus

Digitized by Google

lans faciem aut abſcondens ſe parumper, ut affectum filioli erga ſe exuſcitet: quem ubi plorare velle animadvertit, mox ſe illi reviſendam exhibet, & faciei ſerenitate illum exhilarat, ſeq; veram matrem materneq; erga prolem affectam declarat: Sic & DEVS ad probandum ſuos, nonnunquam ſe, bonitatemq; ſuam, aliquantiſper occultat, & velut ſub aliena ſpecie ſe illis objicit: non equidem, ut ſui gratioſam notitiam aut bonitatem illis ſubducat, ſed ut hac objecta tentationis lucta fidem illorum, antea quaſi languentem, exuſcitet, & velut aurum in igne probatam reddat. Qua tentatione diſcuſſa multò liquidiùs à ſuis quam unquam antea DEVS agnoſcitur & divinæ bonitatis ipſius ſenſus longè altius illorum cordibus infigitur. Quod in utroq; exemplo & Iacobi & Chananææ fœminæ apparet: quorum fides & cognitio ſalutifera cœleſtis veritatis per hunc agonem adeo non imminuta eſt, ut potiùs majorem in modum exardeſceret, dicente Iacobo quidem: vidi DEVM facie ad faciem & ſalva facta eſt anima mea. De Chananæa autem pronunciante Chriſto; O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis Matth. 15. Quod attinet locum Luc. 24. præ ſe fert Chriſtus quod velit ire longius, ut deſiderium detinendi ſui eò flagrantius in illis efficeret. Quin ſi tam ſuavem concionatorem & ſalutarem comitem neglexiſſent, verè longius iturus & ab eis diſceſſurus erat. Cum igitur Evangeliſtæ verbis & Chriſti facto tacita hæc conditio incluſa ſit, iturum fuiſſe longius, ni precibus ipſorum fuiſſet detentus, apparet, ne ſic quidem ullam hypocriticam ſimulationem Chriſto attribui, præſertim cum hæc omnia non ad fallendos, ſed in veritate confirmandos diſcipulos unicè directa ſint. 2. *Stratagematica* in bellis, ubi ut hoſti injuria nulla fit necando, ita nec ſimulando. Ἐπιστάμενον ἀδικεῖν τῶν Θεῶν ὅρκοι καταφρονεῖν: ἐν δὲ τῷ παραλογίζεσθαι τοὺς πολεμίους οὐ μόνον τὸ δίκαιον ἀλλὰ καὶ δόξα πολλή. Ageſilaus apud Plutarchum. Fundata *in divino annutu* Joſ.8. v.22. 2.Samuel.5.23. 2. Reg 6.19. ad quem locum vid. Engliſchen Chriſtenſchutz Conc.17. in 2.Reg.6. p.324. *in Neceſſitatis motu*, præſertim cum impotentiori pugnandum contra potentiorem & numeroſiorem hoſtem: *in Exemplorum ſ.* cenſu Abrahami Gen. 14.15. Jud. 20. 29. & profanis: talia namque ſtratagemata fuêre ejectio panum in hoſtium ſtationes, ne fame perire crederentur obſidione cincti, apud Liv. l. 5. clypeorum & inſignium hoſtilium indumentum. Mittamus clypeos Danaumque inſignia nobis aptemus. Dolus an virtus quis in hoſte requirat? L. 2. Æneid. v. 388. quod poſterius paulò aliter

expreſ-

expreſſit *Auguſtin.* explic.quæſt.10.in lib.Joſ. *Vtrum apertâ pugnâ an inſidiis vincas, nihil ad juſtitiam intereſt, in Teſtimoniis ſapientum*, quæ legas licet apud Serar. in c.8. Joſ. q.2. Unà cum reſponſionibus ad argumenta contraria. 2. *Rectoria*, Ciceronis documentum eſt l. 9. ep. fam. 1. *eos quibus commiſſa eſt Reſpub. ut ad effectum ſuorum conſiliorum veniant, oportere, ut multa ſimulent inviti, multa diſſimulent cum dolore.* In Sacris exemplum extat Saulis 1. Sam. 10. v. 27. Expediebat maximè, cum primum eſſet initum regnum, conciliare potiùs ſubditorum animos, quàm abalienare. Cum autem non poſſet non eſſe populo odioſum, & grave ſtatim accipere duriùs & punire illos, qui contra Regem aliquid feciſſent, aut obloquerentur; neque expediret, ut ſi quid eſſet dictum factumve liberiùs, maneret impunitum; fecit prudentius Saul, quàm ab homine ruſtico expectari poſſet, ut ſimularet ſe nihil accepiſſe, aut noſſe illorum, quæ contra ſe obmurmuraſſent filii Belial, ne cogeretur ab illis ſumere ſupplicium, aut probare ea, quæ conſuetudo & leges improbarent, nimirum

Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.

3. *Erroris vel præſervativa vel correctoria*, cum ſcilicet is, erga quem ſimulatio fit, non ægrè eam laturus præſumitur, adeoque cum volenti poſt factum, non fit injuria. Quo quidem pacto medicus, ut ſanitatem procuret, ſub ſpecie dulcis propinat amarum. Simile eſt illud Alamunduri Saracenorum principis, qui, ut referunt Cedrenus & Zonaras, *cum Chriſto nomen dediſſet, eccleſiæ per baptiſmum initiatus, ab Erronibus quibuſdam fraude Severi monachi appoſitis, ad ſectæ Eutychianæ communionem, invitatus eſſet, hoc ipſo die ſe literas accepiſſe, dixiſſe fertur, quæ rem novam de Michaelis Archangeli morte commemorarent. Ad quod nuncium attoniti Severi Legati, cum fabulam nominaſſent non hiſtoriam: tum ille, Quomodo ergo vos affirmatis divinitatem eſſe mortuam, eo quod in carne ſuâ in novam creaturam tranſierit, cum ne quidem angeli moriantur?* Atque huc nonnulli referunt ſimulationem *Rebeccæ* inſtitutam, correcturam errorem mariti, quem fide certâ ſtatuit errare in perſonâ benedicendâ: addunt Rebeccam non peccaſſe in legem Deut. 27. 18. de non offendiculo ponendo cœcis, quia id non fecerit ut labefetur Iſaac, ſed ne impingeret contra oraculum divinum. D. Æg. Hunn. in qq. de provid. ſic enodat p.m.86. *Quid autem*

tem reſpondendum putas, de aſtu Rebeccæ, quo inſtruxit Filium Iacobum ad benedictionem Eſauo à patre deſtinatam furtim ſurripiendam, & patrem decipiendum? hoc quoniam Dominus approbat, & quod ex eventu patuit ratum habet: nonne quodammodo peccatum probare dicendus eſt? Reſp. Quemadmodum aliàs furari non licet; Hebræis verò conceſſum erat aſtu auferre ſpolia Ægyptiorum, propter mandatum ejus, qui ſupremus eſt facultatum Dominus, & jus ſummum habet eas ab impiis tanquam iniquis poſſeſſoribus auferendi, & dandi Hebræis in compenſationem laborum ſervitutis, cui præter jus faſq́; cum eſſent liber populus, à Tyranno ſubjecti & oppreſſi erant, nec ſoluta laborum merces, ita quoq; aſtu circumvenire parentes, fas aliàs minime eſt. Quiquid autem h. l. facit Rebecca & Iacob, nititur id totum peculiari verbo Domini. Audiverat Rebecca divinum reſponſum ſeu oraculum, quo primogenituræ jus cœlitus adjudicatum eſt Iacobo: Iacob inſuper ex pacto emptionis & venditionis illud ſibi jus acquiſiverat: ut Geneſ. 26. legitur. Ergo gemina ratione, nempe jure divino & humano, ad Iacobum pertinebat illud jus primogenituræ cum omnibus annexis beneficiis prærogativis & privilegiis. Quia vero pater Iſaacus ſenſum oraculi non per omnia aſſequens, volebat illud jus ſolenni benedictione conferre in Eſauum; Rebecca prudenter & piè cenſet, hoc omnino præcavendum eſſe, ne vel evacuaretur oraculum, vel ſi id nihilominus valiturum eſſet, ejusq; vigore Iacob primogenituræ beneficium conſecuturus, irrita hoc modo redderetur benedictio Iſaaci, ſi ad Eſavum dicta ea eſſet. Sic ergo & hoc factum, cum expreſſo verbo DEI nitatur, reprehendi juſtè non poteſt. hactenus fallacia adiaphora eſt ac ſpecies prudentiæ, non peccaminoſa.

§. 5. Vel ſtrictiſſimè fallacia vitioſa eſt, quæ injurioſa eſt & Jus proximi lædit. Ut enim id demum homicidium moraliter vitioſum eſt, quod injuſtum: Ita ea ſimulâtio mala demum eſt, quæ eſt injurioſa. Hinc ſequitur, qui judicandi libertatem non habet, ei ſimulando fieri injuriam non poſſe, e. reſpectu infantum non datur propriè fallacia, cum puerorum ætas improvida ludificatur. Definiri poteſt hujusmodi fallacia, quod ſit *ſimulatio vel diſſimulatio per ſe falſæ opinionis ingeſtiva & injurioſa. per ſe, dico,* quia fieri poteſt, ut alter falſo conceptu imbuatur, è re aliquâ ſenſu ac intellectu percepta, ut ſenſus potiùs ac judicii vitium ſit, quam rei judicatæ. Videas e. g. in comœdia Regis perſonam, vel morionis, tu ſi credas hominem qui ſub veſtitu latet, revera regem eſſe aut morio-

Digitized by Google

morionem: non ea veſtitus, ſed tui judicii culpa eſt. Sic aliquatenus excuſari à mendacii culpa poteſt Raphael ille larvatus in hiſtoriâ Tobiæ, comœdiam enim egit. aliter excuſat Sanctius ad Tob. 5.p.181. vix tamen ab æquivocatione mali exempli purgat, *Quia*, inquit, *eo conſilio miſſus eſt à DEO, ut auxiliaretur afflictæ miſeræq; familiæ, quam premebat egeſtas, & ereptum oculis lumen, & aſſidua vicinorum ludibria dolorem faciebant aſſiduum, ab auxilio quod DEVS per Raphaelem attulit optimè, & ſervata imponendorum nominum conſuetudine, & lege appellari potuit Azarias, quod nomen Latinè ſonat DEI auxilium aut auxiliatorem DEVM.* Quod ib.p.182. *dicatur Ananiæ magni filius, ratio eſt per quam optima, quia Ananias gratiam DEI ſignificat, aut DEI miſericordiam, ſeu miſericordem DEVM. Hoc autem nomen eſt DEI, qui ab Apoſtolo DEVS miſericordiarum appellatur.* Ita fallacia non eſt, ſi quis tibi vendat equum cœcum quem tu videntem credideras: Tu namque erras, ſed ille non fallit; diſcas cautiùs mercari; fallit autem cum quæſitus ab emturiente de vitio equi occulto negat tale eſſe. vide Leſſ.l.2.de Juſtit.& jure c.21.dubit.11. Ut jura vigilantibus ſunt ſcripta, ita venum expoſita violentibus: ſic ſuo vitio errat, qui paralogiſmo ſibimet imponit: colligit e.g. à genere ad ſpeciem affirmativè, ſi quis ex eo quod Samuel unxit Davidem collegiſſet: Ergò in Regem unxit, *Sacra unctio* (ita poſt Cajetan. Sopran. in Davide ad 1. Sam.16.p.41.) *pluribus olim in populo Iudaico adhibebatur. Itaq; non ſoli Reges, ſed etiam Prophetæ ſacris initiandi inungebantur. Quin etiam Reges inungi novum erat inventum, & recens uſurpatum volente. Vnde quilibet aliud potiùs quàm quod agebatur, poterant ex illa Davidis inunctione fratres ſuſpicari. Vt interim omittam, caput oleo ungere, antequam accumberent Hebræos conſueviſſe: ut colligitur ex verbis Chriſti ad Phariſæum: Oleo caput meum non unxiſti. Potuere ergo fratres unctionem illam ut ſignum Samuelis benevolentiæ in Adoleſcentulum, & pene puerum interpretari. Cum præſertim Propheta nulla verba protulerit, ex quibus quicquam certi deprehendi poſſet; ut olim cum Saule fecerat.* Dico injurioſa, Fallacia enim propriè eſt jurium læſiva e.g. judicandi libertatis, amicitiæ, contractuum, emtionis, venditionis, obligativum, promiſſionum, fœderum &c. ergo nequiter egiſſet M. Attilius Regulus, ſi ad ſupplicium non rediiſſet, ad quod pacto obligabatur. Nequiter egit Laban Gen.29.23.c.31.7. Filii Jacobi c.37.32. Thamar

c.38.14. Iſmael Jer.41.1. Confer 1. Maccab.12.42. c.16.15. 2. Maccab. 12.3. Atque hæc propriiſſimè dicta fallacia demum peccatum eſt lege divinâ prohibitum. Dices DEO ipſimet aſcribi fallaciam Jer. 4.10. dari dolum bonum. 2. Cor. 12.16. Reſp. ad 1, verbum ibi poni in Hiphil, quod directam efficientiam non neceſſario notat, vide Glaſſ. l.3. philol.ſ. tract.3. can.28. Hodomor. Spir. Calv. Hinc rectè B. Lutherus, Du haſt uns laſſen fehlen. malè Piſcator, Du haſt dieſes Volck und Jeruſalem ſehr betrogen. ad 2. Paulum ibi loqui non è ſuâ, ſed objicientium opinione, qui doli eum ſimulaverant.

§. 6. Jam fallacia realis vitioſa eſt, quæ injurioſa ac doloſa, Joabi ſalve, Davidis oſculum, Ananjæ & Saphiræ mendacium in ſui commodum aliorum damnum; nam ex communi victitare volebant; non tamen omne ſuum in conferre. vide exempla collecta à Lipſio in monit. polit. c.5. p.97. & ſeqq. c.5. in part.1. Lact. Catech. p.443. Eſt aliàs Doli vox mediæ ſeu neutræ ſignificationis, quale vox pharmaci, *ideo non fuit*, juxta Ulpian. in l.1. ff. de dolo malo, *contentus Prætor dolum dicere, ſed adjecit malum: quoniam Veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant, maximè ſi adverſus hoſtem latronemve quis machinetur.* cujus doli boni exemplum dedit J. Cæſar. Cum enim circa Maleam captus eſſet à Cilicibus latronibus & magna liberationis pretia exigerentur: ultrò etiam alterum tantum ſe daturum promiſit, ubi ad terram appuliſſent. Itaque cum Miletum perveniſſent. Cæſar Mileſios mutuum rogat, nec difficulter impetrat mox redditurus. Inſuper etiam epulum præbet latronibus, ſed funeſtum. Nam vinum mandragorâ ſoporiferâ miſceri curaverat. Cilices & prædâ ſe tantâ ditari & inſuper tam lautè accipi gaviſi, vino illo infecto largiter ſe replent, & in ſoporem dantur, ſic vino ſomnoque ſepultos Cæſar gladiis, quos in hydriâ clanculum adferri juſſerat, confodi curat, & pecunias mutuo acceptas Mileſiis ſtatim reddit, ipſe in Nicomedium, quò curſum navigationis deſtinarat, pergit. vid. Polyænum lib.8. ſtratagem. p.576. Sic & μηχάνημα puellæ proci ſui inſidias feliciter eludentis laudatur ab Iſidoro Peluſ. l.2. ep.53. *Cum aliquando juvenis quidam ad libidinem propenſus ac mulierum ſervus pulcherrimam virginem conſpexiſſet, eiusq; amore captus fuiſſet, atq; quo cupiditate ſua frueretur, nullam non machinam moviſſet, illa princi-*

pio

pio quidem ejus poſtulatum repudiavit: Nam & nobilis & caſta erat, ſed & animum & corpus ab omni libidine intactum ſervaturam eſſe Chriſto promiſerat. Vt autem certior facta eſt, eum propterea furore ac rabie præcipitem agi, rationem excogitavit, per quam & pudicitiam ſuam incolumem retineret, & ipſius ignem extingueret. Attonſo enim, vel ut rectius loquar, abraſo univerſo crinium ſuorum ornatu & elegantiâ, facieq; ſua cinere aqua permixto delibuta cum ad ſe accivit, eiq; cum ingreſſus eſſet, dixit: Tunè hanc deformitatem amas? Ille vero, tanquam ex furore revocatus, non modo libidinis ignem extinxit, verum ingenti poſteà caſtitatis amore flagravit. Fallacia verbalis eſt mendacium, quod iterum vel latiſſimè accipitur, ut ſuprà de fallaciâ ſcripſimus, vel ſtrictiùs pro quavis falſi conceptus ingeſtione I. *falſiloquiâ*. Poteſt namq; falſum ex errore dicere, qui non mentitur ſcienter ac propriè, & mentiri qui falſum non dicit. Qui nova ab alio relata audivit, falſa tamen & conficta, is cum aliis refert eadem, non mentitur, falſum tamen dicit; contra qui refert nova à ſe excogitata: e.g. inter duas partes conflictum fuiſſe bellicum, hanc extitiſſe ſuperiorem: id ſi forte fortunâ acciderit, verum dixit, qui contra mentem dixit. Nemo ſanè (inquit Auguſt. enchir. ad Laurent. c. 18. p. 207. *mentiens judicandus eſt, qui dicit falſum quod putat verum: quoniam quantum in ipſo eſt non fallit ipſe, ſed fallitur. Non itaq; mendacij, ſed aliquando temeritatis arguendus eſt, qui falſa incautiùs credita pro veris habet. Potiusq; è contrario, quantum in ipſo eſt mentitur ille qui dicit verum, quod putat falſum; quantum enim ad animum ejus attinet, quia non quod ſentit hoc dicit, non verum dicit, quamvis verum inveniatur eſſe quod dicit: nec ullo modo liber eſt à mendacio, qui ore neſciens verum loquitur, ſciens autem voluntate mentitur.* 2. *Veritatis diſparatæ* ſeu conditionis ἀ[illegible]-[illegible] & connexæ alicujus ſubintellectæ (prudenter ac juſtè ſine læſione juris alterius) *occultativa*; l. 1. Sam. 15. 16. Jon. 3. 5. Jer. 38. 26. & 37. Gen. 19. 2. 3. *Tropica*, quâ juxta verba accepta nil æquè falſum: nihil ſit contrà verius juxta ſenſum logicum e.g. *Iuno habet ſeptem nymphas; quarum una pulcherrima Deiopeja*, i. e. aër conſtat ſeptem meteororum ſpeciebus. Pluto rapuit Cereri filiam Proſerpinam, i. e. avarus colonus terræ eripuit proſerpentes fructus, eosque collegit in horrea, vide de figmentis Aug. l. contra Conſent. p. m. 59. & 68. Huc pertinent orationes Ironicæ Gen. 3. v. 22. 1. Reg. 18. 27.

& quàm rectè huc refert Caſp. Sanct. Ironia Michææ 1. Reg. 22. 15. cui gemina illa, I. *Sequere Italiam ventis, pete regna per undas*, l. 4. Æn. Sunt qui huc quoque referunt oraculum Eliſæi 2. Reg. 8. 10. Sed ſimplex, verus & proprius ſenſus eſt, Benhadad morietur, & tamen jam pœnitens vivendo vivet, vitâ ſc. beatâ, ut expoſitum eſt im Engliſchen Chriſtenſchutz. Conc. in 2. Reg. 6. p. 361. II. *Exploratoria ac erroris correctoria*, quo quidem pacto Doctor ſæpè ſophiſmata profert, non ut fallat, ſed ut exploret & caveat fallaciam. *In his hujusmodi, excuſatius eſt* (verba ſunt *Senecæ* ep. 59.) *voluntate peccare, quàm caſu: grammaticus non erubeſcit Solœciſmum, ſi ſciens facit; erubeſcit ſi neſciens: at in arte vivendi turpior volentium culpa eſt.* Sic judices non rarò arte quadam ſimulatoriâ veritatem extorquent. Salomon certè ſimulando infanticidium impetravit, ut veritatem in apricum proferret. vide Lact. Catech. part. 1. p. 444. III. *Iudicij alieni per non læſionem conſervativa*; licet namque pueris ſine vitio perſuadere contraria, quia judicii libertate deſtituuntur, illa autem ſolùm ſimulatio eſt vitioſa, quæ tollit & adulterat judicium veri. Hugo Grot. l. 3. de jur. bell. & pac. cap 1. p. m. 479. hanc ſimulandi licentiam latius extendit, quod ſcilicet is, qui habet jus ſupereminens in omnia jura alterius, non mentiatur apud perſonam ſibi ſubjectam; Licebit e. g. Imperatori bellico perſuadere militibus propediem adfore ſubſidiarias copias auxilium laturas, cum tamen ei de ſubſidiis talibus non liquidò conſtet, addit n. 19. licere apud hoſtes uti ſermone falſo, affert exempla ſacra ejuſmodi inculpatæ falſiloquentiæ, Joſephi, qui fratres explorationis & furti accuſaverat; Jabeſitarum 1. Sam. 11. 10. Cæterum quia hæc omnia fluunt ex falſa hypotheſi, tanquam dominus in ſuos ſubditos vel hoſtes habeat omne jus: id quod oppido falſum. Ut jus conſcientiarum nemo hominum habet, ita nec in judicandi libertatem. Præſit igitur Dominus voluntatis inclinationibus atque motibus explicitis: Intellectus verò judicium ſuis ſubditis integrum ſervet. hinc ipſe Grotius alibi ad Luc. 24. p. 838. *Quod Plato Medicis hac in re æquat civitatū Rectores in ea re nimiam licentiæ feneſtram aperit, neq; par ratio eſt, nam dignitatis differentia non tollit eam æqualitatem, quam inter omnes homines natura conſtituit, cujus pars maxima in mutuo & æquali ſermonis uſu conſiſtit, atq; adeò ut in Apologetico dixit Tertullianus: Nulla*

Lex

Lex, civilis ſcilicet, ſibi ſoli conſcientiam juſtitiæ ſuæ debet, ſed iis à quibus obſequium exſpectat. Quæ è ſacris exempla afferuntur, huc torquentur potius, quam referuntur. Joſephi ſimulatio exploratoria fuit, interrogativa potius, quàm categorice affirmativa; vide Rivet. Exerc. in Geneſ. 161. Jabeſitæ falſum locuti non ſunt, quamvis aliter intellexerint hoſtes. Sine dubio enim alterâ die deprœliato exiverunt. Neque habetur in hebræo, quod Jabeſitæ matutinum exitum promiſerint, ſed מחר cras, quod interdum etiam longinquum tempus notat. ut Exod. 13. 14. Agathocles Syracuſas obſidens, comminans obſeſſis ſe poſtridie in urbe cœnaturum, verus, ſed contra mentem ſuam fuit vates; nam erumpentibus civibus in urbem inductus in ea cœnavit, non ut victor, ſed ut victus & captivus.

§. 7. *Deniq; propriè & ſtrictiſſimè mendacium eſt, (α) Oratio (β) enunciativa, (γ) per ſe fallax, (δ) veritatis internæ per contradictionē ſublativa, (ε) injurioſa.* (α) Oratio. ſic opponitur fallaciæ reali. (β) ut appareat ſermonem eſſe de ſenſu orationis logico, (γ) per ſe fallax, quæ ſic concepta eſt, ut etiam virum aliàs prudentem fallere queat. ex. gr. quæ Virgilius in Culice memorat, mendacia non ſunt, quia prudentem non decipiunt, cum ipſe Poëta, quaſi fallaciæ caverit, in fronte ſtatim poëmatis, cum incipit LUSIMUS. Sic totam illam περιπολογίαν inferorum Æn. 6. commentitiam eſſe oſtendit; quando Æneam emittit per portam eburneam. vide quæ ingenioſè ad culicem v. 1. annotavit *Taubm. p. m.* 31. Orationes contra per ſe fallaces ſunt, cum id quod dicitur aliter intelligi nequit, juxta rectam interpretationem, quàm in eo ſenſu, qui à ſenſu proferentis diſcrepat. juxta interpretationem dico, utpote popularem verborum uſum. nequiter igitur egit, qui cum triginta dierum eſſet pactus inducias, noctu populatus eſt agros, quod dierum eſſent pactæ, non noctium, induciæ. vide Cicer. l. 1. de offic. n. 33. confer ſimilia vocum ludibria collecta à Nicol. Serar. ad Joſ. 9. q. 5. p. 203. Nequius Hatto I. Archiep. Mogunt. in voce reducere cavillatus eſt. vide lact. Catech. part. 1. p. 446. lege Hug. Grot. l. 2. de jure bell. & pac. c. 10. Aureliani Imp. comminatio veniam habet à miſericordia, neſcio tamen an à veracitate; referente Vopiſco. Obſidebat ille Florianam civitatem, & indignatus diutius ſibi ab obſeſſis obſiſti, dixiſſe fertur: canem in hoc Oppido non relinquam. Paulò

poſt

poſt urbe potitus, cum milites urbem diripiendam juxta ipſius promiſſum poſtularent: canem, inquit, in hac urbe me relicturum negavi, ite ergo canes omnes occidite, referente Vopiſco. (*ſ*) *ſublativa veritatis internæ per contradictionem.* Per affirmationem externam orationis internæ negativæ & contra. Saulis hi doli fuerunt confuti in Dramate Davidico: cor dicebat ἔσω, David è medio tollatur, lingua: David meus gener eſto, ſi fuerit vir fortis & bella Domini geſſerit 1. Sã. 18, 17. ſubdole hic, ſemiplenè, & generaliter nimis. Quando enim unquam Davidi veniſſet in mentem Saulem adire; fidem promiſſi exigere, filiam poſtulare? Cui nunquam licebat ſine arrogantiæ crimine profiteri ſe virum fortem eſſe: ſe fortiter in bello feciſſe; egregio ſe adverſus hoſtes facinora edidiſſe? Itaque ſemper pendente conditione propoſitâ, licet ſubinde David in hoſtes duceret, & Victor victis hoſtibus auctus gloria ſe domum reciperet; liberum tamen ſibi Saul putavit de filia ſua ſtatuere; quod adhuc Davidi fortiter aliquid ſupereſſet agendum & nondum eſſent omnia bella Domini debellata. Idem ille ea omnia adverſus Davidem excogitavit ut perderet, quæ vix illi amiciſſimus quisque potuiſſet optare, ut extolleret. Tribunum conſtituit, expeditioni contra Palæſtinos præfecit; periculis plurimis objecit; Judaicos fines tutandos commiſit; filiam deſpondit & tradidit;

Quid majus voveat nutricula dulcis alumno?

At hæc omnia Saul, ut David certis vitæ diſcriminibus ſemper expoſitus; tandem aliquando in extremum infortunium incideret; quod ſæpius provocaſſet. Sic cor Herodis dicebat: occidam novum Regem, lingua, ibo adoratum. Ad hanc igitur categoriam non pertinet prudens veritatis occultatio; cur enim ſemper quis in fronte aut linguâ mentem gerat? qualis illa 1. Sam. 16, 5. veniſſe ſe ad ſacrificandum, affirmans; ad ungendum Regem, nec affirmavit nec negavit, ſed texit, ne ſibi noceret, aliis non nocuit, audi Lutherum tom. 1. Isleb. p. 331. f. 2.

Was Gott nicht regiert das regiert der Teuffel/ wañ Gott regiert ſo machet ers alſo/ das der Menſch luſtig vnd willig wird zu thun was Gott gefallet/ das iſt er gibt jhm den H. Geiſt ins Hertz/ Aber wann er den H. Geiſt nicht außſchüttet/ oder gibt ins Hertz ſo regiert der Teuffel/ vnd gibt dem Menſchen ein/ nach allem ſeinem Willen/ wie St. Paulus zu Timotheo.

theo auch ſagt / das die Gottloſen vom Teuffel gefangen ſeind / zuthun nach allem ſeinem willen. Er hat ſie alſo gefaſſet/ daß/ was dieſe Menſchen thun / das thun ſie jhrem Gott dem Teuffel zu dienſte / dann er hat ſie eingenommen vnd gefangen / daß ſie ſeinen Willen thun. Sie gehen mit Luſt Liebe vnd groſſem Ernſt hienan/ außzurichten/ was er jhnen eingibt/darumb verſtocket ſie Gott / vnd thut ſeine Hand abe / vnd gibt ſie dem Teuffel dahin

Negare veritatem eſt præcepti negativi, quod obligat ſemper, & ad ſemper, ne ſc. unquam veritatem negare auſis; Revelare veritatem eſt præcepti affirmativi, ad quod nemo tenetur omni tempore. (3) Injurioſa, id eſt alterius judicandi libertatem violans, alterius judicio abutens: Diximus enim ſupra, reſpectu infantum, furioſorum & aliorum, qui ratione non poſſunt uti, non propriè committi mendacium. Atque hoc propriiſſimè dictum mendacium demum eſt prohibitum, non illud prius, quod propriè mendacium non eſt. Quorum primum conſummatum eſt mendacium, alterum & tertium, ſi cor & os contradictoriè ſibi adverſantur, mendacia ſunt, ſed imperfecta, atque ideò magis excuſabilia, non tamen nulla. Tutius eſt veritatem tueri, quàm prodere quovis prætextu. Ratione judice veritas illaqueat, at Chriſto judice liberat è periculis Joh. 8. Non enim propterea à peccato abſolvitur mendacium, ſi vel joco ſolum, vel in uſum alterius proferatur, etiamſi mendacio vitam, imò vitam æternam redimere poſſis. Noli velle mentiri mendacium. Eccl. 7. 14. non ſunt facienda mala, ut inde eveniant bona. Rom. 13. Lubet aſcribere verba Auguſtini. l. de mendac. adv. Conſent. c. 5. p. 9. (cujus Libri, quod obiter hic advertendum, hæc fuit intentio: Cum Priſcilliani ſectatores omne perjurium in fide occludendâ admitti poſſe, execrando illo ſuo elogio aſſerebant:

Jura perjura, ſecretum prodere noli.

Quæ perverſa perſuaſio recti ſpecie, in favorem fidei, ut Priſcillianiſtas facilius detegerent, & latitantes in cavernis ſuis angues facilius elicerent, etiam Catholicorum quorundam animos occuparat. Quâ de re Conſentius ad D. Auguſtinum ſcripſit, & variis ſuper eo negotio quæſtionibus animum ejus compulſavit. Qui cunctandum ratus, contra mendacium librum compoſuit. Cujus operis, inquit, l. 2. Retract. c. 60. ea cauſa exiſtit, quod ad Priſcillianiſtas hæreticos inveſtigandos, qui hæreſim ſuam non ſolum

negando, atque mentiendo; verùm etiam pejerando exiſtimant occludendam, viſum eſt quibusdam Catholicis Priſcillianiſtas ſe debere ſimulare, ut eorum latebras penetrarent. Quod ego fieri prohibens, hunc librum condidi.) *Quid ſi ad te homo confugiat, qui mendacio tuo à morte poſſet liberari? Illa mors quam ſtulti timent homines, qui peccare non timent, non animã ſed corpus occidit, ſicut Dominus in Evang. docet. unde præcepit, ne ipſa timeatur, os autem quod mentitur, non corpus; ſed animam occidit.* Et mox: *Quomodò ergò non perverſiſſimè dicatur, ut alter corporaliter vivat, debere alterum ſpiritualiter mori. Sed aliquando nobis ipſius quoque ſalutis æternæ periculum opponitur, quod noſtro mendacio, ſi aliter fieri non poteſt, depellendum eſſe clamatur? Velut ſi quiſpiam baptizandus in poteſtate ſit impiorum atque infidelium conſtitutus, ad quem perveniri non poſſit ut lavacro regenerationis abluatur, niſi deceptis mentiendo cuſtodibus. Ab hoc invidioſiſſimo clamore, quo cogimur non pro cujusquam opibus vel honoribus in hoc ſeculo tranſeuntibus, non pro ipſa hujus temporis vitâ, ſed æternâ hominis ſalute mentiri, confugiam niſi ad te veritas? Et mihi abs te proponitur caſtitas. Cur enim ſi cuſtodes iſti ut nos ad baptizandum hominem admittant, ſtupro illici poſſunt, non facimus contraria caſtitati, & ſi mendacio decipi poſſunt, facimus contraria veritati? cum procul dubio nulli eſſet amabilis caſtitas, ſi non eam præciperet veritas? proinde ut perveniatur ad hominem baptizandum, fallantur mentiendo cuſtodes, ſi hoc jubet veritas? ſed quomodo jubeat veritas, ut homo baptizetur, eſſe mentiendum, ſi non jubet caſtitas, ut homo baptizetur, eſſe mœchandum? Cur autem hoc non jubet caſtitas, niſi quia hoc non docet veritas?* Idem Auguſt. in Enchirid. ad Laurent. c. 18. cum propoſuiſſet difficillimam, ac latebroſiſſimam (ut appellat) quæſtionem: *Utrum ad officium hominis juſti pertineat aliquando mentiri?* Hæc reſpondet Auguſt. l. cit. pag. 207. *Mihi autem videtur, peccatum eſſe quidem omne mendacium, ſed multum intereſſe, quo animo, & quibus de rebus quiſque mentiatur. Non enim ſic peccat ille qui conſulendi, quomodo ille qui nocendi voluntate mentitur. Haud verò tantum nocet, qui viatorem in mentiendo in diverſum iter mittit, quantum is, qui viam vitæ, mendacio fallente depravat. & cap. 22. p. 200. Quid autem ſperari poteſt, quod non creditur? Porrò etiam aliquid, quod non ſperatur, credi poteſt. Qui namque fidelium pœnas non credit impiorum, nec ſperat tamen? Et quiſquis eas ſibi imminere credit, ac fugaci motu animi exhorret, rectius timere dicitur,*

quam

quàm ſperare. Quæ duo Lucanus diſtinguens ita complexus ait, Liceat ſperare timenti. Non autem ab alio Poeta quamvis meliore, propriè dictum eſt: Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. Denique non nulli in arte grammatica verbi hujus utuntur exemplo ad oſtendendam impropriam dictionem, & ajunt, ſperare dixit, pro timere. Eſt itaque fides & malarum rerum & bonarum: quia & bona creduntur & mala, & hoc fide bonâ, non malâ. Eſt etiam fides & præteritarum rerum & præſentium & futurarum. Credimus enim & mortuum Chriſtum, quod jam præteriit. Credimus ſedere ad dextram patris, quod nunc eſt. Credimus venturum ad judicandum. quod futurum eſt. Item fides & ſuarum rerum eſt & alienarum. Nam & ſe quiſque credit aliquando eſſe cœpiſſe, nec fuiſſe utique ſempiternum, & alia atque alia, nec ſolum de aliis hominibus multa, quæ ad Religionem pertinent, verum etiam de Angelis credimus. Spes autem non niſi bonarum rerum eſt, nec niſi futurarum, & ad eum pertinentium, qui earum ſpem gerere perhibetur. Quæ cum ita ſint, propter has cauſas diſtinguenda erit fides à ſpe; ſicut vocabulo, ita & rationabili differentia. Vide copiosè ex Auguſtini ſententia differentem Adamum Conzen. l. 3. Polit. c. 4. Nimium igitur videtur indulſiſſe mentiendi neceſſitati D. Bidembach. Conc. 65. in 1. Sam. 19. p. 258. Es kompt einer zu mir/ will gelt lehnen/ klagt ſich/ er habe mangel mit ſeinen Kindern/ vnd bedürffte gelts/ Brod zukauffen/ wann ich jhne nun abweiſen wolte/ vnd ſagen: Jch hette kein gelt/ vnd hette doch/ das were ein groſſe Sünde/ wann er aber das Gelt wolte verſpielen/ vnd alſo Weib vnd Kind verderben/ vnd ich ſonſten keine außred hette/ ſo möchte ich wol ſagen/ ich hette kein gelt. Oder wann die Obrigkeit Zeugnuß von mir forderte/ ich ſolte anzeigen/ wie es ergangen/ da zween einander geſchlagen hetten/ damit dem vnſchuldigen geholffen/ vnd der ſchuldige zu gebührender ſtraff möchte angehalten werden: vnd ich wolte gar nichts ſagen/ oder ſagte nicht recht darvon/ ſo iſts Sünd. Wann einer aber vmb der warheit willen verfolget würde/ vnd flöhe zu mir/ vnd ich würde darumb erſucht/ wolte ich jhne nicht anzeigen/ ſondern ſagen/ ich wüßte nicht wo er wäre: vnd wolte ſolches thun/ damit der Verfolger nicht Bluts ſchuldig würde/ vnd jener beym Leben erhalten werden möge. Solche Sünde wird GOtt nicht zurechnen/ ſondern wird diß gerechnet für klugheit/ von welcher der Herr Chriſtus ſagt/ ſeyd klug wie die ſchlangen. Quantum arte diaboli officere poſſit officioſum

Digitized by Google

mendacium, inſigne exemplum extat, quod ſtylo poliit I. Lipſius l. 1. monit. Polit. c. 5. p. 27. *Imperator Theodoſius junior pomum dono acceperat: quod porrò uxori ſuæ, Eudociæ, blandiens tranſmittit. Accepit illa, & idem mox Paullino, facundo & erudito viro; ideoque & eruditæ fœminæ charo, nihil ſequius cogitans dedit. Quod ille, ignarus unde eſſet, iterum Imperatori, ut Regium aliquod munus offert. Mirari ille & primum ambigere; mox agnoſcere & ſuſpicari, atque ita properè ad uxorem veniens, callide pomum ab ea repetit, antea donatum. Hæc totius facti ignara, temere & juveniliter aſſerit, ſeſe ediſſe: iterumque rogata dicit, atque adeò jurat. Imperator ſeriò tum offenſus, & mendacij arguens, pomum profert, nec ſatis, de amore occulto & improbo ſuſpicatus, Paullinum occidit, illam abdicat & relegat.* Adderem hic nuncium mortis Saulis, mendacio (ut vulgo putatur) gratiam primam coram Davide initurum, atque ſic officiosè mentitum, niſi cohiberet Joſephus. l. 7. c. 1 tùm Sopranes in David. p. 219. qui illum à mendacio abſolvunt. &c.

§. 8. *Quid igitur ſentiendum de æquivocatione ſeu reſervatione mentali?* id quod *Ioh. Barneſius Benedictinus, doctrinam* illam eſſe *mendacem, ſeditioſam, atheiſticam.* Etenim conditio reſervata, vel eſt rei naturæ ſic connexa, ut vel neceſſario ſubintelligatur, vel ex circumſtantiis & loquentis ſcopo ac intentione colligatur, e. g. *ſi potuero: quantum in me eſt: niſi ſtatus rei ſeu objectum promiſſionis notabiliter mutetur, aut omninò aliud fiat*: Talis conditio ſine vitio reſervatur: atque de ea nulla eſt quæſtio. Vel eſt *contradictoria verbis expreſſis vel* ἀπροσδόκητος *& rei naturæ non connexa, rectaque interpretationi non conſentanea*, quales ſunt illæ *Arij* apud Socratem l. 1. c. 38. *ſentio ſicut ſcripſi*, ſcilicet *in chartâ ſub alâ.* Franciſci *Aſſiſij*, Hac non tranſivit homicida, ſcilicet Hac *manticâ.* *Garneti*, Hallum aliàs Oldcornum non conveni, ſcilicet *in alio negotio.* Non novi auctorem criminis ſc. *ut tibi dicam.* Atque hoc pacto reſervatio mentalis eſt 1. *Impia*, quia Scripturis Sacris repugnat Jer. 9. 8. 2. Cor. 4. 2. *Mendax*, quia contradictoria. 3. *Iniqua.* 1. in eum qui cum ſermo eſt, præſertim ſi coram Judice, cui verum liquidò proferre fas eſt, cujus ſimplicitate, qui hunc in modum ſophiſticatur, abutitur. 2. In *Deum ipſum*, qui ejusmodi verba præſumitur accepturus in ſenſu loquentis: cum tamen accipiat in ſenſu ejus, cui loquitur. Unde illud ex *Iſidor*, laudatum 3. ſent. diſt. 39 à *Lombardo, quacunq; arte verborum quis ju-*

ret

Digitized by Google

rer , *DEUS qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, cui juratur, intelligit.* IV. *Seditioſa.* Rumpit enim hujusmodi cavillatio omnes humanæ Societatis & amicitiæ obices. Sed hoc ζήτημα infra in præcepto octavo diligentius diſputabitur. vide interea hodomor. ſpir. pap. phant 6. p. 1273. &c.

GYMNASIUM CASUUM.

Cum exempla Sanctorum factave ſpeciem fraudis aut mendacii præ ſe ferunt, lucem affundere poſſunt in ſimili contingentia; abs re non fuerit illa hoc in loco producere, inque conſcientiæ judicium adferre.

Q. I.

Abraham ut ſibi caveret, Saram ſororem vocavit, an deliquerit?

Reſp. Utique; quia Abimelech juſtè percontanti æquivocè reſpondit, & opinionem per ſe fallacem animo injecit, in conjugem tanto periculo expoſitam iniquior. Quæſiverat enim Rex de tali fœmina, quam ipſe ſine peccato ducere poſſet, qualis non erat ſoror in generali ſenſu, quo etiam uxor eſſe poterat.

Hinc Luth Tom. I. Isleb. p. 284. Abraham thet auch eine ſolche lügen / da er ſein Weib für dem König Abimelech nennet ſeine Schweſter / Geneſ. am 12 Capitel. Darauff ſoll man antworten / das ob die Chriſten wol den H. Geiſt haben / ſo haben ſie doch auch noch fleiſch vnd blut an jhnen / ſo hengen vnd kleben an jhnen auch noch viel Sünde vnd Gebrechen / darumb ſie immerdar betten müſſen. HErr vergib vns vnſere Schuld / vnd ob die Heiligen Gottes vnterweilen zu wenig oder zuviel thun / ſo gehets doch mit dem Hauffen vnd menge der Vergebung der Sünden hinweg / vnd gehöret vnter den Himmel der Gnaden / das iſt / vnter die Vergebung der Sünden.

vid. Rivet. in Genes. Exerc. 73. p 349. Fruſtra igitur eſt Eudæmon Johannis cum ab Exemplo Abrahæ apologiam pro æquivocatione Lojolæa mutuò accipit in Apolog. Garnet. c. 2. p. 30. *Hujus porrò diſciplinæ auctorem paulò, ut opinor, locupletiorem vel te, vel magiſtris tuis habemus Abraham, qui cum diſſimulato uxoris vocabulo ſororem ſuam appellari Saram juſſiſſet, idque eo conſilio, ut ſuum cum eâ conjugium lateret, regionum earum incolas apud quas peregrinabatur, eaque re Pharaonem primum*

num, Gen. 12. deinde Abimelech Regem Geraræ, Gen. 20. fefelliſſet; expoſtulanti Abimelech, quod parùm bona fide ſecum egiſſet, reſpondit, ſe & juſtis de cauſis neque verò falsò eâ locutione uſum: Cogitavi, inquit, mecum, dicens, forſitan, non eſt timor Dei in illo loco, & interficient me propter uxorem meam, alias autem & verè ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia matris meæ.

Q. 2.

Obſtetrices Hebrææ an mentitæ ſint?

Reſp. Incertum, quia potuit per benedictionem divinam verum fuiſſe, ut ſicut Iſraelitides extrà ordinem πολυτεκνίᾳ florebant, ita & felici puerperio gaviſæ ſint, obſtetricum non ſemper omnes indigæ. Criſis Lutheri hæc eſt, Tom. 1. Isleb. p. 284. Wann ich alſo liege / daß ich einem nicht zuſchanden / ſondern zu nutzen liege / das ich ſein gutes vnd beſtes fördere / ſo nennet mans eine freundliche Lügen / mendacium officioſum, wann ſich einer alſo ſtellet vnd etwas andern zu Dienſt erdichtet. Alſo iſt dieſe Lügen allhie auch / die Wehemütter wollen damit den Kindern von Iſrael dienen / vnd ſie erretten auß deß Pharaonis grimmigem toben / ſie wollen damit den Kindern Iſrael keinen ſchaden thun / ſondern verhüten vnd verkommen / das Pharao nicht vnſchuldig Blut mit den kleinen Kindlein vergieſſe / wollen dem Mordteuffel wehren / der da gerne ein Blutbad mit dem Knäblin der Ebreer hätte angerichtet / ſo wöllen ſie die Wehemütter mit dieſer jhrer Fürſichtigkeit dem Teuffel die ſchantze brechen / vnd der Ebreer Knäblin bey dem Leben erhalten.

Q. 3.

Ehud verbum Domini profitendo, ſicam Egloni intorquendo an deliquerit?

Neg. Quia, quod fecit, auctore DEO fecit; cujus Dabhar ſive verbum fuit, quod habuit ad Eglonem, verbum enim in labio Hebræo quandoque factum eſt & res mandata.

Q. 4.

Jael an peccarit fœderis & hoſpitij fidem violando?

Reſp. Non peccaſſe occidendo, hoc enim laudat Debora Θεόπνευστος in ſuo epinicio, ſed *peccaſſe* (ſcribit Coſmas Magalian. p. 337.) *duabus*

Digitized by Google

Duabus rationibus validiſſimis aliquis conſirmabit, una eſt, quia fœdifraga extitit, hominem fœderatum & amicum interficiens: Erat enim tunc pax inter Iabin, & domum Haber Cinæi, ut patet, & propter hoc fœdus Siſera ſecurius intravit Jahelis tabernaculum. Unde Lyranus, argumento addens vim, Iahel (inquit) contra fœdus initum videtur feciſſe, & per conſequens dictamen Juris naturalis, quod ſemper apud omnes eſt illicitum &c. Altera ratio eſt, quia hoſpitij legem violavit, cum præſertim eum benevolè & peramicè, ſecuritate promiſſa, ad ingreſſum invitaſſet. Sed nec in fidem peccaſſe, contendit ad h. l. Serarius. *Quia bellum Iſraelitarum adverſus Siſeram juſtum erat, hujus contrà illos injuſtum; atque id circò in oblata juvandi Iſraelitas occaſione, Haber, & ejus uxor, pro Iſraelitis, quibus loco, fidei & religionis communione conjuncti erant, ſtare debuerunt. Pax verò, quæ interceſſerat, non tam iſtos arctabat Iabino, quam Lex juſtitiæ, quá Iſraeli devincti erant. Quando enim Reipublicæ, bonoque communi obeſt privatum aliquod fœdus, vel pax, hæc reſcindenda eſt, & bono communi poſthabenda. Noverant prætereà jam Haber & Iael ex Prophetide, voluntatem Dei eſſe, ut copiæ à Siſera conflatæ, diſſiparentur, ipſeque Siſera in manus mulieris traderetur, ut vel hoc, ſi qua occurreret dubitatio, omnis Jaelis ſcrupulus adimendus eſſet. Quin etiam vituperationi affinis eſſet Iael, ſi in tanta opportunitate rei benè gerendæ nihil faceret.* Præſtat hic Jaelem accuſare, quam commeatum perfidiæ præbere, ſi ad boni publici profectum pacta licet diſſuere, quis tuto paciſcetur? neque juſtitia belli fraudis mantellum eſſe poteſt. Inſidias ſtruere licet hoſti, non eidem mentiri, mendacium autem, cum latro occiſura ἀσυλίαν promittit ac dicit, intra ad me, ne timeas.

Q. 5.

An David mendacij ſeſe contagio polluerit, cum contra gentiles militem eduxit, Hero ſuo Regi Achis perſuaſit contrà Iſraelitas ſe moviſſe. 1. Sam. 27. 10.

Reſp. Vix ab omni culpâ abſolvi poteſt, præſtat Davidi maculam imputare, quàm legis Divinæ aciem obtundere.

Q. 6.

An Judith à mendacij labe excuſari queat?

Conatur id quidem Caſp. Sanct. ſed durâ cum violentiâ. *Ait, illa* (ita Sanct. ad Judith. p. 279.) *ſe ideo fugiſſe à ſuorum Civium ſocietate*

etate, quia ſciebat civitatem ſuam in Aſſyriorum manum eſſe venturam. Quod tamen contrà futurum ſperabat; ait deinde, eo ſe animo ad Holofernem veniſſe, ut aperiret illi, quo in ſtatu eſſet res Bethulienſium, & quadam ſecreta illorum. & tandem quis locus expeditum præberet aditum ad victoriam, cum tamen ab ea mente, toto, ut ajunt, cælo, aberraret. Ego, inquit Sanctius, ibid. exiſtimo, in verbis factisque Iudithæ aliquem verum eſſe ſenſum, qui tam facta, quam verba omninò vendicet à mendacio. Nam revera, ut ex cap. 11. à verſu 8. conſtat, multa dixit, eaque quam veriſſima, quæ ſecretò aut cogitabantur aut fiebant intrà mœnia civitatis obſeſſæ, de quibus poſteà ſuo loco pluribus, quæ omnia vera eſſe puto, licet ex alio loco ea contigiſſe non conſtet. Sic & verum eſt, nam aditum oſtendit, & viam, quà poſſet Holofernes ſine ulla ſuorum militum jactura civitate potiri. Aditus autem idem fuit, quem paulò ante ab Achiore audierat, ſi DEUS populo offenſus auxiliares ab eo manus amoveat, quod dixit quoque Judithæ, c. 11. v. 7. hæc autem una & facilis via fuit, quà everti poſſet ſublimis illa atque munita civitas. Neque omninò affirmat ita eſſe, ſed ita futurum, ſi civitas illa à divina cuſtodia & protectione deſeratur. Quare in multis conditionalis particula, ſicut aliis in locis ſubaudienda eſt. Quam hæc violenta? quàm Holoferni ἀρεσκόντα. Quale verò illud Heroi encomium eſt, quod eodem interprete ad Judith. 11. p. 281. *Callidè ſuam orationem aggreditur prudentiſſima fœmina; ſignificans in ſuis verbis magnum eſſe pondus. Similis eſt hæc Iudithæ oratio illi reſponſo, quod non multo ante hoc tempus accepit Crœſus Lydorum Rex, ab oraculo Delphico: & Pyrrhus rex Epirotarum Æacides, quorum alteri dictum eſt, ut ait Cicero lib. 2. Divinationis, & Herodotus, lib. 1. Crœſus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.* Alteri verò:

Ajo te, *Æacide, Romanos vincere poſſe.*

Q. 7.

An ſtultitiam ſimulare liceat?

Anſam huic quæſtioni dedit David coram Achis moroſophus. Reſponſum eſt in part. 1. Theol. Conſc. Dial. 3. p. 748. Addimus nunc commentarium in verba Eccl. 9. Thorheit iſt beſſer/ dann Weißheit/ quem edidit D. Dietrich. conc. 13. in Eccl. p. 589. durch die Thorheit wird hie nicht verſtanden / natürliche / angeborne / rechtbrinnige Thorheit / dergleichen bey den gebornen Narren zufinden / Auch nicht angemaßte / muthwillige Thorheit / und Stocknarrethey /

dergleichen bey den Stock- vnd Schalcksnarren vnd Boſſenreiſſern verübet / ſo zwar / da ſie von Natur geſcheid vnd verſtändig gnug / doch vmb jhres nutzens vnd gewinns willen / Narren agiren / ſich wie die narren ſtellen / Geberden vnd allerley Stockerey vnd Thorheit treiben / Sondern von andern einem zugelegte Thorheit / da andere eines guten weiſen Rath vnd gutachten / nicht wollen laſſen gelten / noch demſelben folgen / wollen einem nichts laſſen drauß geben / ſondern jhn activè vor einen Narren halten / vnd vmbſchleiffen laſſen. Darnach ſo kan es auch für ein Noth-Thorheit verſtanden werden / daß wañ einer zu einer ſachen gezogen / darauff Leibs vnd Lebens gefahr / oder ſonſt in einer Noth ſtecket / darauß er nicht weiß zuentrinnen / einer ſich mit Reinicke Fuchs annimbt / er habe die ſchnupffen vnd verſtehe die ſach nicht / oder ſich gar annimbt / er ſey ein Narr / damit er dem befahrenden Vnglück entgehen möchte. Ebenmäßig durch die Weißheit vnd Ehr / wird hie nicht verſtanden / wahre / rechte Weißheit vnd Ehr / ſondern die vermeinte Weißheit vnd Ehr / der vnverſtändigen Gottloßen / die andere / rechtverſtändige weiße Leuthe neben ſich verachten / jhnen keine Ehre gönnen / ſich allein für weiß vnd verſtändig achten vnd halten / auch deren Ehr / Lob vnd Ruhm allein haben vnd darvon tragen wollen / Wann dann nun ein recht Weißer / Verſtändiger / Frommer / Gottsfürchtiger Mann / mit ſolchen vermeinten weiſen vnd Gottloſen / vnverſtändigen Leuthen zuſchaffen hat / ſoll mit vnd bey jhnen ſitzen / mit jhnen was deß gemeinen Nutzen / beſte vnd gedeylichſte Wolfarth / helffen rathen / er auch das beſte / ſo viel er bey ſich hat / vnd nach ſeinem beſten Verſtand vnd vermögen / befunden / zur ſachen gered vnd gerathen / die andere aber all ja darein reden vnd rathen / ſeinen trewen Rath vnd gutachten verwerffen / jhm die Ehr vnd das Lob nicht wollen laſſen / ſondern mit ſeinem guten Rath gar für einen Narren halten: Soll er / wie Salomo will / ſich nicht lang mit jhnen vmb die Narrenkapp reiſſen / herumb beiſſen vnd zancken / ſondern wann er ſeine Meinung ohn Verbitterung / modeſtè vnd beſcheidenlich vorbracht / vnd es doch nicht fort will / ſoll er für ſeine Perſon beſtändig darbey verbleiben / in jhre böſe Vorſchläg nicht gehen / es Gott vnd der Zeit befehlen / gehen laſſen wie es gehet / gern ſich von jhnen für einen Narren vmbziehen vnd halten laſſen / dann dieſes Falls vnd Zeit beſſer iſt Thorheit / dann Weißheit vnd Ehr. Beſſer 1. weil man ſich vergeblich darwider bemühet / vnd doch nichts damit

 mit

nit außrichten/noch durchtringen kan. Beſſer 2. weil dadurch vie-
len übel vnd vnheil vorgebawen vnd abzuhelffen wird. Beſſer 3. weil
im wiedrigen Fall viel gutes verhindert / vnd übel nur ärger gemacht
wird / wo hart wider hart/ Narren wider Narren / ſo trägt ſichs auch
neben dem mehrmahlen zu/daß einer zu böſen Conſultationen gezogen
wird/ darauff einem Leibs vnd Lebensgefahr ſtehet/oder aber/ daß einer
mit tollen vnd vollen Leuthen vmbgehen muß / oder daß einer in Noth
vnd Gefahr kompt/ darauß er ſich nirgend außwickeln weiß/ da iſt wider
Thorheit beſſer / daß ſich einer annimbt/ er verſtehe die ſach nicht/ er ſey
nicht recht vnd wohl bey ſinnen / als daß er groſſer Weißheit ſich auß-
thun/ vnd nach groſſer Ehr ſtreben / vnd dadurch in gefahr Leibs vnd Le-
bens/ Ehr vnd Güter gerathen ſolte.

Q. 8.

An ſimulare morbum liceat, ut peccati contagium declines?

Ita enim Iulianum inſidias ſtruentem fefellerunt, qui νεφριτικὴν morbum ſimularunt, ut retia Juliani fugerent, ac abeſſe poſſent. teſte Theodoret. l.3. c.15. Reſp. Veniam habet nuda ſimulatio, culpam mendacii affirmatio, pœnam meretur grandem affirmatio jurata, Quid ſi divina nemeſis mendacium in veritatem convertat. Ut ſe gerat in mundo, qui totus Græcia factus, prudenter & conſcienter?

Græciæ perfidiam pulchrè deſcripſit Freinshem. in lib. 7. 8. 28. Injuratis Scythis plus ait credendum, quam juratiſſimis & teſtatiſſimis Græcis. Quia apud Græcos, ut Euripides in Iphigenia Taurica canit: πιστὸν Ἑλλὰς οἶδεν οὐδέν. *Nihil fidei novit Græcia.* Græcorum vanitatem miris modis exagitat Sat. 3. juvenalis, Cicero ad Q. Fratrem epiſt. l. 5. *Græci fallaces, & leves, & diuturnâ ſervitute ad nimiam aſſentationem eruditi.* Virg. Aen. 2. 106.

Ignari ſcelerum tantorum, artiſque Pelaſgæ.

Et v. 152.

— *Ille dolis inſtructus & arte Pelaſga.*

Raderus Græcorum autem tantum mentionem facit, ex perſonâ Scythæ Curtius, quod illa natio tùm maximè innoteſcebat Græcis, cumque ea in præſentia res erat. Cæterum aliis gentibus ipſisque Romanis idem fuiſſe moris, non ignorabat Curtius. Græcæ lubricitatis ſugillatio etiam in illis eſt apud Plautum Aſin. 1.3.47. *quaque volumus uti græca mercamur fide*. h. e. præſenti pecunia opus eſt; nemo fidem noſtram ſequitur, non magis, quam ſi Græci eſſemus. Nec minus in his Lucani 3. 301.

Phocaïs

Digitized by Google

Phocais in dubiis cauſa eſt ſervare juventus:
Non Graja levitate fidem, ſignataque jura.

Ubi ſimul de actis conſignandis, quæ Curtius dixit, agnoſcis Cicero ad Trebat. epiſt. 7. 17. Quando veſtræ cautiones infirmæ ſunt, Græculam tibi miſi, chirographi mei. Quæ tamen ipſa parum valida. Polybio, Græco quidem & ipſo, viro tamen gravi teſte. 6. 54. *nec decem quidem chirographis datis à Græco homine fidem ſervari.* O Græcia, quo terrarum non miſiſti colonias!

Quid enim qui nunc eſt mundus, niſi quædam Græcia eſt, ubi ne quidem Syngrapha, jurata licet, ſemper fidem præſtant.

Lutheri Conſilium ſic habet Tom. 5. Witt. 243. So du mit einem Menſchen handelſt/ es ſey mit kauffen oder verkauffen/ iſt GOtt mit jhm/ ſo iſt er fromm/ vnd fehret redlich mit dir/ wo jhn aber GOtt läſt/ vnd iſt lauter Menſch da/ ohn Gottes Gnad/ ſo iſt er lugenhafft vnd betreugt dich/ wo er kan/ wann du nun mit jhm wilt handlen/ ſo gedencke alſo/ GOtt wird jhm Gnade geben/ das er mir glauben halten wird/ dann die Liebe gedenckt das beſte vom Neheſten. Aber gleichwol ſiehe dich für/ trew iſt mißlich/ wie Epicharmus geſprochen hat/ gedenck daß du niemand glaubeſt. Dieſer ſahe/ was der Menſch/ was die Welt für ein fromm Kind war/ nemblich darinnen kein Trew noch Glauben iſt. Summa Summarum wir müſſen trawen/ vnd auch nicht trawen/ vnd wiſſen zum erſten/ das die Welt voller Teuffel/ böſer Buben/ vnd Schälcke iſt/ vnd wir vnder Wölffen/ vnd wilden vnvernünfftigen thieren wohnen/ die vns betrigen vnd fälſchlich anliegen/ welcher nun das nicht leiden will/ der gehe an ein ander ort/ da kein Welt iſt/ dann er findets allenthalben alſo in der Welt/ wie auch St. Paulus zun Corinthern ſpricht: Wann jhr nicht wollet vnter böſen Buben wohnen/ müſſet jhr auß der Welt gehen/ Wir dörffen vns anders vnd beſſers nicht verſehen der Menſch bleibt Menſch/ die Welt bleibt Welt/ der Teuffel bleibt Teuffel/ wer ſich nun drein ſchicken kan/ das iſt ein groſſe gnad/ wer es aber nicht kan/ da iſt jammer vnd noth. Zum andern/ daß wir wiſſen/ das man dem Neheſten frey dahin trawe/ vnd es in die ſchantze ſchlahe/ es treffe oder nicht/ triffts/ daß er dir glauben hält/ ſo iſts eine gnad von GOtt/ triffts nicht/ das er dir nicht glauben hält/ vnd dich betreuget/ ſo haſtu vorhin gewuſt/ das von Natur beſſer mit jhm nicht ware.

Q. 9.

An quis conſcienter poſſit nomen ſuum mutare, & aliud fictum præ ſe ferre?

Non poteſt, ſi quæratur ab eo, qui poteſtatem habet quærendi: ſicut in ſimili, Lutheranum ſe profiteri nemo tenetur, tenetur tamen jure quæſitus non hoc negare, multo minus ſe Romano-Catholicum profiteri. Bidembachii hæc eſt deciſio Conc. in 1. Sam. 27. p. 224. Wann ein Herr jetzt in ein frembd Land kombt/ da er müſte ſterben/ wann er ſich zuerkennen gebe/ vnd erſaget nicht/ wer er ſey/ ſondern gibt einen andern Namen für ꝛc. Wann einer aber

zeugt / auß lauterer Leichtfertigkeit oder auß Boßheit andern Leuten zu ſchaden / vnd ſeinen nutzen dagegen zufürdern / vnd das alles auſſerhalb nothfalls / das ſeind verfluchte lugen. Jene ſeind zwar nicht zuloben/ ſondern Gott der Herr gedultets an den frommen / vnd rechnet ſie den Heiligen nicht zu / vnd iſt nicht anders Glück dabey/ als wann Gott auß Gnaden der ſachen hilfft. Wäre doch allezeit beſſer / es bleibe dabey/ Ewer rede ſey Ja/ ja/ Nein/ nein. Dann die Warheit behält allezeit die Oberhand.

DE VOTO,

Veracitatis Specie.

§. 1.

VOtum apud hebræos duo habet nomina נדר notatque votum in genere: & חרם votum ſpeciale, votum anathematis q.d. votum acciſionis, quo res vovetur ad mortem ſeu naturalem ſeu civilem ut redimi non poſſit. Græcis εὐχὴ ab εὔχειν bonum quid fundere, voverat e.g. Mezentius pocillum vini aut mulſi ſi vicerit Scal. Exerc. 30. ab εὖ ἔχειν. Latinis votum à βοᾶν, ut vult Scal. l. cit. quod in periculis contentiore voce clamarent, qui vovebant. Germanis Gelübd à loben vel lieben ſunt enim ειλητὰ quæ ſeu voventur ſeu laudantur. Differt comm. 1. à deſideriis & optatis quale illud eſt. Matth. 21. 9. Hoſianna Filio Dei. 2. à precibus, quæ in Latina lingua vota non rarò nominantur. *In Græca, ait Bellarm. l. 2. de Mon. c. 14. non idem ſignificant εὐχὴ & προσευχὴ, illa notat votum, hæc orationem.* Id verò ſi demonſtraverimus perpetuò non obtinere, non parum noſtra intererit. Perpetuò non obtinet, quia Græci diſtinguunt inter εὐχὰς ἁπλῶς & ἐμπορικὰς, quas Perſius preces emaces vocat, ſat 2. quod per vota Diis quaſi precium exauditionis rependatur. Conf. Caſaub. ad ill. loc. Prima ſignificatio reperitur Jac. 5. 15. Valet hæc obſervatio ad retundendam Jeſuitarum cavillationem, quâ ex Euſeb. lib. 13. præparat. Evang. c. 7. contendunt probare, jam olim vota ſanctis nuncupare moris fuiſſe. Verba Euſebii hæc ſunt, ὅθεν καὶ ἐπὶ τὰς θήκας αὐτῶν ἔθος ἡμῖν παριέναι, καὶ τὰς εὐχὰς παρὰ ταύταις ποιεῖσθαι.

Hinc

Digitized by Google

Hinc vota ſanctis facta Id quod in mentem Euſebio nunquam venit : Sed illud, ad Sanctorum monumenta preces recitari ſolitas. Magis adæquatum nomen voti eſt ὑπόσχεσις παρὰ τὸ ὑπόσχεσθαι ſpopondiſſe, ὅτι ὁ ὑποσχόμενος βάρει τινὶ ἑαυτὸν ἐπίθετο. 3. à nudo propoſito. Nam perfecta promiſſio propoſito ſuperaddit intentionem ſe obligandi, & jus ſuum in alterum transferendi, adeoque ſimilem effectum habet cum alienatione dominij. Ut verum amplius non ſit, quod Seneca habet. l. 5. de benef. 10. *quæ lex ad præſtandum nos, quod promiſimus, obligat?* Confer D. Chemnit. part. 3. exam. conc. c. 8 p. m. 52. accuratè votum à propoſito diſtinguentem. Adde è Grot. l. 2. de jur. bell. & pac. c. 11. tres promiſſionum gradus. Juris Canonici hac de re eſt ſententia. quæ extat l. 3. decret. tit. 33. c. 3. *Cum ex quadam minutione nimio fuiſſes mortis pavore perterritus, hæc verba protuliſti. Non diu hic morabor, proponens in animo, quod religionis habitum aliquando eſſes ſuſcepturus. Tibi igitur reſpondemus, ſi plus non eſt in voto proceſſum transgreſſor judicari non poteris, ſi non impleas, quod dixiſti.* 4. à Lege. quæ invitum etiam, imò & ignorantem obligat, quia (quæ ratio Becani eſt) cum quis intelligit à viro fide digno legem promulgatam eſſe, tunc ſine dubio obligatur vi verborum iſtius viri. Ergò vi promulgationis ſolenniter factæ. Obligatur igitur antequam ſciret. Promiſſio contrà non niſi ſcientem & volentem ligat. De nomine voti copioſè actum eſt in part 1. lact. catech. conc. 34. p. 481. In fronte ſtatim occurrit controverſia, An *hodienum in N. T. & quatenus eſt vovendum?* D. *Chemnit.* in Exam. Concil. Trid. p. 50. diſtinguit inter vota propriè dicta & ceremonialia, de quibus tanquam cultibus in N. T. mandatum vel verbum non habemus : & inter obligationes præceptis moralibus annexas, quæ ſi quis vota nominare velit, addit ſe non dimicare, vel prohibere : Verba ſunt : *Moralia* h. e. *quæ ad fidem & charitatem pertinent, eadem ſunt in Vet. & in N. T. Et hæc quæ ex mandato debentur, ſi interpoſita peculiari obligatione cum obteſtatione nominis divini Deo promittantur, ſi hoc non fiat opinione meriti, juſtitiæ, remiſſionis peccatorum, & vitæ æternæ, nec eâ opinione, quod melior & præſtantior cultus Dei ſit, ſi fiat ex voto, quàm ſi ex obedientia propter mandatum Dei fiat, ſed ideo tantùm, ut inconſtantia voluntatis humanæ arctiùs conſtringatur, non pugnat cum verbo Dei. Tale enim pactum ſeu talis promiſſio obligatio*

ſit

Digitized by Google

fit in actione Baptiſmi. Et nihil aliud eſt, quam quod de fide Paulus dicit. 2. *Cor.* 11. *Deſpondi vos uni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. De nova verò obedientia Rom.* 12. *Exhibeatis ſeu ſiſtatis corpora veſtra hoſtiam Deo, & ne conformemini huic ſeculo. Hoc ſi quis votum appellare velit, de appellatione nemo dimicabit. Et hujusmodi votum* N.T. *unicum eſt Baptiſmus: votum omnium fidelium commune, quo quis profitetur ſe renunciare Sathanæ & adhærere Chriſto. hac ille!* Ad hoc votum, ſtante univerſali Dei vocatione, omnes obligamur. *Vovete,* inquit, *Auguſtin. in Pſ. 75. & reddite Domino Deo veſtro omnes communiter. Quid debemus vovere? Credere in illum, ſperare ab illo vitam æternam, benè vivere ſecundum communem modum. Eſt enim communis quidam modus omnibus, furtum non facere, adulterium non facere, non amare vinolentiam, non ſuperbire, non hominem occidere, non odiſſe fratrem, non adverſus aliquem texere perniciem, hoc totum omnes vovere debemus.* In uno Baptiſmi voto virtualiter continentur omnia, quæ voveri poſſunt. Votum caſtitatis militantis. 1. Theſ. 4,3. paupertatis paſſivæ obedientiæ, oculatæ: Votum quod vocant civile, abſtinentiam ab occaſione & commeatu peccandi à vino, ab aleâ. Benè monet Felix Bidembach. conc. 32. in 1. Sam. 14. p. 137. Hat einer etwas rechts vor / ſo darff ers nicht erſt geloben / er hats im Tauff gelobet / da er iſt ein Chriſt worden / Hat er dann etwas vnrechts für jhme / darff ers nicht verreden zumeiden / dann er iſt ein Chriſt / ſo hat ers in der Tauff ſchon verredt / als vollzutrincken / vngebührlich zuſpielen / vnd dergleichen. Iſts aber etwas mittelmäſſiges / das in ſeinem freyen Willen ſtehet / ſo iſts beſſer / er behalt jhm ſelbs die Hand offen / der Teuffel ſicht die ſonderlich an / die etwas gelobet haben / vnd wirfft jhnen allerhand in den weg. Soll dann einer durch ſolch gelübd in Vnglück kommen / ſo iſt er an jhme ſelbs ſchuldig. Soll ers dann nicht halten / ſo iſt der Name Gottes mißbraucht / vnd macht er ſich ſelbs leicht gegen der Welt / daß er ſein Wort nicht hält / daß auß ſeinem Munde gangen iſt / wie die Schrifft hievon redet.

§. 2. *Subjectum* voti eſt *Is qui vovet* ; Qui ſcilicet jure vovere poteſt, in quo tria illa actionum humanarum principia reperiuntur, poteſtas, ſcientia & voluntas : Poteſtas hîc juris intelligitur, cui opponitur impotentia ejus, quem leges aut vovere, aut certè irrevocabiliter vovere prohibent e.g. puella, vel marita Num. 30.

Quo

Quo in loco Corn. à Lap. eâ parte noſter eſt, quâ per puellam omnem virginem, puberem æque ac impuberem, nondum nuptui datam intelligit, idque rectè. Fac enim patrem non poſſe in irritum revocare vota filiæ jam maturæ, tum minorem poteſtatem habebit, quam gener, & plus in eum contulerit, quàm habuerit, poterat enim maritus, quod uxor voverat, retractare. Diſſentit illa parte, quâ negat legem hanc niti ipſo naturæ jure, eſſe merè ceremonialem, aut forenſem. Vereretur enim, ne quis pater è cœnobio filiam revocet, aut refigat illud Papale decretum, cum puella in raptum conſenſerit, non poſſe videri raptam. Alterum principium eſt ſcientia intellectus, tanquam conſiliarij, illi opponitur, quæ multiplex eſt, ignorantia & dolus. Nam hic quoque ſi dederit cauſam actui, e.g. ſi votum non concepiſſes, niſi fraus interveniſſet, ſcientiam oppugnat. Scientiæ hujus actus eſt deliberatio, quam in votis omnes requirunt. Sed hoc inſuper quæritur: An plena deliberatio ſit ad votum neceſſaria? Leſſius reſpondet lib. 2. c. 40. dub. 1. *Qui aliquid vovet, is ſi poſt votum ſe aliquid aperiat, quod anteà latebat, vel quid novi eveniat, quod ille ſuo voto prudentum judicio non videtur voluiſſe comprehendere, ad illud non tenetur, ut ſi voviſſes peregrinationem, intereà viæ reddita eſſent infeſta latronibus.* Annihilat igitur Leſſius Votum, quod à plenâ deliberatione profectum non eſt. Domini. à Soto l. 7. q. 1. art. 2. p. m. 220. ait: *deliberationem bifariam intelli poſſe. 1. Vt opponitur ſubreptioni motui ſc. ſubitaneo. 2. quatenus nihil quod deliberari poterat, omittitur.* Hanc poſteriorem negat eſſe neceſſariam: ratio, *quia labores & difficultates, quæ ſunt in religione, nunquam ſatis citrà experientiam percipiuntur. Quare ſi cuncta eſſent perpendenda, nullum ſimplex votum religionis citrà rei experientiam obligaret.* Tertium vovendi principium eſt voluntatis tanquam Reginæ actionum, liberum ἑκούσιον; Cui metus & violentia opponitur. Metus ratione ſubjecti vel is eſt, qui etiam in conſtantem virum (de quo Arniſ. l. 3. de jur. connub. c. 3. ſ. 9. n. 15.) caderet, ſi ſcilicet periculum ſit ἀνδρὸς ἀνθρώπου: vel qui inconſtantem ac effœminatum tantùm percellit. Violentia vel phyſica eſt, vel legalis. Illa actum imperatum & locomotivam cogit, hæc ut in ultrò volentes & quaſi condeſcendentes in actionem imperatam vim non exercet, ita repugnantem affectum violenter cogit, cum iniqua eſt. Utriusque

coactionis exemplum annotavit B. Luther. Tom. 2. Jen. Germ. p. 384. in relatione ad comites Mansfeld. de Florentinâ ab Oberweymar moniali. Ubi inter alia hæc adjicit, Jch ſags abermal/ Gott will nicht gezwungen Dienſt haben. Jch ſags zum drittenmal/ Jch ſags hundert tauſendemal/ GOtt will kein gezwungen Dienſt haben. vid. part. 1. Lact. Cat. p. 488. Terminus Voti eſt is, cui vovetur, Solus ſc. Jehova. Deut. 23. 21. Pſ. 76. 12. Eſa. 19. 21. Is enim cui promittitur, debet eſſe promiſſionis liberè acceptans, ut paulò inferius demonſtrabimus. At acceptans liberè non eſt, qui rei devotæ eſt inſcius, qualis quidem eſt ſanctus defunctus. Hinc Thomæ Votum Latria eſt. 2. 2æ. q. 88 art. 5. Sanctis igitur voveri non debet. Quantum nefas Molocho litare liberos? id verò non ſolum deſignaverunt judæi παιδοζωλάτρεις, ſed & hodie cæcati parentes, qui liberos in clauſtra detrudunt, ubi ignibus inceſtis ardent, ac ſemina diabolo dedicant. Audi Lutherum Tom. 7. Witt. p. 346. Wie wolten aber die Fürſten vnd der Adel jhre Kinder vnd Freund verſorgen / wann die Biſtumb vnd Stifft nicht weren / da ſihe vnſer Blindheit in teutſchen Landen/ wann dir ein Baur deinen Sohn erwürget/ oder machet dir deine Tochter zuſchanden / da were Wunden vnd Waffen / da ſolteſtu wol toben vnd raffen / vnd wann du ein Land verderben könteſt/ſo theteſtu es / ſo gar groß vnrecht meineſtu das dir geſchehen wäre. Aber lieber thu die Augen auff / vnd ſihe doch / ob deines Kinds oder Freundes gröſſer Mörder vnd Feind ſeyn müge / dann du biſt? Du hilffeſt jhm zum Biſtum/ da du gewiß biſt/ daß er deß Teufels ſein muß / vnd ein ſolchen ſtand führen / darinn er nicht kan ſeelig werden/ das weiſeſtu. Sage mir/ ob du nicht ärger an jhm thuſt/ dann ob du tauſend Schwerd durch ſein Hertz ſtecheſt? wann er in ſolchen ſtand gerathen wäre vnfals halben / ſo ſolteſtu jhn mit Leib vnd gut herauß reiſſen/ wäre anders ein gute Ader in dir/ ob du gleich nur ein Brod hätteſt/ daß du mit jhm theilen kündeſt. Was thuſtu aber? Auff daß dein Fürſtenthumb/ deine Güter nicht zertrennet / nicht geringer werden / ſo ſtöſeſtu jhn von dir in der Höllen Abgrund / vnd frageſt nicht darnach/ daß dein Fleiſch vnd Blut ewiglich verderbe / daß du nur reich vnd groß bleibeſt. Sihe/ das iſt jetzt der brauch im gantzen teutſchen lande / zu ſolchem greulichen Seelenmord vnd würgen / muß man alle Glocken leuten / Te Deum Laudamus ſingen / Kertzen vnd Fahnen tragen/

vnd

vnd allen Pracht erzeigen / das es gleich iſt den vnſinnigen Königen Iſrael / die Ihre Kinder dem Abgott Moloch verbrand / mit groſſem ſchall vnd gedöne / das ſie der Kinder ſchreyen vnd jammern ja nicht höreten.

Materia voti non eſt, ſive non eſt voto innodabile I. Res aut naturaliter neceſſaria, aut impoſſibilis. Stupidus enim eſſet Dom. à Soto, *qui ſe voveret, aut aliquando, aut nunquam moriturum.* Cæterum poſſibile dicitur aliquid bifariam, vel ut præſtes, vel ut ſit in poteſtate tuâ. Fieri namque poteſt, ut aliquid præſtes, quod tamen non ſit in tua poteſtate, ut donarium è re non tua. Non illud ſolum poſſibile hic requiritur, ſed & alterum, idque ex præſcripto legis divinæ, quæ non vult Deo voveri, quod noſtrum non eſt, utpote immolationem primogenituræ. Lev. 27. 26. Eadem vult in voto pauperis æſtimari, quantum ille poſſet reddere. Lev. 27. 8. Utrovisſmodo impoſſibile eſt votum nunquam peccandi, quia & præſtare non potes, & actuum tuorum Dominus non es. Hinc ſequitur, liberrima Dei dona Deo litari non poſſe, quale omninò eſt votum perpetuæ virginitatis, quam fruſtra ſis, ſi divino auxilio nixus ſpeciali quale ipſe non promiſerat. Æque impium eſt, intuitu miſericordiæ divinæ peccare, ac intuitu potentiæ divinæ contrà naturam niti.

Hinc B. Luther. Tom. 2. Ien. Germ. in Ep. ad Leonh. Koppen p. 231. ſcribit, vnmüglich iſts / das die Gnad der Keuſchheit ſo gemein ſey / als die Klöſter ſeind / & paulò poſt. Dann iſts nicht Jungfraw ſein / wider die eingeſetzte Natur / ſondern wie Paulus ſagt 1. Cor. 7. Es iſt ein Gottesgab / wie ich nun kein Gottesgab kan geloben / ſo kan ich auch kein Keuſchheit geloben. Et. ib. Sonſt wann vnmüglich gelübd gülte / ſo möchteſtu wol geloben ein Mutter Gottes zu werden.

II. Res indifferens, quà talis in ſubſtantia ſuâ, præciſè conſiderata. *Quia nemo promittit alteri, quod novit ei gratum non fore: DEO autem gratum non eſt, niſi quod per ſe bonum eſt.* Becan. in opuſc. de vot. q. 4. voveris e. g. *te nunquam ingreſſurum domum Petri, id fieri non magis DEO gratum eſt, quam omitti.* Leſſ. dub. 7. §. 40. alias (ita D. Balduin. T. 2. caſ. conſc. c. 8. caſ. 6. p. 295.) propter honeſtam circumſtantiam aliquam fieri poteſt, ut & tale votum ſit ratum & firmum: e. g. Si quis voveret, ſe ad convivium non iturum, ob vitandam ebrietatem vel ſcurriles ſermones, aut domum aliquam non ingreſſurum, ob vitandam occaſionem peccandi, aut amicitiam cum aliquo non contracturum, ne ſeducatur, cujus generis oc-

currunt multa in quotidiano uſu. III. Materiam non eſſe majoris boni impedimentum, negant Pontificii communiter & omnium quaſi calamo *Bellarm.* l. 2. de monach. c. 14 §. ex quo perſpicuum. Ratio illorum hæc eſt, quia votum ſemper debet eſſe rei melioris quàm oppoſiti: ut, cum melius ſit dare, illud voto ſponderi poteſt, non item hoc, quia tale votum remoram injiceret bono majori. Huc refert etiam *Leſſ.* l. 2. c. 40 dub. 7 §. 45. votum de non amplius concipiendo voto. Atque hinc illi probant, matrimonium abſolutè voto promiſſum non eſſe validum, etiam ſi, qui vovit, continere poſſit, quia impediat majus bonum, cælibatum. *Becan.* q. 4. §. 5. Nobis ut verum eſt majoris boni impedimentum perperam voveri, non tàm ex illâ ratione, quam Jeſuitæ afferunt, quam ex ipſius Salvatoris noſtri effato Matth. 15. 5. Marc. 7. 12. (qui locus incompletam habet ſententiam, fortaſſis, ut opinatur *Beza in not.* ad h. l. quia Chriſtus voluit ipſa traditionis verba recitare: in quo citationis genere prætermitti non raro ſolent, quæ ſunt omnibus nota, ſicut JCti, particulam legis proferunt, lectores ad totam legem inſpiciendam ablegantes. Ideò ſupplementum addidere interpretes ex Matth. 12. 5. ἀναίτιος ἐστι innocens eſt vel erit, legi de honorandis parentibus ſatisfecit. *Loci ipſius ſententia* vel eſt 1. *activa*, δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς h. ſ. quicunque dixerit munus, quodcunque eſt ex me, tibi proderit, q. d. verba ſunt *B. Luth.* in gloſſ. marg. Lieber Vatter ich gebe dirs gern / aber es iſt corban, Ich lege es beſſer an / daß ichs Gott gebe dann dir / vnd hilfft dich auch beſſer. Domine, ita Scaliger in trihæreſ. c. 9. quod à me profectum tibi profuit, omni erga te honore debito ac officio me liberat: vel 2. *paſſiva.* Munus eſt, quocunque à me juvari poſſes. Eſt enim ὠφελεῖσθαι τι ἔκ τινος juvari à quopiam re aliquâ q. d. jam dum DEO conſecratum eſt, quo tuæ inopiæ ſubvenire potuiſſem. Et ſic non malè conferas cum *Martinio in lex.* iſtam formulam deprecatoriam, cum noſtrâ illâ vernaculâ Gott helff dir. vel 3. *Interrogativa.* Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit? id eſt, *ut* exponit *Maldon.* in h. l. an *ſi tibi dem, quod DEO conſecrari deſtinavi prodeſſe tibi poterit? minimè*, quin *potius obeſſet, quia rebus ſacris abuterere.* vel 4. ὁρκιστικῶς q. d. munus ſi à me juvaberis, id eſt juro per munus, qualia juramenta uſitata Matth. 23, 16. fore, ut nunquam à me juveris

veris

veriſs. Ex Philone traditionem habent, qui uſitatam apud Judæos fuiſſe *ἀρχὴν ὠφελίας* ſeu *votum beneficentiæ* prodidere. Verba Philonis hæc ſunt Εἰσὶ δ' οἳ τὴν φύσιν ἄμικτοι καὶ ἀκοινώνητοι δι' ὑπερβολὴν μισανθρωπίας γεγονότες, ἢ καὶ ὑπ' ὀργῆς οἷα χαλεπῆς δεσποίνης ἐκβιασθέντες, ὅρκῳ τὴν ἀγριότητα πιστοῦνται τῶν ἠθῶν, ὅτι πως ἢ φασὶν ὁμοτράπεζον ἢ ὁμώροφον ῥέξειν τὸν δεῖνα, ἢ πάλιν τῷ δεινὶ μὴ ῥέξειν ὠφέλιμόν τινα, ἢ παρ' ἐκείνου τινὰ λήψεσθαι. καὶ μέχρι τελευτῆς. Quamcunque explicationem elegeris, id ſemper habebis, Servatorem improbaſſe illa vota, quæ impedirent melius bonum de honorandis parentibus: atque ſic improbaſſe, ut diceret ejuſmodi aſtorgos *ἀκυρῶν* dettrahere quaſi divinæ legis majeſtati & auctoritati.) Hæc ut vero ſunt veriora, ita falſum eſt quod inde conficere laborant Romanenſes, votum de conjugio ineundo eſſe melioris boni impeditivum. Quid? quod ipſe cœlibatus præſertim in incontinenti ſit maximi boni ſæpe impeditivus, ſalutis ſcilicet æternæ, cujus ſpem ſibi uſtus ſubinde, illo ipſo ſuo nefario laqueo præcludit. Imò ſi verum eſt quod jactare auſus eſt *Salmeron. in ep. Pauli* tom. 13. diſp. 9. p. 36. *majoribus periculis animæ obnoxios eſſe laicos quàm monachos: ſecularem vitam ſimilem eſſe mari, in quo Laici magna tempeſtate navigant, religioſi contra in portum recepti tranquillè agunt,* laici erunt in ſtatu perfectiori: cum major virtus ſit quæ circa magis ardua verſatur. IV. Non res vana, levicula, inepta, quia non ſolùm res inviſa DEO litanda non eſt, ſed nec res inaccepta, utpote ad ejusdem gloriam religiosè non faciens. Dom. à ſoto loc. cit. Deniq; materia voti eſſe poteſt etiam res præcepta & debita, id quod duobus exemplis comprobamus, quorum primum eſt Jacobi Patriarchæ, Erit mihi Jehova in DEum Gen. 28. 20. ut ei Jehova eſſet in Deum, præceptum fuit, nihilominus cadit ſub votum, conf. de hoc voto Luth. Tom. 4. Jen. Germ. p. 157. Dices, per votum ex non debitore fieri debitorem. E. quod vovit, non prius debuit. Reſp. 1. etiam ratione præcepti poſſe aliquem eſſe non debitorem, (non quidem quoad ſubſtantiam actus, ſed) quoad ſpeciē & circumſtantias, e. g. præcepti de danda Eleemoſyna debitores ſum᷒, non ut ædificemus noſodochium, fundemus collegium, dotemus pauperculum, 2 ſumus debitores ad ſolvendum actum, ſed non ad ligandam faciendi potentiam, ut debitor ad ſolutionem tenetur, non item adjuramentum de ſatisfaciendo. Alterum exemplum

Nnn 5 Baptiſ-

Baptiſmus eſt, votum omnium fidelium commune, quo quis profitetur, ſe renunciare Sathanæ & adhærere Chriſto. Ad hoc, ſtante univerſali DEI vocatione omnes obligamur. Ergò datur aliquod votum præcepti, negantibus Jeſuitis, Leſſ. dub. 6. Becan. q. 3. Soto l. 6. q. 2. art 3. hoc eſſe proprie votum, os obtundit *D. Petrus* 1. 3. 21. cum baptiſmum vocat ἐπερώτημα bonæ conſcientiæ, ἐπερώτημα notat 1. *demonſtrationem ſeu ratiocinatione* apud Sext *Philoſ.* in pyrrh. l. 3. 13. ἀπὸ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἐξ τοῦτο ἐρωτῆσθαι τὸν λόγον. & Cic. *l. de fat.* Sic enim interrogant, ſi fatum tibi eſt, ex hoc morbo convaleſcere. 2. *examinationem & examinati probationem.* 3. *per metalepſin* certam *reſponſionem*. Nihil enim uſitatius, quàm ἐπερώτημα ποιεῖν proponi quæ certò aſſeverare & reſpondere volumus Gen. 13. 8. Ezech. 22. 2. quo quidem ſenſu verbum DEI appellatur Eccleſ. 33. 4. ἐρώτημα δήλων B. Luth. ein klare Red. 4. *Orationem & interpellationem activam*, quia interrogato dicere licet Abba pater, nunquid ego ſum filius tuus? Matth. 16. 1. c. 15. 23. 5. *ſtipulationem & pactum reciprocum* & reſponſionem, der Bund eines guten Gewiſſens. Luth. tanquam reſpexerit Apoſtolus ad interrogationes catechiſtarum, quæ reſpectu baptizantium ſunt interrogationes, reſpectu baptizatorum reſponſiones, cujus rei exemplum extat Act. 8. 37. eundem ritum ex traditione illuſtrat *Corn. à Lap. in h. l.* hac de cauſa, cum ſcribit, *olim in baptiſmo fidem Chriſtianam profeſſuri in cœlum ſuſpiciebant, ac manus dextras in altum erigebant adhibito jurejurando coram teſtibus: ac jusjurandum manu baptizati ſubſcriptum, ejusque annulo obſignatum in tabulas referebatur.* ita intellexere patres, qui baptiſmum σφραγῖδα ἀνεπιχείρητον, ut *Baſil.* ἀῤῥαβῶνα, ἐνέχυρον καὶ ἀπόδειξιν ut *Oecum.* pactum cum DEO initum, ut *Greg. Nazianz.* appellarunt. *Repete quid interrogatus ſis*, ait *Ambroſ.* l. de iis qui myſt. init. c. 2. *recognoſce quid ſpoponderis, renunciaſti diabolo & operibus ejus, mundo & luxuriæ ejus ac voluptatibus: tenetur vox tua non in tumulo mortuorum, ſed in libro viventium.* Has ſignificationes omnes ad baptiſmum qui applicaverit, nihil ille in fidei analogiam peccaverit. Placet tamen præ reliquis ultima, quæ ipſum baptiſmi actum exprimit. credis? credo. renuncias? renuncio. Quod eſt illud ipſum ἐρώτημα relativum, id eſt interrogatio cum reſponſione. Quæ verba cum non nude aſſerant, ſed etiam promittant aliquid DEO, votum conſtituunt. vid. part. Lact. Catech. conc. 34.

pag.

Digitized by Google

pag. 485. Forma voti generalis eſt obligatio vel abſoluta, perpetua, inſolubilis, vel hypothetica, periodica, ſolubilis. Illius exemplum eſt votum baptiſmi; Hujus votum Nazareatus. Finis itidem varius, juxta diverſos voventium ſcopos. Præcipuus verò finis eſt ἀχαριστία. Nam quia humanum ingenium ſolet in afflictionibus pium propoſitum gratitudinis ac emendationis concipere, poſt liberationem verò ejus ſecurè oblivifci, ac ſæpè à pravis cupiditatibus abſtractum retrò reſpicere, & in pejus ruere. Ut igitur mutabilitas illa voluntatis humanæ in bono peculiari, & arctiori vinculo obligationis conſtringeretur, & ſecuritas, torpor, ac feræ inclinationes carnis, hoc laqueo cicuratæ, eò fortius excuterentur, & omnes affectati prætextus præciderentur: peculiari voto ſeu juramento ſe DEO ad reddenda illa, quæ alias ex mandato debentur, obligabant, ut ita perpetuam commonefactionem ſecum circumferrent: D. Chemnit. Exam. Concil. Trid. p.m.48. Vitia contraria ſunt. I. Votum Idololatricum, quale illud Oſe. 9.10. Jer. 44.25. II. Votum Jephtæum his verbis conceptum.

והיה היוצא אשר יצא מדלתי ביתי לקראתי

Et erit egrediens, quod egreſſum fuerit è foribus domus meæ in occurſum meum. Tria hîc perpendenda ſunt. τὸ τί? τὸ πόθεν? τὸ διὰ τί? Quod τὸ τί attinet, ellipſin agnovit vulgata & Vatablus, cum interpoſuere, *Quicunque primus* in maſcul. Quodcunque primum in neutro. Trem. Jun. Piſc. ſecuti Joſephum. l. 5. πᾶν ὅ τι καὶ πρῶτον αὐτῷ &c. Rectè id quidem. Nam aliàs quicquid è domo egreſſum fuiſſet, canis, aſinus, puellæ comites &c. mactanda fuiſſent. Id quod optimus voti interpres, eventus, non admittit. conf. Martyr. in hunc loc. Eſt igitur objectum voti τὸ primum egrediens, ἀόριστον, indefinitum, ac ut Logici loquuntur deſcenſu disjunctivo explicandum, vel hoc vel illud, vel iſtud. &c. τὸ πόθεν? De oſtiis, de foribus domus meæ. διὰ τί? לקראתי in occurſum meum, non duntaxat brutum ac mutum, ſed etiam gratulatorium, blandum, deliberatum, qualis eſt eorum, qui primam gratiam inire volunt: Sic enim hæc vox accipitur. Exod. 4.14. 2. Reg. 5.26. Gen. 19.1. Prov. 7.15. Adeoque homines etiam, & implicitè filiam ſub voti ſui generalitate complexus eſt. Id namque ex judicio Jephtæ fuit objectum voti, quod fuit objectum ſacrificii. Porrò

עולה

Digitized by Google

והיה ליהוה והעליתיהו עולה

De duobus plerique conveniunt 1. per τὸ Lajovah notari conſecrationem aliquam Domino promiſſam 2. per vehaalitihu Olah ὁλοκαύτωσιν notari ac immolationem ſacrificialem, ut in illis parallelis, Lev. 14. 20. Job. 1. 5. Deut. 27. 6. Mich. 6. 4. De συζυγίᾳ verborum ſollicitè ſemper fuit diſceptatum. Prima *ſententia* eorum eſt, qui verba illa *disjunctivè* ac diſparatè intelligunt, ad eum modum, quo vertit Tremel. *Erit Iehova, aut offeram illud holocauſtum.* Quam explicationem primus excogitaſſe fertur R. *David Kimchi* vel potius ejus Pater *Ioſeph*, Pater *meus Ioſeph*, ait, *enarrans hac verba, dicit, Et, poſitum eſſe pro aut.* Et *erit Domino ſanctitas, ſi non erit aptum ad holocautoma, aut offeram* illud *holocauſtum, ſi erit aptum eſſe hoc.* hoc quidem per ſacrificium, illud verò per cœlibatum, Neziræatum, & ſeclusionem middarke haholam à viis ſeculi. In eandem ſententiam pedibus quaſi diſceſſere *Lyran.* è noſtris *Brent.* in h. l. p. m. 42. *Lucas & Andreas Oſiandri*, ille in Paraphraſi, hic In margine textus. D. Quiſdorp. è Calvinian. *Druſ. ad diff. loc.* judic. p. m. 278. & plures ad h. l. *Secunda ſententia* eorum eſt, qui verba illa eadem *copulativè ac ſubordinativè* intelligunt, idque rurſus *vel in ſenſu conditionato*, erit illud animal Domino conſecratum, & ſi tale futurum eſt, ut legitimè in holocauſtum offerri poſſit, immolabitur, quæ *Piſcatoris gloſſa* eſt. qq. in l. Jud. q. 64. vel *in ſenſu abſoluto* 1. γενικῶς. Erit Domino. 2. εἰδικῶς καὶ ἐξηγητικῶς. Ita erit Domino, ut immoletur in ſacrificium. Subſcribunt huic interpretationi è Rabbinis & Patribus illi omnes, nominatium Auguſt l. 1. de Civ. Dei. c. 21. qui mactatam filiam contendunt, quorum totá quaſi nube chartam implevit *Serar.* q. 16. E Pontificiis idem modò nominatus auctor. q. 14. *Leſſ. dub.* 5. §. 35. alij. E Calvinianis *Petr. Martyr.* in h. l. p. 141. Cloppenburg. in ſpecileg. ſchol. ſacrif. p. 716. in hæc verba ſententiam ſuam exprimit, *de Filiá Iephta quoque non opus eſt nos multùm torqueamus, an dicendus ſit Iephta illam non immolaſſe holocauſtum, ſed alio pacto illam DEO conſecraſſe; quo redit ſententia plerorumque Interpretum; an verò contrarium, quod flagitare videntur verba contextus ſacri*, Jud. 11. v. 41. ויעש לה את נדרו אשר נדר *quæ vix aliam patiuntur interpretationem quam hanc*: Et exequutus eſt in ea votum quod ipſe voverat illis

verbis

verbis v. 31. והעלית יהו עולה & offeram rem illam in holocauſtum: atque ſi exequutus eſt, peccaſſe præpoſterâ voti temerarij religione, Et ſi, quod non negamus, peccato Jephtæ communicavit cæco quodam ſtupore totus populus, adeoque & Sacerdotes imò & ſummus Pontifex. Non eſt *ἀϑεόλογον* hoc ſentire, & ex hac hypotheſi habebimus experientiam, qua contra Pontificios probemus Eccleſiam ejusque ſummum Pontificem viſibilem in judicio de voti religione erraſſe. Placet Theſis D. Parei, quam vide operum Exegeticorum parte ſecunda. p. 712. Facta quidem crudelius, ſed dictu probabilius, & Judæorum mori, quantumvis lege DEI vetito, eſt convenientius, Jephten Filiam mactaſſe, quam virginitati perpetuæ devoviſſe. Erroris anſam in judicio de voti Jephtæ religione arreptam credimus ex lege de Anathemate, quæ extat Lev. 27. v. 28. 29. qua ſancitur, ut omne Anathema morte afficiatur כלחרם אשר יחרם מן: האדם לא יפדה מות יומת Omne Anathema, quod devotum fuerit ex humanis perſonis, non redimetur, ſed omnino morte afficietur. Enim verò ſic cenſemus Legis iſtius *Διάνοιαν* ſpectare ejuſmodi perſonas humanas, quas ſibi Anathemate devoveri DEUS probabat, ut non pro arbitrio cum liberet, ſed juſtis de cauſis, victores devictos hoſtes, parentes liberos, heri ſervos devovere poſſent; & ſi temerè devoverent, Lex de Anathemate eventu non comprobaret, nec ratam haberet temerariam & iniquam devotionem humani capitis innoxii, nec mortem meriti: Atque ea propter ad ſacram capitis alicujus devotioné exequendam intervenire oportebat Sacerdotum operam & miniſterium. Amplius, non potuit Jephta in filia exequi votum, quod ipſe voverat, ſi non revera obtulerit illam in holocauſtum: nec ſatis eſt ſi alio modo illam morte affecit ex Anathematis lege: alio enim mortis genere mactans quod vovit in holocauſtum mutat votum quod vovit. E noſtris poſt *B. Luth. D. Balduin.* l. 2. caſ. conſc. c. 8. c. 4. Juvat ipſa *Lutheri* verba aſcribere, quæ ille in marginem ad h. l. aſcripſit ad verba, wie er gelobet hatte. Man will er hab ſie nicht geopffert/ Aber der Text ſteht da klar. So ſihet man auch beyde an den Richtern und Königen/ daß ſie nach groſſen Thaten haben auch groſſe Thorheit begehen müſſen / zuverhüten den leydigen Hochmuth.

Digitized by Google

§. 3. Nos tertiam ſententiam ſecuti, ut propriè veréque mactatam filiam Jephtæ contendimus, ita pro voto purè copulativè concepto his pugnamus argumentis. I. *Regulá logicorum.* Analogum ſtat pro ſuo ſignificato famoſiori & principaliori. Nunc famoſior & principalior τȣ̃ Vav ſignificatio eſt copulare, ſecundaria ſejungere. Ergò illa hic nobis potior eſt. Si namque ad ſignificationes ſecundarias veniendum, æquè proclive fuerit ratiocinativè ac disjunctivè exponere. Sæpè enim reſpondet Græcorum ὅτι vel γὰρ q. d. Erit Domino (quia, nam) in holocauſtum offeram. Exempla affert *Druſ. l.* 2. de liter. Moſchevecal. c. 4. Eſ. 64 5. ונחטא quia peccaveramus & Pſalm. 108. 13. ושוא nam vanitas. confer. de lit. Moſchret. Jac. Ebert. c. 4; II. *naturâ oppoſitionis.* Nulla disjunctio habet locum inter genus & ſpeciem. Ratio, quia nec ibi oppoſitio locum habet. Eſſe Domino & offerri victimam Domino, habent ſe ut genus & ſpecies. E nulla debuit interponi diſjunctio. Rurſus. Omnis disjunctio membrum unum ponit, alterum tollit. Dicamus igitur, Jephta τὸ egrediens erat aut conſecraturus aut mactaturus: ſed non conſecraturus, Ergò mactaturus, vel, ſed non mactaturus, Ergò conſecraturus. Neutrobique conſequentia bona erit. Fateor non rarò disjungi, in quibus utrumque ponas licet, e. g. Matth. 18. 20. Ubi ſunt duo aut tres &c. non ſequitur Chriſtus eſt præſens duobus. Ergò non tribus. Sed in his hujusmodi τὸ ἢ aut copulativum ſenſum habet, aut disjunctivum ex hypotheſi, Chriſtus eſt præſens duobus, ſi tres non ſint congregati vel tribus, ſi non duo, ut rectè ſequatur, Chriſtus eſt præſens duobus, ſuppoſito quod plures non adſint, Ergò non tribus. Item Chriſtus eſt præſens tribus, ſuppoſito quod non duo ſoli congregati ſint, Ergò non duobus ſolis III. *hiſtoriæ collatione.* Is ſenſus verior eſt, qui eo tempore, quo ſcribebatur hiſtoria, fuit uſitatior. Senſus de voto ad immolationem fuit uſitatior ſenſu de voto cœlibatus, immò hic fuit inuſitatus & exemplis deſtituitur. Nam quæ Romanenſes pro ſe collegerunt, dudum radio veritatis diſſipata ſunt, maximè ab Iſaac Caſaub. ad appar. ann. exerc. 1. c. 22. & ſeqq. IV. *Eventus conſideratione.* Tale intelligitur votum, cujus 1. executio graviſſimo, & ſupra quam in heroe expectes, dolore, Jephtæum animum exulceravit v. 35.

quod

quod 2. ipſe judicavit eſſe irrevocabile & incommutabile. ib. quod 3. ad anniverſarium leſſum puellas ſocias compulit v. 37. Atqui veriſimilius eſt hujusmodi votum extitiſſe de mactatione, quàm de cœlibatu aut alio aliquo ſacro miniſterio. Ergò. Nam I. ut dolorem ſenſerit Jephta ex ἀτεκνίας metu, tamen dolor tantus quantus hic deſcribitur, nec in heroe maximo, nec in viro fiduciæ divinæ pleno, quæ eum de ſuſcipiendâ aliâ prole deſperare non ſinebat, præſumitur. Emphaticè illum dolorem ὑπογραφεῖ B. Luther. ad verba. Wie beugeſtu mich / Gott hat mich erhebt durch dieſen Sieg / daß ich mein Haupt hoch vnd frölich auffrichtet. Aber du beugeſt mich / daß ich den Kopff muß niederſchlagen mit groſſem Hertzenleyd / vnd ſolche hohe Freud zum tieffen Hertzenleyd kehren. Ille verò alter dolor qui eſt è τεκνοθυσία ſummos etiam heroes percellit. Utut enim tàm immanes fuerint nonnulli *Manlij & Meſa* 2. Reg. 3. 27. qui è regibus ac ducibus Popæ facti, è parentibus victimarij, natos regno juvenes pro tuendo regno trucidaverunt (quanquam de hoc poſteriori facto docti γνώμην adhuc ταλαντεύουσι) ut oculi iis ad natorum funera non doluerint: fuere tamen *Agamemnones & Hircani* apud Joſeph, l. 1. bell. c. 2. quos στοργὴ concitavit ad συμπάθειαν.

Quis Patrem niſi mentis inops in funere nati
flere vetet? ——

Deinde vulgare votum eſſe non potuit, quod redimi non poſſe judicatum fuit, & fortaſſis illud ipſum anathematis ſeu cherem votum, cujus mentio Lev. 27. 28. Denique ſi ſuperaſſet puella, quid opus fuiſſet leſſu anniverſario & feriis quibusdam denicalibus:

§. 4. Quia verò adverſam ſententiam qui tuentur non planè ſunt inermes, ideò illorum quoque rationes nobis diluendæ ſunt, depromtæ I. *ex analogia ſimilium locorum* in quibus τὸ Vav disjunctivè neceſſario exponendum Geneſ. 26. 11. Exod. 1. 10. Hag. 3. 13. & quod evidentiſſimum Exod. 21. 17. quem locum optimus interpres Matthæus disjunctivè reddidit c. 15. 4. ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτῳ τελευτάτω II. *ex ipsá voti declaratione* v. 39. fecit ei ſicut voverat quæ ignorabat virum. *Quæ declaratio, ait Piſcator* qq. in Jud. q. 69. *prorſus inepta eſſet, ſi verbo executionis voti intelligenda eſſet oblatio filiæ in holocauſtum.* III. *ex petitione puellæ* rogat illa moram duorum menſium, ut plangeret (non vitam ſed) virginitatem v. 37.

IV. *ex illo ipſo duorum menſium interſtitio.* Intra quod tempus credibile eſt à Jephtâ in conſiliũ vocatum Phineam aut alium Sacerdotem, qui non permiſiſſet hanc mactationem, ſed explicaſſet ad legem de voto ſolvendo Deut. 23. v. 21. aut redimi illud poſſe, ſi eſſet votum ſimplex, aut ſi Cherem ad hoſtes tantum pertinere. Atque hinc vero eſt ſimile holocautoſin propriam mutatam in metaphoricam. V. ex *anniverſariâ confabulatione* puellarum, quam ad rem ſuperſtitem manſiſſe filiam oportuit. VI. *ex perſonæ voventis ſanctitate,* à quâ abſit hoc ſcelus ut deſignarit. Reſpondemus nos ad I. diſtinguendo inter τὸ Vav interpoſitum vel rebus ſubordinatis vel diſparatè oppoſitis: ibi disjunctivum habere ſenſum non poteſt, hîc verò poteſt, loca adducta habent oppoſitionem Patris & Matris, Mariti & Uxoris, pulmenti & vini, adjungere ſe inimicis & pugnare. Noſtro verò in textu DEO conſecrare & immolare ſunt ὑπάλληλα. ad II. 1. non majorem eſſe ineptitudinem, quàm ſi v. 34. ad verba occurſum filiæ deſcribentia adjicitur, non habebat liberos alios 2. non deſcribi puellam à tempore futuro, in quam rem damnata ſit, ſed à tempore præterito, qualis fuerit cum mactaretur, in exaggerationem tragœdiæ. Ideò & Dn. D. *Gerhardus* tom. de conjug. p. m. 807. ſcribit, poſſe illa verba etiam verti in pluſquamperfecto, non *cognoverat* illa virum. 3. à non cognoſcere virum ad votivum cœlibatum non valere conſequentiam. Siquidem τὸ non cognovit virum ponit actum non votum virginitatis, aut conſuetudinem abſtinendi à matrimonio, cujuſmodi locutio eſt, cũ de abſtemio dicere ſolemus, non bibit vinum, id eſt, naturâ abhorret. ad III. Reſpondet *Petrus Martyr, illud argumentum ſpeciem habere non robur.* Nam ſi lugenda mors eſt, certè tùm magis cum acerba ei conditio adjungitur. Erat quidem puella certo quodam tempore moritura, ſed quod ſine liberis obiret, id ei durum admodum videbatur. Et *Serar. q.* 16. cum dicitur virginitatem defleſſe, quid aliud eſt, quàm fuiſſe ei ipſâ vitâ chariorem liberorum procreationem, mortem fuiſſe minus moleſtam quàm orbitatem, eâ tempeſtate, quâ ſterilitas habita fuit maledictio Exod. 23. 26. Deut. 7. 14. Gen. 30. 1. Sap. 3. 13. Nos breviter dicimus; defletam eſſe virginitatem, ſed non excluſivè. ad IV. æquè credibile eſſe non conſultum os Domini, quæ imprudentia etiam

Joſuam

Digitized by Google

Joſuam in tranſverſum rapuit Joſ. 9. 14. Nam ſi fuiſſet in conſilium vocatum & commutatione quadam, propria holocautoſis mutata in metaphoricam, malè diceret textus, Jephtam feciſſe votum *ſuum, ſicut voverat.* Ad riſum quàm veritatem inſignius eſt, quod ex R. *David in l.* rad memorat *Druſ. ad diff.* loc. jud. p. 283. *Non erat ibi Phinees, ut laxaret votum ejus. Nam dixiſſet ei, æſtimatione pecuniæ tu liber es. Dixit Phinees, ipſe indiget mei, veniat ad me: Iephtah autem caput principum Iſraël, Egone ibo ad eum? In iſtâ contentione periit puella & ambo ipſi puniti fuerunt, Iephte, avulſione membrorum mortuus eſt, ſicut dicitur, ſepultus eſt in urbibus Galaad. A Phinees autem receſſit Spiritus ſanctus, ſicut dicitur, & Phineæ filius Eleazar ſacerdos princeps fuerat ſuper eos &c.* Ad V. *μέγα λίαν αἴτημα εἶναι*, ad lugendum, an ad confabulandum exiverint puellæ ſociæ? Demus Sixtino Amam. l. 3. antibarb. pag 614. falſam eſſe ὑπόθεσιν τὸ לתנות à themate תנן (unde תנין draco, cui in ſcripturâ S. tribuitur vox flebilis) deduci, & aſſumamus, quam ille porrigit radicem תנה, ei tamen plangendi ſignificatio non malè quadrabit, conſpirante Interpretum plerorumq; harmoniâ. Chaldæus habet leallaah lebath. LXX. θρηνεῖν. Vatabl. plangant. Vulgatus & plangant. B. Luth. zu klagen / nec quicquam reclamantibus Tremell. Ariâ Montano, Piſcatore. Confirmatur eadem interpretatio 1. *ex ſuſpecta*, quam ſubſternit Rabi Kimhi hujus confabulationis auctor, *hypotheſews conſideratione*, quaſi ſegregata & ſecluſa alicubi fuerit miſerrima virgo, quo ſingulis annis ſemel abiverint puellæ ad conſolandum. Nam ſic & immanior pater fuiſſet, quam voverat, & imprudentior quàm debuerat: Voverit enim virginitatem; num aut opus fuit, aut ſeorſim extra urbem habitaret? aut tuta ſatis à venere eſſe potuit ab oculis paternis remotiſſima? *ex veſtigiis idololatricis*, in Samaritanis longô poſt tempore reſiduis planctus teſtibus, de quibus hæc reliquit Epiphan. hær. 55. ἐν δὲ τῇ σεβαστῇ, τῇ ποτὲ σαμαρείᾳ καλουμένῃ τὴν θυγατέρα Ἰεφθάε θεοποιήσαντες, ἔτι ταύτην τελετὴν καὶ ἔτος ἄγουσιν. Ubi τελετὴ ſacrificium eſt, eodem interprete, hæreſ. 78. confer. Sap. 14. 23. ἐν ... ιμοις, τοῦτ' ἔστιν ἐν τῇ νυνὶ νεαπόλει θυσίας οἱ ἐπιχώριοι τελοῦσιν εἰς ὄνομα τῆς κόρης. Ab hac origine profectum eſſe planctum Adonidis, conjicere licet ex iis, quæ de illo prodidere *Lucian* l. de *Syria* Deâ *Iul. Firmic.* l. de prof. error. c. 2. 8. 28. Cujus parentale carmen impu-

riſſimus ille veneris aquariolus & quaſi proxeneta *Ovidius*, hunc in modum expreſſit l. 11. *metamorph.*

> —— *luctus monumenta manebunt*
> *ſemper, Adoni, mei repetitaque mortis imago*
> *annua plangoris peraget ſimulamina noſtri.*

3. *ex ipsâ contraria explicationis acceptatione.* Vox Thanah notat formaliter donare, mercede, conducere, ut notat Pagnin. in lexic. at verò hanc ſignificationem æquè aptaveris ad donativa lugubria, ac paracletica.

§. 5. Dices I. τὸ Thanah ſignificare narrationem Jud 5. 11. 1. ſi lugendi ſignificationem haberet, debuiſſe conſtrui cum על aut את, ſequi verò ל antè nomen filiæ contra ſyntaxin. Ita *Piſcat.* in ſchol. hujus loc. Reſpondeo ad prim. 1. à ſenſu alicujus vocis materiali uno ad materialem alterum non valere conſequentiam; non ſequi, Petrus ποιμαίνει. Ergò eſt ποιμὴν λαῶν, ut ille homericus. Ei claves datæ ſunt. Ergo jus dominij. 2. in loco judicum τὸ יתנו poſſe etiam à Natan deduci. Sic enim expoſuére LXX. ὅτι δώσουσι δικαιοσύνας, ibi dentur juſtitiæ Domino, ſcilicet narrando ac deprædicando. Largiamur autem ſignificari ibi lætam narrationem, tamen hoc in loco eadem ſignificatio non obtinet. Venerint enim puellæ ad conſolandum, certè, præſertim in ſexu illo, ſine lacrymis id fieri vix potuit, cum παράκλησις præſupponat συμπάθειαν, ad II. τὸ ל ſæpe poni pro את ut 2. Sam. 3. 30. Jer. 40. 2. ut annotavit Druſ. l. 2. de lit. moſcev. p. 38. Et ſi faſtidias hanc reſponſionem, nihil abſurdi eſſe, ſi dicamus in dativo, veniſſe ad plangendum filiæ Jephtæ, id eſt, in gratiam ac honorem filiæ Jephtæ. ad III. non eſſe ſanctorum retegenda verenda, ſed nec pallianda vitia. ſunt qui Jephtam peccaſſe *vovendo* cenſent, non *reddendo*. *Ambroſ.* l. 3. off. c. 12. ſunt qui *reddendo non vovendo*; Nos *Tertulliano* l. 3. contra Marcion. c. 4. ſubſcribimus, peccaſſe & *vovendo & reddendo*.

Piſcatoris adhuc gloſſa ſupereſt de ſubintellectâ conditione, ſi res occurrens ſit idonea immolari: quam ex naturâ promiſſionis ſubintelligi debuiſſe fatemur. Sic namque à promiſſione non juratâ differt jurata, quod illa jus quidem concedat; ſed ſæpe conditionem involvat, quam negotii natura apertè requirit: Juramen-

Digitized by Google

mentum omnem etiam conditionem excludat, ut colligunt nonnulli ex Heb. *6.* 17. Nobis autem vero ſimile non videtur, ſubintellectam à Jephtâ fuiſſe illam conditionem. Quid enim erat cur ſe tantoperè cruciaret ob occurſum filiæ, ſi ſciret redimi eam potuiſſe animali mundo quovis alio? In fide quid ſenſeris non quid dixeris cogitandum eſſe, monet Cicero: ſed cum interni actus per ſe non ſint aſpectabiles, per anſas verborum, conjecturarum, ac ſignorum illæ nobis apprehendendæ ſunt: Tot autem contra Piſcatorem militant, quot ipſam ἀνθρωποθυσίαν probant, ut ſunt, 1. hiſtoria illius temporis, quæ perpetuæ virginitatis votum ignorat. 2. dôlor Jephtæus 3. judicium Jephtæ de irrevocabilitate voti. 4. leſſus parentalis ſociarum, 5. veſtigia idololatrica in Samaritanis reſidua. Sive Jephtæo analogum, nullum, ὑδενότηλος vitio laborans per omnia cauſarum genera, orta 1. ex κακοζηλώτει ſimiali, exemplo Abrahæ inductæ, qui verbum DEI habet, Jephta non habuit. Auguſt. l. 1. C. D. c. 21. Dices, habuiſſe verbum DEI, fuiſſe divinitùs inſtinctum, idque colligi 1. ex eventu. Victoria conſecuta fuit à DEO. Ergo & medium ab eodem fuit principio, cum verba ita ſonent, ut intelligatur id ipſum à DEO factum, quod Jephta rogaverat. 2. *ex populi univerſi & filiæ intellectu,* quæ ſic judicavit voto Jephtæo victoriam eſſe acceptam ferendam *v.* 36. 3. *ex inſtinctu Spiritus S.* qui non tantum fuit ſpiritus fortitudinis, ſed & religionis & cultus pii Deoque grati excitandi auctor, cum ſit idem ille qui fuit in Gedeone & Othoniele: hinc argumentum, Spiritus pietatis non poteſt conſiſtere cum voto impio. Spiritus Jephtæus fuit Spiritus pietatis. Ergò. 4. *ex abſurditate.* Quia aliàs iſte ſpiritus fuiſſet otioſus, neque præclarum quid valdè geſſiſſet. Nam aut ſolius tranſitus cauſa fuit, aut victoriæ. Si illius, quid id magni fuiſſet, quod inter tranſitum & victoriam interponitur. 5. *è ſcripturæ S. teſtimonio.* Jephte nuſpiam in ſcripturis temeritatis accuſatur, ſed potius ob fidem commendatur Heb. 11. 32. Jam quod ex fide factum eſt, auctorem habet Spiritum S. Hæc Serarius.

§. *6.* Quæ ut ſunt ſolutu facilia, Ita reſpondemus ad I. nondum liquidò conſtare, votum illud fuiſſe medium victoriæ. Nam ſi ידר in ſenſu pluſquamperfecto expones, uti quidem exponi poſſe, ille

ille ipſe Jeſuita qui cum nobis res eſt, fatetur q. 13. Jam non medium victoriæ, ſed antecedens ipſius illapſi ſpiritus fuerit, retrotrahendum ad v. 11. Hanc, ſi quæ eſſet, plagam potius accepero, quàm ut dicam auguſto illi glorioſæ victoriæ templo aditū divinitus per parricidalem januam patefactum. Confer quæ ad ſimilem prætenti Hebræi expoſitionem in voce ויכל Gen. 2. 2. annotavit poſt *Sixt. Am.* l. 2. p. 305. *Rivetus* exerc. in Gen. 12. ſi verò ſimplicius, ut loquitur Serarius, & textui convenientius, interponere votum irradiationi ſpiritus & victoriæ, reſpondebit tamen non ſolum *Martyr.* p. 140. comm. h. l. ſæpe poſt peccatum commiſſum conſecutam victoriam, Davidem poſt adulterium cœpiſſe Urbem Rabbath Ammon. ſed etiam par *Serarÿ Dominicus à* Soto l. 6. de juſt & jur. q. 2. p. m. 224. art. 3. *Quod in hiſtoria præmittitur, videlicet Spiritus ſanctus factus eſt ſuper Iephte, neque ad voti emiſſionem, neque ad ejus ſolutionem eſt referendum, ſed ad id, quod divino zelo animatus Ammonitas DEI hoſtes adortus eſt.* Fuerit igitur hoc votum medium victoriæ antecedens, non cauſale & impetrans. ad II. hanc eſſe ſuperſtitionis naturam, ut eventus aſcribat cauſæ ut cauſæ, pluviam monacho proficiſcenti, ἀυτοχειρίᾳ ventum inuſitatius ſævientem; quam in populo nuper Idololatrico, in puellâ vix ratione, ne dum voluntatis divinæ cognitione ſatis imbutâ, facilius reperias, quam nobis contrarium perſuadeas, qui ad legem & teſtimonium provocamus. ad III. *Chaldæum* paraphraſten hunc locum exponere de *Ruach goburetha*, ſive de ſpiritu fortitudinis: quem ſi ad ſpiritum religionis etiam extendas nullis id noſtris ingratiis facies, neque tamen quicquam obtinebis. Vel enim donum adminiſtrans intelliges vel ſanctificans. Si illud; potuit illud ſtare cum facto impio, quam ſtetit cum ſimulatione Jehu, quem ſcriptura ſacra aſſerit & fraudulenter & ſtudioſè egiſſe 2 Reg. 10. illud, quia ſimulavit, hoc, quia idololatriam Baaliticam extirpavit. Si hoc, tàm iterum conſiſtere potuit cum peccato inadvertentiæ ac imprudentiæ, quam potuit cum polygamia in ſanctiſſimis Patribus. Exemplum Gedeonis cauſam prodit non juvat, quem conſtat per ἐθελοθρησκείαν Ephodem apparaſſe. Ad IV. non leve quid fuiſſe aut exiguum, heroicam fortitudinem & felicitatem incredibilem, quibus donis Jephtam Spiritus S. ornavit: non deinde ſequi, ſi Spiritus cauſa fuit tran-

tranſitus & victoriæ, ut etiam interjacentis medii auctor extiterit, cum vix tàm juſtum bellum eſſe poſſit, tàm felix victoria, quam non comitata fuerint nonnulla, quorum juſtitiæ illum *πάρεδρον* (apud *Platon.* l. 12. de ll.) *pudorem* non pigeat. Nihil honeſtius quàm innocentibus parcere, quos *οὐκ ἀδίκημα ἀλλ᾽ ἀτύχημα* in belli fortunam conjecit. Atqui verò in juſtiſſimis etiam bellis ſæpè innocentes juxtà cadunt. ad V. in loco Samuelis non tàm judices quam DEUM ob miraculoſas liberationes laudari: adde limitationem à Syracide cap. 46. 13. *ὅσων* (quorum & quatenus) *οὐκ ἐξεπόρνευσεν ἡ καρδία, καὶ ὅσοι οὐκ ἀπεστράφησαν ἀπὸ Κυρίου.* In epiſtolâ ad Hebræos fides Jephtæ commendatur, non quà, quod voverat, ſervavit, ſed quà fide in Deum relatâ nixus, potentiſſimum hoſtem agreſſus eſt. Juvat aſcribere verba *Corn. à Lapid.* in h. l. ex Chryſoſt. Theoph. & Abulenſ. collecta, *nota ſecundò Apoſtolum hîc propriè & primariò non texere catalogum Sanctorum V. T. ſed tantum laudare & proferre heroes fidei, qui per fidem heroicam opera ediderunt. Nam alioqui conſtat Iephte latrocinio, Samſonem & Rahab fornicatione, alios aliter peccaſſe.* Si *inoffenſum à vitiis* (ait *Ambroſ.* apol. Dav. l. 2.) *inter tot lubrica hujus ſeculi curriculum peregiſſent, dediſſent nobis occaſionem infirmioribus exiſtimandi eos cujusdam ſanctioris & divinæ naturæ fuiſſe.* Defuerunt tria actionum humanarum principia. Poteſtas, ſcientia & voluntas. Fuit illud quidem profectum ab homine poteſtate vovendi prædito, fuit etiam *ἑκούσιον* & liberrimè conceptum, ſed imprudenter. Quæ imprudentia, ut vero ſimile eſt, ignorantia fuit rei non plenè ſatis deliberatæ, antecedens voluntatem, cauſam voti, quod editurus non fuiſſet, ſi ſingulas animo perpendiſſet circumſtantias, atteſtante lamentatione, quæ ſecuta; Cauſa autem per accidens, ut abſentia naucleri, naufragii. Materia fuit res impoſſibilis, quatenus filiam non excluſit. Quam enim patriam poteſtatem *Galli,* apud *Iul. Cæſ.* l. 6. & Romani nonnulli *Caſſius, Fulvius, Horatius* freti lege quadam 12. tabb. ad necem uſque extenderunt, quam ſopitam revocari optat *Bodin.* l. 1 Repub. c. 4. peſſimo exemplo, eam dudum reſtrinxerunt *πλάκες Μωσέως* Deut. 21. 19. damnavit *natura*, cujus præſcripto Judex affectu occupatus eſſe non debet (cum hoc ſuaſore fieri non poſſit, ut delictum adæquetur pœnæ) Is vero non poteſt non eſſe nimius in patre ad hoc extremæ ultionis genus

nus deſcendente. Denique ipſa *lex civilis* patriam poteſtatem in pietate non atrocitate collocavit. Ulpian. l. 2. ff. ad Corn. de ſicar. II. *de re per ſe illicitâ*, utpote ordinata ad, ſeu patri ſeu homicidium. Quod adeò averſatus eſt in ſacrificiis φιλάνθρωπος DEUS, ut pro primogenitis precium, pro hominibus beſtiam aliquam ſuccedaneam maluerit. III. *de re majoris boni impeditivâ.* Impedivit enim prolem è filiâ ſperandam, in fraudem promiſſionis divinæ Exod. 23. 26. Forma fuit obligatio hypothetica, quam Jephta mutavit in abſolutam. Fuit 1. Ratione modi conditionatum poſſibilitatis, ut loquuntur JCTI caſualis, ſi tradendo tradideris Ammonitas in manum meam &c. id eſt, ſi omninò vel certiſſimè tradideris Ammonitas in manum meam, juxtà regulam Hebræorum, quâ finitum verbum regit ſuum infinitum ad majorem certitudinem & evidentiam exprimendam. Fuit retractabile per ἀκυρώσεως declarationem, & per vinculi obligatorij tanquam iniqui relaxationem. Dicere debuiſſet Jephta ad occurſum filiæ:

—— —— Voti

Non ego ſum damnas, errores hoſtibus illos!

Ut juris æterni, ita & Canonici hæ regulæ ſunt. c. *ſi publicis*. 22. q. 4. ex concil. Tolet. 8. c. 2. *Tolerabilius eſt ſtulta promiſſionis vota rejicere, quàm per inutilium promiſſorum cuſtodiam exhorrendam criminum implere menſuram.* III. Votum Monaſticum, definitum in Hodomor. Spir. Pap. phant. 2. p. 395. atque in laquei ſimilitudine expoſitum ib. p. 806. ſeqq. quod non ſolùm in omnia Decalogi præcepta impingit, uti ex B. Luthero probat Chemnit. l. cit. p. 54. Sed & in omnia legitimi voti requiſita. Nam 1. Is qui vovet, vel non pollet ſufficientibus judicii viribus, in deliberatione de ſtatu periculoſiſſimo, adque finem vitæ usque duraturo: & quanquam exiſtimet, ſe pro præſenti continentem eſſe; tamen ignorat, an id ſic ſemper futurum; cum dona DEI geramus in vaſis teſtaceis. Dices, ſi temeritas eſt, continentiam perpetuam vovere, de cujus dono & perſeverantia non conſtet, omne votum qualecunque demum temeritatis vitio laborare eſt neceſſe; quàm enim parùm de dono & perſeverantia continentiæ mortalibus conſtat, tàm parùm de quavis alia virtute & bono conſtat. Sicut ergò prudenter quidvis aliud DEo vovemus ex eo, quod certo nobis conſtet, neceſſariam

DEI

DEi gratiam nemini unquam defuturam, ita & cœlibatum perpetuum, rectè & prudenter ſpondemus, quod de ſufficienti & neceſſario Numinis auxilio ſecuri ſimus. Et quamvis finalis perſeverantiæ ſcientiam Metaphyſicam non habeamus, ſperare tamen omninò, & in certitudine quâdam ejusdem morali licet conquieſcere. Reſp. ingens eſt diſcrimen inter gratiam juſtitiæ & ſalutis æternæ in ſolidum è cœlo diſpenſatam, quæ nobiliſſimis perſeverantiæ promiſſis ita eſt vallata, ut quoad juſtus, juxtà dictum divinum ex fide (ut infans è lacte materno ore libato) vivet, ſuæ perſeverantiæ certus eſſe poſſit, non ex evidentia aliqua metaphyſica, ſed revelatione ſcripta, cui qui non innititur, fruſtra ſperat, nec acquieſcit conſcientia in frigido moralis certitudinis ſolatio. Et inter virtutes è gratia juſtifica ac ſalvificâ ortas poſſibiles, quoad (non conſummatam perfectionem gradus, ſed) gradum perfectionis, menſuram cœlitus diſpenſatam, conatum & ſinceritatem, promiſſis divinis de radicatione & perſeverantia ordinata munitas, ac ideò rogabiles & impetrabiles, & inter chariſmata heroica, extraordinaria, liberrimè è cœlo diſpenſata, non ſingulis, adeoque nec à ſingulis exorabilia. De prima gratiâ, de qua mea inſtantia erat concepta, liquet, nos de ejus perſeverantia certos eſſe poſſe dicto modo: quoad virtutes ſanctificas itidem. Certum eſt, neceſſariam gratiam, quoad cœlitus deſtinatum ordinem, nunquam defuturam eſſe, alioquin quoad abſolutam victoriam S. Apoſtolo defuit, ac eidem fuit inexorabilis, indeprecabilis, fodicans libidinis ſtimulis. 2. Cor 12. 8. At chariſmata extraordinaria, uti ſingulis promiſſa non ſunt, ita nec à ſingulis exorabilia, nullis perſeverantiæ abſolutæ promiſſis munita ſunt, ſunt amiſſibilia, utpote quæ in vaſe teſtaceo recondita ſunt. Vel dono continentiæ inſtructus non eſt, quo qui caret & vovet, non poteſt non DEum tentare, qui preces contrà vocationem fuſas non audit. Finge ruſticum ad rus natum atq; vocatum orare eam ſapientiam regni gubernatricem, quam oravit Salomon, num exaudietur? 2. Vovetur virginitas, obedientia, paupertas, non ſoli DEO, ſed & certo alicui ſancto. 3. Vovetur impoſſibile iis, qui continentiæ dono non ſunt inſtructi, quibus non eſt datum. *Quibus datum eſt* (ita Cajet. ad Matth. 19.) *non qui voluerint, dicitur: quoniam non eſt volentis, nec*

Digitized by Google

currentis; ſed miſerentis DEI, *à quo datur bonum virginitatis ſervandæ. Non dicit; qui vult, ſed qui poteſt capere, capiat: quin & ſi velles, & non ſentis, te tanta conſtantia, ut poſſis, non es de numero eorum, qui poſſunt capere. At verò* (ita Th. Heinrici anatom. art. 15.) *non deſperare debent, qui ad continentiam obligati ſunt, quod continentia donum* DEI *ſit: quia ipſe Matth. 7. promiſit, ſe ſpiritum bonum petentibus eſſe daturum:* Cape inſtantias. Omne petitum dabitur, Petitum omnis peccati in perpetuum evitandi, eſt petitum, petitum chariſmatis linguarum, Sapientiæ Salomonicæ eſt petitum, Ergo. Petitum S. Pauli pro ſtimulo in carne avertendo, Chriſti pro calice, auferendo, eſt petitum: Ergò! Verte caput præcedens, 6. 8. & reperies limitationem. *Quantum Pater Cœleſtis novit*, in ſapientiæ ſuæ (non noſtræ opinionis) conſilio, *nobis opus eſſe. Quæcunque petieritis in nomine meo. Ioh. 14, 13.* Hinc Bellarm. l. 1. de Bon. Oper. c. 9. *Nulla eſt abſoluta promiſſio* DEI, *quâ certi efficimur, nos abſolutè, quicquid petierimus, impetraturos, cum ſemper intelligatur adjuncta conditio, ſi benè petierimus. Cùm id petimus, quod non ſecundum voluntatem ejus, id eſt, quod nobis verè utile non eſt, non exaudit dando, quod petimus, ſed potius exaudit negando, quod petimus.* Advertenda hic differentia inter continentiam veram, eamque vel triumphantem, vel nutantem, & larvatam: vel de continentia chariſmatica loqueris, heroicâ, ſemper triumphante; vel de ordinaria luctante, perpetuæ victoriæ incerta, imò quandoque uſtionibus prævalentibus tentata: vel de monaſticâ, ex circumſtantiis malâ, ejurante medicinam cœlitus conſecratam in perpetuum, hypocriticâ, foris cauta, intus incertâ. Si prima, concedo concluſionem, ejusmodi continentiam eſſe bonam, imò meliorem conjugio. SORTE. Nego hanc voveri poſſe, cum non ſit ἐφ' ὑμῖν, ſed à liberrimâ Sp. Sancti diſpenſatione pendeat. Si de alterâ, concedo, eam eſſe bonam, bonitate moris, concedo voveri poſſe, voto temporario, quale fuit Nazareatus, cum ſubintellecta conditione *ἀπροσδοκήτῳ* quousque per humanam infirmitatem potero, rebus in eodem ſtatu manentibus; niſi vocatione divina & juſtâ neceſſitate de conjugio ineundo, & familia inſtituendâ movear. Sicut Iſaac usque ad annum quadrageſimum uxore caruit, & priores annos egit in pudicitiâ, quibus fervores libidinis maximi deſpumavit: poſteà tamen vocatur ad con-

jugium

jugium. In Jacobo ſimile apparuit ſpecimen. Sicut Chartuſianus carnis privio devotus, hanc tamen conditionem ſubintellexit; quoad fieri poteſt abſque mortis periculo. *Huic enim (juxta* Corn. à Lap. ad 1. Cor. 10. p. 280.) *in extrema neceſſitate licet carnibus veſci, ut vitam tueatur.* Quid, omnibus hominibus pereuntibus, Monachi & Moniales ſuperſtites facerent? an conjugia inirent? id quod Thom. Heinrici in Anatom. A. C. art. 15. probat p. 527. *Potiſſimus, inquiens, conjugij finis eſt procreatio prolis & generis humani propagatio; qui finis aliquando obligare poteſt, ut initio mundi obligavit; nunc verò ſingulos homines nullo modo obligat, niſi confeſſioniſtæ dicere velint, defuturos eſſe homines, ſi Sacerdotes & Monachi conjugia non contrahant.* Ergo lex voti non eſt tàm ferrea, ut omnem neceſſitatem excludat, an licitè non inirent conjugia? Ergò Numine redacto in ordinem cogerent providentiam divinam ad finem ſeculo imponendum, & aperto fronte occlamarent decreto paradiſiaco: *Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum.* Si de Tertia, nego eam bonam eſſe, nego voveri poſſe. Hypocriticum, quia conſtat ſpecie rigidæ diſciplinæ re malagmaſi compenſatæ. Atque ex uſu facilis. Unde (ita Corn. à Lap. ad Prov. p. 304.) *S. Dominicus, cognomento Loricatus, à Loricâ ferreâ, quam ad nudam carnem geſtabat, rogatus, quâ ratione tantas pœnitentiæ diſciplinarum, quas per integra Pſalteria faciebat, ciliciorum, jejuniorum, peragere poſſet? reſpondit, ſe ſenſim à minoribus ad majores gradum feciſſe, ac proinde eas jam ſibi faciles effectas. Somnus enim ſomnum adeſcat, inquit, vigiliæ vigilias pariunt, & in quo corpus humanum ſenſim enutritur, in eo per incrementa poſtmodum roboratur.* Illicitum, quia contra legem DEI, de multiplicatione generis humani, nititur, & benedictionem divinam *ſufflaminat.* In quod impietatis genus hæc declamitavit noſter D. Dorſchæus in Theologo Latrone p. 73. *Cogitate non Monachorum tantum ſcelera, ſed & Monialium furta. Cogitate ſolitariorum abſtruſas libidines, quantum in illis clauſtris intercluditur generis noſtri augmentum, quantus in ſolitudinibus impeditur numerus, dum ſine ſobole eſſe volunt, caſti eſſe nolunt. quia Reipubl. non prodeſt; inſtarque locuſtarum nocet.*

Luth. Tom. 3. Witt. p. 263. Sie ſeind ein vnnütz Volck/ ſie nemen ſich keiner ſach an/ kümen nichts/ jhr Sinn ſtehet darauff/ daß ſie in dieſem Leben gute Tag haben/ treiben keinen handel/ arbeiten nicht/ pflügen nicht/ thun der keines ſo GOTT befohlen hat/ Sie ſolten

 wol

predigen vnd lehren die andern/ die da arbeiten/ aber ſie thunwol es auch nicht/ darumb iſt es ein müſſig Volck/ das weder zu regieren/ noch hauſzuhalten tichtig iſt/ vnd nichts anders thut/ dann daß ſie jhre ſieben zeit betten/ in der Kirche Meſſe halten/ ſingen/ eſſen/ trincken/ ſchlaffen ꝛc Summa/ Maſtſchwein ſeind ſie.

Eſt ἐθελοθρησκεία, quia deeſt verbum mandati & promiſſionis. Finem habet per ſe in ſanctiſſima Chriſti merita injurioſum. Pleniorem voti monaſtici elenchum reperias in Hodom. ſpir. Pap. phant. 2. p. 796. Part. 1. Lact. Cat. conc. 34. p. 490. Luth. Tom. 2. Lat. p. 476. & ſeq. Tom. 1. Isleb. p. 68. & 262. ſeq. Colloq. menſal. p. 264. adde vindicias in Chriſteid. act. 1. metamorph. 2. p. 702. 779. Maximè verò illa ultima ſcelerum linea. Apoſtaſia Magica, & colluſoria cum Sathana fœdere aperto facta. Exemplum voti non ſervati memorat Auguſtin. ep 67. *Cum Dioſcori Medici Ethnici filia unica extraordinariè ægrotaret, vovit ſe Chriſtianum fore, ſi illa valetudinem recuperaret, convaluit illa. At ille, quod voverat, diſſimulabat exſolvere. Mox repentina cæcitate ſuffunditur, ſtatimque venit in mentem, ait Auguſtinus, unde illud eſſet: Exclamavit confitens, atque iterum vovit, ſe recepto lumine, impleturum eſſe, quod voverat. Recepit, implevit. Non tamen ex animo implevit votum. Noluit enim Symbolum Apoſtolicum recitare de more eorum, qui ad Chriſtianam Religionem accedebant, adeoque noluit confeſſionem fidei ſuæ edere, eo prætextu, quod id non poſſet obſenium (erat enim ſatis ſenex) ediſcere. Quid fit? in paralyſin ſolvitur multis ac penè omnibus membris, etiam lingua. Tunc ſomno admonitus confitetur per ſcripturam, ob hoc ſibi dictum accidiſſe, quod Symbolum non reddiderit. Poſt illam confeſſionem redduntur officia omnium membrorum, niſi lingua ſolius: ſe tamen didiciſſe ſymbolum, idque memoria jam tenere, nihilominus in eâ tentatione literis faſſus eſt.*

GYMNASIUM CASUUM.

Q. I.

Annon conducerent in Eccleſia noſtrate adhuc hodiè cœnobia monaſtica voto alligata?

Conducerent utique, abraſis abuſibus, ſtudiis præſertim intenta, ac elaborationibus, eorum, per operas mutuas, quæ omni ſcientiarum genere affecta non confecta, ac ſæpè primoribus tantum

tum labris deguſtata, majorem conſummationem deſiderant. Nondum e. g. omnes conſcientiarum caſus eliquidati; nondum omnes fidei controverſiæ diſcuſſæ; nondum omnia ſecreta naturæ veſtigata; nondum œconomica Philoſophia ſic eſt pertractata, ut nihil reliqui factum eſſet. diſciplina moralis in Theoria occupata ad praxin nondum deſcendit. Quantum eſt, quod neſcimus? Quantum reſtat ad culicem? Eſſent utinam adhuc monialium clauſtra, qualia fuerunt in naſcente Eccleſia, Scholæ ſc. virginales, & diſciplinæ ergaſteria.

Audi Luther. Tom. 6. Witt. p. 208. f. 2. Doch iſts nicht gar allerding ſchimpflich/ dann es iſt nicht vnnütz ein ſolche freye vnterthänigkeit eine zeitlang geloben vnd halten. Dann wir ſehen/ das die Gewonheit geweſen iſt in der erſten Chriſtenheit/ vnd gar ein heylſamer ſitte/ das man das Junge Volck den Elteſten befahl eine zeitlang den Glauben vnd Zucht zulehren/ das auch noch der Apoſtel Petri vnd Pauli Epiſteln anzeigen / da ſie lehren/ das die Jungen den Elteſten vnterthan ſollen ſein/ daher auch noch blieben iſt die weiſze/ daß man Gevattern bittet zur Kindtauffe / die jhre vnterweiſer ſein ſollen / darzu wurden hernach Chriſtliche Schulen auffgerichtet / die Kinder zuleren/ wie in St. Agnes Legenda geſehen wird/ daraus darnach ſtifft und Clöſter worden ſeind / vmb der willen / die ewiglich vnd frey darinnen bleiben wolten / da aber die / ſo deß Jungen Volcks warten ſollen / reich vnd faul wurden / vnd deß jhren warten müſſen mit Müſſigang / vnd die Jugend wild ward / da ſeind erfunden die Mordſtrick der gelübde / damit ſie die gewiſſen gefangen unter der zucht hielten / daß ein jeglicher ſich ſelb muſte durch Furcht der höllen inhalten / daß die meiſter ruhe hätten / wie dann auch in den Hohen Schulen der verdampt brauch iſt/ die Jugend mit Eyden verſtricken/ vnd jhr gewiſſen martern / auff daß jhre Hüter nicht dürffen wachen noch ſorgen vnd faul ſchlaffen mügen. Alſo ſeind auß den freyen Chriſtlichen Schulen ängſtliche Klöſter/ Nothſtälle/ vnd rechte vnchriſtliche Teuffels Schulen worden/ wann man nun das heutige Cloſterweſen widerbracht auff die alten erſten weiſe / vnd hielts alſo / das wäre keine Fährlichkeit. Vnd ohn allen zweiffel wirds für GOTT nicht anders angenommen/ dann auff ſolche alte weiſe eine zeitlang zuhalten / das die ſchwachen einfältigen Chriſten ſolten darinnen lernen was Chriſtlich iſt/ vnd darnach wider frey gelaſſen werden.

Conf. quæ de Collegiis Canonicalibus in prima parte notata ſunt Dial. 3. q. 6. p. 713. ſeq. Omnia ſine votiva obligatione abſolutâ, hypothetica non eſt interdicta, quoad & quamdiu per naturam & carnis infirmitatem potero. *Quod ad Monaſticam vitam attinet* (ita ſcribunt Theologi Tubingenſes ad Jerem. Patriarch. Conſtantinop. in reſp. ad primum reſp. p. 195.) *non improbamus, quod olim convenerint pÿ homines, qui ſub uno aliquo erudito, & probatæ vitæ viro, quales erant Archimandritæ (nos Abbates vocamus) quotidie ſacris literis addiſcendis incum-*

incumbebant. Inde etiam prodierunt aliquot excellentes viri : qui Eccleſiam DEI (pro ratione illorum temporum) fideliter inſtituerunt. Talia collegia commendatione digna eſſent, & Eccleſiæ ſalutaria ſi vota illa, de perpetuo cœlibatu, abeſſent. Et ſane in hoc Wirtembergico Ducatu Illuſtriſſimus noſter Princeps ; Dux Ludovicus, alit propemodum quadringentos adoleſcentes tùm in monaſteriis, tùm in particularibus & univerſali ſcholâ : qui omnes Eccleſiæ miniſterio præparantur : Sed nullus eorum ad votum cœlibatus adigitur. Non etiam improbaremus, ſi privati homines, qui planè ſui juris eſſent, convenirent in unum ; atque manuum labore ſibi honeſtè victum pararent : Cujusmodi multa olim monaſteria fuiſſe conſtat. Sed ut certa obligatione & voto ſeſe ad tale genus vitæ perpetuò adſtringant ; unde absque conſcientiæ ſcrupulo poſteà liberari nequeant : hoc nobis profectò conſultum non videtur.

Q. 2.

An votum de ſtatu vitæ liberorum à parentibus conceptum rectum ratumque ?

Neque rectum ſemper, neque ratum. Non rectum, quia ſine lumine fidei, ſive ex affectu plerumque carnali, quali concitabatur mater Zebedeidarum, cum tentatione Numinis, contrà digitum divinum aliò inclinantem. Nec Hannæ exemplum hic adduci poteſt, quæ, quod vovit, ex lege adeoque fide vovit. Num. 6. 2. Hypothetice tamen vovere licet ; ſi ſc. Numini ſic viſum erit, ſi Filius digito divino deſignabitur, ſi indoles & ὄρεξις congruet.

Q. 3.

Liceatne DEO vovere, quod furto ablatum ?

Non licet, ſi liqueat furto ablatum ; non item, ſi non liqueat. Quot enim prædæ militares olim DEO ſunt dicatæ ? Dices, Dominum ipſum juſſiſſe Luc. 16. amicos conciliare ex Mammona iniquitatis : iniquitatis h. e. fallacis, fugacis, infidæ, oppoſitæ opibus cœleſtibus conſtantioribus, v. 11.

Q. 4.

Digitized by Google

Q. 4

Poſſintnè conjuges perpetuam abſtinentiam à συνουσίᾳ vovere?

Non poſſunt moraliter vovere; per monitum Apoſtoli 1. Cor. 7. vid. part. 1. Lact Catech. conc. 34. p. 490. Eſto poſſint phyſicè tenere conſcientiam, ſi verum, quod de Heinric. Imp. jactat Baron. ann. 1024, Kunegundem conjugem parentibus intactam, uti acceperat, moriens reddidit, perpetuam cum ea caſtitatem pactus

Q. 5.

An votum Baptiſmi, quo infantes alligantur, ratum ſit?

Ratum utique. Quia licet non ſit à ratione elicitum, à ſpiritu tamen inenarrabiliter congemiſcente editum: ac ſi fœdus in beſtias cadit, Gen. 9. 12. Quidni & votum in infantes?

§. 7. Fuit, qui in ſtatu ſuo pauperrimo vovit, ſi redeat ad rem, ſe trientem ſui ſalarii quotannis in pauperes erogaturum, atque ſalario poſtmodum tam modico uſus eſt, ut vix numeroſam prolem alere potuerit, nedum theſaurizare, & tamen voti ſui tenax, quæritur an religiosè?

Reſp. Stultè, nam inter pauperes prolem ſuam excludere non debuit.

Q. 6.

Faſnè votum inirritum vocare?

Fas utique ſi non ratum, ſi violentum, ſi divinæ gloriæ adverſum. Hilff Gott vom Himmel/ (ita declamitat Luth. Tom. 6. Witt. p. 607. f. 2.) Wills vns dann nicht einmal eingehen/ daß vnmügliche Gelübde nicht Gelübde/ noch zuhalten ſeind/ wer will doch geloben zuſliegen wie ein Vogel/ vnd halten/ es ſey dann Gottes wunderzeichen da? Nun iſts doch ja ſo viel/ wann ein Manns oder Weibsbilde Keuſchheit gelobt/ dann es iſt ja nicht zur Keuſchheit geſchaffen/ ſondern wie GOTT ſagt/ wächſt vnd mehret euch/ das Keuſchheit ein vnmüglich Ding iſt/ wo GOTT nicht wunder thut/ ſo gilt je das wundergelübde nicht/ das in meiner Gewalt nicht ſtehet/ darumb hab ich närriſch gethan/ vnd bins nicht ſchuldig zuhalten/ vnd GOTT fordert es nicht.

Q. 7.

An ſi licet votum irritare. Ergò & conjugium?

Caſum hunc proponit Luth. Tom. 6. Witt. p. 209. Hie möchte aber ein Schwachglaubiger / oder auch ein Klügler wider ſagen / will GOTT die Keuſchheit alſo frey haben / daß man ſie mag wechſeln vnd freyen / ſo möcht ein Eheman auch derſelben Freyheit nach ſein Weib laſſen / vnd Keuſchheit annehmen? Oder ſo Gottes Gebott zwingt / das der Mann ſein Weib nicht laſſe / ſo wirds auch zwingen / daß ein Klöſterling ſein Gelübd nicht laſſe / Sinthemahl auff beyden teilen Sünde iſt / von Gott geſetzt vnd verbotten / darumb ſo wills folgen / das entweder auch nicht recht iſt Ehelich werden / das die Keuſchheit nimmer frey ſein kan / oder muß das Gelübd auch nöthig ſein / daß die Ehe nicht mag angefangen werden? Hierauff iſt kurtz die Antwort / die Chriſtlich und Evangeliſch Freyheit hat allein ſtatt in den ſachen / ſo zwiſchen GOTT vnd dir geſchehen / nicht zwiſchen dir vnd deinem Nächſten / dann er will je nicht / das man vom Raub Opffer gebe / oder das jemand etwas thue dem Neheſten zuſchaden / ſondern er will vielmehr das man alle Ding thue dem Neheſten zu nutze. Nu ſiehe hie zu / GOTT hat dir freyheit geben / daß du für jhm mügeſt ehelich werden / oder keuſch leben / frey / frey / gantz vnverbunden / die Freyheit zwiſchen dir vnd GOTT kan / noch ſoll / dir niemands nehmen / dann GOTT will es nicht haben noch leiden / daß du dich jhm ſelbſt verbindeſt oder verſtrickeſt / wie er dich dann allenthalben will loß vnd frey haben / vnd was iſt ſonſt auch ſolch Gelübd anders / dann daß du dich ſelbſt bindeſt vnd fengeſt / da GOTT dich will frey haben. Aber demnach mit der Freyheit iſt darumb nicht verbotten oder auffgehaben / daß du deinem Neheſten dich nicht verbinden / vnd zu eigen geben möchteſt / dann dein Neheſter hat nicht geheiſſen / das du loß vnd frey ſein ſolteſt / wie GOTT gethan hat / ſonſt möchte man alle Verbündnus / alle Handelung / alle Keufe vnd Zuſage nach allem Muthwillen machen / vnd wider brechen / darum wer ehelich worden iſt / der iſt in eines andern gewalt / das recht will GOTT niemand wider willen nehmen oder rauben laſſen / aber dannoch wann das Recht auß iſt / als wann eins von Eheleuten ſtirbt / oder zuſcheiden willigett / ſihe / ſo bald iſt dir wider gantz vnverſehret deine Freyheit zwiſchen GOTT vnd dir / wie vorhin ehelich zuwerden vnd keuſch zubleiben.

Q. 8.

Digitized by Google

Q. 8.

An Lutherus votifragus?

Cui non dictus Hylas? Quæ vipera hic ſuum virus non evomuit? ſed ipſe ſuimet Apologiſta Tom. 12. Witt. p. 255. Wann ich nun von ſolcher Teuffelsrott entrinne/ vnd von ſolcher Müncherey entliefe/ vnd mich Hertzog Georg oder Papſt darumb meineydig oder verloffen Münch ſchülte/ wie meineſtu/ daß ſie mir an mein Ehr reden vnd mich erſchrecken würden? Gerade/ als wann ſich ein Mammeluck wider zum Chriſten glauben vom Türcken bekehrte/ oder ein Zauberer ſich von deß Teuffels Verbündnuß/ zur Buſſe in Chriſto begebe/ dieſelben waren auch Apoſtaten/ verlauffene ſeelige meineydige/ die dem Teuffel nicht glauben gehalten/ vnd Apoſtaten für jhm werden. Conf. vindicias editas in Aleth. victr. contrà Cornæum Lojolitam, hactenus indefenſum, ubi hic Syllogiſmus eſt confectus. p. 151. Omnis actus carens principio agendi, judicio intellectus claro, voluntate liberâ, poteſtate plena ſui, reive promiſſæ, eſt moraliter nullus, conſequenter in irritum revocabilis, vel tanquam nullus declarabilis. Aliquod votum continentiæ cæco errore, laqueata voluntate, impotentia laborans, eſt actus carens principio agendi, &c. Ergò. Exempla ſunt in promptu. B. Virgo primiceria (in Aletheâ S. allegata) quæ voto ſe virginitati adſtrinxit, antequam Joſepho deſponderetur, juxtà Corn. à Lap. & tamen Joſephi uxor eſt facta. *Beatiſſima Virgo* (ait Laymann. l. 5. theol. moral. tract. 10. part 2. c. 1.) *cum Ioſepho verum matrimonium contraxit, addit: eam conſenſiſſe in copulam carnis quoad potentiam ſive actum primum, non quoad actum ſecundum, ſeu actualem uſum ejus poteſtatis*: Perinde ac ſi equum alicui venderes, reſervato equi uſu, quod fermè eſt ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς paciſci. *Templarij, voto ſoluti* (ita Cellotius, lib. 9. Hierarch. cap. 10. §. 1.) *redditi ſeculo, reſtituti libertati ad opes, ad nuptias convolare potuerunt.* Illi denique devoti, quorum gordium nodum Pontifex ſolennitatis artifex & Dominus diſſecuit, *cum* (ita denuo Cellotius l. 9. c. 13.) *in voto ſolenni uno ſemel ſeculo diſpenſat.* Jam quod aſſumptionem attinet, ajo, votum continentiæ perpetuæ à Luthero conceptum caruiſſe. 1. Judicio intellectus claro; laboraſſe contrà cæco errore, dante cauſam actui, ex cæca & implicita fide, è cæcorum ductu natum, in ætate præſertim adhuc ad conſilium firmum de perpetuo vitæ curſu capiendum immatura. 2. Voluntatis libertate, utpote illaqueatæ

per illecebras religionis monaſticæ deceptrices, ut ſunt ſpes majoris ſanctimoniæ, meriti, perfectionis, otii, commoditatis vivendi felicius, id quod haud diffitetur Bellarm. *Vota,* ſcribens l. 2. de Monach. c.29. §.ad illud.1.Cor.7.*eſſe laqueos illis,qui temerè voverunt.* Eſto neminem Papæi obtorta cervice raptum laqueo votivo induant,at cùm dulcedine verborum,tùm ſplendore rerum bonarum ineſcant & pelliciunt,ut pellecta avis ſui ipſius cupiditate advolet, & collum inſerat; ubi inſeruerit,nodum fortiter adſtringunt,& animadverſo periculo extrahere vel regredi cupidum nulla ratione dimittunt. 3.Plena ſui, reiq; promiſſæ poteſtate; Stipulatus eſt Lutherus invito Patre (uti fatetur Spondanus) cujus poteſtati erat ſubjectus, ſtipulatus aliquod chariſma,1.Cor.7.7.quod in poteſtate ſua non erat,rem continentiæ heroicæ, perfectæ concupiſcentiæ refrenatricis,tantæ,*ut* (definitore Tannero Tom.3.diſp.6.q.3.dub.4.5.) *nullam veneream voluptatem voluntariè admittat,* de qua nō conſtitit, habeatne illud,ac ſi habuerit,incertus fuit,an perpetuò retenturus?2.Cor. 4.7.Habemus theſaurum hunc in teſtaceis vaſis;nam ſi nemo perſeverantiæ in juſtitia,& gratia certus eſſe poteſt,ut Sophiſtæ volunt, quomodo certus erit perſeverantiæ in diſpoſitione votiva? Quam ſtolidum eſſet vovere perpetuam animi, ab omni excedentis affectus vitio,immunem ſerenitatem,tam quoque perpetuam ſerenitatem ab uſtionis vitio. Nego votum Lutheri fuiſſe conceptum de re bonâ, ſed de re mala, de abdicanda in perpetuum medicina contra ægritudinem, & hinc exitium ſpirituale, in fraudem juris naturalis.Quam non poteſt fieri,ut ejures lienteriæ,melancholiæ,bilis exceſſus, tàm nec ægritudinis animi ex uſtione. De re malâ, inquam, de non ducendâ uxore, *Nam qui votum non faciendi aliqua, quæ redemptor noſter conſulit, concipit, is ita vovens peccat,* juxta Navarr.l.cit.p.151. At is conſuluit matrimoniū in Paradiſo, non eſt bonum,hominem eſſe ſolum.Expedit quidem agamum eſſe ei,cui chariſma continentiæ datum eſt, non ſemper illi, cui non eſt datum. Matth.19.11. Fuit votum malum de re malâ ex circumſtantia cùm principii, ex quo, non ex fide,ſed errore cæco,jam quod ex fide non eſt,peccatum eſt; Cedò jam tabulas divinas hoc vovendi genus probantes!De propoſito & ſtatuto cordis aliquid Apoſtolus monet. 1. Cor. 7.37. nihil de voto.jam (iuxta.Navar.p.148.) ſolum propoſitum etiam valdè deliberatum faciendi non eſt votum; tum medij vitæ æternæ meritis monaſticis conſequendæ. DISPU-

Digitized by Google

DISPUTATIO DECALOGICA SEPTIMA.

DE JURAMENTO

§. I.

JUramenti ante omnia ὀνοματολογία perpendenda. I. *Etymologia*, jurare eſt q. jure firmare, quod juramentum juris ac legis inſtar habeat. vid. Thom. 2. 2æ. q. 89. art. 1. juro à jure juro, h. e. promitto me ita ſervaturum, ac ſi jus eſſet, Perott. II. συνωνυμία, Hebræis שבועה à verbo paſſivo Niphalico נשבע, quod juramento potius aſtringi debeat, qui jurat, quàm proprio impulſu jurare: quanquam activa ſignificatio non excludatur, eſt enim niſchba in numero trium illorum verborum, quę in Niphal activam ſignificationem obtinent, ut obſervat D. Glaſſ. l. 3. phil. ſacr. tract. 3. can. 25. Eſt autem Niſchba à שבע ſeptenario numero perfectionis indice, fortaſſis non abſque myſterio, cujus τὸ διότι ignotum. vide part. 1. lact. Catech. p. 561. confer. Serar. ad Joſ. 6. q. 28. Nec grave ſit audire Luther. in Gen. 21. p. 185. f 2. *Rex quoque pro ſua in Regem Prophetam DEI pietate ſponte juramentum defert, tandem uterque juramento confirmant tanquam ſigillo. Abraham Regi donat oves & boves. Rex donum ejus non contemnit: hoc ceu ſigillo confirmatur pactum, non ut nunc in more verboſa literæ componuntur, in utroque contenti ſunt. Conceptis verbis jurarunt, poſteà additur reale ſignum, donatio. Et mox. jucundum autem eſt videre, quàm civiliter Abraham hic ſe gerat, apertis verbis non audet hoc à rege exigere, ut juret, eſt enim peregrinus. Abimelech autem Rex eſt, ideò incivile eſſet, tanquam ab inæquali exigere juramentum, ſingulari & prudentia & Civilitate Abraham utitur, ſtatuit ſeptem agnos ſeorſim: Rex interrogat, cur id faciat, cum jam anteà percuſſum fœdus ſit? Reſpondet Abra-*

Digitized by Google

ham & rogat, ut eas accipiat, non propter te, inquit, ſed propter aulicos tuos, Phichol & alios, qui fortaſſe denuò tentabunt rapinam, & concitabunt nova jurgia. Hoc igitur, ut in poſterum caveas, volo ut publicè mihi jures, quanquam hoc exigere non audeo, tamen iſtis ſeptem agnis, ceu rudibus literis poſtulo. : Obſervandum autem hoc loco eſt, Hebræum vocabulum ſeba eſſe æquivocum. Utrunque enim ſignificat, ſeptem & juramentum, ſicut in Germanico vocabulo, Huth / *& pileum & cuſtodiam ſignificat. Vocabulum* Rath / *conſilium & rotam ſignificat. Hoc igitur vocabulum Seba utrunque ſignificat, juraverunt ambo, & ut ſic dicam, ſeptimaverunt ambo. Item, ſtatuit ſeorſim agnas ſeptem. Apertè igitur indicat Abrahām, etſi juramentum non poſtulet, tamen cuperet, ut juret Rex, ſingulari igitur ſapientia & pulcherrima inſinuatione extorquere vult regi juramentum, cum apertè id poſtulare eſſet incivilius. Oves proponit ſeptem, & quia vocabulum ſeba utrunque ſignificat, ſeptem & juramentum, intelligit Abimelech quæ ſit Abrahæ voluntas. Sicut ſi mutus aliquis ad me veniret, oſtentans rotam, hic mihi facile eſt propter æquivocum vocabulum divinare, quod requirat conſilium. Vocabulum enim Germanicum,* Rath / *rotam & conſilium ſignificat. Ad hunc modum per ſeptenarij numeri vocabulum admonet Abraham de juramento. Hinc etiam apud Germanos puto eſſe hunc morem, ut in condendis teſtamentis utantur ſeptem teſtibus, & ſeptimandi verbum uſurpatur pro certo teſtimonio. Sic enim loquimur,* man muß jhm beſibnen / *h. e. tàm eſt incredulus, ut niſi ſeptem teſtes audiat, non credat.* Græcis ὅρκος q. ἕρκος, ſepimentum, vel ab εἴργειν, quod intra certas metas conſtringat jurantes, *nullum namque vinculum ad aſtringendam fidem jurejurando majores arctius eſſe voluerunt.* Cic. l. 3. off. Latinis dicitur *Iusjurandum,* q. Jovisjurandum. hinc Cic. l. cit. *fides alma, apta pinnis, jurandum Iovis,* vid. Lipſ. 1. Elect. 18. vel potius quaſi jurejurandum, affirmatio, (non tamen excluſâ negatione) ſancta & religioſa. *Dejurium* Gell. l. 7. 18. à dejerare, quod eſt ſimpliciter jurare. *Liquet mihi dejerare.* Terent. in Eunuch. 2. 3. dejura, i. e. ſanctè jura. Plaut. Rud. 5. 2. Germanis Eyd / (Saxonibus Ed /) vel ex hebræo עד testimonium, vel ab ein / quaſi Einnt / Unitum videlicet cum eo qui verè unus eſt. Schwur / q. ſchwer Ding / cui ſi ſuccumbat is qui jurat, DEUM & omnes creaturas ſit in vindicias armaturus. *Sacramentum*: quo homo ad rem certam (olim militiam) Imperatori aut Reip. ſacratus. *Nam puncturis* (Steuuechius è cod. MSC. legit

legit victuris) *in cute punctis milites ſcripti & matriculis inſerti jurare ſo-lent.* *Veget.* l. 2. de re milit. c. 5. vide ſis Martin. in Lexic. Etymol. *Eſtque juramentum vel vulgare, profanum, in communi hominum conver-ſatione, licentioſè jactatum: vel ſolenne, ſacrum, eruditum, à magiſtratu impoſitum.* *Illud* prorſus eſt prohibitum, dicto illo Domini, ſit ſer-mo veſter, Eſt, Eſt. &c. Hinc Auguſt. Epiſt. 89. ad Baſil. *Illi, quan-tum aliquos eorum audivi, quid ſit jurare, prorſus ignorant; putant enim ſe non jurare, quando in ore habent: SCIT DEUS: &, Teſtis eſt DEUS, &, Teſtem DEUM invoco ſuper animam meam, quia non dicitur PER DEUM, & quia talia reperiuntur in Apoſtolo Paulo &c. Sed non ideò, quia in ſuis literis juraverit Apoſtolus, Vir in veritate veriſſimus, ludus nobis debet eſſe ju-ratio. Multò enim tutiùs, ut dixi, quantùm ad nos attinet, nunquam jura-mus; ut ſit in ore noſtro, Eſt, Eſt, non, non, ſicut Dominus monet. Non quia peccatum eſt verum jurare, ſed quia graviſſimum peccatum eſt falſum jura-re, quo citius cadit, qui conſuevit jurare.* Perſtrinxit hoc levitatis cri-men Salvianus lib. 4. de Gubernat. DEI, p. 143. *Quis eſt omninò ho-minum ſecularium propter paucos, qui non ad hoc ſemper Chriſti nomen in ore habeat, ut pejeret? Unde etiam pervulgatum hoc ferè & apud nobiles, & apud ignobiles ſacramentum eſt, per Chriſtum. Per Chriſtum, quia hoc fa-cio. Per Chriſtum quia hoc ago. Per Chriſtum, quia nihil aliud dicturus ſum. Et quid plura? In id penitus deducta res eſt, ut ſicut de paganis bar-baris prius diximus, Chriſti nomen non videatur jam ſacramentum eſſe, non ſermo. Nam in tantum apud plurimos nomen hoc parvi penditur, ut nun-quam minus cogitent quippiam facere, quam cum ſe jurant per Chriſtum fa-cturos. Et cùm ſcriptum ſit: Non nominabis nomen Domini DEI tui in va-num, in id reverentia Chriſti decidit, ut inter cæteras ſeculi vanitates nihil jam penè vanius, quam Chriſti nomen, eſſe videatur. Denique mul-ti non otioſas tantummodò res & aniles, ſed etiam ſcelera quædam ſe ju-rant per Chriſti nomen eſſe facturos. Hic enim loquendi uſus eſt talibus: Per Chriſtum, quia tollo illud: Per Chriſtum, quia cædo illum. ad hoc res ce-cidit, ut cum per Chriſti nomen juraverint, putant ſe ſcelera etiam religioſè facturos.* Ubi notat Rittershus p. 135. *Nota formulam jurisjurandi quæ apud Græcos talis eſt; μὰ τὴν χεῖρα. Noſtri homines:* Bey Gott: *quod quibusdam malo certè & impio more adeò eſt familiare, ut ad alterum quodque verbum, abſque omni etiam neceſſitate id ingeminent, cum maximo Nominis divini abuſu, quem nec impunitum relinquet DEUS, vinde x honoris*

ſti-

ſui & fortis Zelotes. Germani de ejusmodi hominum genere, quod ad juramenta & conſequenter ad perjuria tàm eſt facile ac proclive (contemptu Religionis, ut ait Vlpianus in l. 8. quæ ſub conditione in pr. D. de condit. inſtit.*) dicere ſolent.* So bald jhm das Maul auffacht/ ſo fahren Schwür/ Sacrament/ Leiden/ Marter vnd Wunden hauffen vnd tonnen weiß herauß. Hoc verò urget neceſſitas S. literis conſecrata.

Luth, Tom. 8. Witt. p. 166. Zweyerley brauch iſt deß Eydes oder deß ſchwörens. Einer da wir für uns auß Vrſach vnſer Leichtfertigkeit ſchwören / das verbeut Chriſtus gantz vnd gar / der ander / da wir für die Ehre Gottes vnd Heil deß Neheſten / auß dem Glauben, vnd Liebe ſchwören / die Warheit zubeſtätigen / daſſelbe gebeut Moſes. Alſo daß er nicht heiſſe ſchwören / ſondern das zwingt er/ ſo man ſchwören muß/ ſolen nicht ſchwören / dann bey dem Nammen Gottes/ Et pag ſeq. Darumb muß man deß Eides brauchen / gleich wie man deß Schwerds vnd der Ehe gebraucht. Es iſt verbotten / daß einer das Schwerd nehme / da Chriſtus ſpricht / wer das Schwerd nimmet/ der wird durchs Schwerd verderben/ dann er thuts ohn befehl / vnd ergreiffts auß eigenem Muthwill. Aber widerumb iſt gebotten das Schwerd zutragen, vnd iſt ein Dienſt Gottes / zun Römern am 13. vnd dann wird es getragen in Gottes Nammen / zu nutz deß Näheſten. Alſo iſts verbotten daß ſich zwey auſſerhalb der Ehe mit einander vermiſchen/ dann es iſt ein jrrig vnd vnordig Vnkeuſchheit. Wo aber zwey ehelich ſeind / haben ſie macht ehelich Pflicht eines dem andern zugeben/ vnd thun das im Namen deß Herren / vnd geben was ſie ſchuldig ſeind dem Göttlichen geſetz/ das iſt der Liebe / alſo muſtu auch brauchen deß Eydes/ daß du zu deinem Nutz nicht ſchwöreſt/ ſondern GOttes Ehre zufürdern / vnd deß Näheſten Heil/ im Nammen GOttes deß HErren.

Illud temerarium eſt, præſertim ſi nomen DEI admiſceatur. Dietrich. part. ſap. p. 723. Es iſt bey GOtt dem HErren war. Iſt es nicht war/ ſo ſtraffe mich GOtt : So ſchände mich GOtt an Leib vnd vnd Seel : So helffe mir GOtt nicht in ſein Reich rc. Oder / das iſt bey dem Sacrament alſo : das iſt beym HErren GOtt viel. Et pag. 726. Auff mein Eyd / auff mein arme Seel : Hole mich der Teuffel / vnd führe mich in Lüfften hinweg mit Leib vnd Seel : Es iſt war beym HErren GOtt / beym Sacrament : Oder GOtt ſchände mich / oder GOtt hilff mir nicht im letzten End. Deſueſcendum omninò vel per votum legemque ſibimet ipſi latam *Numquid non* (ait Auguſt. l. 1. de ſerm. dom.) *conſueveram quotidiè jurare? at ubi legi & timui, luctatus ſum contrà conſuetudinem meam : in ipſa luctatione invocavi Dominum adjutorem. Præſtitit mihi Dominus adjutorium non jurandi. Nihil mihi facilius eſt, quam non jurare. Hoc ideò admonui, ne dicatis*

Quis

Quis poteſt? &c. Chryſoſt. Homil. 28. ad pop. de fugiend. jurament. T. 5. col. 241. A. *Ne titubes ergò ô homo, neq; bonam ſolvas promptitudinem: nec enim gravia ſunt, quæ præcipiuntur. Quis quæſo labor, juramentum fugere? Numquid enim eſt pecuniarum impenſa? Numquid ſudor & ærumna? ſatis eſt tantummodò velle, & totum actum eſt. Si verò mihi conſuetudinem objicis, præter hoc ipſum maximè facilè meritum eſſe dico. Si te namque in aliam transtuleris conſuetudinem, totam præſtitiſti. Cogita ſaltem quod apud gentiles multi balbutientes multa meditatione linguam ſibi claudicantem correxere.* Dietrich. in Sap. 14. p. 728. hæc habet. Der Menſch ſoll jhm ſelbſt ein Straff drauff ſetzen / vnd von andern begehren / daß wann ſie jhn ſchwören hören / vnd das von ſeinem Weib / Kindern / Geſinde / Freunden / Bekandten / allen andern / die im Hauſe ſein / damit er deſſen ſich deſto beſſer entwehnen könne. Maſſen hiezu der alte Lehrer Chryſoſtomus erwehnet / vnd will / man ſoll es nur ein Tag zehen verſuchen / werde man bald ein Veränder- vnd Beſſerung ſpüren / Geſchehe es dann / daß einer etwa ein mal / oder zwey / oder drey / oder auch zwantzig mal wider ſich vergreiffen werde / ſoll er deßwegen nicht verzagen / noch auß / ſondern immerzu fortſetzen / ſo werde er gewiß die böſe Gewonheit überwinden. An einem andern orth ſchreibet er auch ein mittel vor / das wol hierinnen zugebrauchen? will / wann einer ſelbſt / oder ſeine Kinder / oder ſein Haußgeſinde mit dieſer ſchwurſucht beladen / ſich deßwegen erinnert vnd geſtraffet / aber doch ſich nicht beſſert / ſoll man jhm diß zur ſtraffe aufferlegen / daß ſie vngeſſen vnd vngetruncken müßen ſchlaffen gehen / vnd darob ſteiff halten / ehe aber eins das thun werde / ehe werde es ſich wol hundertmal beſinnen / vnd alſo vor ſich ſelbſt ablaſſen. Der Rath iſt gut. Wann man nur jhm folgete. Verſuche es / was gilts / es wird gewiß angehen. *Hoc* definiri poteſt, quod ſit oratio Religioſa, confirmans enunciatum noſtrum, ſive affirmativum, ſive negativum, adjuncta Nominis religioſa appellatione, quo ſenſu Ariſt. c. 27. Rhetor. ad Alexandr. *definit jus jurandum, cum divina veneratione dictionem, probationis expertem. Eſtque vel ſimplex, vel execratorium. Simplex* continet nudam DEI conteſtationem, & variè profertur: velut cum dicimus, DEUS ſcit, DEUS teſtis eſt, DEUM teſtem invoco: Coram DEO loquor: per DEum juro &c. *Execratorium autem eſt,* quo quiſpiam ſemetipſum, vel aliquid ad ſe pertinens divino judicio offert, & obligat ad pœnam

 niſi,

Digitized by Google

niſi ita ſit: quale eſt illud in ſcriptura tritum : Hæc faciat mihi DEUS, & hæc addat, niſi, &c. Item, per ſalutem, animam, caput meum. &c. Quomodo DEUS appellatur, non ſolùm ut teſtis, ſed etiam ut judex ſupplicium decernens perjuro. Vocatur autem execratorium, quum explicitè jurans ſibi ipſi pœnam apponit, ni ita ſit; alioquin implicitè juramentum ſimplex eſt etiam execratorium.

§. 2. *Terminus à Quo* ſeu potius *Is, qui jurat, intellectuale ens eſt*, 1. *DEUS* Gen. 22. 16. Num. 14. 21. Pſal. 110. 4. Hebr. 3. 11. & alibi pluries, 2. *Homo omnis*, in quo juramenti fundamentalia requiſita ſunt, de quibus paulò inferius. Ergò etiam 1. *Idololatra*. De receptione delati juramenti ab Idololatria non eſt dubium, præſertim cum exempla habeamus ſanctiſſimorum virorum, Iſaaci cum Abimelecho, Jacobi cum Labane paciſcentium. *Sed de exactione talis juramenti Idololatrici eſt quæſtio?* ad eam reſpondit olim *Aug. ep. 154. ad Publicolam, qui utitur fide illius, quem conſtat juraſſe per Deos falſos, utitur non ad malam rem, ſed ad licitam & bonam, non peccato ejus ſe ſociat, quo per dæmonium juravit, ſed bono pacto ejus, quo fidem ſervavit.* Diſtinguit rectè inter juramenta quà talia, & quà idololatrica. Addunt alij exigi tale juramentum poſſe, non tamen præfigi, ut juret per falſos Deos, aut tale vel tale idolum nominet, ad quod ſciret cum majori religione teneri; ſed in genere religioſè juret, etiamſi non ignoret, eum id facturum non ſine idololatria. *Dices* 1. ſic communicare delicto alieno judicem, qui tale quid exegerit. 2. Sic etiam à mago vel incantatore opem implorari poſſe, ob eandem rationem. *Reſp.* tàm non communicare, quàm non communicat, qui mutuum petit ab eo (in caſu ſummæ neceſſitatis) quem novit injuſtam exacturum uſuram. Exigit hìc petitor pecuniam, uſuram iniquam permittit & tolerat. Sic exigit fidelis juramentum, juramenti iniquitatem tolerat in caſu neceſſitatis. ad 2. non eſſe eandem rationem; quia nulla neceſſitas cogit implorare opem magi, nullum jus indulget: Sæpe autem neceſſitas cogit ab idololatra juramentum exigere, *aliàs neſcit Aug. ubi invenire poſſit in terris ubi vivamus* (præſertim cum eâ tempeſtate pax ubique conciliaretur juratione barbaricâ, & *jus convivendi requirat.*) Ergò II. *Perjurij Suſpectus*, præſertim cum aliter litis deciſio videatur impoſſibilis; ita tamen

men, ut juraturus de pœna perjurii diligenter prius admoneatur. *Quid ſi liquidò conſtet pejeraturum? Si*, e. g. *Iudex* (verba ſunt Auguſt. ep. 154. ad Publicolam) *ſcit reum feciſſe, novit feciſſe & vidit feciſſe?* Reſp. *cum Auguſt. ſi cogit jurare, homicida eſt; ille enim ſuo ſe perjurio peremit, ſed iſte manum interficientis & expreſſit & preſſit; Et quanquam qui paratus erat pejerare, ſe jam peremerit, ſine cauſa tamen non licet permittere, ut expreſſis verbis polluatur nomen Dei*: *Dices*, judicem non debere ſequi privatam ſcientiam, ſed præſcriptum juris, adhibendo ea, quibus ſolet elici veritas. Ita *Leſſ.* l. 2. c. 42. dub. 10. nec multò aliter *Rivet.* in explic. decal. q. ad 3t. ſpræc. p. 129. *Reſp.* negando conſequentiam, quia quanquam aliàs Judex ſecundum viam juris præſcriptam teneatur agere: tamen cum præſentiſſima pollutio nominis divini imminet, tùm valet regula: *tabula ſecunda cedit primæ, & prima derogat ſecundæ. vide part.* 1. *lact. Catech. p.* 509.

§. 3. Ergo III. etiam CHRISTIANUS. Conſtat patrum aliàs principes hâc parte nonnihil timidiores extitiſſe. *Chryſoſt.* hom. 5. ad pop. Antioch. & in act. hom. 8. 9. & ſeqq. (vide Syllogen è Chryſoſtomo apud Sixt. Senenſ. lib. 6. bibl. ſanct. annot. 26. Et Gerh. Voſſ. l. 5. hiſt. pelag. part. 2. antith. 1.) ejusque diſcipulus Iſidor. *Peluſiota* l. 1. ep. 55. *obtempera voci Chriſti, quæ vetat iurare omninò. Hieron. in c. 5. Matth. permittebantur, ait, in Deum jurare, non quod rectè hoc facerent, ſed quod melius eſſet DEO id exhibere, quam dæmonibus.* hinc *Baſilides* apud Euſeb. lib. 6. 4. rogatus à militibus, ut juraret, reſpondit, ſibi non licere, quod Chriſtianus eſſet. Sed temporis illos ratio excuſat, vivebant namque inter gentiles, quorum jurandi formulas ne cogerentur imitari, ſatiùs judicarunt omninò abſtinere. Qua etiam de cauſa Chriſtianus apud Tatianum præturam recuſabat, authore Tertull. ac ædilitatem non affectabat: apud Lactantium belligeraturus, imò navigaturus negatur. Quibus facilius hic error condonatur, quàm Fanaticis ſuperiori ſeculo Juramenti religionem omninò tollentibus, quorum princeps *Carolſtadius* (uti Theologi Wittenbergici in nuper editis Conſil. Theol. Wittenb. in fronte memorant) anno 1522. ſub Decanatu ſuo, hæc manu propriâ matriculæ Theologicæ inſeruit, *placeret juramenta eſſe ſublata, quia juramentis nemo melior, plures ſiunt deteriores. Qui DEUM non reveretur, is nequaquam jusjurandum reverebitur.* Ergò *faceſſat.* At

Athanaſius à juris jurandi religione non fuit alienus, cujus hæc ſunt in apolog. ad Conſtantium Imperatorem verba, *Tuæ pietati magna & clara voce reſpondeo, manuque extensâ quod didici ab Apoſtolo, DEUM in meam ipſius animam teſtor, &, ut ſcribitur in libris Regum, jusjurandum concipio. Teſtis ſit Dominus & teſtis ſit Chriſtus ejus, ſinas (quæſo) me loqui; nunquam in malum tui mentionem feci apud fratrem tuum bonæ memoriæ Conſtantem piiſſimum Auguſtum, neque illum adverſum te irritavi.* Cæterum *quæſtio hîc non eſt, an juramentum ſit opus ita per ſe bonum & catholicum, ut quemadmodum oratio ſemper ſit uſurpandum*: Etenim juramentum *medicina* eſt, ſublevans defectum incredulitatis ac tarditatis humanæ, cujus frequentatio prohibetur: ſed quæſtio eſt abſoluta, *an ſit opus moraliter bonum?* Ajens his fulcitur argumentis. 1. *Mandato divino*, affirmativo, non obligante ad ſemper Deut. 6. 13. Exod. 22. 11. eſt enim juramentum pars cultus divini & actus religionis. Unde in ſcriptura nunquam Dæmones legimus iuraſſe, quia à DEI cultu abhorrent. vide Arniſæ. l. 2. de Jure Majeſt. c. 61. p. 267. vaticiniis N. T. confirmato, Eſa. 65. 16. Jer. 12. 16. *Promiſſione*, Pſal. 15. 5. Pſal. 63. 12. *Exemplo DEI*, Jer. 11. 4. Sanctorum, Gen. 21. 24. c. 24. 3. 8. 9. c. 31. 54. c. 47. 31. Jud. 21. 1. 1. Sam. 20. 3. 2. Sam. 19. 23. 1. Reg. 2. 23. 2. Reg. 2. 2. & ne ad V. T. ſolùm reſtringatur iuriſiurandi religio 3. vaticiniis Jer. 12. 16. 4. *Exemplis N. T.* ipſius Chriſti angeli increati Apoc. 10. 5. 6. confer. Rom. 1. 9. 2. Cor. 1. 23. Ratio eſt perpetua, quam Apoſtolus affert ad Hebr. 6. v. 16. Finis controverſiæ eſt ius iurandum ad confirmationem adhibitum. Non minus enim neceſſarium eſt nunc, quam olim, controverſias finire; & Apoſtolus de eo modo finiendi controverſias loquitur, qui in uſu erat, cùm loqueretur. Sunt qui vocem Amen, toties à Chriſto repetitam in iuramentis cenſent: ſed iis rectè obviam ivit Fuller. l. 1. miſcell. c. 2. confer. D. Kesleri Theol. caſ. Conſc. c. 52. p. 279. Repetita iuramenti confirmatio extat Hebr. 6. 16. quo in loco non id ſolùm deſcribitur, quod de facto contingit, ſed quod fieri debet iure, & neceſſitate urgente: ſi enim de facto loquatur Apoſtolus, falſum dixerit: ſæpe enim homines abuſivè iurarunt per minorem, imò per ſui partem aliquam. Qui huic ſententiæ adverſantur, nituntur potiſſimùm *autoritate Chriſti*, Matth. 5. 34. & Jacobi c. 5. 12. Cuius loci verus ſcopus in-

terpretationis clavis eſt. *Sententia* igitur *Chriſti non eſt* I. *additiva tertiæ legis*, tanquam lex Moſis non prohibuerit iuramenta ſpontanea ac levia, dummodò vera eſſent; Chriſtus addiderit novam legem, quæ etiam iuramentis temerariis interdicat, ut habet Catech. Racov. p. 160. 161. das iſt der Vnterſchied / daß Moſes nit verbeut zuſchwören / wann man nur nicht falſch ſchwöret: Chriſtus aber verbeut nicht allein den falſchen / ſondern auch einen leichtfertigen vnd durch auß frenwilligen Eyd / vnd das ohne zweiffel darumb / auff daß Gotes Anſehen vnd Mayeſtät bey vns nicht verkleinert werde / vnd damit wirs nicht darfür halten / daß wann wir mit GOTT zuthun haben / mit einem vnſerm Mitgeſellen zuſchaffen haben. *&c.* Photinianiſch Vnderricht. c. 25. p. 163. 164. Cui malitioſæ depravationi in ſuperiori diſputatione quintâ contraivimus §. 1. *non* II. *excluſiva ſeu abrogativa omnis juramenti*, uti quidem contendunt Anabaptiſtę, quia ſic Chriſtus patri ſuo contraria traderet, & cum reliquâ ſcripturâ pugnaret, ſolveret legem, contra propriam proteſtationem Matth. 5. 17. *non* III. *reſtrictiva ad ſolum juramentum promiſſorium de futuris eventibus incertis*, non *aſſertorium*, id quod nuper acutius quam verius excogitavit *Hugo Grot. l. 2. de jur. bell. & pacis c. 3. Etenim*, ut rectè *Rivet. p.* 117. ne hoc *quidem adverſarijs concedendum eſt, promiſſorium omne juramentum prohibitum eſſe: Sic enim civilis ſocietas ſolveretur, nec poſſent inter ſe unquam convenire reges de futuris pacis conditionibus, mutuâ ac juratâ promiſſione conſtantibus. Sed IV. interpretativa vanæ Phariſæorum gloſſæ*, quæ triplex erat, 1. *non eſſe* juramentum, ſi appellatione creaturæ profanæ, non nominis divini iuretur: & conſequenter nec periurium, ſi violetur juramentum, id quod clarè colligitur è Math. 23. 16. 2. Eſſe iuramentum, ſi per creaturam ſanctam iuretur, utpote per aurum, per donum, ib. v. 16. & 18. His enim donariis vultures illi inhiabant, & ut populum ad largitiones opulentas incitarent, aurum & donaria in rebus ſanctis numerabant 3. ſolam *ἐπιορκίαν* ſeu periurium prohiberi, quæ eadem Socinianorum in legem calumnia eſt. Primam & tertiam interpretationem hoc loco refellit, ſecundam c. 23. 17. & 19. *Primam* quidem, quia etiam indirectè ſed temerè nomen Dei uſurpatum, in peccatum incidit. Quanquam enim iuramenta per creaturas formaliter ſint illicita, obligant ta-

men finaliter, quia in DEUM ex intentione feruntur. Sicut ſi Turca per Alcoranum iurat, non audit Alcoranus iurantem, ſed punit DEUS fallentem. *Tertiam* verò, quod latius lex extendenda ſit, omninò non iurandum, ſcilicet temerè. Dices 1. τὸ *omninò*, ὅλως, excludere omnes iurandi actus atque partes. 2. τὸ EST eſt, non non, itidem omnes iurandi actus ac modos evertere, adeò ut 3. τὸ περισσὸν τούτων ſit ἐκ τοῦ πονηροῦ. Reſp. τὸ ὅλως non eſſe illimitatè accipiendum, quia id ſit impugnare analogiam fidei, à ſcopo Chriſti abire, qui eſt diſputare cum Phariſæis, non univerſim de iuramenti actu & ſubſtantia, an fas ſit jurare? id namque utrinque concedebatur: Sed reſtrictè, de iuramenti modo. q. d. vos Phariſæi diſtinguitis inter iuramenta creaturarum ſanctarum & profanarum, ego verò dico ne iuretis omninò, per nullam creaturarum: quia non eſt ſanctiùs aurum quam templum vel cœlum, quod DEI ſolium eſt. Solet autem Scriptura in quæſtionis ſolutione partem non controverſam omittere, & eam ſolùm tractare, quæ in dubium vocatur. Exemplum extat Luc. 10. 36. & 37. Reſp. 2. τὸ ὅλως non ſemper eſſe notam Univerſalitatis, ſed aſſeverationis certæ, ut 1. Cor. 5. 1. Reſp. 3. cum Auguſtino, omninò non iurabis, ſcilicet quantum in te eſt, hinc B. Lutherus, in com. h. l. ſprichſtu aber / ja ſtehet doch hie ein ander Wort / das Chriſtus ſagt / du ſolt nicht ſchwören / Antwort wie oben geſagt vom tödten vnd zürnen / du du ſolts nicht thun / als für dich ſelbſt / hie aber ſchwörſtu nicht / ſondern der Richter / der dichs heiſt / vnd gilt eben ſo viel als er ſelber thät / vnd biſt jetzt deß Richters Mund. Ad II. verba non opponi iuramenti ſubſtantiæ, ſed modo, adeoque 1. *Inconſtantiæ* eorum, qui ut decipiant, ναὶ καὶ οὐκ loquuntur, 2. Cor. 1. 17. 2. *Levitati* eorum qui temerè iurant. 3. *Fallatiæ*, ita ut primum ναὶ promiſſi, alterum complementi nota ſit. Sermo noſter ſit Eſt Eſt &c. i. e ut Germani noſtri dicunt, ein Mann ein Mann / ein Wort ein Wort / Ad III. non omne περισσὸν intelligi, alioquin τῷ ναὶ ne quidem τὸ amen adiiciendum eſſet: ſed περισσὸν tale, quod ad gloriam DEI & proximi ſalutem ſuperfluum ſit, ut innuat illud ſolum iuramenti genus ſe prohibere, quod etſi alioquin fieret per nomen DEI, redundat tamen, ut minimè neceſſarium. Philo l. περὶ

τῶν

Digitized by Google

τῶν ἐν εἴδει νόμων, τὸ πιστὸν ſic exponit, οὐ πίστεως ἡ πολυορκία τεκμήριον, ἀλλ᾽ ἀπιστίας. Confer. Luth. Tom 4. Witt. p.38. lact. Catech part I. p. 504. ſeq.

§. 4. Ergò IV. etiam Perſona REGIA ſive teneantur ad Juramentum, alias ad ſceptrum non admittendi, ſive (etiamſi abſolutâ ut liberâ poteſtate reſplendeant, tamen) ex indulgentia ſponte dejerare velint. Vide uberius hæc diſputantem Arniſæ. l.1. de jur. Majeſt. c.6. p.120. Ergò etiã abſolutâ ac liberâ poteſtate reſplendeant; nullâ tamen cum Majeſtatis diminutione. PERSONA *Eccleſiaſtica* Esdr. 10. 5. ſi juramentũ eſt actus religioſus & ſacer, quomodo ab eo arceantur religioſi DEOque conſecrati? Id verò olim Gentiles nolebant admittere, de quibus Gell. l. 10. 15. Plut. Rom. qq. 45. Polyd. Virg. l.4. c. 12. quos poſtea imitati ſunt Pontificii, monachos etiam â juramento abigentes; ſed cum nulla idonea ratio hujus exemptionis edi poſſit, merito rejicitur.

§. 5. Subjectum iuramenti hactenus, ſequitur *ſundamentum*, quod triplex eſt. 1. *Poteſtas naturæ & juris*, cui opponitur impotentia eorum, quorum leges aut iurare aut irrevocabiliter iurare prohibent, ut ſunt infantes, minorennes, aliorum poteſtati ſubjecti, Num. 30, 4. 6, 13. furioſi; legati ſepta mandati tranſilientes, è quo principio Senat. Rom. promiſſa Poſthumii ad furcas Caudinas irrita pronunciavit. *An verò Princeps ſecularis ſit perſona habilis ad fidem aſſerendam iuramento?* Negant Svvertius ſ. 9. de fid. hæret. ſerv. p. 35. Becan. tom. 2. qq. miſcell. q. 5. n. 2. & 3. alii, quod eius poteſtas ſubordinata ſit poteſtati Eccleſiæ, quæ quia petitio principii eſt longè ineptiſſima, alibi à noſtris prolixè eviſcerata, ideò ſuam aſſerimus hac in re poteſtati ſeculari auctoritatem ac ὑπερεπισκοπίαν in Theol. conſc. abundè demonſtratam. Quid in univerſum ſuperior poſſit in iuramenta inferiorum, vide differentem Hug. Grot. l. 2. de iur. bell. c. 13. n. 20. II. SCIENTIA *Intellectus tanquam Conſiliarij*, cui opponitur ignorantia ſeu inconſideratio, de quã Lev. 5. 4. & *Dolus*. Nam hic quoque, ſi cauſam dederit actui, e. g. ſi iuramentum conceptiſſes, niſi fraus interveniſſet, ſcientiam oppugnat. Hic verò occaſio eſt diſquirendi 1. *de juramento Gabaonitis præſtito* Joſ. 9. v. 6. *deinde de Iuramento ficto quid ſentiendum?* Multa de primo *Serarius*, in c. 9. Joſ. maximè q. 11. & 12. collegit judicia, nec pauciora Hug.

Grot.

Grot. ll. cit. p. 176. è quibus nos breviter iſta. 1. Fuiſſe illum dolum, ſed qui cauſam actui non dederit: potuiſſet namque nihilominus vel etiam voluiſſet paciſci Joſua, ſi maximè ſciviſſet è vicinis eos populis venire. Quanquam enim è damnatis illis ſeptem populis fuerint, de quibus Deut. 7. 3. tamen ideò non ab omni omninò pacto fuerunt excluſi. Excluſi erant, à pacto ſociali, non item à pacto deditionis, ut habetur Deut. 20. 10. eodem beneficio ſervata Rahab fuit & Chananæi alii. *Neque vero eſt* ſimile, quod ex R. *Maimonide* refert Cunæ. l. 2. de Republ. hebr. c. 20. *antea quoque legatos ad Gibeonitas, ſicut ad reliquas ſex nationes miſſos, eosque ab illis ſpretos fuiſſe, atque ex eâ tempeſtate legem numinis adverſos eos valuiſſe, quæ de internecione ſeptem gentium lata erat. Gibeonitas autem, cum eam legem poſtea reſciſcerent, copiasque Iſraelitarum latè victrices pertimeſcerent, venienti malo caviſſe: & quia poſt ſpretam ſemel pacem vera remedia conſumſerant, fallaciis atque arte uſos eſſe.* 2 Fuiſſe illud iuramentum ſervandum, etſi dolum expreſſum, id vel ex ipſa periurii pœna demonſtrare facilè eſt. 2. Sam. 21. 1. 3. Nihilominus rectè luiſſe illam ſuam fallaciam Gabaonitas, dum ad ſervitutem perſonalem damnati fuerunt, qui potuiſſent ad tributariam conditionem admitti. Quod alteram quæſtionem attinet, *Leſſius* lib. 2. cap. 42. dub. 8. ait: tribus modis ficto animo aliquem iurare poſſe, Si 1. iuret ſine animo ac intentione iurandi non item obligandi. Si 2. cum intentione iurandi, ſed non implendi. De quibus nos breviter. Prima ſpecies cum ſine intentione, theoricè acceptâ, h. e. ſine intellectu rei iuratæ iurat, tàm non eſt iuramentum, quàm iuramentum non eſt, ſi quis ruſticus verba iurantia in latinâ vel Græcâ linguâ proferret, à ſe non intellecta. Secunda & tertia ſpecies iuramenti eſſentiam non tollit, quia intentioni iurandi obligatio, & obligationi implendi neceſſitas inſeparabiler & intimè hæret. Perfidè igitur perfidiam olim excuſarunt coràm Frid. Barbaroſs. Imper. Mediolanenſes, cum juraſſe ſe quidem reſponderunt, ſed iuramentum ſervaturos nunquam promiſiſſe.

III. Voluntatis *liberum ἑκούσιον, cui metus opponitur & violentia*: De iuramento *per metum ac vim extorto* quæritur, *an ſit valeatque? e. g.* Si quis latroni pollicitus λύτρον, metu mortis præſentiſſimæ coactus, cogatur iuramento ſtare? *Ajo*, quia iuramentum obligat etiam

להרע

להרע ad affligendum ſe, cum ſuo damno coniunctum, idque in honorem Numinis, quavis rerum noſtrarum jacturâ redimendum. Suffragatur compoſitio pacis Dillingana c. 3. q. 29. n. 54. quia eiusmodi promiſſio eſt actus liberrimus, tantoque liberior, quanto electio eſt periculoſior. *Ideoq; ſi metu coactus ſtipulanti Tito promiſiſti, quod non debueras promittere, palàm eſt, te jure civili obligatum eſſe, & actio quæ intenditur, dare te oportere eſt efficax.* inſtit. de except. l. ſi mulier §. finali ff. quod metus causâ. vid. Auguſtin. ep. 224. 225. Hinc in laudibus Auguſti Cæſaris illud memorat Dio Caſſius, l. 56. p. 686. *Injurias quoq; eum acceptas non immodicâ ira proſecutum, fidemq; etiam indignis ſervaſſe. Crocottam quendam latrociniis in Hiſpania vigentem, primum in tanta ira habuit, ut præmium ei qui virum ictum ſibi adduxiſſet, decies ſeſtertium promiſerit: deinde ultrò eum ad ſe venientem neq; pœna affecit, & eâ, quam dixi, pecunia affecit.* Infamis contra Papæ diſpenſatio fuit juramenti coacti, hiſtoriam refert Boxhorn. p. 480. *Palatium flammis abſumere cum Imperatore Ludovico minatur Adalgiſus, niſi juramento affirmet, ſe habiturum, & nunquam rediturum Beneventum, neq; calumniam hanc ulturum. Tanta neceſſitate implicatus Imperator jurat, & poſtero die Beneventum cum ſuis exit, Romamq; divertitur, ſummo Pontifici Iohanni ac Senatui Tyrannidem Adalgiſi conqueſtus. Qui mox publicus hoſtis judicatus eſt, & Imperator juramento ſolutus. Benignus Princeps ut nolens videretur, comparato inſigni exercitu, Reginam mittit contrà Adalgiſum. Qui ſuæ nequitiæ conſcius vitam fuga redemit, ac in Corſica inſula latuit: de cæteris ſumptum eſt ſupplicium.* Nihilominus ſi metus ſit iniuſtè incuſſus, liberandus eſt promiſſor à poteſtate publica, non quod inefficax fuerit promiſſio, ſed ob damnum iniuria datum. Becan. q. 89. in Thom. q. 5. *Quod ſi verò inſuper ſilentium promiſeris, nunquam te accuſaturum, vel de iniuriâ conqueſturum?* Reſp. hoc juramentum nullum eſt, ideò quia impedit majus bonum morale (ſicut Pharifaicam corban impediebat amorem parentibus debitum. Matth. 15. 5.) quod eſt charitas in proximum, quæ exegit alios moneri, ne incidant in eundem latronem.

§. 6. Sequitur terminus ad quem, *Is cui jurandum.* Is verò *duplex* eſt, vel *promiſſionis, Is cui fit promiſſio jurata, jurante maior Hebr. 6. 16. Deus:* vel *complementi*, Is *cui exhibetur res promiſſa, Homo*, non diabolus, cui quicquid vel juratò promittitur irritum eſt; nullius enim ut com-

 mercii

mercii ita juramenti capax eſt, ejus proprium in quarto modo eſt mendacium. Quis autem obligabitur ei, quem conſtat non poſſe non mentiri, non fidem frangere? at tenet fidem, dices, expoſcit ſyngraphæ, ſanguine præſertim firmatæ, præſtationem, ac hominem ſibi mancipatum, eumque in laqueis habet, donec maiori potentiâ ille ſolvatur? Resp. Vi omnia, non jure, tenet aliquandiu fidem ut teneat captum perpetuò. Omne enim juramentum hunc involvit ſenſum, *Ego juratò polliceor DEO, me Iohanni, Paulo &c. hoc daturum facturumve eſſe.* DEUS autem juramenti non ſolum terminus eſt, ſed & teſtis atque judex. Hinc ritu jurandi cultus divinus definitur, Eſa. 19. 18. & cap. 48. 1. Oſe. 4, 15. Contra damnantur juramenta in non DEO. Jer. 5. 7. Confer Soph. 1. 5. Amos. 8. 14. Non DEUS autem eſt etiam is, cui nomen veri DEI impertitur, etſi in eum cultus non terminetur. Sic Achis Philiſtæus jurat ſuo Deaſtro, quem Jehovam nominat 1. Sam. 29, 6. Hic verò diſtinguendum accuratè inter juramentum propriè ſic dictum, & execrationem ac obteſtationem, quæ ut Baſil. loquitur in Pſalm. 14. σχήματι ὅρκων ἔχει, οὐχ ὅρκος δ᾽. Juramentum propriè dictum, quo terminus jurandi, ut judex, vindex & teſtis infallibilis imploratur, nulli creaturæ deferri poteſt, ſive mediatè ſive immediatè, ſive directè ſive indirectè, ſive minori ſive ſuperiori honore, quia is cultus invocationis ſoli DEO debetur, neque magis minusve ſuſcipit, ita religio juris iurandi. Peccarunt igitur non ſolum Ethnici olim (vid. Exempl. apud D. Bald. Caſ. Conſc. p. 331. & Thum. de juramentis p. 75.) ſed & ἀνολάτραι in papatu, qui per ſanctos, ſanctorum Lipſana jurant, hoc eſt, per non-Deum: per pares conſervos, non per maiorem, morem Chriſtianorum non optimorum à pagano poëta irriſum. Hugo Grot. notavit ad Syrac. 23. per cineres Pauli, per cani limina Petri. *Nec obſtat* Matth. 5. 34. per creaturas peierare nefas, E. per easdem (quatenus perfectio aliqua divina in iis relucet) jurare fas. 1. Conſequentia à contrario ſenſu inepta eſt, nam neque per idola licet peierare, Ergone per falſos Deos jurare fas eſt? Sicut in re ſimili non ſequitur, Imagines non ſunt contumelia afficiendæ, ergone ſunt honorandæ? 2. Quia verba illa etiam diminutivè intelligi poſſunt, non jurandum per cœlum, quia eſt thronus DEI, q. d. Der Himmel iſt mehr nicht als ein Stul

Gottes/

Gottes/ nihil habet divinitatis in ſe. Deindè peccarunt idololatræ, qui per falſos Deos jurarunt, ut Laban per Deum Nachor, i.e. Deaſtrum, cui ſervierat Nachor in Chaldæa, Joſ. 24.2. Quanquam tale juramentum ſit valeatque. *Non audit te lapis loquentem, ſed punit Deus fallentem, Auguſt.* ad publ. ep. 254. Caſum hic proponit Luth. in expl. Amos, Tom 8. Witt. p. 418. Hie wird gefragt/ warumb der Prophet die Verunehrung vnd Läſterung dieſes Tempels der in Iſrael war ſo hart ſtraffet/ da er ſie billich hätte loben vnd ehren ſollen/ weil ſie dieſelben Götzenhäuſer wider Gottes Wort vnd Befehl auffgericht/ nicht ehren noch heiligen wolten/ dann der Tempel/ der in Iſrael geſtifftet vnd gebauet war/ hatte kein Wort noch Befehl Gottes/ vnd war allein der einige Tempel vnd Kirch/ welcher durch Gottes Wort/ Ordnung vnd Befehl geſtifftet zu Hieruſalem/ da man allein opffern vnd anbetten ſolte. Reſpondet ib. Auff dieſe Frag iſt alſo zu antworten/ daß nicht fürnemblich hievon gefragt wird/ was oder an welchem Ort ſie gethan haben/ ſondern mit waſſerley Hertzen vnd Gedancken ſie ſich hierinn erzeigt haben/ dann ob ſie wol einen falſchen Gottesdienſt hätten/ davon kein Befehl noch Ordnung Gottes war/ jedoch weil auch in demſelben ihr Hertz ſicher vnd gottloß war/ verachteten ſie zugleich GOtt ſelbs/ vnd nicht die Götzen/ den ſie ihn ſelbs erdichtet hatten. Daher leſen wir in Heidniſchen Hiſtorien/ daß auch nach Verachtung der falſchen Götzen- vnd Gottesdienſt offtmals grauſame ſtraffen erfolget/ vnd iſt jederman wol bekant/ was für groſſen Schaden die Galli mit ihrem Fürſten Gremione zu Delphis empfangen/ wie ſie daſelbs den Gott Apollinem verachtet/ dergleichen wird offtmals gedacht deß groſſen Vnglücks/ welches Pyrrho gefolget/ da er in Welſchland der Junoni ein Kirchlein geplündert vnd beraubet hat. Solche vnd dergleichen vnzehliche Straffen ſind den abgöttiſchen vnd gottloſen Leuten nicht derhalb von GOtt widerfahren/ daß ſie ihrer Abgötter nicht geachtet/ ſondern dieweil nach Verachtung deß wahren lebendigen Gottes/ den ſie gar nicht kenneten/ auch aller anderer Religion Spott vnd Läſterung bey ihnen erfolget/ welche/ ob ſie wol an ſich ſelbs gottsläſterlich waren/ ſie gleichwol vor rechte vnd warhafftige Gottesdienſt hielten/ vnd vermeinten damit dem rechten lebendigen GOtt zu dienen. Alſo ſeind dergleichen auff falſche Eide vnter den Heiden gewiſſe Straffen erfolget/ nicht darumb/ als durffte man Jovis oder Caſtoris Name

Namen nicht mißbrauchen/ ſondern darumb/ weil ſie den rechten warhafften GOtt nicht erkenneten/ vnd an deſſelben ſtatt ihrer Götzen vnd Abgötter Namen gebraucheten/ vnd als rechten Gott ehreten / vnd gleichwol derſelben zu ihrem Nutz vnd Vortheil mißbraucheten/ auß Spott vnd Verachtung aller Religion vnd Gottesdienſte. Die aber den rechten GOtt erkant haben/ denſelben iſts nicht allein vergunt vnd erlaubet/ ſondern auch ernſtlich gebotten/ alle Abgötter vnd Götzen zuverachten vnd zuverdammen/ vnd ihre Mißbräuche vnd Dienſte zuſliehen/ dieſe Verachtung der Götzen hat ihren Vrſprung vnd Quell auß rechter Erkäntniß/ Furcht vnd Liebe/ deß lebendigen wahren Gottes/ vnd reiner vnverfälſchter Religion vnd Gottesdienſt/ ſoll auch nicht als Verachtung Gottes angeſehen vnd genennet werden/ auß welcher falſche Eide/ vnd aller Religion vnd Gottesdienſte Leſterung vnd Spott bey den Heiden ihren Vrſprung haben. atque hæc huiusmodi vera ſunt de juramento ſimplici & propriè ſic dicto. Secus ſe res habet in juramento 1. *Execratorio*, quo rem nobis chariſſimam devovemus, & quaſi oppignoramus, ut proximus certus ſit, nos in perniciem propriam fallere nolle; hoc enim mentione creaturarum fit ſine peccato. vide exemplum Pſal.7.6. 2. *Obteſtatorio*, quo per comparationem rei à nobis magni faciendæ aſſeveramus, vel non minus nobis cordi eſſe veritatem in ea re, quam cordi eſt illud vel iſtud: vel certè æquè verum eſſe hoc (non manifeſtum) ac eſt illud alterum (manifeſtum) e. g. jurat Joſeph, *vivit Pharao*. i. e. quam chara eſt mihi vita Pharaonis, vel quam verè Pharao vivit, (cuius vita magis eſt in manifeſto, quam cuiuslibet in vulgo) tàm ſtudioſus ego ſum veritatis, tàm verum eſt quod dico. Confer 1.Samuel.17.55. 1.Reg.2.4. adde obteſtationem ipſius Dei, Deut.32.1. *Audite cœli, quæ loquor, Audiat terra verba oris mei.* Teſtes advocat ſemper manſuros, & eos per quos DEUS judicia ſua erat executurus. vid. ſuprà cap. XXVIII. 23. Æneas apud Virgil. libro XII:

Eſto nunc ſol teſtis, & hæc mihi terra precanti.

Deinde Latinus:

Hæc eadem, Ænea, terram, mare, ſidera iuro.

Sic cum gentes olim Chriſtianos vellent iurare *per Cæſaris genium*: (Ita namque Polycarpo dictum apud Euſeb.l.4.15. ὄμοσον τὴν καίσαρος τύχην) Chriſtiani detrectarunt: non tamen abhorruerunt iurare

per

per *ſalutem regis omnibus geniis excellentiorem*, ut exponit Tert. in apolog. c. 32. q. dicerent, Ita nobis ſit ſalvus Cæſar. vide Gerh. Joh. Voſſ. hiſt. Pelag. l. 5. part. 2. p. 506. Ex quibus etiam conſpicuum eſt, *quid ſtatuendum de Iuramento per DEVM & Evangelium?* Repræhenditur illud à D. Baldu. l. 2. Caſ. Conſc. c. 9. Caſ. 2. Videtur tamen excuſari quadantenus poſſe, ſi quis tangens librum Evangelii obteſtatur ſe vera dicere, quemadmodum vera credit quæ in Evangelio leguntur. At ſi ſolenne juramentum exigatur, ſi per Evangelium juretur, idem de illo iudicium ferendum eſt, quod de iuramento per ſanctos. Nec ſatis hanc iurandi rationem gloſſa quadam palliat Thomas Aquin. 2. 2. q. 89. art. 6. *Hoc Iuramentum non incommodè ſic interpretatur, iuramus per Evangelium, h. e. per Deum, cuius veritas in Evangelio manifeſtatur; & per Sanctos, qui hanc veritatem crediderunt, & obſervaverunt.* Dunte in Deciſ. Caſ. conſc. cap. 10. q. 31. ſic definit. p. 252. *Si concipiantur verba, ut apud Pontificios ſunt uſitata, ita me DEVS iuvet, & hæc ſacra Evangelia*, ſo wahr mir GOtt helff / vnd dieſe ſeine Evangelia; *vix poſſunt excuſari. Alia ratio eſt, quando quis tangens librum Evangelij iurat coràm DEO, ſe vera dicere, quemadmodum vera credit, quæ in Evangelio leguntur: vel quando ita formantur;* So wahr mir Gott helffe / vnd ſein heilig Evangelium / *quod medium eſt ad ſalutem omni credenti.* Weſenbecii iudicium extat in paratit. l. 12. digeſt. tit. 2. p. 640. *Nunquam ego iuramentum in quamlibet creaturam pro iureiurando; ſed potiùs vice piaculi & ſacrilegij habebo.* Et pag. 641. *Eſt etiam receptum inter illuſtres præſertim & nobiles perſonas, ut loco iuramenti per fidem principalem, ſeu generoſitatis & nobilitatis promittatur, quod pro vero iureiurando haberi tralatitium eſt. Ego verò hæc omnia libens in vitio poſuerim, cùm impia ſit qualiſcunq; iuriiurandi formula, cum per aliud, quam viventem DEVM iuratur.* Et ib. p. 640. *Quod verò & hic pro veteri Evangeliorum factione iam in ordinationes Imperij, moremq; publicum irrepit, ut iuretur hâc formâ: Ita me DEVS iuvet, & ſanctum verbum eius: in eodem hæret vitio: niſi de verbo perſona, qui eſt ὁ λόγος καὶ Θεὸς, non de verbo literæ Evangelij* (ut fit) accipiatur. Confer Criſin Ambroſii de iuramento ad aram victoriæ, quæ extat in calce epp. Symmach. pag. 470.

§. 7. Sequitur terminus complementi, *ipſe Homo*, qui re promiſſâ fruitur: eſtque vel perſona publica, ipſe iudex, Ex. 22. 11.

vel privata, ut Ruth. 3. 13. 1. Sam. 20. 3. Hic verò illud diſceptatur, *an etiam jurata hujus fidei capax ſit hæreticus? 2. an latro?* Prius negant Juridicaſtri nonnulli ex edicto in Manichæos l. Manichæos 4. C. de hæret. & manich. & Samar. Sed Lucumonibus illis os obtudit accurato tractatu juris civ. c. 9, Scioppio oppoſito. p. 151. & ſeqq. & p. 176. ſummus JCTUS Dn. D. Meier p. m. ego nihil addo (ne poſt Roſcium in Orcheſtrà) niſi illud, caverent adverſarii, ne in quoslibet κατ' δόξαν hæreticos prçſertim nondum convictos, textus juris torquendo, caſtella defendant & arcem prodant, inque ſe derivent notam beſtiæ Apocalypticæ. Apoc. 13. 7. II. Latronem negat *Cic.* juramenti capacem eſſe, cum ſcribit: *perjurium nullum eſſe, ſi prædonibus captum pro capite precium non adferatur, ne ſi juratum quidem ſit, quod pirata ſit communis hoſtis, cum quo fides eſſe non debeat.* Sed bis errat Cicero, 1. quando perjurium eſſe negat, quia in juramento, etſi perſonæ jus deficiat, DEO terminativè juratur. 2. quando negat cum latrone juris eſſe ſocietatem, cum depoſitum ex ipſo gentium jure reddendum ſit latroni, ſi dominus non appareat. l. bona fides D. depoſiti. Fundamentum relationis ex parte ejus, cui juratur, eſt acceptatio, absq; hâ: ſi fuerit, tàm promiſſio facta non eſt, quàm eſſe non poteſt emptio ſine venditione, vide Hug. Grot. l. 2. de jure bell. & pac. c. 11. n. 15. & 16.

§. 8. *Materia ſive objectum iuramenti, eſt res 1. poſſibilis cum phyſicè, tum moraliter, 2. res gravis & magni momenti.* Quomodo *enim non abſurdum*, ait Chryſoſt. hom. 7. ad pop. Antioch. ſervum *quidem non audere Dominum nominatim & ſine honoris præfatione appellare: angelorum verò Dominum temerè & contemtim ubique.* Iſocrat. in orat. ad Demonic. χρημάτων ἕνεκα μηδένα θεὸν ὀμόσῃς. Etenim (ita Weſenb. parat. l. 12. diſp. tit. 2. 637. *nec viri boni eſt, ut dicebat Socrates, DEUM ſuorum negotiorum teſtem facilè accerſere, neque ſupervacua iuramenta aut deferenda ſunt temerè, aut præſtanda. c. 2. de probat.* ſpec. de Teſt. §. 1. *num.* 41. *Et extat apud Ulpian. l. ſi duo. 13. §. fin. hoc tit. Dicterium* προπετῶς μὴ ὄμνυε. 3. *res neceſſaria* cum nulla alia veri indago & nervus pacis publicæ tuendæ occurrit: ſicut nec ad arma confugiendum, niſi extrema juſtitiæ læſæ vindicandæ neceſſitas *occurrit*; Pax enim publica & privata litium refrenatrix, finis eſt ut belli, ita & juramenti. Exod. 22. 11. Hebr. 6. 16. aliàs quamdiu

& quous-

& quousque Salomonis gladius penetrare poteſt, juramenti alea non eſt tentanda. Greg Nazianz. in dial. de frequenter jurantibus, p. m. 1058. neceſſitatem jurandi ad duos tantum caſus reſtringit, quando vel amicum in periculis ſervare, vel teipſum turpi crimine liberare poteris: addit minimè committendum, ut per jusjurandum aliquis quæſtum faciat. Baſil. M. hom. de libris gentil. legendis commendat Cliniam Pythagoricum, quod cum potuiſſet per jusjurandum mulctam trium talentorum vitare, jacturam facere maluerit, quàm jurare. 4. *Licita ac honeſta.* hinc Pericles Amico roganti, ut pro ſe falſum teſtimoninm juratò diceret, reſpondit, jurare decet, ἀλλὰ μέχει βωμῶν. hinc impium fuit juramentum Herodis Matth. 14. confer hiſtoriam apud Thum. pag. 69. Adde Exemplum à Luthero propoſitum Tom. 12 Witt p. 240. f. 2: Notel deß Eids/ So Hertzog Georg ſeinen Vnderthanen / die vom Evangelio abgefallen zuthun auffgelegt.

Ich N. bekenne offentlich mit Mund und Gemüthe den H. Chriſtlichen Glauben in allen Articuln/ wievlel die H. Chriſtlich Kirch biß anhero gehalten vnd zuhalten gebotten/ vnd nach dem ich durch die Lutheriſchen Prediger verführet / daß ich wieder den gemeinen brauch der heiligen Chriſtlichen Kirchen das Heilig Hochwürdig Sacrament deß Fronleichnams JEſu Chriſti/ unter beider Geſtalt/ Brods vnd Weins genommen / damit ich mich auß dem gemeinen Chriſtlichen Glauben vnd Gehorſam gewand habe/ das mir von Hertzen vnd getrewlich leid iſt/ Schwöre ich bey dem wahren lebendigen GOtt/ meinem Schöpffer/ vnd allen ſeinen lieben Heiligen / der Lutheriſchen Ketzerey / in dieſem und allen andern Artickeln/ nimmermehr anhengig zu ſein/ ſondern ſie verdammen vnd verachten/ ſie als Ketzeriſch und irrig zuhalten/ vnd will nun vnd allweg der ſein / der der Kirch gebürlichen vnd ſchuldigen gehorſam leiſte / vnd wo zukünfftiger zeit ich in gemelte Lutheriſche Ketzerey fallen würde/ da mich GOTT für behüte / ſo will ich mich jetzt alsdann / vnd dann als jetzt auß rechter Wiſſenſchafft bewilliget haben/ die Scherffe vnd ſtraffe der Rechten/ wie die wider einen gefallenen aufgelegt / zuleiden vnd vnvnterlaßlich damit geſtrafft zuwerden / als mir GOTT helffe vnd ſein Evangelium. *Forma iuramenti* vel eſt *interna*, eaque ex Jer. 4. 2. triplex. Veritas, Juſtitia, judicium. Nempe cum duplex ſit iuramentum aſſertorium, & promiſſorium, in illo re-

quiritur veritas, ne quid iuremus falſi; in hoc exigitur iuſtitia, ne quid ſpondeamus illiciti: in utroque opus eſt iudicio ſeu diſcretione, ne iuremus facilè ac leviter, cum iurandum non ſit, niſi gravis urgeat neceſſitas. I. *Veritas*, cùm rei, tùm mentis certa & indubia, quæ damnat æquivocationes, quarum exempla pluſcula collegit Serar. ad cap. 9. Joſ. q. 5. ex ore DEI Jer. 9. 8. 2. Cor. 4. 2: non admittit aſymphoniam cordis & oris, ne os aiat, cor neget, etſi fortè verum ſit, quod ait os ipſo veriloquio mendax. Qui iurat falſum, & iurat, tanquam verum ſit, cùm fortè verum eſt, periurus eſt; iuxtà Auguſt. Serm. 28. de verb. Apoſt. Manet regula Iſidori. 3. Sent. dict. 39. Lombard. *quacunque arte verborum quis iuret, DEUS, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit*, atque hoc eſt liquido iurare. II. *Iuſtitia*, in quam peccavere David & Herodes. III. *Iudicium* intelligens verba concepta, remque de qua iuratur, intelligat autem iuxta ſenſum verbis connativum, primorem ac ſimplicem; non gloſſam obliquam, aut praxin. Igitur verba concepta haud perfunctoriè & oſcitanter accipienda, ne periurii accuſetur, cuius verba ſecius exponuntur. Promiſerat David ἀσυλίαν Simei maledico exoratam. 2. Sam. 19. 23. Ergonè, inquiens, hodiè interficietur vir in Iſrael, an ignorò hodiè me factum Regem ſuper Iſraël, non morieris, iuravitque ei: Poſteà tamen Filiò Salomoni edixit 1. Reg. 2. 9. Nunc autem eum ſontem ne abſolvito, cum vir ſapiens ſis: ſed cognoſce, quid ſis facturus ei, ut deducas canitiem ejus cum ſanguine in ſepulchrum. At igitur perfidus David? minimè, quia non promiſerit pacem perpetuam, quicquid porrò deſignaret mali. HODIE, aiens, νῦν, conſequenter me vivo, quamdiu meum Hodie durat, ultionis privatæ ergò, cum ſit animi privatas iniurias non ulciſci, ſed illas non tàm ſontibus quàm ſuo nomini ac dignitati condonare; quæ à Regii animi magnitudine non ſolùm poſtulant, ſed etiam ſuo iure exigunt interdum. Adde, quod dies Victoriæ ſumendo ſevero ſupplicio opportunus non eſt, eo præſertim articulo, in quo animos populi non omninò pacatos, benignitate ſedatos, & officiis conciliatos oportuit, ſed cum aliquid admiſerit Simei, quod ſi maneret impunitum malo Reipublicæ noviſſet exemplo, iubet filium, ut illam è populo tollat offenſionem, ſatiſque faciat communi cau-

ſæ

ſæ Hugo Grotius defendit Davidem, ex eo, quod juramentum perſonam jurantis non egrediatur, neque hæredem obliget, in annot. ad 2. Sam. 19. Conferre jubet lib. 2. de jur. bell. & pacis c. 13. §. 17. Vid. Arniſ. l. 1. de jur. Majeſt. c. 7. p. 138. *an & quouſque ſucceſſor anteceſſoris decretis & promiſſis obligari queat?* At pius & clemens Rex Salomon verbum Regis Patris honoravit, nec niſi novo flagitio laceſſitus punivit: Prudentiæ, ut ſciat, quid ſit jurare. Pueri hoc non eſt. Expendat jurans, an neceſſe ſit rem juramento firmare? annon etiam ſine juramento crederetur? annon alii juramento priori ſit contrarium? Exemplum inconſiderationis propoſitum eſt in Lact. Catech. part. 1. p. 511. Chryſoſtomus vorzeiten wolt es nicht leiden/ wann Severianus geſchworen (wird Serapion ein Chriſt ſterben/ ſo iſt Chriſtus nicht geſtorben.) Was? ſagt Chryſoſtomus, das iſt ein Glaubens Articul/ das Chriſtus geſtorben/ das kan nicht falſch ſein. Meinſtu dein Wort ſey ſo gewiß/ als Gottes Wort? Eben das geben wir zubedencken denen/ die da ſchwören/ ſo war als GOTT lebt/ meinſtu dein Wort ſey ſo wahr/ als das Leben GOttes? *Forma externa* in quibusdam conſiſtit 1. Ceremoniis, quarum antiquiſſima eſt manuum ſublatio ad cœlum, Gen. 14. 22. Dan. 12. 7. quem morem hodiè ſequimur ex libertate Chriſtiana, aliis elevationem duorum digitorum, aliis trium urgentibus; duorum quidem, ut teſtentur, duos adeſſe teſtes, eum qui jurat, & eum (DEUM) cui juratur, juxta legem, quod in ore duorum vel trium veritas conſiſtat; trium, ut erectis illis, S. Trinitas, & duorum in volam reductorum, ut animi & corporis obſignatio ſignificetur. Vid. Bald. Caſ. Conſc. p. 138. Quid verò de Ceremonia juramenti ad femur ſtatuendum? Cujus exemplum extat Gen. c. 24. 9. & cap. 47. 29. Communiter obtinet, ſubjectionis argumentum eſſe, quomodo? vid. Martin. de Roâ. lib. 2. ſing. ſcript. ſ. c. 12. p. 379. ſed & prognoſticon ſeminis benedicti è femore Abrahami naſcituri. 2. Formulis & conceptis verbis jurandi, quæ apud varias gentes varia fuere, quarum ſyllogen videas licet Tract. de juram. Thum. p. 83. Luther. breviter exponit in Geneſ. 24. p. 234. *Semper autem, quando juramus, duo complectimur, implorationem auxilii & defenſionis divinæ, & imprecationem pœnæ, Quaſi dicas: Ita me DEUS adjuvet, aut puniat fallentem,* als mir GOTT helff/ oder nicht/ *ſi*

 ſer-

ſervo ius iurandum, ſit mihi propitius, ſi fallo, puniar. Horribilis forma eſt divinæ imprecationis, quæ extat in novell. 8. tit. 5. *Iuro ego per DEVM omnipotentem, &c ſi verò non hæc omnia ita ſervavero: recipiam hîc & in futuro ſeculo, in terribili iudicio magni Domini & Salvatoris noſtri IESV CHRISTI: & habeam partem cum Iuda, & lepra Giezi, & tremore Cain. inſuper & pœnis, quæ lege eorum pietatis continentur, ero ſubiectus.* Non hîc inſuper habendum quod memorat Voſſ. l. 5. hiſt. pelag. part. 2. antith. 1. In Italiâ Germaniaque delectas fuiſſe formulas è Thalmudicis libris depromtas, quibus adigantur Apellæ, ne irritum ſit vinculum contemtu religionis: Inprimis ſanctum illis eſſe juramentum *Hay Elohah*, vivat DEUS. ad quod reſpexiſſe videtur Martial. L. 11. epigr. 95.

Ecce negas, jurasque mihi per templa Tonantis:
Non credo: iura verba per *Anchialum*.

Quid de apoſiopeſi illâ, *ſi David mentiar,* Pſ. 89. 37. ſi introibunt in requiem meam, Pſal. 95. 11. ſi non reliquiæ tuæ in bonum Jer 15. 11. ſtatuendum? vide Caſp. Sanct. ad Jer. 15. 11.

§. 9. Finis & effectus iuramenti eſt, poſt gloriam DEI omniſcii, omnipotentis, omnipræſentis, veracis, Judicis (hæ enim virtutes hoc negotio evidenter transparent) Pax & publica & litium refrenatrix, privatæ & humanæ diffidentiæ remediũ, vel veritatis occultæ confirmatio, à qua iuramentum aſſertorium appellatur: vel præſtandæ rei obligatio, quod promiſſorium, adde & comminatorium dicitur, quamvis enim verum ſit illud Gellianum l. 2. noct. c. 7. Arniſ. de Repub. p. 127. cit. *ſi juſta quæ ſunt jurantur, etiam ſine mandato facienda ſunt, ſi injuſta, ne tum quidem facienda, quando iubentur*, tamen ut officium faciendi, quod iuſtum eſt, aſtringatur arctius, iuramento opus eſt. *Plurima*, inquit Cicero de LL. *firmantur iureiurando, maiorique ſaluti ſunt fœdera religionis ſanctiorque ſocietas hominum inter ipſos, Diis immortalibus interpoſitis tum iudicibus, tum teſtibus, & quos nulla alia res divini ſupplicij metus à ſcelere revocavit.* Homo ſerpenti mendaci credens, factus eſt ipſe mendax, ac proinde meritus eſt, ut eius dictis fides derogaretur, quæ derogatio, ne inter homines cõmercia & lites immortales ſereret, proviſum eſt, ut, quod per peccatum ablatum eſt, per iuramentum ſuppleretur. Sicut itaque, ſi homo innocens manſiſſet, nulla

bella

bella geſſiſſet, ita nec iuramentum iuraſſet. *De obligatione* ipſâ quæritur, *quatenus iuramentum ſervandum?* An *ſemper præſtandum, quod quis iuratò promiſit?* nos breviter reſpondemus, 1. omne iuramendum ſervandum eſſe, *ſi ſit iuramentum*, Eſt igitur ſervandum omne iuramentum. E. etiam vi extortum, Ergò etiam damnoſum. Pſ. 15. 4. in monte ſancto habitavit, qui iurat להרע ad affligendum ſe, in damnum ſui. Si enim patriæ ſalus nobis tanti eſſe debet, ut vita potius, quam illa prodenda ſit, quanti nomen DEI exiſtimabitur? ergò *etiam latroni ſervanda fides*. Ergo laudem digna M. Attilij Reguli fides. Quanquam enim in nuda promiſſione per coactionem tollatur obligatio, tamen ubi ius Dei intervenit, alio ratio eſt. Ideò iuramentum promiſſioni ſuperadditum rem promiſſam planè facit immutabilem fœderis ſali æquiperandam, Hebr. 6. 18.

Impii igitur olim Parthi, apud quod promiſſis fides nulla, niſi quatenus expediret, Juſtin. 41. 3. Impius Lyſander, de cuius ſententia veritas nihilo melior mendacio, ſed utriusque dignitas & precium uſu definitur Plut. in apoph, Lenonia ſcilicet fides! ut ait Plaud. Rud. act, 5. ſc. 3. quia (lenonis verba ſunt in Curc. act. 5. ſc. 3.) *quâ linguâ promiſi, eadem nunc nego. dicendi, non rem perdendi, gratia hac nata eſt mihi.*

§. 10. I. Si *ſit iuramentum* h. e. ſi iuramenti adſit & materia & forma, partes eſſentiales. Nam ſublatis his, tollitur, ut in omni alio contra[illegible], formatum e. g. coniugium ſervandum eſt, ſi ſit coniugium: nôn *autem eſt*, ſi Eunuchus matrimonium ineat, ex materiæ defectu; ſi pro argento reddatur cuprum, ut in ſuperiori monetaria confuſione; *non amplius eſt*, ſi forma, unio ſcilicet matrimonialis ſolvatur per adulterium; ſic iuramentum non eſt, ſi deſit materia iuramenti. 1 *Perſona ad iurandum habilis*, ſi iuret e. g. infans, furioſus, ὑπεξούσιος: Si liberi genus vitæ eligant, ſine conſilio & conſenſu eorum, à quibus dependent, ſi contra ſtatutum Synodi Gangrenſis, prætextu divini cultus à parentibus diſcedant in Cœnobium, ſi invitis parentibus clàm matrimonium iurato polliceantur. Fundamentum huius aſſertionis petitur è Num. 30. per tot. cuius loci vindicias ab adverſariorum ſtrophis vide tom. 7. D. Gerh. de coniug. n. 63. p. 121. Quid igitur *de iure ſuperioritatis Papalis ſtatuendum*: ſtante illo, quod tamen nullum eſt, fidem inter nos

& Romanenſes ſatis tutam eſſe nunquam poſſe. Tergiverſatur ſic *Compoſitio pacis Dilingana* c. 5. q. 29. p. m. 154. reſpondet 1. Papæ conſenſum ad fœdus religionis requiri, ut licitè fiat eiuſmod fœdus: non ut validè. 2. Si res ſpeculativè examinetur, non carere hanc rem difficultate. 3. Si tamen practicè conſideretur, pontificem nunquam eiusmodi fœdus relaxaturum eſſe, quod Papa iure relaxandi uti non debeat, ſi gravius inde Eccleſiæ detrimentum timeatur, quam ſperetur utilitas. Nihil profectò tutum! quæro enim, papæ ius ad licitè ineundum fœdus, ſit ne eſſentiale eiuſmodi contractui, an accidentale? ſive, quod idem eſt, an papę conſenſus ſit tantum de morali honeſtate, num de iuris neceſſitate? Si illud, ius non eſt; ſi hoc, pactum tutum non eſt: quia tunc licitè & validè, item illicitè ac invalidè neceſſariò connexa ſunt: non poteſt validum eſſe, quod hoc ſenſu illicitum eſt. 2. nihil iterum tutum, cum ius à ſpeculativa conſideratione ſuſpenſum, in practicum non ius, ſed factum, delabitur. Finge practicè & probabiliter, (nam apodicticum aſſenſum prohibet peccandi proclivitas omnibus hominibus adeoque & papæ inſita) papam nunquam fœdus relaxaturum, tamen ſi ius relaxandi manet, cui licebit eſſe ſatis tuto? Quid ſi contingat, rerum ſtatu mutato ex fidei-fragio maiorem Eccleſiæ utilitatem ſperari poſſe, quàm timeri detrimentum? ſic notus Ulyſſes? Si deficiat II. *poſſibilitas.* Deficit, cum ſufflamen, aut cataracta inevitabilis curſum incidit. Jureiurando ſe David Sauli obſtrinxit, ſe non eſſe perditurum poſteritatem Saulis 1. Sam. 24. 22. at ſeptem filios Saulis ſtrangulandos tradidit Gibeonitis 2. Sam. 21. at non erat in eius manu vindicem Dei manum aſtringere. Jurat tabellio, ſe præſtituto die rediturum: at remotam iniicit intervenines exercitus, aut aquarum exundatio, aut repentinus morbus: hic valet regula, Gottes Allmacht iſt allezeit excipirt/eſt conditio ἀπροσδόκητος, unicuique iuramento tacitè involuta, quantum in me! quoad à me fieri poteſt. Si deſit III. *Res iuramenti licita & gloriæ divinæ ac legi æternæ conſentanea.* Diſtinguendum hîc accuratè inter iuramentum illicitum, & iuramentum de re illicitâ. Juramentum illicitum eſſe poteſt ratione qualitatis alicuius, ſeu circumſtantiæ vitioſæ (ut ſi dolo, metu, extortum: ſi prodigè promiſſum: ſi ſit iuramentum per creaturas, per falſos Deos), ut tamen

iura-

iuramentum eſſe non deſinat, atque periurii reus ſit, qui ſolverit. Juramentum de re illicitâ eſt, quod iurandi contractum in ἀδύνατα convertit, utpote iuramentum de re impoſſibili, ac iniuſtâ, quale fuit iuramentum Herodis, qui, quod malè iuraverat, peius implevit; Juramentum Saulis 1. Sam. 14. 45. & Davidis 1. Sam. 25. 22. Sic verum eſt in malè promiſſis reſcindendam fidem, *duplicare enim noxam*, verba ſunt *Philon.* l. de decal. *cum te poſſis exonerare dimidio* (per pœnitentiam, exemplo Davidis 1. Sam. 25. 22. 23.) *maxima eſt* μανία. Fundamentum huius aſſertionis Matth. 15. 5. ubi damnantur vota, de negandâ parentibus beneficentiâ, quod, ut tabula prima (gloria DEI) derogat tabulæ ſecundæ (Charitati) ita tabula ſecunda promiſſionibus humanis quibuscunque. Dignus eſt qui integer hic adſcribatur caſus à Salviano Maſſil. lib. 4 de gubern. propoſitus, pag. 144. *Cum ante aliquantulum tempus victus cuiusdam pauperis prece præpotentiori cuidam ſupplicarem obſecrans, ne homini miſero & egeſtuoſo rem ac ſubſtantiam ſuam tolleret; ne ſubſidium & ſtipem, quo paupertas illius nitebatur, auferret, tùm ille, qui eius rebus ſiti rabidâ inhiaverat, ac prædam iam ſpe ac cupiditate ardentiſſima devoraverat, reſpiciens ac vibrans in os meum truces oculos, utpote qui tolli ſibi à me putaret, quod ipſe alteri non tuliſſet, nequaquam hoc, quod peterem, facere ſe poſſe reſpondit: quaſi verò iuſſu aut ſcripto id ſacro faceret, quod penitus præterire non poſſet, Cumque ego cauſam, quâ non fieri hoc valeret quærerem, dixit rem violentiſſimam, & cui contradici penitus non deberet, iuravi, inquit, res illius à me eſſe tollendas. Vide ergò, an non poſſim vel debeam efficere, quod etiam interpoſitio Chriſti nomine me iuravi eſſe facturum. Tum ego (quid enim amplius facerem? cùm res tam iuſta obtendebatur & ſancta) audita religioſiſſimi ſceleris ratione diſceſſi. Hic nunc interrogo omnes, qui ſanæ mentis ſunt: Quis unquam crederet usque in hanc contumeliam DEI progreſſuram eſſe humanæ cupiditatis audaciam, ut id ipſum, in quo Chriſto iniuriam faciunt, dicant ſe ob Chriſti nomen facturos? O ineſtimabile facinus & prodigioſum! Quid non auſæ ſint improbæ mentes? armant ſe ad latrocinandum per Chriſti nomen: auctorem quodammodo ſui ſceleris DEUM faciunt: & cum interdictor & vindex malorum omnium Chriſtus ſit, dicunt ſe ſcelus, quod agunt, agere pro Chriſto. Sed de hoſtili iniquitate conquerimur, & paganicam barbariem peierare cauſamur. Quantò minori peccato illi per dæmonia pejerant, quàm nos per*

Chriſtum? Quantò minoris res criminis eſt jovis nomen, quàm Chriſti? Ibi homo eſt mortuus, per quem juratur; hic DEVS vivus, qui peieratur; Ibi nec homo ullus, nec DEVS ſummus, hic cum maximi ſacramenti ſit deieratio, neceſſe eſt maximi ſit reatus peieratio. Si IV. Dolus cauſalis (qui dedit cauſam iudici, ad vel damnationem rei, non futuram ſi reſciviſſet ante) cum hora & mora prodatur.

Sehet (ita Luther Tom. 7. Witt. p. 571. f. 2.) diß Vrtheil Gottes feſt/ das wir albern ſchafe glauben/ das wir die Wölffe nicht ſollen hören/ ſondern fliehen/ ſo lehret vns die Natur/ das wir keinem Wolff ſchwören noch hulden ſollen/ dann ich kan dem nicht ſchwören noch hulden/ den mir mein GOTT gebeut zuflichen/ als ſeinen Feind/ vnd ob ich einem Wolff hätte gehuldet und geſchworen der ſich unter der Schaffshaut mir fürgebildet hätte als ein rechter Hirte/ und ich hernach wann die Schaffshaut weg were, den Wolff kennete/ So müſte ich lauffen und ſchreien/ O du ſchandlicher reiſſender Wolff/ mein Eyd vnd Huld hab ich dir nicht gethan/ ſondern meinem rechten Hirten/ das dich der Teuffel führe/ wie haſtu mich armes Schaff betrogen/ vnd mich zufreſſen gedacht.

Eſt qui accuſatus à muliere ſcortationis, ac impraegnationis admiſſæ, iuramento ſe coràm iudice purgat; poſt proles patrem ipſa natura, phyſiognomia, στοργή, confeſſio conſcientiæ imperio extorta, (nullo confeſſionis ſigillo obtegenda, eò quod Gloriæ Numinis, ſacrilego iuramento læſæ, ſalus innocentis prolis, ac derelictæ interſit retegi) detegat, tunc nihili eſt iuramentum, ſublato fundamento iudicii, iudicium abſolutionis expirat, juramentum amplius non eſt, quamquam ante fuerit, ſi vel materia eſſet, vel forma obligationis, quæ conſiſtit in mutua fide, violetur. Ceſſat materia, ſi, quod tempore promiſſionis licitum erat, poſteà rebus aliis intervenientibus illicitum evadat. Mutatis namque rebus, mutatur iurantis intentio, e. g. ſi quis juratò promiſerit amico ſuo gladium in craſtinum; is verò cras in maniam incidat, ac furioſus evadat, tùm ceſſabit obligatio: atque hæc etiam conditio in omni iuramento ſubintelligitur, non alia quævis ἀμφίβολος æquivocationis materia. Ex hoc capite D. Dorſcheus diſputans κατ' ἄνθρωπον, ingeniosè abſolvit Cæſarem à defenſione Eccleſiæ Romanæ degeneris iurata in anticriſ. ſect. 4. q. 6. pag. 8. & ſeqq. Forma obligationis ceſſat, cum altera pars rumpit fidem: tunc enim fidem frangenti fides frangatur eidem. Monet tamen Dunte in Deciſ. caſ. conſc. c. 10. q. 33. p. 254. *in rebus, in qui-*

bus

bus non eſt reciproca obligatio, ſed ſeparata, non locum habet regula: e.g. ſi aliquis mihi deneget pecunias mutuò à me datas, quas ſe redditurum iure iurando promiſerat, non ideò denegare ei debeo, quod mutuò ab illo accepi, & iurando promiſi. Repugnant huic Virtuti I. Anabaptiſtica iuramentorum fuga, cuius primus auctor fuit Pelagius, ſequaces Waldenſes, uti probat Gerh Joh. Voſſius. l. 5. hiſt. pelag. part. 2. Theſ. 1. pag. 500. Semina tamen iacta ſunt à Patribus, nimia ἀϐϐολκῆς cura abreptis. *Iurare* (ita Chryſoſtomi interpret. Theophyl. ad Matth. 5.) *& adjicere amplius ad etiam vel non, à Diabolo eſt: Porro, ſi dixeris, quod & Lex Moſi mala eſt, quoniam iurare iubet, diſce, quod tunc non erat malum iurare: poſt Chriſtum autem malum eſt, ſicut & circumcidi, & in ſumma quicquid eſt iudaicum.* Hieron. in Matth. 5. ſcribit. *Hoc quaſi parvulis conceſſum fuerat: ut quomodo victimas immolabant DEO, ne eas idolis immolarent; ſic iurare permitterentur in DEUM: non quod rectè hoc facerent; ſed quod melius eſſet DEO id exhibere, quàm Dæmonibus. Evangelica autem veritas non recipit iuramentum, cum omnis ſermo fidelis pro iureiurando ſit.* 2. Juramenti ἀδιαφορίας ex parte materiæ. 3. Iuramentum irreverens. 4. Periurium, quod delictum eſt. 1. Sathanicum, mendacii namque author Sathanas. 2. Atrociſſimum, quia periurus utitur DEO, tanquam ſceleris pallio, tanquam mendacii teſte, quanta, quæſo, eſſet atrocitas, ſi fur in actu furandi imploret auxilium DEI? non minor eſt peierantis. 3. Pernicioſiſſimum, cùm publicè, quia humanam ſocietatem funditus evertit, & verè id præſtat, quod phaëton in fabulis, tum privatim, quia ſuo Juramento ſibi malum accerſit periurus. 4. Ideoque pœnis divinis obnoxium, quarum comminationes extant Zachar. 5. 4. Sir. 23. 9. Malach. 3. 5. & exempla Epidemicarum quidem; Præſertim ſi Reges delirent. 2. Sam. 21. quorum perpetuus monitor Zedekias, in me intuens pius eſto, clamat, qui in Babylone ærumnoſam egit & ignobilem vitam, privatus regno, liberis, & oculis, & omnium convitiis atque ludibriis expoſitus, quia, cum in iureiurando concipiendo divina interponatur fides, DEUS quodammodo falſitatis aut levitatis arguitur, & fit reus, ſicut in promiſſo non præſtito fideiuſſor, aut in affirmatione falſa teſtis mendax. Nec tamen perterruit hic monitor Pontifices Romanos, quos inter Paſchalis cedens neceſſitati, ut ſolveretur vinculis, eiuravit collationes

Præla-

Prælaturarum, easque Henrico conceſſit, agnoſcens eas iure ad Imperatores pertinere, addiditque iuramento execrationes atrociſſimas, quibus ſibi peſſima quæque imprecabatur, ſi fidem falleret, aut ſi unquam Imperatori ſuper hac re negotium faceſſeret. Baronius ann. 1111. n. 24. concepit verba, quibus Paſchalis uſus eſt ad altare, tenens ſacram hoſtiam, eamque dividens, & eius partem ſumens, alteram tradens Imperatori. *Sicuti* (inquit) *pars hæc vivifici corporis diviſa eſt, ita diviſus ſit à regno Chriſti Domini noſtri, qui pactum hoc violare tentaverit.* At Papa libertatis compos iuramentum ſuum reſcidit, dicens extortum fuiſſe. vid. Hodomor. Spir. Pap. Phant. 6. p. 1173. adde cladem Varnenſem: quam ſuo merito expertus Ladislaus perfidus An. 1414. accuſatore Amurathe, cuius appellationem ad Chriſtum clàm habere non potuit. Spondan ann. 1444. n. 8. *Amuratem cum ſuos à Wladislao Rege non ſine magnâ cæde fugari conſpicaretur, depromptum è ſinu codicem initi cum ipſo fœderis explicaſſe, & intentis in cœlum oculis: Hæc ſunt, dixiſſe, Ieſu Chriſte fœdera, quæ Chriſtiani tui mecum percuſſere, per nomen tuum ſanctè iurantes. Nunc, ſi DEUS es, tuas meaſque hic iniurias te quæſo ulciſcere, &c. Vixque hoc dicto prælium contrà Chriſtianos inclinare cœpiſſe.* Agnoſcit Corn à Lap. ad Jerem. p. 776. Conzen. l. 7. Polit. c. 7. p. 117. Juliani Card. incitatoris orationem, vid. Tanner Tom. 3. p. 1466. renarrat Spond. an. 1444. n. 5. Defendit perfidum Roſvveydus Loiolita in diſſert. de fide hæret. ſervand. c. 15. cauſatus violationem fœderis anterioris cum Pontifice & Principibus Chriſtianis initi. *Initamne* (Roſvveyd. p. 150.) *cum perfida gente pacem invitis inſciiſque nominis Chriſtiani ſociis ratam æſtimabis? An pax eſſe poteſt, quæ ſocialem fidem violat? quæ Latinum Græcumque fœdus in perfidæ gentis gratiam interturbat?* Et mox p. 151. *Verſabatur inter Hungariæ proceres Iulianus, cùm ſe invito execrabile fœdus in Reipubl. Chriſtianæ ictum exitium eſt; intereà Franciſcus Cardinalis Florentinus Latinæ claſſi præfectus, qui ad Helleſponti fauces prætendebat, Hungarum monet, ſe ex fœdere promiſſa præſtitiſſe, rogare impenſius, & ne ipſe muneri ſuo deſit, ſed quam primum erumpat in Macedoniam & Thraciam, Conſtantinopolitanus quoque Imperator non cunctandum ratus ab Hungaris fidem exigit, expeditionem urget. Quid hic faceret Iulianus? Vtrumque fœdus proceribus ponit ob oculos, alterius æquitatem docet, privata cujuſque commoda publicis poſthabenda ingeminat. Quid, quæſo, hac*

in

in re peccavit? Id peccavit, quod ex commodi reſpectu Turcæ fidem fregit. contrà Pſ. 15. & iuris prævalentiam: *Quod ſi quis* (ait Roſvveyd. p. 153.) *cum duabus pactus ſit partibus, videat ille, cujus jura prævaleant, & æquitati honeſtatique ſemper velificetur.* Quod ſe conſcio fœdus cum Turco fieri ſuſtinuit, acceſſit authoritati Hunniadis, teſte Spondano, quod Turco illuſit fœderis impoſſibilis ictu. Quis Barbarus cum Chriſtiano iceret fœdus, ſi hic poſt icti ſolutionem excipere poſſit, ſe alio anteriori fœdere teneri, non licuiſſe paciſci? Pergit Roſvveyd p. 152. *Quid ſi quis ab eventu judicium ferat, & memorabili illa Varnenſi clade expiatam velit initi pacti reſciſſionem ne ille non æquâ ſatis trutina rem expendet. Quod enim certum probumque momentum ad cauſæ æquitatem eventus adferat, qui cæcus & incertus ludit humana, fortunæ ſæpius, quàm conſilio, temeritatis potius, quam prudentiæ auctoratur.* Scilicet hic nihil agit Pronœa divina, pœnam perjurio interminata in Decalogo. Valere omninò argumentum ab effectu debet, ibi, ubi ex eventu miraculorum evidentia ac veritas Eccleſiæ æſtimari ſolet. Hæreditariarum verò. 2. Sam. 21. 2. Paral. 36. 13. Singularium, tùm ex jure Talionis. 1. Maccab. 7. 35. & 47. tum aliâ ratione. 1. Reg. 2. 46. Jer. 22. 19. 28. vid. Cluver. p. 419. *Cum Iuſtinianus II. Rhinometus è Sclavinis gentibus advocaſſet XXX. armatorum millia, quem populum περιούσιον appellabat, elatus robore copiarum Saracenicam pacem diſrupit, prætendens, monetam non pendi ſua ſignatam imagine.* Vide exemplum profanum Craſſi apud Flor. 3. 11. æternarum privativè. Pſ. 15. 5. poſitivè, Apocal. 21. 8.

GYMNASIUM CONSCIENTIÆ.

Q. I.

Quid, ſi decretum, Statutum, Lex, in quam dejerandum eſt, injuſta, ac impoſſibilis præſtitu, an ſe conſcientia juramento devincire poſſit?

Oportebat utique Legem, in quam juratur, juramenti materiæ formæque eſſe congruam, analogam, conceptam de re (natura ac more) poſſibili, in veritate, Juſtitia & judicio, ſi verò for-

ma legis vitio eſſentiali laboret: etiam non obligare poteſt conſcientiam. Cur enim tentat, quid quis capere non potuit, de cujus ſenſu non liquet? Si liquidò & clarè injuſta, ſi præſtari nequit per naturam rei, vel per gloriam Numinis, & charitatem proximi, in omni juramento conditio ſubintelligenda, ſi ſalva gloria Numinis: At ſi legis & ſenſus & jus liqueat, ſi res verè poſſibilis, obligata eſto. Confer in ſuperiori hujus Theol. conſc. part. 1. Sect. 2. art. 4. p. 56.

Q. 2.

An praxis ſit legis juratæ interpres ſatis fidus ac admittendus?

Eſt, ſed nec ubique, nec ſemper, in lege humana, non divina. Nulla enim verior atque certior eſſe poteſt Canonum interpretatio, quam quæ uſu rerum jugi obſervatione probata cognoſcitur. Articulus fidei Catholicæ innoteſcit per praxin univerſalis Eccleſiæ, ajunt Walenburchii, in Exam. 3. p. 113; *Secundum currentem praxin Eccleſiæ*, uti dicebat olim Cuſanus. Addit Corn. à Lap. *communem ſenſum fidelium*: ad 2. Cor. 12. 6. p. 406. In circumſtantiis legis, quas qui juramento ligat, omnes providere non potuit; Si praxis ſit analoga, homogenea, & congrua legi legisque intentioni; ac ſi ab hac abſurdè abludat, cavillo legis ſenſum detorqueat, res ſuas ſibi habeto.

Q. 3.

An juramentum fidelitatis Anglicum conſcientiam ſubditorum Papæorum obligarit?

Negant Papa, Bellarminus, Suarez. Affirmat & tuetur Jacobus Rex Angliæ in Apolog, pro hoc juramento, cujus cauſam indicat in fronte. p. 239. *Quam immane & inſolens & poſt homines natos inauditum nefas nuper hic in Anglia conflatum ſit, ad meam & conjugis, liberorumq; meorũ internecionem, cum omnium procerum & promiſcua optimorum Civium ſtrage, ita jam orbi terrarum innotuit, ut actum agere videri poſſet, qui amplius publicaret. Quanquam enim ſceleri tam horrendo nihil niſi Religionis illius Romanæ Zelum obtenderent, in cæteros tamen,*

qui

qui idem cum illis in fidei negotio ſentiebant; nihil durius ſtatutum eſt, ut ex clementiſſimo noſtro poſt detectam conjurationem edicto ſtatim apparuit. tantum in proximo ordinum conſeſſu leges quædam latæ fuerunt, de rationibus & viis, quibus ejuſmodi ſcelerum portenta deinceps caverentur. In his erat jus jurandum quoddam, à ſubditis meis exigendum, quo conceptis verbis teſtarentur ſinguli, manſuros ſe in fide & obſequio, quod mihi naſcendi jure debebatur: quod non tam eò fiebat, ut melioris notæ ſubditi diſtinguerentur à perduellibus, qui juſtum Regi negabant obſequium, ſed præcipuè, ut eos, qui Pontificiis quidem addicti opinionibus, fidelitatem tamen non ejuraverant, à talibus ſecernerem, qui ejusdem Zeli vertigine cum ſulphurariis proditoribus abrepti intra naturalis obſequii metas nolebant cohiberi, proditionesque omnes, & læſæ Majeſtatis crimina ſola Religionis diſparitate credebant excuſari. Quod prudens piumque conſilium DEUS Opt. Max. approbavit ſucceſſu. Nam multi è ſubditis meis, qui Pontificiæ ſtudebant fidei tam ſacerdotes quam Laici, volentibus animis jurarunt in verba: Unde factum eſt, ut ego de honeſta eorum mente melius cœperim ſperare, ipſi verò ſe à graviſſima vindicarint infamia, quod licet cum proditoribus ſulphurariis communia haberent ſacra, ab eorum tamen perfidia in Principem quam longiſſimè abhorrerent. Sed neque Sathanas ipſe ad turbandam hanc rerum ſerenitatem quicquam potuiſſet comminiſci nocentius, quàm quod poſt accidit à Romani Pontificis brevi huc tranſmiſſo & publicato, quo ille ſuis omnibus hoc juramentum interdixit. Non poteſtis (ita fulminat Paulus V.) abſq; graviſſima evidentiſſimaque Divini honoris injuria obligare vos juramento, quod ſimiliter maximo cum cordis noſtri dolore audivimus propoſitum vobis fuiſſe præſtandum. Ego autem B.A. verè & ſincerè agnoſco, profiteor, teſtificor, & declaro in conſcientia meá coram DEO, & mundo, quod ſupremus Dominus noſter Rex Iacobus eſt legitimus & verus Rex hujus Regni & omnium aliorum Majeſtatis ſuæ Dominiorum & terrarum: Et quod Papa nec per ſe ipſum, nec per ullam aliam auctoritatem Eccleſiæ vel ſedis Romanæ, vel per ulla media, cum quibuscunque aliis aliquam poteſtatem vel auctoritatem habeat Regem deponendi, vel aliquorum Maieſtatis ſuæ dominiorum vel Regnorum diſponendi, vel alicui Principi extraneo ipſum damnificare, aut terras ſuas invadere auctoritatem concedendi, vel ullos ſubditorum ſuorum ab eorum ſua Maieſtatis obedientia & ſubiectione exonerandi, aut ullis eorum licentiam dare arma contrà ipſum gerendi, tumultus ſeminandi, aut aliquam violentiam aut damnum Maieſtatis ſuæ perſonæ, Statui, vel Regimini, vel aliquibus ſuis

ſubditis infra ſua dominia offerendi. Item, iuro ex corde, quod non obſtante aliqua declaratione, vel ſententiâ excommunicationis, aut deprivationis facta vel conceſſa, aut fienda vel concedenda per Papam, vel ſucceſſores ſuos, vel per quamcunque auctoritatem derivatam, vel derivari prætenſam ab illo, ſeu à ſua ſede contrà dictum Regem, hæredes aut ſucceſſores ſuos, vel quacunque abſolutione dictorum ſubditorum à ſua obedientia; fidelitatem tamen & veram obedientiam ſuæ Maieſtati, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis præſtabo, ipſumque & ipſos totis meis viribus contrà omnes conſpirationes & attentata quæcunque, quæ contra Perſonam illius, vel illorum, eorumque Coronam & Dignitatem ratione vel colore alicuius ſententiæ vel declarationis, aut alias acta fuerint, defendam: omnemque operam impendam revelare, & manifeſtum facere ſuæ Majeſtati, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis omnes proditiones proditoriasque conſpirationes, quæ contrà illum aut aliquos illorum ad notitiam, vel auditum meum pervenerint. Prætereà juro, quod ex corde abhorreo, deteſtor & abjuro, tanquam impiam & hæreticam, hanc damnabilem doctrinam & propoſitionem, quod Principes per Papam excommunicati, vel deprivati, poſſint per ſuos ſubditos, vel aliquos alios quoſcunque deponi aut occidi. Et ulterius credo, & in conſcientia mea reſolvor, quod nec Papa, nec alius quicunque poteſtatem habet, me ab hoc juramento, aut aliqua ejus parte abſolvendi: quod juramentum agnoſco rectâ ac plena authoritate eſſe mihi legitimè miniſtratum, omnibusque indulgentiis ac diſpenſationibus in contrarium renuncio. Hæcque omnia plane ac ſincerè agnoſco, & juro juxtà expreſſa verba per me hic prolata, & juxtà planum ac communem ſenſum & intellectum eorundem verborum, abſque ulla æquivocatione, aut mentali evaſione, vel ſecreta reſervatione quacunque. Hancque recognitionem & agnitionem facio cordialiter, voluntariè & verè, in vera fide Chriſtiani Viri. Sic me DEVS adjuvet. Quæ cum ita ſint, vobis ex verbis ipſis perſpicuum eſſe debet, quod hujusmodi juramentum, ſalvâ fide Catholica, & ſalute animarum veſtrarum, præſtari non poteſt, cùm multa contineat, quæ fidei ac ſaluti aperte adverſantur. Propterea admonemus vos, ut ab hoc atque ſimilibus juramentis præſtandis omninò caveatis.

Contrà Jacobus Rex Angliæ pag. 346. *huic homini quadrat vetus illud Philoſophi: Multa dicit, ſed pauca probat, imò verò nihil omninò probat. Nam quod obſequii profeſſio ergà Principem fidei & ſaluti ſubditorum apertè adverſetur, eſt ſuprà noſtram Theologiam, & peregrinum eſt, & inſolens dogma, & eo homine penitus indignum, qui ſe univerſalem Epiſcopum & Oecume-*

Digitized by Google

cumenicum Chriſtianorum Paſtorem cenſet appellandum. Lego non ſemel in ſacro Codice, ſubditorum eſſe Principibus ſuis, ſeu bonis, ſeu malis, etiam conſcientiæ causâ obedire. Bellarmino, qui currenti perfidiæ calcar addiderat, os quoq; oppilavit Rex idem, nixus fundamentis firmiſſimis, adverſarius contrà perpetuæ principii petitionis ſtramineo tibicine, hoc ipſo explodendus. Criſin Piaſecii habuimus ſuprà part 2. Theol. Conſc. dial. 3. q. 14. p 968.

Q. 4.

An pax Imperii Romano-Germanici inter Papæos & Proteſtantes juramento potuerit firmari?

Expedita eſt quæſtio & vindicata ſuprà part. 1. Theol. conſc. dial. 3. p. 659. Defendi poteſt hæc pax eo titulo, quo Baronius Henricum V. defendit apud Molinæ. contrà Sylveſtr. p. 534.

Q. 5.

An Juramentum Cæſareum Advocatiæ ad Protectionem Papæ & Rom. Eccleſiæ directum, an & quousque hodiè obligat.

Vacationem hic nobis fecit D. Dorſcheus in Anticriſ. ſect. 4. q. 6. p. 80. & ſeq.

Q. 6.

An Papa à juramento abſolvere poſſit?

Non poteſt diſpenſando ac faciendo, ne perjurium pro peccato non habeatur, Lex ſolvi nequit, multò minus in pœnam ejus, qui in Eccleſiam peccavit. *Quid enim*, ait Arniſæus lib. 1. de jur. Majeſt. c, 6. p. 281. *Quod Cajetan. in ſumm.* Thom. 2. 2. q. 89. art. 9. *relaxatione Iuramenti dicit puniendum eſſe Principem? An igitur Magiſtratus, ut peccatum puniat, peccatum imperare debet? an adulter puniri debet, uxoris ſtupro, ut fur rerum ſuarum ſubtractione? an revocabimus jam diu abolitam Legem Romanam, quâ adulteræ ad publicos coitus ſe cogebantur proſtituere, appoſitâ campanâ, ut, quoties rem cum quopiam haberet, ſignum daretur.* Non poteſt declarando, hoc enim ad axioma Ma-

giſtratus Politici pertinet. Sic Tiberius Equiti Romano gratiam fecit, ut uxorem in ſtupro generi deprehenſam dimitteret, cui nunquam ſe remiſſurum nuncium jurarat. Tac. ann. Nam & illud ſemper intellexiſſe præſumitur, niſi juſta cauſa divortium facere coëgerit.

Q. 7.

Multi ſunt ſcrupuli, qui conſcientiam vexant, orti ex legis, in quam juratur, apparenti iniquitate, exſenſus interpretatione quam praxis tenet, ex colliſione legum anteriorum & poſteriorum.

Reſp. Si ſunt ſcrupuli, eiiciendi ſunt, ne ſis juſtus vel ſapiens nimis, Eccl. 7.17. Multa tegit petitio orationis Dominicæ, ſi praxis circumſtantias exponit, in legislatione non prævisas, ſequenda eſt, at ſi lapides offendunt, ſi interpretatio literam legis evertat, διάνοιαν corrumpat, ſi contradictio manifeſta appareat, altior interpretatio roganda eſt.

Q. 8.

Peccatnè, qui in vernacula verbis ſuis τὸ Boß *addit,* Boß hundert/ Boß tauſend?

Origo hujusmodi moris Gentilismum redolet, & κακοζήλωον, quam notavit D. Dietrich. conc. 10 in Sap. 14. p. 721. Euſtathius referirt/ daß Rhadamantus am erſten die ſchwür/ κατὰ χηνὸς, κατὰ κυνὸς, κριοῦ, per anſerem, per canem & arietem, bey der Gans/ beym Hund / vnd beym Bock erfunden / ne omnibus adhiberetur nomen DEI, damit der Nahme Gottes nicht beym allem gebrauchet/ vnd nicht mißbrauchet werde/ wie etwan noch heut zu tag einer / damit er den Nahmen Gottes nicht mißbrauche / ſeine beſondere art zureden im Schimpff hat/ daß er etwan ſagt / boß wollen/ boß Ziegenbart/ boß Reuter/ boß tauſend/ boß Velten / wiewol hernach mit der Zeit der Mißbrauch darauß erfolgt / das ſolche form zuſchwören zu rechten Eydſchwüren mit groſſem Greuel gebraucht. So ſchreibet auch Tertullianus, das Socrates beym Hund / Gans / Bock geſchworen/ nicht das ers für einen rechten Eydſchwur hielte/ ſondern

hiemit

Hiemit der Heyden zuſpotten/das man in deren Nahmen nicht ſchweren ſolle/ vnd ein ſolcher ſchwur eben ſo nichtig wäre / als wann ich bey einem Hund oder Gans ſchwüre. At verò ſi intentio jurandi deſit, ſi ſolùm ut interjectio admirantis uſurpetur, neſcio an laqueo conſcientiæ ſit capienda?

Q. 9.

Quid, ſi juramentum ſacrum non implevero ex aſſe? ſi defecerim in obliquum? num diræ perjuro denunciatæ in me detonabunt?

Detonabunt, ſi ex προαιρέσεως contrà nixus es, non item, ſi ex infirmitate, errore, caſu, præceps in obliquum iviſti, tamen iuramenti valet regula, à D. Glaſſio exemplis illuſtrata lib. 3. Philol. tract. 3. can. 6. & ſeq. verba activa quandoque exponenda ſunt per debeo, volo, conor. Sic enim Salomon, Ego jus, ſc. Summi Patris mei, Vicini Hirami, mei ipſius, cùm me quovis titulo, ſalva majeſtate devinxi, obſervo, & præcepta juramenti DEI. Eccl. 8. 2. ſc. obſervare debeo, volo, conor. Quantum enim in facto à jure Regio in Deut. 17. 19. deſciverit, S. hiſtoria conſignavit. Ut Salomon terrori nobis eſſe debet: Ita David (uno quaſi oris halitu dicax, dictum & cantavit, & recantavit. Unde tanquam ſtatim condonatum in numerum peccati Davidici non venit. 1. Reg. 15. 5.) ſolatio.

Q. 10.

Adjurare aliquem & quem liceat?

Si Adjurare idem eſt, quod obteſtari per nomen divinum, licet & DEUM & hominem; Si idem quod imperare, nec DEUM, nec hominem, non ſubditum. Summa eſt ejus, quod prolixius deducit Tanner. Tom 3. diſp. 5. q. 5. dub. 1. p. 1470. *Adjurare DEUM ſolum licet, per modum deprecantis, in quantum DEUM per aliqua ſacra, puta per Chriſti paſſionem & mortem &c. obſecramus & obteſtamur, ut ex gratia & miſericordia ejus impetremus, quod petimus; idque non per immutationem voluntatis divinæ, quæ prorſus immutabilis eſt, ſed per ſimplicem appliationem æternæ voluntatis ejusdem, ad largiendum, quod cupimus, ut docet S. Thomas eodem a. 1. in corp. & ad 3. Adjurando verò hominem, ejus voluntа-*

luntatem per reverentiam rei ſacræ, ſeu divini nominis interpoſitionem immutare intendimus, idq́; ergá ſuperiores quidem deprecando; adverſus inferiores, ſubditos autem etiam imperando; utpote quos poſſumus ex debito præſtiti juramenti, ſeu fidelitatis debitæ, compellere ad aliquid faciendum. Qua ratione Abraham adjuravit ſervum ſuum per Dominum Cœli & terræ, ut profectus in Meſopotamiam Iſaac filio ſuo acciperet & duceret uxorem de terra & cognatione ſua. Geneſ. 24. v. 3. Quod ſi quis per invocationem divini nominis, vel cujuscunq; rei ſacræ, alicui non ſibi ſubdito adjurando neceſſitatem agendi aliquid imponere intendat, talis adjuratio illicita eſt, quia adjurans uſurpat poteſtatem in alium, quam non habet. Quâ ratione etiam peccavit Caiphas, dum præſumſit adjurare Dominum IESVM, intendendo etiam imponere neceſſitatem faciendi, quod ille optabat.

§. II. Cum Coronis laudum divinarum Muſica ſit, nomini divino feſtivè & panegyricè celebrando dedicata, in hac quoque per problemata informanda eſt conſcientia, ne vocem altius juſto extollat deprimatve. Igitur poſt ea, quæ docuit Lactis Catechetici pars I. Concio XI. p. 519. & part. 8. Concio XXV. p. 540 Quæritur:

Q. I.

An Muſica organica in æde S. Chriſtianâ reſonare debeat?

Negat Spiritus Calvini detectus in Hodomor. Spir. Calv. Phant 6. p. 1238. confutatus ib. p. 1243.. Objectiones adverſæ ſolutæ ſunt ib. p. 1253. Calvini hæc ſunt Comm. in Pſ. 33. p. 149. *Nam & hodie ſi Muſicis inſtrumentis ſe exhilarent fideles, fateor hoc illis debere eſſe propoſitum, ne à DEI laudibus ſuam lætitiam ſeparent; Sed dum ſacros ſuos conventus peragunt, nihilo magis ad canendas DEI laudes congruere arbitror muſica inſtrumenta, quam ſi quis ſuffitus, lucernas, & ſimiles legis umbras in uſum revocet. Stultè itaq; hoc, ut alia multa, à Iudæis mutuati ſunt Papiſtæ. Homines externis pompis deditos oblectat ille ſtrepitus: Sed DEO magis placet, quam nobis per Apoſtolum ſuum commendat, ſimplicitas.* Rainold. in Cenſur. ll. Apocryph. prælect. 187. eludit conſequentiam, David uſus eſt inſtrumentis Muſicis. Ergò & nobis licet: Trahit ad ſuas partes Thom. Aquin. & Caietanum ib. At quod David

Digitized by Google

David egit, id ex præſcripto Domini egit. 2.Chron.29.25. quo au-ctore nemo nec hodie peccare poteſt. Peccavit quidem gens Epicurea, exemplo Davidis abuſa, Amos, 6. 4. Quid id verò ad nos? qui non laſcivia, ſed religione ducti, eodem fine, quo David fiſtulas excitamus. Utinam ſchola Calvini tàm acriter ab Eccleſia eliminaret umbras Sacramentales è veteri Liturgia analogizatas, quàm ejicit umbras Muſicæ Judaicæ.

Q. 2.

An fas exotica Inſtrumenta Gallica in Germanorum Odea introducere?

Fas exemplo Davidis, qui è Gath Philiſtæa inſtrumentum Hagittith in Hebræum Odeum deduxit, profanitate ac abuſu Idololatrico abſterſo & expurgato. Audi Tarnov. in Pſalmos. Pſal.8. p.176. *Alij arbitrantur eſſe nomen Inſtrumenti, in urbe Palæſtinæ nobili Gath, (cujus mentio fit Ioſ.12.22.& 13.3. 1.Sam.17.4. & 21.12. Mich.1.16.) inventi, indeq; abducti, quo decantarentur hic & reliqui Pſalmi duo, hoc titulo notati. Vnde Chaldæus Paraphraſtes reddit, ad Cytharam advectam ex Gath, quæ ſententia videtur omnium maximè probabilis, cùm propter ſimilem Ellipſin nominis ſubſtantivi in titulis uſitatam, qualem præcedente Pſalmo vidimus, tùm propter ſimilem conſtructionem, quando enim poſt vocem* למנצח *in titulo Pſalmi præpoſitio* על *cum nomine gentili conſtruitur, ſequente nomine* מזמור *aut æquipollente, inſtrumentum notari muſicum per inductionem non improbabiliter concludimus.*

Q. 3.

An Chromaticum canendi genus Eccleſiam deceat?

In Vitruvio l. 5. Architect. c.4. tria genera modulationum recenſentur. Primum, quod Græci appellant ἁρμονίαν; ſecundum quod χρῶμα Græcè nuncupatur; tertium, quod διάτονον. Harmoniam autem ait habere maximè gravem & egregiam authoritatem. Cæterùm de ſecundo genere muſices, quod χρῶμα Græcè nuncupatur, quaſi dicas color, χρῶμα, inquit, *ſubtili ſolertia ac crebritate modulorum ſuaviorem habet delectationem.* Secundum illud

genus muſicæ erat infame, propter mollitiem, ut notat Macrobius in ſomnium Scipionis, l.2.c.4. Talis videtur fuiſſe illa delicatior, quam Amos caſtigat, c.6.4. הפרטים particularizantium, ut vertit Ariæ-Mont. vel minurientium, qui vocem variis inciſionibus, minutionibus, tonis, inflexionibus & modulationibus incidunt, & variant, inſtar philomelæ minurientes. Tametſi Propheta non tàm modulationis formam, quam finem arguit. Ita enim Hieron. *Quod David fecit in cultum DEI, Levitarum ordines, & organorum reperiens varietates, vos ad voluptatem & luxuriem convertis.* nec ſubtilis ſolertia aut modulorum crebritas, ſicut nec ſubtilior pictura per ſe vitioſa. Præſtat tamen pruriginem levitatis ac novitatis in loco cœtuq; ſancto declinare.

Q. 4.

Quid ſentiendum de Calviniſmi pupilla, vulgo dem Lobwaſſer?

Pſalterium id eſt, Originem Famian. Strada. de bell.Belg. dec. 1. lib.3. pag. 109. hoc ſtylo depinxit. *Degebat in aula Franciſci I. Gallorum Regis inter cubicularios Clemens Marotus, Doveana Cadurcorum oriundus, homo à natura facetus & dicax, miraq; venæ facilitate ad Gallicam Poeſin natus: eoq; Regi charus, habitusq; inter inſtrumenta eruditæ voluptatis. Sed ut erat ingenio quàm moribus aliquanto melior, ex Lutheranorum familiaritate locum ſuſpicioni dedit mutatæ religionis, veritusq; propterea Principis indignationem, Benearnum ad Margaritam Regis ſororem, vetus reorum aſylum, fugit. Nec multò poſt, placato Rege, Lutetiam reverſus à Franciſco Vatablo Hebraicæ linguæ Magiſtro amicè admonitus, ut relictis aliquando nugatoriis argumentis, poeſin ad ſacra transferret, Pſalterium Hebræi Vatis Gallicis metris illigare cœpit. Sed imperitè adeò, atq; perversè, (quippe diſciplinarum homo omnium apprimè rudis) ut Rex quamvis ejus verſiculos identidem cantitaret, ob juſtas deniq; Sorbonicorum querelas, graviſſimamq; cenſuram edixerit, ne quid in eo genere à Maroto publicaretur in poſterum. Verùm eo edicto, uti ſæpè contingit, & cupido lectoribus, & celebritas operi accrevit, noviſq; proinde modulationibus decantari atq; ad profana transferri Maroti carmina cœpere. Ipſe interim aucta ex plauſu confidentia, dum linguæ moderari nequit, metu pœnæ Genevam ſe proripit; unde ob nova flagitia profugiens, ſed antea flagris cæſus,*

Auguſta

Auguſtæ Taurinorum extinctus eſt. Succeſſus in Davidica poeſi movit Theodorum Bezam, Maroti familiarem, qui eidem Gallico carmine parentavit; ut quinquaginta, quos Marotus ediderat, centum reliquos adjungeret, adjunxitq; Gallicis ipſe quoq; metris, totumq; volumen Davidis abſolvit. Vtq; gratius populo foret, opera præſtantium Muſicorum, ſuos cuiq; hymno modos fecit, tanto numerorum lenocinio, ut novum Pſalterium ab omnibus certatim expeteretur. Verùm detectis in eo multis adverſus religionem erroribus, vetitoq; opere, ob eas etiam cauſas, quod & ab impuris hominibus ſacroſancta Vatis carmina vulgo publicata eſſent, & à Genevatibus dolo malo, ad Calvini Catechiſmum adjuncta diſtraherentur: deſerta à Catholicis ea hymnorum translatio atq; damnata, manſit obfirmato ſtudio apud hæreticos, mosq; canendi Pſalmos lingua Gallica ad modos Genevatum in cœtibus, in triviis, in officinis, propria exinde nota hæreticorum fuit. Diximus noſtram ſententiam in Hodom.Spir.Calv.Phant.6.p.1176.

Q. 5.
An Cantilenæ noſtrates limam exigant, & quam?

Exigunt illæ, quæ Luthero authore gaudent, correctoris typographici potius, quàm Poetæ vernaculi, rythmos enim ad leges Opitianas componere, id fuerit Saulis arma Davidi induere. Valet hic quoque monitum Auguſtini in l. de catechizandis rudibus c.9.p.330 *malle debeant veriores quam diſertiores audire ſermones, ſicut malle debent prudentiores, quàm formoſiores habere amicos. Noverint etiam non eſſe vocem ad aures DEI, niſi animi affectum. Ita enim non irridebunt, ſi aliquos antiſtites & miniſtros Eccleſiæ fortè animadverterint, vel cum barbariſmis & ſolœciſmis DEUM invocare: vel eadem verba quæ pronunciant, non intelligere, perturbateq; diſtinguere. Non quia iſta minimè corrigenda ſunt, ut populus ad id, quod planè intelligit, dicat amen: ſed tamen piè tolcranda ſunt ab eis, qui didicerunt, ut ſono in foro, ſic voto in Eccleſia benedici. Itaq; forenſis illa nonnunquam fortè bona dictio, nunquam tamen benedictio dici poteſt.* Reliquæ Pſalmodiæ Lutheri adjectæ, ab aliis ἀδιαπόνοις, àque Lutheri ſpiritu longo intervallo relictis, ut in agro inter triticum flores admitti poſſunt; at annata Zizania everriculum poſcunt. Quis tamen æquo ferat animo, illa quæ quotidiè cantillantur, menda enormiora, quæ S.Mumſius

 intu-

in tutelam recepit, ægrè dimiſſurus. Flagrantiſſimè deſiderat Eccleſia ejusmodi Pſalmodium, in quo dogmata ac myſteria fidei ſpeciali ac intimo ſenſu referta, perque prophetiam interpretatricem (de quâ vid. Schulrecht/ reg. 4. p. 44. & ſeq.) evoluta, eliquata, ſucciplena edita, pſalmi itidem Davidici, prophetici præſertim, in ſuo vero ac genuino, intimiori & profundiore ſenſu edita, decantari poſſent. Quantum id operæ pretium foret? ſed mundo non vacat,

Sint Mecænates, non deerunt Flacco-Marones.

nunquam hoc Opitii, nunquam Carpophori efficient, niſi altiori lumine ac Numine irradiati, alteri Aſſaphi, Coræi, Hemanes.

Luth. Tom 7. Witt. p. 397 f. 2. Auch wolt ich/ daß wir viel Teutſcher Geſäng hätten/ die das Volck unter der Meſſe ſing/ wir haben aber noch nicht teutſche Poeten oder Tichter/ oder ſie ſind uns noch nicht bekant worden/ die uns andächtige und geiſtliche Geſäng/ als Paulus nennet/ möchten ſetzen und anrichten/ die da würdig wären/ daß man ſie in der Kirchen in gemeinem Brauch haben ſolte.

Q. 6.

Latinæ an vernaculæ cantiones in Eccleſia reſonare debeant?

Hæ utique, ex iis argumentis, quibus reliqua ſacra & officia divina vernacula lingua celebrari par eſt, ne Cantor Eccleſiæ ſit barbarus. 1. Cor. 14.

Q. 7.

An miſcenda vocalis Muſica inſtrumentali?

Mixtio hujusmodi & inamœna & inutilis, vox humana aſſa ſine dubio ſuavior eſt qualibet ſeu fiſtula, ſeu chorda inanima: at hanc fiſtula obtundit, chorda deprimit, ut vix audiri poſſit. Inutilis eſt & frugisperda, quia ſenſum Cantilenæ occultat, ne ſcire poſſit Eccleſia, quid cantetur, nec poſſit amen accinere. Deliquium eſt jam ab Apoſtolo in Eccleſia Corinthiaca notatum 1. Cor. 14. Quantò rectiùs & ſuavius vices mutarentur, ac is ordo obſervaretur, quem digito indice monſtrat David. Pſ. 68. 26. Die Sänger gehen vorher / darnach die Spielleute unter den Mägden die da paucken.

Sed nec ſilentio involvenda poſt abſolutam doxologiam, Doxo-

Doxopraxia in nomine divino, religioſo & cultu & vita proſequendo (nam ſic quoque Deus laudari poteſt, debetque. Eſa.60.6. Nehem.5.13. Ab opere enim magis laudatur DEUS, quam ab ore; cùm dignus exiſtimatur cui omnes obſequantur & ſubſint, ac ut Filius nequam patrem fœtere facit, ut Abſolon Davidem: ita filius frugi patrem in fama benè olere facit) occupata, in part.1. Lact. Catech. conc.12.p.528. tractata, nunc quæſtionibus inſuper ventilanda.

Q. I.

Quo honore loca ſancta proſequenda?

Virgineo, neque meretricio, neque nullo. Audi Chryſoſtomum homilia 36. in Epiſtol. 1. ad Corinth. *Quondam, inquit, etiam domus Eccleſia erant, nunc verò Eccleſia domus, imò domo qualibet profana magis: nam in domo quidem ordo ſervari ſolet: hera thronum occupat, omni cum venuſtate, famulæ tacitè ſedentes texunt; familiarium quisq; quod imperatum eſt, in manibus habet. Hic verò magnus tumultus.&c.* Deinde. *Alibi ne amicum quidem, in quem poſt longum tempus incidiſti compellare licet (in templo) ſed foris iſta fiunt & rectè quidem, neq; enim tonſtrina, aut unguentaria taberna Eccleſia eſt, aut officina forenſis, ſed locus angelorum, Regia DEI, cœlum ipſum. Quemadmodum igitur ſi cœlum quiſpam in anguſtum redactum illuc inducat, etiamſi Patrem, etiamſi fratrem videas, tamen præ ſtupore non alloquare, ſic neque hic quicquam, quam ſancta ſonare decet.* Et multò gravius homil.40. ad populum ubi cùm in ſimilem licentiam & intemperantiam ſeverè eſſet invectus, ſubjecit. *Quod fulmen non torquetur, non tantum in iſtos, verùm & in nos, nonne mirandum? Sunt enim iſta fulmina digna. Adeſt Rex, exercitum recenſet, tu ſub illius oculis ſtas ridens, & riſum deſpicis.* De locorum ſacrorum honeſtate tuenda, ne aræ fiant haræ, vid. Luth. Tom.12. Witt. pag.207. fol.2. D. Dietrich. Conc.3. in Sap.9. p.973. De Encæniis, templorumque dedicatione, dotatione, ſanctificatione actum eſt, in part.4. Lact. Catech. p.113.&ſeq.

Q. 2.

An templa à ſanctis nominanda, ac nominata olim, eodem nomine appellanda?

Prius negatur, præſertim ſi non conſtet, verè ſanctos fuiſ-

 ſe,

ſe, quorum nomina præ ſe ferunt, ut Wilhelmus, Aurelia; nihil enim hæſitante conſcientia agendum. Poſterius excuſat Exegeſis hujusmodi: hoc eſt templum, quod ſuperſtitio olim Wilhelmo dedicavit.

Q. 3.

An in æde S. pileus deponendus?

Audi D. Dietrich. Con. 3. in Sap. 9. p. 973. Wann man durch die Kirchen gehet / den Hut abzeucht / ein Stoßgebettlein / vnd glaubiges Pater noſter darzu ſpricht / das iſt an vnd vor ſich ſelbſt nicht vnrecht / ſondern Chriſtlich vnd recht / dann die Kirche iſt der heilig Ort vnſers Gottesdienſts. Darumb man GOtt zu ehren an den Ort / nicht wie ein Pfeiffer oder anderer grober Rültz / vnd Filtz ins Wirthshauß gehen ſoll / ſondern ſich ehrerbietig halten / vnd wann man durchgehet / den Hut abziehen / ein feines hertzliches Seufftzerlein vnd Stoßgebettlein oder glaubiges Pater noſter vnd Vatter vnſer zu GOtt thun / ihme vor ſeines Worts vnd Sacramenten Wolthat / die vns in der Kirchen erwieſen / dancken / wie ich dann / wann ich durch diß vnſer Münſter gehe / alſo (ohn Ruhm zu melden) zu ſeufftzen pflege. Hab danck / O gütiger GOtt vnd Vatter / daß du vns diß Hauß zu vnſerm Gottesdienſt beſcheret / verleihe / lieber HErr / daß wir vnd vnſer Nachkommen dir darinn für vnd für dienen / vnd bey deinem heiligen Wort vnd reinem Brauch der hochwürdigen Sacramenten biß zu End der Welt erhalten werden / durch Jeſum Chriſtum deinen lieben Sohn / vnſern HErrn. Amen. Vatter vnſer. rc. Daß man aber darumb den Hut abziehen ſolle / weil GOtt in dem Kirchengebäu / weil es ein geweyheter Ort / mehr als anderer Orten zugegen / das iſt aberglaubig / dann dergeſtalt wohnet GOtt nicht im Tempel mit Menſchenhänden gemacht. Geſchicht. 7. 48. Wann man auch deßwegen den Hut vor ihm abziehen ſolte / müßte man aller Orten den Hut abziehen / weil er aller Orten zugegen. Sondern mehr iſt er darinn / als anderer Orten zugegen / durch ſein Wort / Sacramenten vnd Gottesdienſt / wann die darinn offentlich geübt vnd getrieben werden. Vor dem Altar aber vmb deß Crucifix / Meß vnd Heiligthumbs willen ſich beugen / iſt aberglaubig. Dann wir deſſen kein Befelch / auch kein Exempel / noch Verheiſſung in H. Schrifft haben / vnd alſo vmb deſſen willen billich vnterlaſſen.

Q. 4.

Digitized by Google

Q. 4.

An ſpolia militaria, aliave anathemata precioſa templis inferenda?

Allophylorum aliquis hæc notat. *Perpetuus hic mos omnium gentium fuit, uno conſenſu duce natura receptus, ut præcipua ſpolia inimicorum, arma præſertim, devictis ipſis detracta, templis inferrent, & Numini conſecrarent. Unde id? Ut ea ratione teſtarentur, DEUM eſſe, qui bella conterit, & militares expeditiones læto fine concludit. Sic ex hoc more Princeps Poeta canit;*

Multaq; præterea ſacris in poſtibus arma
Captivi pendent currus, curvæq; ſecures
Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra
Spiculaq; clypeiq; ereptaq; roſtra carinis

Hæc autem templis illata ita diſponebantur; Ut non ſolum in teſtimonium eſſent relatæ victoriæ; ſed in ornatum ædium ſacrarum. Livius in debellatione Volſcorum, Tanta, inquit, ſpoliorum multitudo fuit, ut non templum tantum Quirini, forumq; his ornaretur; ſed ſociis etiam Coloniisq; finitimis ad templorum ornatum dividerentur. Nec id ſolum apud exteras gentes invaluit; ſed etiam apud Hebræos ipſos obtinuit. Ab hoc enim gladius Goliæ tabernaculo illatus eſt; Holofernis conopæum in templo locatum; & ab eodem nunc Palæſtini Saulis & Filiorum arma ſuorum Numinum delubris inferunt. Hæc ille! Præſtat verò hujusmodi manubias in viva DEI templa & Doxaſteria divina, ſcholas conferre, exemplo Conſtantini & Caroli Magnorum, verè magnificorum Principum.

— — In templis quid facit aurum?

ac ne quis coronas aureas, capiti Joſuæ impoſitas templi Solymitani ſecundi ornamenta, Zach. 6. 11. huc trahat, prævenit Lutherus in Comm. ad Zach. Tom. 5. Witt. p. 403. Es iſt gnug/ daß nach dem Text dieſe zwo Kronen ſollen im Tempel auffgehangen werden/ zum Zeichen der künfftigen Verheiſſunge/ vnd zum Gedächtnuß dieſer vier Männer/ daß man bey den Nachkommen ſagen ſolte/ Sihe/ dieſe zwo Kronen haben dieſe vier Männer laſſen machen/ zur Zeit deß Propheten Sacharia. Zum Zeichen vnd Beſtettigung der Weiſſagung vom künfftigen Reich Chriſti/ welches anfahen ſolte/ weil dieſer newe Tem-

pel

pel noch ſtünde/ vnd die Kronen drinnen weren/ dieſem Exempel nach ſind viel andere köſtliche Kleinode mehr in den Tempel zu Jeruſalem geſchencket vnd gehencket/ wie die Apoſtel zeugen/ Matth. 24. Da ſie dem HErrn Jeſu zeigeten das Gebäu vnd Kleinod deß Tempels/ wie wir dann ſehen in den Tempeln/ ſo vnter dem Papſt ſind geſtifftet/ aber da iſt kein Gottes Befehl/ ſo ſind ſie auch zu keinem Zeichen da/ ſondern alleine zur Pracht vnd Hoffart/ weder zur Liebe noch zum Glauben nützlich/ aber dieſe zwo Kronen dieneten zum ſtercken den Glauben deß Jüdiſchen Volcks auff den künfftigen Chriſtum vnd ſein Reich.

DISPUTATIO DECALOGICA OCTAVA.

DE

PRÆCEPTO TERTIO.

זכור את־יום השבת לקדשו: ששת ימים תעבד ועשית כל־מלאכתך:
ויום השביעי שבת ליהוה אלהיך לא תעשה כל־מלאכה אתה ובנך:
ובתך עבדך ואמתך ובהמתך וגרך אשר בשעריך: כי ששת־ימים עשה
יהוה את־השמים ואת־הארץ את הים ואת כל־אשר־בם וינח ביום
השביעי על־כן ברך יהוה את יום השבת ויקדשהו.

LXX Interpp.

Μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων; ἁγιάζειν αὐτήν. ἓξ ἡμέρας ἐργᾷ καὶ ποιήσεις πάντα τὰ ἔργα σου. Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ σάββατα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου. οὐ ποιήσεις ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον, σὺ καὶ υἱός σου, καὶ ἡ θυγάτηρ σου, ὁ παῖς σου, καὶ ἡ παιδίσκη σου, ὁ βοῦς σου, καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου, καὶ πᾶν κτῆνός σου, καὶ ὁ προσήλυτος, ὁ παροικῶν ἐν σοί. Ἐν γὰρ ἓξ ἡμέραις ἐποίησε Κύριος τόν τε οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ κατέπαυσε τῇ ἑβδόμῃ, διὰ τοῦτο εὐλόγησε Κύριος τὴν ἡμέραν, τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν.

Latina Vulgata.

Memento, ut diem Sabbathi ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autemdie Sabbathum Domini DEI tui eſt: non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus, & filia tua, ſervus tuus, & ancilla tua, jumentum tuum, & advena, qui eſt intrà portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram & mare, & omnia, quæ in eis ſunt. & requievit in die ſeptimo, idcircò benedixit Dominus diei Sabbathi, & ſanctificavit eam.

Digitized by Google

Tremellius & Junius.

Recordare diei Sabbathi, ut ſanctifices illum. Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum. Dies verò ſeptimus Sabbathum eſt Jehovæ DEO tuo: Ne facito ullum opus tuum, aut filius tuus, aut filia tua, ſervus tuus, aut ancilla tua, aut jumentum tuum, aut peregrinus tuus, qui eſt intrà portas tuas. Nam ſex diebus perfecit Jehova cœlum ipſum & terram, mare, & quicquid eſt in eis; quievit verò die illo ſeptimo: Idcircò benedixit Jehova diei Sabbathi, & ſanctificavit illum.

Antiqua Germanica.

Gedenck daß du heiligeſt den Tag deß Sabbaths. Sechs Tag werck / vnd thu alle deine Werck / wann an dem ſiebenden Tag iſt dye Feyer deines HErrn Gotz. Nit thu alles Werck in im / du vnd dein Sün / vnd deyn Töchter / deyn Knecht / vnd deyn Diern / deyn Vih / vnd der Fremd / vnd der iſt ynwendig deyner Thor. In ſechs Tagen machet der HErr den Hymel vnd die Erd / vnd das Meer vnd alle Ding / da do ſynd in yn / vnd ruet an dem ſibenden Tag. Darumb geſeget der HErr den Tag der feyer / vnd geheyliget in.

Deitenberg.

Gedenck deß Sabbathtags / daß du ihn heilgeſt / ſechs Tag ſoltu arbeitten / vnd alle deine Werck thunn. Aber am ſibenden Tag iſt der Sabbath deß HErrEN deines Gottes. In dem ſolt du kein Geſcheft thun / noch du / noch dein Söne / noch dein Döchter / noch dein Knecht / noch dein Magd / noch dein Vieh / noch dein Frembdlinger / der in deiner Stadtthor iſt. Dann ſechs Tag hat GOtt Himmel vnd Erden gemacht / vnd das Meer / vnd alles was drinnen iſt / vnd rüwet am ſibenden Tag. Darumb ſegnet der HErr den Sabbathtag vnd heiliget ihn.

Moguntina:

Gedencke / daß du den Sabbattag heiligeſt. Sechs Tag ſolſtu arbeiten / vnd alle deine Werck thun. Aber am ſiebenden Tag iſt der Sabbath deß HErrn deines Gottes: An demſelben ſolſtu kein Werck thun / noch du / noch dein Sohn / noch deine Tochter / noch dein Knecht / noch deine Magd / noch dein Vieh / noch der Einkömling / der in deiner Statt

Statt Thoren iſt. Dann in ſechs Tagen hat der HErr Himmel vnd Erden gemacht/ vnd das Meer/ vnd alles was darinnen iſt / vnd hat am ſibenden Tag geruhet/ darumb hat der HErr den Sabbathtag ge- ſegnet/vnd ihn geheiliget.

B. Lutherus.

Gedencke deß Sabbathtags / daß du ihn heiligeſt. Sechs Tag ſol- tu arbeiten / vnd alle deine Ding beſchicken. Aber am ſiebenden Tag iſt der Sabbath deß HErrn deines Gottes/da ſoltu kein Werck thun/ noch dein Sohn / noch dein Tochter / noch dein Knecht/ noch dein Magd/ noch dein Vieh / noch dein Frembdlinger/ der in deinen Tho- ren iſt. Dann in ſechs tagen hat der HErr Himmel vnd Erden ge- macht/ vnd das Meer/vnd alles was darinnen iſt/vnd ruhete am ſieben- den Tag/ darumb ſegnet der HErr den Sabbathtag/ vnd heiliget ihn.

Verſio Piſcatoris Herborn.

Gedencke deß Sabbathtags/ daß du ihn häiligeſt/ ſechs Tag ſol- tu arbäiten / vnd alle deine Werck thun. Aber am ſibenden Tag iſt der Sabbath deß HErrEn deines Gottes/ da ſoltu käin Werck thun/ weder du/ noch dein Sohn/ noch dein Tochter/ noch dein Knecht/noch dein Magd/noch dein Vieh/noch dein Frembdling/der in deinen Tho- ren iſt/dann in ſechs Tagen hat der HErr den Himmel vnd die Erde gemacht vnd das Meer/vnd alles was drinnen iſt/vnd ruhete am ſiben- den Tag : darumb ſegnete der HErr den Sabbathtag vnd häiliget ihn.

Ἐργασία.

§. 1.

LEX hæc conſtat 1. *præceptis.* 2. *prohibito.* 3. *ratione legis.* Præceptum prius conſtat 1. exordio ad attentionem comparato, voculâ *memento.* 2. Objecto præcepto. 3. Actu præcepto.

Vocula attentionis eſt ἐναλλαγικὴ, infinitivo pro imperativo poſito זכור pro זכור ut Deut. 5. 12. שמור cuſtodire pro שמר cu- ſtodi, obſerva : Sic in N. T. eadem enallage locum habet, ego au- tem dico vobis, *μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ* Confer *Dn D Glaß.* l. 3. Pilol. ſacr. tract. 3. can. 41. p. m. 343. Eſt eadem vocula *elliptica*, q. d. recor-

dando recordare, id eſt, omninò ac ſollicitè recordare: ut מות תמות moriendo morieris, id eſt, omninò, certiſſimè, Geneſ. 2. v. 17. quam etiam ob cauſam mandatum hoc ter repetitur. Exod. 31. v. 13. Eſt autem vox hoc 1. ἀντιθετικὴ, *oppoſita* oblivioni illi Iſraelitarum, quæ ſanctificationem Sabbathi olim à Patriarchis ſanctè habitam deleverat, ſeu laborum Ægyptiacorum improbatate, ſeu hominum incuriâ, ac temporum injuriâ. 2. ἐμφατικὴ, notat enim, non de re levi hoc in præcepto agi, ſed quam inſuper haberi DEUS, aut quovis prætextu humanitus quæſito, intermitti planè nolit. 3. παραινετικὴ, ad meditationes ſacras hoc in die inſtituendas: *pravidit namq;* (verba ſunt D. *Chemnit.* loc. de lege p. 56.) *futuram hypocriſin in externa obſervatione Sabbathi, ideò verbo recordandi uſus ſtatim in principio, ut oſtenderet veram Sanficationem Sabbathi principaliter non conſiſtere in otio, veſtitu, & externis ceremoniis: ſed in recordatione, id eſt, in actione mentis, voluntatis & cordis, ut ſcil. animus diſtractus curis, & occupatus actionibus hujus vitæ, colligatur ad recordationem, & meditationem ſanctificationis, &c.* quæ meditationes conſiſtunt in agnitione & conſideratione, eáq; practicâ (juxta regulam, verba notitiæ apud Hebræos affectum connotant) beneficiorum divinorum præteritorum, creationis ἑξαημέρου, & bonitatis creaturarum, liberationis ex Ægypto, Deut. 5. verſ. 15. præſentis gratioſi Sabbathi ſpiritualis, Sabbati æterni. 4. παρασκευαστικὴ, præparativa cordis ante Sabbathum, cujus externum indicium fuit in N. T. jejunium (aliàs, excepto uno anniverſario, Lev. 16. 3. liberum. Num. 30. 14. auctum poſtea, Zach. 7. 5. Denique in ſuperſtitionem degenerans, Luc. 18. 2.) ante ſabbathicum, eò quod in jejunio ſit aliqua ſanctificatio Exod. 19. 15. confer 1. Cor. 7. 5. vide Lact. Catech. part. 1. p. 543.

Ob quod inter gentes malè audiebant Iudæi, per contumeliam fœtidi Sabbathani appellati. Hin *jejunia Sabbathariorum* apud Martial. l. 4. c. 4. jejunus enim ſtomachus fœtidum exhalat odorem, vide Laurent. Ramirez ad h. l. p. m. 297. Menoch. l. 3. de Repub. hebr. c. 1. p. 250. alias cauſas afferunt Rabbini, quas inter planè ridicula eſt, illa, quam è R. Elhazar Menaſſeh Ben-Iſrael conciliator attulit, q. 36. verba ſunt, R. Elhazor, quem ſecutus eſt R. Selomoh. inquit ibidem, Sabbathi quiſque recordari jubetur, ut illud obſervet, h. e. ſi medio hebdomadis exquiſitiorem cibum paraverit, ut eum ſervet ad honorandum Sabbathum, & quæ ſequuntur ibidem. confer Buxdorf. ſynag. Iudaic. cùm de præparatione cap. 10. p. m. 242. & ſeqq. tùm de ipſâ

ipſâ Sabbathi celebratione c. 11. p. 272. ubi inter alia p.259. commemorat rythmos è ſepher haijrah, quorum aliquos tantum repetimus.

Gegen dem Sabbath ſolſt ſein bereit/
Vnd ſolſt laſſen alle deine Arbeit.
Keine Kleider trag vnd ſchön Gewandt/
Dann der Sabbath iſt ein Braut genandt/
Et mox: Hungerig gegen dem Sabbath ſolſt ſein/
Hab Fleiſch vnd Fiſch vnd guten Wein/
Dein Beth ſolſtu recht thun ſchlichten/
Den Tiſch auch fein ordentlich richten/
Dein Haupt ſoltu ſauber zwagen/
Vnd keinerley bey dir tragen.
Dein Meſſer ſolſtu recht thun ſchleiffen
Vnd die Speiß recht angreiffen.
Schneid ab dein Nägel wirff ſie ins Fewr. *Et*
Kauff das beſt als du kanſt finden/
Frew dich mit dem Weib vnd Kinden.
Mit grichtem Tiſch drey Mahlzeit mach/
Red nicht dann nur ein luſtig Sach. *Et c.*

§. 2. Objectum præcepti perſonale, ſeu is, cui hoc præceptum datum, eſt omnis homo, nullâ habita ſexus aut dignitatis differentiâ, ad jumenta uſque, quibus ferias quoq; largitus eſt benigniſſimus legiſlator, ut 1. Immite Iſraelitarum ingenium aſſuefieret miſericordiæ. confer Prov. 12. 10. 2. Ut ipſi Iſraelitæ quieſcere poſſent & vellent exemplo jumentorum, quo fine beſtias quoque jejunare voluit Rex Ninivitanus. Jon. 3. v. 8. confer D. Gerh. Tom. de Leg. n. 134. Ad Sabbathi leges etiam aſtringuntur inquilini Judæorum, qui in portis eorum, hoc eſt, ditionibus. *Gen.* 22. *v.* 17. *Deut.* 24. *v.* 14. habitant: inquilini quidem, quibus terra Iſraelitarum erat commorationis locus abſolutè: quibus tantum diverſorii locus, ſaltem ne ſcandalum præberent, Nehem. 13. v. 19. & 20. ſemper tamen hîc morale à ceremoniali diſtinguendum: Neq; verum eſt, quod Sociniani volunt, totum præceptũ ceremoniale eſſe leviticum, in N. T prorſus ſublatum, Chriſtianis arbitrarium. vide Catech Racov. c. 1. p. 149. quia nullum ceremoniale Leviticum in ſtatu innocentiæ habuiſſet locum. Atqui habuiſſet locum ſanctificatio Sabbathi, ut ſupra demonſtravimus. Diſput. 1 §. 6 *Ceremoniale ſive ex jure ſive ex conſuetudine* eſt *Sabbathi*, 1. *Tempus* ad ultimũ hebdomadis Judaicæ diem reſtrictum Col. 2. v. 16. Gal. 4. v. 10. Rom. 14. v. 5.

Digitized by Google

2.*Præcepti ratio*, memoria ſc.ſervitutis Ægyptiacæ, Deut.5.v.15. vide R.Maimon.more Nevoch. part.2.c.30. *Ceſſatio* ab omni opere, itineris *Exod.16.v.24.29.* ignis accendendi c.35.v.3. oneris deportandi, Jerem.17.v.22. victus & mercium apportandarum, Nehem.10.v.31. mortuorum ſepulturæ, 2.Maccab.12.39. hæc hujuſmodi ceremonialia fuiſſe colligere eſt ex Exod.20. v. 11. collato cum cap.31. v.13. Ezech.20.v.20. Galat.4.v.10. Col.2. v.16.17. ubi Sabbatha dicuntur umbræ rerum futurarum, umbræ ſc.Sabbathi ſpiritualis, ſive *quietis & à pœna*, quatenus in Chriſto pacem habemus, & quietem conſcientiæ, Rom.5.v.1. Confer Matth.11. *& à culpâ*, in hâc vitâ inchoativè, in alterâ completivè, Eſa.58. v.13. *Morale* contra eſt, 1.poſt ſex dies profeſtos & occupatos laboribus mundanis, ſeptimum habendum eſſe ſacrum, undecunque primum laboris diem ordiaris. Finge enim, quemcunque libet haberi poſſe diem feſtum, vagè, dummodo aliquis habeatur: tùm res tota in atheiſmum abibit. Si enim libera dierum electio eſt, potuit & ſacer haberi duodecimus; trigeſimus, centeſimus, at verò (ita Brent. ad Levit. 25. p.123.) *Vbicunq; reperies honeſta inſtituta, quæ ſunt naturali rationi conſentanea, licebit ea ad conſervandam publicam tranquillitatem, & ad tuendum τὸ εὐσχημον καὶ τάξιν, præſectis unguibus, & abraſis pilis h.e. abjectis vel ſupervacaneis, vel tuo tempori, regioni & populo incommodis, imitari. Sic Eccleſia Chriſti in obſervanda die Dominica imitatur aliquo modo exemplum Moſi. Potuiſſet enim in decem aut quatuordecim diebus unum duntaxat diem feſtum deſignare, quo publicum agerent ocium, ut populus ad audiendum Evangelium Chriſti conveniret. Sed viſum eſt ipſi ad exemplum Moſi ex omni parte, ut etiam Sabbathum obſervet, libertas eſt Chriſtiana, quâ liceret, ſi id fieret publicâ authoritate, ne diem quidem Dominicum, ſed vel diem, quem vocant Lunæ, vel diem Martis, vel alium diem, publicum & h bdomarium feſtum agere.* &c. Unde & cum Apoſtolus Rom.14.v.5. non damnat eos qui omnes dies ex æquo æſtimant, de diebus ceremonialibus & feſtalibus loquitur, non Sabbathico: de tali dierum obſervantiâ, quæ offenſionem apud infirmos parere poterat, ſed Dominicus, ut qui in omnibus Eccleſiis jam tùm invaluerat, nulli offenſioni obnoxius erat. Ideò Apoſtoli, qui quanquam libertatis Chriſtianæ eſſent ſtudioſiſſimi, *κυριακὴν* tamen *ἡμέραν* ſuo exemplo definiverunt. A-

ctor.

Actor.20. v.7. 1. Cor. 16. v.2. Apoc.1. v.10. vide Lact. Catech. part. 1 p 559. & p.563. & ſeq. Morale 2. *eſt ceſſatio* à laboribus *noſtris* quæſtuoſis & ſervilibus, Lev. 23. v.3. non iis quæ ad neceſſitatis caſum pertinent, de quâ re infra, dum prius objectionem ſolverimus huc loci incidentem. Tabula prima derogat ſecundæ. E. cultus Sabbathicus omni neceſſitatis & charitatis humanæ lege ſuperior eſt. Reſp. diſting. inter cultum primæ tabulæ internum & externam expreſſionem. nullius neceſſitatis reſpectu ille prior intermittendus, ſemper DEUS timendus, ſemper à vitiis requieſcendum: de qua re infra.

§. 3. *Objectum præcepti reale* eſt Dies ſelectus cœlitus ordinatus Syr. 37. v.7. *Sabbathum* ſc. quam vocem (quod ἐτυμολογίαν attinet) male Plutarchus lib. 4. ſympoſ. probl. 5. à σάβῳ & Bacchantium nomine deduxit, (potius videtur eſſe ex Hebræo שבא potare derivatum & germ. Sauffen/ unde Sabaja, potus è frumentis coctus, à quo Valens per contumeliam à Chalcedonenſibus Sabajarius dictus, auctore Ammiano l.26) pejus à Sabbo Ægyptiorum voce, inguinis morbum ſignificante, ut cavillabatur olim mundi cymbalum Appion Alexandrinus apud Joſeph. l 2. ſimilia probra jaciunt Juſtin. 36.2. Tacit. lib 5. hiſtor. vera vocis origo eſt שבת oſtenſa ab ipſo Moſe, Lev. 23. v.32. cap. 25. v.2. notat id quod Græcis ἀναπαύειν. Latinis reſpirare, Exod. 31. v.17. Nomen ſynonymon, ſed generalius eſt מנוחה Gen. 49. v.15. quo finis & diei cultus innuitur QUIES DEO ſacra ac divino cultui deſtinata, quem finem egregiè docuit Luther. tom.8. Witt p.189. f.2. Alſo ſieheſtu/ daß die Feyer auffgeſetzt werden nicht überfluſſes / Müſſiggangs oder Wolluſts halben / ſondern von wegen unſer Seligkeit/ und umb der Ehre Gottes willen/ auff daß das Wort Gottes gehöret werde / und ſeiner Wolthat gedacht/ daß wir im Glauben und der Liebe unterwieſen/ erzogen und erhalten werden. Ibidem tradidit, quomodo ad hunc finem omnia feſta referri poſſint. Dieſe Feſte alle miteinander/ wiewol auch viel andere geweſen ſind/ begehen und halten wir alle Tag im Geiſt / dann wir haben täglich Oſtern/ wann wir Chriſtum das Lamb Gottes eſſen / und opffern / das iſt/ wie es St. Paulus in der erſten zun Corinthern am 10. außlegt/ wann wir predigen/ daß er für uns geopffert ſey/ und das glauben. Alſo haben wir alle Tag Pfingſten / wenn wir das newe Geſetz

den

den H.Geiſt / in vnſer Hertz empfangen durch die Predigt deß Worts/ wir halten auch täglich das Feſt der Lauberhütten / wenn wir lernen vnd empfinden / daß wir ſeyen Gäſte vnd Frembdlinge in dieſer Welt/ vnd wohnen in der Hütten vnſers Leibes / die eine kleine Zeit wehret/ vnd wiſſen / daß vnſer Burgerſchafft / Wohnung vnd Gemeinſchafft in dem Himmel iſt / da wir dieweil durch den Glauben ſind vnd leben/ vnd täglich hie ſterben / biß daß vnſer Hütten beſeyd gethan werden. Alſo frewen wir vns in dieſen Feſten für dem HErrn / in den vngeſäwerten Broden der Vollkommenheit / vnd der Warheit / das iſt / in der Speiſe deß Evangelij / vnd im leben deß Geiſtes / ohn Menſchentand vnd auffſätze/ vnd opffern vnſere Erſtlinge deß Lobs vnd Dankſagung. ὁμωνυμία multa eſt hujus vocis variasque ſpecies complectitur, quarum exegeſin copioſiorem reperias apud Menoch l.3. de Repub. hebr. c.2. & ſeqq. commodè tamen ſequenti Schematiſmo coerceri poteſt.

☞ *Vide Tabul. ſeq.*

§. 4. De *Sabbatho dierum communi præcipuè hoc in* loco agitur; nam quæ de feſtis diebus ex N.T. conſuetudine adultis, & eorum ἀδιαφορίᾳ in ſuperſtitionem poſteà, imò in feſtolatrian (ad latrian pertinent templa & altaria, ſacerdotalia ſacrificia, FESTIVITATIS ceremoniæ & ejusmodi, verba ſunt Durandi in rational. l.4.c.39.n.2.) deſciſcente, dudum monuit D.Chemnit. exam. conc. Trid. part.4. p.m.253. & ſeqq. ea otioſum ſit repetere; De quo non levia ſunt, quæ in controverſiam veniunt. De *Sabbathi iſtius inſtitutione ac origine*, quam Doctorum plerique, ac inter hos præcipuus Luther. tom.1. Isleb. p.374. f.2. ab ipſius mundi quaſi cunabulis accerſunt, Menochius l. 3. de Repub. hebr. c. 1. negat legem creato homini ante Moſem latam, largitur tamen inſpirationem divinam, Gomarus à pluitione Mannæ, ſabbathum orditur, cujus novam opinionem accuratè refellère atque veterem vindicavere Andr *Rivet.* in expl. hujus præcepti p. 174. & ſeqq. & *Nathanael Eatonus Anglus* inquiſit. de Sab. q. 1. 2. *Controverſiæ caput eſt de moralitate hujus præcepti.* Nos breviter 1. Juris moralis naturalis eſſe, & cultum externum, & tempus aliquod cultus, vacatio-

Sabbathum vel eſt

- *impropriè dictum*
  - *Synecdochicum, pro totâ ſeptimanâ, Levit. 23. v. 15. & 16. Luc. 18. v. 12. μίαν σαββάτων, id eſt, prima dies Hebdomadis.*
  - *Metonymicum, pro Sacrificiis Sabbathicis, Levit. 23. v. 38. exceptis Sabbathis Domini, id eſt, exceptis ſacrificiis Sabbathicis, Num. 24. 9.*
- *propriè dictum*
  - *Spirituale, & perpetuum, illud ſc. internum, animæ Sabbathum, vacatio ab operibus carnis, quies in ſummo bono, Deo. conf. Petr. Galat. de arcan. cath. l. 11. c. 8.*
  - *Temporarium & legale*
    - *dierum*
      - *Peculiare & feſtale, in quo licuit ignem accendere, & cibos parare. Exod. 12. v. 17. c. 16, 21. c. 35. 3. quod etiam licuit in alium diem trajicere, Num. 9, 10. 2. Paral. 30. v. 3.*
        - *Divinum*
          - *Neomenia Num. 28. v. 11. quod typus erat veræ Lucis, Luc. 1, 78.*
          - *Paſchatis, Exod. 12. v. 14. typus agni immaculati Chriſti, 1. Cor. 5, 7.*
          - *Pentecoſtes. Levit. 23. v. 21. typus effuſionis Spiritus S.*
          - *Scenopegiæ, Deut. 16. v. 16. typus peregrinationis Chriſtianæ.*
          - *Feſtum Tubarum, Levit. 23. v. 24. typus prædicationis Euangelicæ: Collecta, Levit. 23. v. 36. typus alendi miniſterij.*
          - *Expiationis, Levit. 23. v. 27. typus pœnitentiæ.*
        - *Humanum*
          - *Purim, Eſth. 9. v. 17. (Bachanalia Iudæorum) de quo eruditè, ut ſolet Dn. Wilhel. Schikart. pecul. tract.*
          - *Encæniorum, 1. Maccab. 4. v. 49.*
      - *commune, quo non licuit ignem accendere, aut cibum parare. Exod. 16. & 35. v. 3.* ſeptimus ſc. cujusq; ſeptimanæ dies.
    - *annorum ſeptimus quiꝗ annus, quo apud Iſraelitas, a debitis exigendis, a ſervis detinendis, à terræ cultura erat ceſſandum, qui ſepties repetitus, annum reddidit jubilæum, Levit. 4. v. 25.*
    - *æternitatis, de quo Eſa. 66. v. 23. Hebr. 4. v. 3. v. Aug. ep. 119. ad Ianuar. p. 653. & ſeqq.*

cationem à laboribus cultum ſacrum impedientibus 2. Juris moralis poſitivi eſſe circumſtantiam ſeptimi diei in quovis orbe hebdomadario, poſt exactos ſex laboris dies, undecunq; orbem hebdomadarium incipias. Quia verba textus clara ſunt, *ſex dies operaberis, ſeptimus erit feriatus.* Quia ex hac cauſa judicavit primitiva Eccleſia, ſeptenarium non eſſe mutandum, de numeri ſeptenarii dignitate nonnulla notata ſunt in part. 1. lact. catech. confer quæ è Varrone collegit Gell. l. 3. noct. Attic. c. 10. Serar. ad Joſ. 6. c. 28. p. 49. III. Juris ceremonialis fuiſſe ſeptimum; hoc eſt, ultimum ſeptimanæ Judaicæ diem, durabilem ledorotham Exod. 31. v. 13. in generationibus ſuis, id eſt, ſtante Judaicâ Rep. & politiâ Moſaicâ, in qua fuit diſtinctio tribuum & generationum exactiſſima, donec veniret Meſſias, μέχρι καιροῦ διορθώσεως Hebr. 9. 10. confer Petr. Galat. l. 11. arc. cath. ver. 9. & ſeqq. D. Helvic. tom. 4. diſp. Giſſ p. 197. & ſeqq. & p. 105. & ſeqq. adeoq; mutabilem (præſertim cum per ſolſtitium Joſuanum, & retrogreſſionem ſolarem mutatum jam olim fuerit Sabbathum Judaicum) & talem, ut hoc oneris imponere Apoſtoli noluerint in concilio Apoſtolico, quem etiam Servator cum operibus aliis ceremonialibus comparat Matth. 12. Conſtat autem comparationem inſtituendam eſſe in ima ſpecie.

§. 5. Denique de ipſo *die Dominico, Chriſtianis in N. T. feriato, ardua ſemper fuit controverſia? an dies Dominicus Sabbathum ſc. Chriſtianum fluat ex inſtitutione divinâ, ac Apoſtolicâ, num humanâ* ſolùm? Pro inſtitutione divinâ hæc afferri ſolent argumenta ſatis probabiliter, in quibus nos etiam acquieſcimus. I. *Ab appellatione* ἐξοχικῇ ἡμέρας κυριακῆς. Apoc. 1. v. 10. quo ſenſu S. cœna vocatur Dominica, 1. Cor. 11. 20. eo ſenſu hæc dies dicitur Dominica: nec poteſt ratio diverſitatis afferri: Sed illa Dominica dicitur, quia à Domino inſtituta, E. & hæc. *Dices*, 1 Dominicam dici quia in commemorationem Domini, licet non à Domino fuerit inſtituta. Dominicam dici, quatenus dies ſingularis apparitionis dicitur Dominica dies, ut Amos 5. v. 18. Mal. 3. v. 1. Joh. 8. v. 56. 1. Cor. 5. v. 5. Quæro igitur, cur non etiam dies aſcenſionis, nativitatis, qui feſti fuerunt in veteri Eccleſiâ, Dominici dicantur, cum tamen illi ipſi quoque in commemorationem Domini inſtituti? ajo, plurimum differre diem Domini, & diem Dominicum: latius illud, hoc ſtrictius Pſ. 104. 16.

dicun-

Digitized by Google

dicuntur arbores Domini, nemo tamen dixerit Dominicas, montes DEI alibi, non tamen divini: Nego à peculiari apparitione dici Dominicum, quia Johannes memorat diem iſtum, ut rem notam Eccleſiis: ſi autem ab apparitione diceretur, ipſâ apparitione obſcurior eſſet. Cur igitur, inquies, Juſtinus Martyr nuſpiam hunc dominicum appellavit, ſed diem ſolis, & *μίαν τῶν σαββάτων*, ſi receptum fuiſſet diem Sabbathi Chriſtianis dominicum vocari? Reſp. eſto, licet Juſtinus non hoc nomine uſus ſit, utqui, cum ad ethnicum Imperatorem & Tryphonem Judæum ſcriberet, iis nominibus, quibus tum Ethnici, tum Judæi (h.e. nominibus diei ſolis & *μιᾶς σαββάτων*) aſſueti eſſent, uti debuerit; fuerunt tamen alii è Patribus, qui diem dominicum dixere, Juſtini ſc. Coætaneus Melito apud Euſeb. l. 4. c. 24. & Tertull. l. de Idol. c. 14. de coronâ mil. cap. 3. & 11. Ignat. epiſt. 3. ad Magneſ. Dionyſius Corinthius apud Euſeb. l. 4. c. 23. *τὴν σήμερον κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν* vide D. Chemnit. exam. Conc. Trid. part. 4. p.m. 257.

II. *Ab exemplo Chriſti & Apoſtolorum*: Chriſtus Dominus Sabbathi, primo hebdomadis die reſurrexit, *μιᾷ σαββάτων* Marc. 16. 2. (Cardinalis pro ordinali, vide Eraſm. Schmid. ad Matth. 28. 1. p. 374.) & diſcipulis apparuit, Joh. 20. v. 19. octo poſt diebus à Thoma rurſus conſpectus v. 26. Apoſtoli itidem eodem die incidente in feſtum pentecoſtes Act. 1. v. 1. eodem aliàs quoque ad ſacra convenêre, Actor. 20. v. 7. eodem collectæ in Eccleſiis factæ, 1. Corinth. 16. verſ. 1. & 2. *Eſtote autem imitatores mei, ſicut & ego ſum Chriſti*, ait S. Paulus, 1. Corinth. 11. verſ. 1. *Dices*, 1. *μίαν σαββάτων* non notare primam ſeptimanæ diem definitè, ſed indefinitè ac vagè QUENDAM diem, quæ *Gomari* nova eſt ſubtilitas c. 6. tr. de orig. Sab. 2. Joh. 20, 26. non dici ipſo octavo die apparuiſſe Chriſtum, ſed poſt octo dies. Reſp. ad 1. iſti ſubtilitati obſtare I. *Articulum determinativum τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων.* 2. Obſtare genium græcæ linguæ, *nuſpiam enim legas*, *μιᾷ σαββάτων* pro *σαββάτων τινι*. 3. Obſtare in loco 1. Cor. 16. v. 1. ipſam hiſtoriam, è qua conſtat Paulum in Troade ſeptem tantùm dies commoratum fuiſſe: Finge indefinitum ſenſum, hæc prodibit ſententia abſurda, Paulus qui ſeptem tantùm dies Troade commoratus, qui non niſi unum Sabbathum habebant, tamen aliquo Sabbathorum collectas imperâſſe. quomodo aliquis Sabbathorum poſitivè, ſi unus tan-

Digitized by Google

rũm? Reſp.ad II. Synecdohen eſſe uſitatam, poſt octo dies, id eſt, octavo die, ut Luc.2. v.21. vel poſt octo dies, quia veſpera octavi diei apparuerat, qui jam penè effluxiſſet. III. Suffragantur à Priſcis precipuis, Auguſtinus Serm.251. de Temp. *Dominicum diem Apoſtoli & Apoſtolici Viri, ideò religioſa ſolemnitate habendũ ſanxerunt, quia in eodem Redemptor noſter à mortuis reſurrexit, qui ideò Dominicus appellatur, ut in eo à terrenis operibus vel mundi illecebris abſtinentes, tantum divinis cultibus ſerviamus, dantes ſc. huic diei honorem & reverentiam, propter ſpem reſurrectionis noſtræ quam habemus in illa. Nam ſicut Dominus reſurrexit à mortuis, ita & nos reſurrecturos ſperamus. Item, Dominicus, inquit, dies eſt primus dies ſeculi, in ipſo formata ſunt elementa mundi, in ipſo creati ſunt Angeli.* Plura vide apud eundem ſerm.254. Luth. Tom.5. Witt. p.229.f.2. Warumb hält man dann den Sontag auch bey den Chriſten? Wiewol alle Tag frey ſind / vnd iſt je einer wie der ander / ſo iſts doch nutz vnd gut / ja ſehr von nöthen / daß man an einem Tag feyer halte / es ſey am Sabbath / Sontag / oder an einem andern Tage / dann GOtt will die Welt ſäuberlich führen / vnd friedlich regieren. Darumb hat er ſechs Tage zur arbeit geben / am ſiebenden Tag aber ſollen Knecht / Taglöhner vnd allerley Arbeiter / ja auch Pferd / Ochſen vnd ander arbeitſam Viehe Ruge haben / wie diß Gebott lautet / auff daß ſie ſich mit Ruge wider erholen / vnd ſonderlich daß die / ſo zu andern Zeiten Hindernuß haben am Feyertage die Predigt hören / vnd GOtt dadurch lernen erkennen / vnd vmb ſolcher Urſach / nemblich der Liebe vnd Nothdurfft willen / iſt der Sontag blieben / nicht vmb deß Gebotts Moſi / ſonder vmb vnſer Noth willen / daß wir rugeten vnd Gottes Wort lerneten. E. Noſtris D. Pappus in Comm. MSS. in Apocalypſ. ad c.1. Poſtquam recenſuiſſet locum Juſtini ex Apol.2. (ubi Juſtinus rationes affert ſanctificati diei Dominici) ſubjungit. *Quia hujus diei non obſcura & ambigua, ſed expreſſa & manifeſta habemus veſtigia tribus illis N.T. locis. Act.20. 1.Cor.16. Apoc.1. fruſtrà omninò ſunt, & in aperto mendacio deprehenduntur Pontificij, qui mutationem hanc ad tacitam non ſcriptam Eccleſiæ traditionem referunt.* D.Gerhardus lib.2. Confeſſ. Cathol. part.1. p.338. hæc habet. *Præceptum de Sabbatho eſt præceptum morale, & adhuc durat.* & mox: *Quemadmodum aliæ Ceremoniæ Leviticæ, ita quoq; quatenus fuit figura & ſignum N. Teſtamenti eſt abrogatum, non auctoritate Eccleſiæ, ſed ipſius DEI inſtitutione & Chriſti adventu.*

D.Hül-

D.Hülſm.in Brev.Theol.c.12.theſ.15. *Lex Sabbathi moraliter obligat, quantum ad ſanctificationem unius ſeptenarij.* D.Chemnit.Harm.c.62. p.1179. *Quis autem ſeptimanæ dies fuerit, quo Chriſtus navigavit in mari, Lucas indicare videtur, dum dicit factum eſſe ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, in una dierum, ubi vocabulum μιᾶς non indefinitè accipio pro quodam die, ſed pro primo die ſeptimanæ, ſicuti uſurpatur Gen.1.v.5. & alias ſæpiſſimè in ſcriptura. Eſt is dies ſolis, qui poſtea loco Sabbathi totus conſecratus eſt ſacris miniſterij exercitiis, & inde dies Dominicus dictus. Apoc.1.v.10. Cujus mutationis Sabbathi Iudaici in Dominicum diem Chriſtianorum præludium aliquod fuit, quod Chriſtus ſæpius primum diem ſeptimanæ, proximum à Sabbatho, quam alium docendo inſumpſit.* D. Lyſer. Harm. Evang. c.119. p.35. *Negamus quod mutatio Sabbathi in diem Domini non proveniat ab Eccleſia, Apoſtoli, quos Chriſtus ſuo loco conſtituit Doctores orbis, & imprimis gentium, & quos nos meritò ſequimur, hanc mutationem introduxerunt. Et habuerunt Apoſtoli ejus rei graves cauſas.* Conf. D.Müller. in Judaiſm. c.20. p.734. D.Brochmand. part.2. Syſtem.Theol.c.10. ſect.5. p.41. Subſcribit Calvinus Comm in 1.Cor.16. p.282. *Veriſimilius eſt, Apoſtolos diem initio retinuiſſe jam uſitatum: poſtea Iudaica ſuperſtitione coactos, illo abrogato alium ſubſtituiſſe. Electus autem potiſſimum dies Dominicus, quod reſurrectio Domini finem Legis attulit.* Quid igitur (ita Auguſtana Confeſſio in fine p.m.42.) *ſentiendum eſt de die Dominico & ſimilibus ritibus templorum? Ad hæc reſpondent, quod liceat Epiſcopis ſeu Paſtoribus facere ordinationes, ut res ordine gerantur in Eccleſia, non ut per jllas mereamur gratiam, aut ſatisfaciamus pro peccatis, aut obligentur conſcientiæ, ut judicent eſſe neceſſarios cultus, ac ſentiant ſe peccare, cùm ſine offenſione aliorum violant. Sic Paulus ordinat, ut in congregatione mulieres velent capita, ut ordine audiantur in Eccleſia Interpretes, &c. Tales ordinationes convenit Eccleſias propter charitatem & tranquillitatem ſervare eatenus, ne alius alium offendat, ut ordine & ſine tumultu omnia fiant in Eccleſiis. Verùm ita conſcientiæ onerentur, ut ducant, ſe peccare, cum violant eas ſine aliorum offenſione, ſicut nemo dixerit peccare mulierem, quæ in publicum non velato capite procedit, ſine offenſione hominum. Talis eſt obſervatio diei Dominici, Paſchatis, Pentecoſtes, & ſimilium feriarum & rituum. Nam qui judicant Eccleſiæ authoritate pro Sabbatho inſtitutam eſſe diei Dominici obſervationem, tanquam neceſſariam, longè errant. Scriptura abrogavit Sabbathum, quæ docet omnes ceremonias Moſaicas, poſt revelatum Evangelium, omitti poſſe. Et tamen quia opus erat con-*

Digitized by Google

ſtituere certum diem, ut ſciret populus, quando convenire deberet, appareti, Eccleſiam ei rei deſtinaſſe diem Dominicum, qui ob hanc quoq; cauſam videtur magis placuiſſe, ut haberent homines exemplum Chriſtianæ libertatis, & ſcirent, nec Sabbathi, nec alterius diei obſervationem neceſſariā eſſe. Diſtinguendum hîc inter ſubſtantiam temporis, & œconomiam cultus in eo tempore. Cum quæritur, quæ ſacra, qùo ordine, quo fine in die Dominico celebranda? hanc Oeconomiam Confeſſio liberam facit, relinquit Eccleſiæ ejusque Antiſtitio liberam diſpoſitionem, opinionem cultus & meriti derogat. Sabbathi Judaici neceſſitatē impugnat, interim neceſſitatem temporis ſacri tuetur, ſecuti confeſſionis Auctorem ac optimum Interpretem Lutherum, cujus in Catech. maj. hæc ſunt p. 424. *Cæterum ut hinc Chriſtianum aliquem intellectum hauriamus pro ſimplicibus, quidnam DEVS in hoc præcepto à nobis exigat; ita habe: Nos dies feſtos celebrare, nō propter intelligentes & eruditos Chriſtianos, hi enim nihil opus habent feriis, verùm primò etiam corporalis cujusdam cauſæ & neceſſitatis gratia, quam & natura docet & exigit, nimirum communis multitudinis gratia, ſervorum, ancillarum, qui per totam hebdomadam laboribus ſervierunt, ut ipſi diem habeant, quâ ab operibus reſpirantes ſemet ex labore reficiant, & corpora feſſa quiete firmare queant. Deinde eam ob rem potiſſimum, ut die Sabbathi, quando aliâs ei rei vacare non licet, otium & tempus ſumatur cultui divino ſerviendi, ita, ut conveniamus ad audiendum & tractandum DEI verbum, ac deinceps DEVM hymnis, Pſalmis, Canticis & precibus laudemus. Sed hoc, inquam, apud nos non perinde certis temporibus, ſicut apud Iudæos alligatum eſt, ut ei rei hic aut ille dictus, aut præſtitutus ſit: nullus enim dies altero eſt melior aut præſtantior: Verùm hæc quidem quotidiè fieri debebant, ſed quando multitudo præpedita negotiis intereſſe nequeat, ad minimum unus aliquis dies per hebdomadam huic rei ſerviendæ eligendus eſt. Porrò autem, cùm à majoribus noſtris ad hoc dies Dominica ordinata ſit: non eſt immutanda temerè hæc innoxia veterum conſuetudo jam recepta, ut unanimis & conſentiens ordo conſiſtat, ne quis ſua non neceſſaria innovatione conturbet omnia.* Urget igitur neceſſitatem finis, quamvis à quo auctore hæc neceſſitas ſit impoſita, criſin ſuſpendet, cum Eccleſiæ auctoritas nominatur, Apoſtolica Eccleſia non excluditur, à qua Eccleſia dèpendet. VI. *Ab abſurdo*, aut dies Dominicus à Chriſto inſtitutus eſt, aut Chriſtiani per aliquod tempus ex præcepto divino non fuerunt obligati aliquem

diem

diem cultui divino conſecrare. At hoc poſterius pugnat cum moralitate quarti præcepti. Conſequentiam probo, quia poſt mortem Chriſti, Apoſtoli aut obſervarunt aliquem diem ſacrum, eumq; vel ſabbathicum Judaicum, vel ſabbathicum Chriſtianum, vel nullū. Non 1. quia cum morte Chriſti etiam ceremoniæ V. T. ſepultæ ſunt. Non 2. qui per te, à Chriſto Sabbathum non fuit inſtitutum, E. tertium. *Dices* obſervaſſe adhuc *Sabbathum* judaicum, quia frequenter in ſabbatho conciones & diſputationes inſtituerunt. *Nego conſequentiam*, Apoſtoli in *Sabbathis* Judaicis occaſionem diſputandi ſumſerunt. E. Sabbatha Judaica ex vi præcepti obſervarunt. Nam & Paulus occaſione cœtuum Ethnicorum occaſionem diſputandi arripuit, neque tamen obſervaſſe eorum feſta dici poteſt. Actor. 17. v. 19. c. 19. v. 9. Solebant namque ludimagiſtri gentiles in iſtis ſcholis, Deorum ſuorum nomina, genealogias, fabulas & hiſtorias explicare, feſta obſervare, & eorum ritibus catechetas ſuos inſtituere, auctore Tertull. l. de Idol. c. 10. V. *A rationibus* 1. Si dies quietis ab opere redemptionis ſacer debuit, quantò magis quietis ab opere redemptionis. quia 2. dies Dominicus multis, cùm in V. tùm in N. T. myſteriis inſignis fuit, eſt enim 1. dies creationis mundi, noſtræ recreationis typus. 2. dies cœlitus primùm delapſæ mannæ, typus mannæ ſpiritualis. 3. dies inſtituti miniſterii Joh. 20. v. 23. 4. dies miſſi Spiritus S. Act. 2. v. 1. V. *A conſuetudine primæ Eccleſiæ*, quæ diem hunc Dominicum ex traditione Apoſtolicâ obſervavit, tantâ religione, ut de eo totum librum confecerit Melito Juſtini coætaneus apud Euſ. 4. 24. ut cœtus Chriſtianus in ſuſpicionem adorati ſolis ob eam rem venerit, apud Tertull. c. 16. Apolog. ut ſanguine hunc diem obſignârit: Quæſiti enim martyres, *ſervaſti Dominicum?* Reſponderunt, *Chriſtianus ſum, intermittere non poſſum*, vid. Lancelott. Winton. Angli orat. de Sabb. Huc pertinent illa Patrum, Ignatii epiſt. 3. ad Magneſianos. ἑορταζέτω πᾶς φιλόχριστος τὴν κυριακὴν τὴν ἀναστάσιμον τὴν βασιλίδα τὴν ὕπατον πασῶν τῶν ἡμερῶν. Juſtin. apol. 2. τὴν τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα, ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας κόσμον ἐποίησε: καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη. Quæ cum ita ſe habeant, apparet Pontificios verſare hîc ſaxum, nec hilum proficere. *Hinc ſequitur* contra Novantes, verba ſunt Corn. à Lap. ad 1. Cor. 16. 2. *ſervandas*

etiam

Digitized by Google

etiam eſſe traditiones non ſcriptas: nec enim uſquam ſcriptura jubet Dominicum ſervare pro Sabbatho. Contra 1. in traditionum materia non quæritur de ritibus Eccleſiaſticis, & rebus ad εὐταξίαν cœtuum Chriſtianorum pertinentibus, quorum circumſtantias omnes in ſcripturis expreſſas fuiſſe, nunquam aſſerimus. 2. demonſtravimus fundamenta ipſius ſcripturæ S. quæ ſuo ſplendore ad aſſentiendum etiam Jeſuitarum principes coëgere. Suarez lib. 2. de relig. c. 4. *celebritatem Dominicæ diei*, ſcribit, *haberi ex communi uſu, & Eccleſiæ, & in ipſa ſcriptura N.T. commendari.* Ribera in c. 1. Apoc. *Videmus hic*, inquit, *tempore Apoſtolorum ſolennitatem Sabbathi, mutatam eſſe in diem Dominicam, reſurrectione Domini conſecratam, cujus meminit Paulus* 1. Cor. 16.

§. 6. Denique quod durationem attinet, id etiam *quæri poteſt, an ſimus obligati ad ſanctificandum integrum diem, num ſufficiat diei aliqua pars?* Reſpondemus, obligari nos ad integrum diem, quia vox clara eſt, haijom. Diem autem quem? naturalem an artificialem? an totum νυχθημερὸν, num diem lucidum quam diu ſol lucet? Judaici Sabbathi ambitus currebat intra veſperam & veſperam Lev. 23. 32. Diem. ait Laymann. l. 4. Theol. mor. tract. 7. c. 2. p. 315. *Integrum naturalem in feſtorum obſervatione accipere debemus, qui incipit à medio noctis uſq; ad alterius noctis medium. At poſterius libertati Chriſtianæ magis congruit.* Unde. D. Paulus hoc ipſum inter adiaphora refert, cùm ſcribit Col. 2. v. 16. nemo vos judicet *in parte diei feſti*, quamvis & reſponderi queat, per partem vel intelligi partitiones feſtorum, quia, ut explicat Chryſoſt. Judaizantes docebant, quædam feſta Judaica eſſe ſervanda, quædam negligebant ex libitu. q. d. Apoſtolus, fruſtra Judaica feſta abolita partiuntur, ut alia colant: vel quod probabilius, per partem intelligi materiam ſive argumentum, in quo tradendo Paulus verſabatur, ut alibi hæc vox accipitur 2. Cor. 3. 10. c. 9. v. 3. q. d. in hoc puncto, in hâc materiâ, quod ad diem feſtum attinet. vide. Lact. Catech. part. 1. p. 561. 568. & ſeq.

§. 7. Hactenus primi in hoc præcepto mandati ſubjectum: ſequitur *prædicatum*, quod *ſanctificationem* ſeptimi diei nobis commendat, non *Phyſicam & infuſivam*, tanquam ſeptimus dies naturaliter ſanctior eſſet diebus aliis: ſed *analogicam, reſpectivam*, *deno-*

Digitized by Google

denominativam ab extrinſeco, & ſegregativam ab uſu profano, *conſecrativam* contra ad uſus ſacros. quo pacto DEUS ipſe ſeptimo diei benedixit, Gen. 2. v. 3. & ſanctificavit primogenituram Exod. 13. v. 2. Aaronem. c. 28. v. 3. locum in quo apparuit, Gen. 28. v. 17 Exod. 3. v. 5. *Cui verò iſta ſanctificatio debetur?* la Jehova Elohecha *Domino DEO tuo*, i. e. in honorem Domini DEI tui. Conſtat verò hæc *ſanctificatio* non in *beſtiali ceſſatione & vacatione laborum*, quam homo cum aſino communem habet, ideòque rectè calumniæ poſcit *Senecam Auguſt.* l. 6. C. D. c. 2. quod *inutiliter* Judæos facere affirmet, *dum per ſingulos ſeptimos interpoſitos dies, ſeptimam ætatis ſuæ partem vacando perderent, atq; ſic multa in tempore urgentia non agendo læderentur:* Confer R. Menaſſeh. Ben Iſrael in conciliat. q. 35. in exod. qui ad hanc rem pluſcula. Sed in CULTU DIVINI NUMINIS, quem tametſi DEO ſemper debeamus, maximè tamen in Sabbatho; quâ etiam de cauſâ Judæis olim in ſabbatho duo agni fuerunt mactandi, cum profanis diebus unus ſufficeret, Num. 28. v. 9. 1. *Externo*, eoq; *vel publico*, utpote 1. congregatione, Levit. 22. v. 27. hinc ſynagogæ nomen in N. T. Matth 4. v. 23. Luc. 4. v. 16. Act. 13. v. 14. eaque non mutâ, non profanâ, ſed ſanctâ, ſed collocutrice: Ut enim amici amicis ſociantur, ut verba miſceant: Ita DEUS cum homine per prædicationem, & actus ſacros alios maximè ſacramentales 1. Cor. 11. v. 20. Luc. 4. v. 16. Act. 13 v. 14. Act. 15. v. 21. homo cum DEO loquitur, agitq; per orationem; ideò templum domus precationis τοῦ ἐξοχῶ appellatur, *Eſa.* 56. v. 1. Matth. 21. v. 1. confer Actor. 16. v. 13. per Pſalmodias, 1. Cor. 14 v. 26. confer Joſeph. l. 16. c. 4. 2. *Sanctâ beneficentia*, Eſa. 58. v. 7. 1. Cor. 16. v. 1. Jac. 1. v. 27. 3. *Vitâ ſanctâ & ſanctificatâ*, quam ut DEO ſemper debemus, ita vel maximè ſabbatho, Eſa. 58. v. 13.

Lutherus audiatur è tom. 7. Witt. p. 84. Die geiſtliche Feyer/ die GOtt in dieſem Gebott fürnemblich meinet/ daß wir nicht allein die Arbeit vnd Handwerck laſſen anſtehen/ ſondern viel mehr/ daß wir allein GOtt in vns würcken laſſen/ vnd wir nichts eygenes würcken in allen vnſern Kräfften/ wie gehet aber das zu? das geht alſo/ der Menſch durch die Sünde verderbt/ hat viel beſſer Lieb vnd Neigung zu allen Sünden/ vnd wie die Schrifft ſagt/ Geneſ. 8. deß Menſchen Hertz vnd Sinn ſtehen allezeit zu dem böſen/ das iſt Hoffarth/ Vngehorſam/ Zorn/ Haß/ Geitz/ Vnkeuſchheit ꝛc. vnd Summa Summarum/ in allem was er thut vnd laſſt ſuchet er mehr ſeinen Nutz/ Willen vnd Ehre/ dann Gottes vnd ſeines Nechſten/

darumb ſind alle ſeine Werck/ alle ſeine Wort/ alle ſeine Gedancken/ alle ſein Leben böß vnd nicht götlich. Soll nun GOtt in jhm würcken/ ſo müſſen alle dieſe Laſter vnd Boßheit erwürget vnd außgerottet werden / daß hie ein Ruge vnd auffhören geſchehe aller Werck/ Wort/ Gedancken vnd Leben/ daß hinfort/ wie Paulus Gal. 2. ſagt/ nicht wir/ ſondern Chriſtus in vns lebe/ würcke vnd rede. Das geſchicht nun nicht in guten ſüſſen Tagen / ſondern hie muß man der Natur wehe thun / vnd wehe thun laſſen. Hie hebt ſich der Streit zwiſchen dem Geiſt vnd Fleiſch / hie wehret der Geiſt dem Zorn / der Wolluſt / der Hoffarth / ſo will das Fleiſch in Luſt/Ehren vnd gemach ſeyn. Davon ſagt St. Paulus/ Gal. 5. welche vnſers HErren Chriſti ſind/ die haben jhr Fleiſch gecreutziget / mit jhren Laſtern vnd Lüſten: Hie folgen nun die guten Werck/ faſten/ wachen/ arbeiten/ davon etliche ſoviel ſagen vnd ſchreyen/ ſo ſie doch weder Anfang noch Ende derſelben wiſſen/ darumb wollen wir nun auch davon ſagen. Die Feyer/ daß vnſer Werck auffhören/ vnd GOtt allein in vns würcke/ wird zweyer weiſe verbracht. Zum erſten/ durch vnſer eygen Vbung / zum andern/ durch anderer vnd frembder Vbung oder treiben. Vnſer eygen Vbung ſoll alſo gethan vnd verordnet ſeyn/ das zum erſten/ wo wir ſehen vnſer Fleiſch/ Sinne/ Willen/ Gedancken/ hinreitzen daß wir demſelben widerſtehen/ vnd nicht folgen/ wie der weiſe Mann ſagt: Eccleſ. Folge nicht deinen Begierden/ vnd Deut. 12. Du ſolt nicht thun/ was dich recht dünckt. Hie muß der Menſch die Gebett in täglicher Vbung haben/ die David bett/ HErr führe mich in deinem Wege / vnd laß mich nicht meinen Wege gehen / vnd dergleichen viel/ welche alle ſind begriffen in dieſem Gebett / zukomme vns dein Reich / dann der Begierden ſind ſoviel / ſo mancherley / dazu beyweilen durch Eingeben deß böſen ſo behend / ſubtil / vnd guter geſtalt / daß nicht müglich iſt einem Menſchen ſich ſelbſten zuregieren in ſeinem Weg. Er muß Händ vnd Füſſe gehen laſſen / ſich Gottes Regiment befehlen/ ſeiner Vernunfft nichts trawen/ wie Hieremias ſagt: HErr ich weiß / daß deß Menſchen Wege nicht ſind in ſeiner Gewalt / das iſt bezeuget/ da die Kinder von Iſrael auß Egypten durch die Wüſten giengen/ da kein Weg/ kein Speiſe/ kein Tranck/ kein Behelff nicht war/ darumb gieng jhnen GOtt für / am Tage mit einer liechten Wolcken/ in der Nacht mit einer feurigen Seulen/ ſpeiſet ſie vom Himmel mit Himmelbrod / enthielt jhre Kleider vnd Schuch/ daß ſie nicht zurriſſen / wie wir leſen in den Büchern Moſi. Darumb bitten wir / zukomme dein Reich/ daß du vns regiereſt/ vnd nicht wir ſelbſt. Dann nichts fährlichers in vns iſt/ dann vnſer Vernunfft vnd Wille. Vnd das iſt das höchſte vnd gröſte Werck Gottes in vns/ vnd beſte Vbung vnſer Werck nachzulaſſen/ der Vernunfft vnd Willen müſſig gehen/ feyren/ vnd ſich GOtt befehlen in allen Dingen/ ſonderlich wann ſie geiſtlich vnd wol gleiſſen. Dem folgen nach die Vbung deß Fleiſches/ ſeine grobe/ böſe Lüſte zutöden/ Ruge vnd Feyer machen / dieſelbe müſſen wir mit faſten/ wachen / arbeiten tödten vnd ſtillen. Die ander Vbung/ ib. p. 85. f. 2. die vns überfellet von andern iſt / wann wir von Teuffeln oder Menſchen werden beleidigt/ ſo vns Gut genommen / der Leib kranck/ vnd Ehre genommen wird / vnd alles das vns zu Zorn/ Vngedult/ vnd Vnruge mag bewegen / dann Gottes Werck / wie es in vns regiert nach ſeiner Weißheit vnd nicht vnſer Vernunfft / vnd nach ſeiner Reinigkeit vnd Keuſchheit / nicht vnſers Fleiſches Muthwillen/ dann Gottes Werck iſt Weißheit vnd Reinigkeit/ vnd vnſer Werck iſt Vnreinig-

Digitized by Google

weinigkeit vnd Thorheit/die ſollen feyren. Alſo ſoll es auch in vns regieren nach ſeinem Fried/ vnd nicht vnſer Zorn/ Vngeduld vnd Vnfried. Dann Fried iſt auch Gottes Werck/ Vngeduld iſt vnſers Fleiſches Werck/ das ſoll feyren vnd todt ſein/ daß alſo allenthalben wir feyren einen geiſtlichen Feyertag/ vnſerer Werck müſſig gehen/ vnd GOtt in vns würcken laſſen. Darumb ſolch vnſere Werck/ vnd den Adam zu tödten/ ſchickt vns GOtt über den Halß viel Anſtöſſe/ die vns zu Zorn bewegen/ viel leyden/ die zu Vngedult reitzen/ zu letzt auch den Todt vnd Schmach der Welt/ damit er nichts anders ſucht/ dann daß er Zorn/ Vngeduld/ vnd Vnfried außtreib/ vnd zu ſeinem Werck/ das iſt zum Frieden in vns komme. Alſo ſpricht Iſaias xxviij. Er nimbt ſich eines frembden Wercks an/ daß er zu ſeinem eygenen Werck komme. Was iſt das? Er ſchickt leiden vnd Vnfried zu/ auff daß er lehre vns Gedult vnd Friede haben/ er heiſſet ſterben/ auff daß er lebendig mache/ ſo lang/ biß der Menſch durchübet/ ſo friedſam vnd ſtill werde/ daß er nicht beweget werde/ es gehe ihm wol oder übel/ er ſterb oder lebe/ er werde geehret oder geſchendet/ da wohnet dann GOtt ſelbſt allein/ da ſein nimmer Menſchenwerck/ das heiſſet dann den Feyertag recht gehalten vnd geheiliget/ da führet der Menſch ſich ſelbs nicht/ da betrübet ihn nichts/ ſondern Gott führet ihn ſelber/ eitel göttliche Luſt/ Freude vnd Friede iſt da/ mit allen andern Wercken vnd Tugenden.

Permiſſa eſt *Hilaritas ſancta* conſiſtens in corporis quâdam recreatione ſanctâ, adeoque ſancto agaparum uſu, Judæi quidem olim credebantur Sabbathis jejunare, hinc illæ Ethnicorum fabulæ, *Moſes ſeptimum diem in omne ævum jejunio ſacravit,* Juſtin. l. 36. 2. *Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tàm diligenter Sabbatis jejunium ſervat,* Auguſt. apud Sueton. c. 76. *Contra* Judæos dies ſanctos moderatis *ἀγάπαις* ornaſſe liquet ex Nehem. 8. v. 10. 1. Cor. 11. v. 21. Advertendum tamen duplici in his conviviis condimento opus eſſe, piis colloquiis, & temperanti bonorum divinorum uſu, vide D. Keſleri caſual. c. 10. p. 56. 2. Muſicâ conditâ textibus ſacris. 3. deambulatione conditâ piis meditationibus, gymnaſia denique animi gratia inſtitutis, ne ſpiritus torpeſcat, caro nihil agendo male agere diſcat, atque hæc omnia fieri debent *ἀνεμποδίστως*, ita ut partes cultus divini reliquæ non impediantur. conf. Lact. catech. part. 1. p. 577. & ſeqq.

§. 8. II. *Cultu externo privato*, qui eſt 1. *παρασκευαστικὸς*, ante publica ſacra, in veſpera præcedaneâ, Exod. 16. 23. & manè ipſius ſabbathi, conſiſtens in vacatione laborum maturâ, abſtinentiâ & jejunio, pœnitentiæ exercitio, precatione pro ſancta devotione, ſancto deſiderio adeundæ ædis Dominicæ. 2. *ἑπόμενος* conſequens

ſacra publica, conſiſtens in gratiarum actione pro cibo ſpirituali, meditatione, examine domeſtico, Pſalmodiis, lectione librorum ſacrorum. III. Cultu interno, qui anima eſt cultus externi, quo ſine hic cadaver eſt, hypocriticus eſt, nullus eſt, Eſa. 1. v 12. & 16. Pſ.50.13.& 14. is uno nomine vocatur pia devotio, defixa totâ mente ad omnes actus ſacros.

§. 9. *Vitia contraria* ſunt 1. *deſertio congregationis*, Hebr. 10. v.25. 2. *Profanatio* per impiam doctrinam, & impiam vitam, quâ quidem ratione è domo orationis fit domus latronum, inq; atheiſmum & gentiliſmum ejuſmodi Sabbatha abeunt, de quo *Tertull.* jam olim conqueſtus eſt, c.14. idol. *o melior fides nationum in ſuam ſectam, quæ nullam ſolennitatem Chriſtianorum ſibi vindicat, non dominicum diem, non pentecoſten: etiamſi noſſent, nobiſcum communicaſſent. ne Chriſtiani viderentur: nos ne Ethnici pronunciemur, non veremur.* 3. *Hypocriſis* eorum, qui templa adeunt, ſine debita præparatione, peccatis polluti, Jer. 7. 9. tanquam ad angarias, ad theatrum ſuperbiæ, ad ſomni occaſionem, confer hodoſoph. edit.2. phænom.6. p.513. 4. Omniſque adeò neglectus & contemtus verbi divini, in quem graviter Lutherus in der Hauß-Poſtill. Domin.20. Trin.

§. 10. Secundum mandatum affirmativum in hoc tertio præcepto, eſt præceptum laborandi : תעבד ועשית כל מלאכתך ששת ימים ſex diebus operaberis, & facies omne opus tuum. in quo præcepto tria occurrunt, 1. *actus mandatus*, nimirum *operatio*, eaque *ſervilis*, ea namque vocis עבד eſt notio, quâ diſtinguuntur labores externi ab exercitiis pietatis. 2. *Reſtrictio laboris* ad omnem tàm œconomicum, quàm politicum, non vitioſum, (quod cum legislatoris ſanctitate pugnat, & à ſcopo legis abeſt,) *noſtrum*, id eſt ad hanc vitam pertinentem, in quo faciendo, ipſe homo eſt quaſi finis ᾧ. Monet *D. Gerh.* de leg. moral. n. 130. hâc reſtrictione 1. πολυπραγμοσύνην prohiberi, confer 1.Cor.7.v.17. 1. Theſſ.4.v.11. 2.Theſſ.3.v.11 2. innui libertatem noſtram agendi in rebus ſeculi, non item in rebus ſpiritualibus, confer Exod. 13. v. 13. & Ezech 20. v.22 3. *Circumſtantiam temporis ſex dierum.* ubi non excluditur hâc circumſtantiâ, ſomnus, & honeſtum otium, juxta regulam: præcepta affirmativa obligant non ad ſemper. Id verò *hic in quæſtionem venit, an hæc verba præceptum contineant, ac laborandi neceſſitatem,*

num

Digitized by Google

num ſolùm permiſſionem & libertatem operandi? Prius placet D. Luth. Sechs Tag ſoltu arbeiten. Hinc Carpzov. l. 2. Juriſprud. conſiſt. defin. 255. n. 15. monet d. 384. *Nec etiam Parochiani in diebus profeſtis ad cultum ita ſunt adigendi, ut tempus iis pracidatur, quominus operas ſuas quotidianas perficere & abſolvere poſſint, cum DEUS hunc in finem ipſis ſex dies conſtituerit, quibus ſua tractare licet.* Wolte GOtt (inquit Luther. Tom. 7. Witt. p. 84.) daß in der Chriſtenheit kein Feyertag were / dann der Sontag / daß man unſer Frawen und der H. Feſt auff den Sontag legt / ſo blieben viel böſer Untugenden nach / durch die Arbeit der Werck-tage würden auch die Land ſo arm und verzehret / aber nun ſind wir mit vielen Feyertagen geplaget / zur Verderbung der Seelen / Leib und Güter / darvon viel zuſagen were. poſterius Andr. Riveto tract. de decal. p. 160. Prioris ſententiæ argumenta cum ſint firmiora, ideò illa præferenda, 1. *Ob analogiam reliquorum præceptorum,* quæ ſimiliter in futuro narrante ponuntur לא תרצה לא תנאף & tamen ſine dubio *προςακτικῶς* intelliguntur. 2. *Ob rationis paritatem*: Ut enim Dominus ex eâ causâ, quia ſeptimo die quievit, præcepit ſanctificationem, ita ex eâdem causâ, quia ſex dies creationi mundi collocavit, laborem mandat. 3. *Ob facilem ſolutionem eorum,* quæ obſtant. 1. Si, ait *Rivet.* verba hæc continerent præceptum, ſequeretur nunquam licere ſex illis diebus otiari. 2. In primâ tabulâ non tradi præcepta de officio noſtro erga nos in proximum, ſed erga DEUM. 3. Mandatum de laborando compræhendi præcepto octavo, non furaberis, interprete ipſo Paulo, Eph. 4. v. 28. Reſp. ad 1. præcepta affirmativa non obligare ad ſemper, ut jam diximus. Ad 2. abſolutè verum non eſſe, in primâ tabulâ non contineri præcepta de officio noſtro erga nos, proximumve. Nam præcepti ſecundi virtutes ſunt prædicatio verbi, benedictio, juramentum, in quibus omnibus aliquod officium ad proximum redundat. Ad 3. poſſe unam eandemque virtutem in duobus præceptis commendari, in uno explicitè, in altero per conſequentiam: in uno ex hâc causâ; in alio ex altera cauſa. ſic perjurium calumnioſum pugnat cum ſecundo & octavo præcepto.

§. 11. Duæ hujus præcepti partes ſunt, 1. *Subſtantia* actus, nimirum laborare, & facere omne opus tuum, עבד quanquam latè pateat, proque ipſo cultu Dei legatur, tamen hic notat laborem

ſervilem, & quaſi ſudoriferum, oppoſitum exercitiis recreatoriis, quia 1. ea vocis principalis ſignificatio eſt. *De ſervitate propriè dicta propriè accipitur*, ait Pagnin. in lex. quia 2. additur reſtrictio col melachteca. מלכתך etſi latius extendatur Exod. 12. v. 16. & alibi, tamen propriè opus ſervile notat ad hanc vitam pertinens. Opponitur verò *Opus tuum* 1. *cultui divino*, qui non eſt opus tuum, ſed Spiritus S. ſanctificantis, Exod. 31. v. 13. atque hoc ipſo innuit legislator, arbitrii noſtri in ſpiritualibus *ἀδυναμίαν*. 2. *τῇ Πολυπραγμοσύνῃ. καὶ ἀλλοτριεπισκοπείᾳ*, II. Circumſtantia actus Sex Dies, quod ſex dierum ſpacium non excludit 1. exercitia pietatis quotidiana, 2. tempus ſomni, 3. tempus honeſtæ recreationis. Vitia huic præcepto contraria ſunt *πολυπραγμοσύνη*, & ocium.

§. 12. Sequitur *interdictum tertij* præcepti, in quo obſervanda duo, 1. *CUI?* quibus ſc. interdictum ſit, 1. Iſraelitis liberis אתה, Tu, pater vel mater, idea & exemplar faciendi. 2. eorum filiis, & filiabus. Servis, quibus præter rationem cultus cavere legislator voluit ab immiti nimis tractatione, adque angarias jugi coactione Deut. 5. v. 14. Exod. 23. 12. Peregrinis, inquilinis ſcilicet, qui in portis Iſraelitarum verſabantur, vid. ſupr. 5. Jumentis non formaliter, ſic enim in jumenta lex non cadit, ſed materialiter quatenus inſtrumenta profanationis eſſe poterant; his enim etiam reſpirationem indulget rerum parens.

§. 13. Quid? לא תעשה כל מלכתך *non facies omne opus*, i.e. nullum, Hebraiſmo uſitato, confer *Deut. 27. v. 21. Pſ. 43. v. 2. Rom. 3. 20.* Hinc demum graviſſima oritur controverſia *de quo operum genere hic ſermo ſit, & quæ opera excepta?* Nos diſtinguimus breviter inter hujus prohibitionis *ceremoniale ſuperſtitioſum, & morale. Ceremoniale* eſt vacatio ab opere 1. ignis accendendi, Exod. 35. v. 3. 2. onera deportandi Jerem. 17. 22. 3. victus & mercium apportationis. Nehem. 10. 31. 4. Mortuorum ſepulturæ, 2. Maccab. 12. v. 39. 5. Itineris, Exod. 16. 29. ſc. ad profana loca in finem profanum: alias licebat ire ad locum ſacrum Actor. 16. v. 13. ad prophetam 2. Reg. 4. v. 23. Hinc Sabbathi iter Actor. 1. v. 12. à ſcribis definitum, quantum cuique ire Sabbatho liceat, de quo tamen termino nec inter Rabbinos, nec Chriſtianos Doctores convenit, vide è noſtris Dn. D. Chemnit. in harm. Evang. c. 4. p. m. 625. Dn. D. Gerh. part. 2. harm. c. 160. p. m. 474.

Digitized by Google

ex aliis Sanct. & Corn. à Lapide ad act. 1. v. 12. Martin. lexic. etym. ad Sabbathi iter. Quid verò de verbis Chriſti dicendum Matth. 24. 20. *orate, ne fuga veſtra fiat Sabbatho?* an vacatio Sabbathica ab itinere vi legis moralis neceſſaria erat? Neg. Verba enim hæc non ſunt interdictoria, quaſi prohiberetur fuga neceſſaria die Sabbathico, Sed 1. *Exaggerativa* fugæ repentinæ ac longinquæ, q. d. conſuetum Sabbathi iter non erit ſufficiens ad fugam tùm temporis neceſſariam, ſed longius pes movendus: ſiquidem tantum ſpatii Veſpaſianus completurus ſit milite, quantum Sabbatho emetiri licebat. in monte oliveti Romanos in primâ urbis obſidione, ſexto ab Hieroſolymis ſtadio caſtra poſuiſſe auctor eſt Joſeph. l. 6. bell. Jud. c. 3. 3. *Præſuppoſitiva* traditionis Judaicæ, quam non approbat, ſed κατ' ὑπόληψιν Judæorum præpoſteram loquitur. Confer Dn. D. Gerh. l. cit. p. 476. & ſeqq. Eſſe verò ſupra explicatam vacationem ceremonialem, non moralem ac legis perpetui, liquet ex auctoritate Domini Sabbathi, qui Sabbatho iter fecit ad mare uſque Matth. 13. 1. juſſit ſuſtollere grabbatum Joh. 5. v. 8. Atque hæc vacatio in N. T. nos non obligat.

§. 14. *Superſtitioſa vacatio eſt ab operibus 1. neceſſitatis*, utpote 1. *vacatio à vitæ defenſione*, quam, ne Sabbathum violarent, in levi habuerunt Judæi tempore Antiochi Epiphanis, 1. Maccab. 2: 39. quæ tamẽ ſuperſtitio pòſt ſublata à Mathathia, 1. Maccab. 2. v. 40. 41. limitata tempore Pompeji ad prohibitionem violentiæ, non item ad impediendas machinas hoſtiles; prohibere vim inferentes lex permittit, ſed opus facientem hoſtem impedire non ſinit Joſeph. l. 14. antiq. c. 8. ad 2. *extremum vitæ periculum*: vide ridiculam hiſtoriam de quodam Judæo navarcha, qui in ſabbatho officio fungi prius non volebat, donec videret ad reſtim rem redire: νῦν, φησὶν, ὁ νόμος ἐφίησιν, ἐπειδὴ νῦν σαφῶς ὑπὲρ τῆς ψυχῆς θέομεν, è Syneſio recitatam à Caſaub. ad app. annal. exerc. 8. p. m. 49. denique *revocata* è Verpis recentioribus. Exempla de Judæo in latrinam lapſo extractionem recuſante, in fœtore mortuo apud Matth. Pariſ. in anno 1260 Ranulph. l. 7. polychron. c. 37. Volater. l. 13. geograph. legas licet. Hanc vacationem ſuperſtitionis damnavit Servator; quia ſi jumentorum vitam ſabbatho tueri licet; quid ni hominũ? Matth. 12. v. 11. Luc. 13. v. 15. c. 14. v. 5. ſi hominem ſanare, quid ni à totâ Rep. vim injuſtam arcere? adde quod ipſo divino juſſu die ſabbathico

res

Digitized by Google

res bellica tractata legatur Joſ. 6. de qua hiſtoriâ multa adverſus Judæos c.4. & adverſus Marcion. l.2.21. Tertull. & Epiphan. hæreſ. 66. ad Manichæos annotavere. Vide Serar. in h. l. q.29. 2. *Vacatio à naturæ operibus*, ut ſunt alvi purgatio, à quâ Eſſæi abſtinuere apud Joſeph. l.2. bell. Jud. c.7. à præparatoriis actionibus ad cibum, famis ſedandæ causâ, quas damnabant Phariſæi in diſcipulis Chriſti, Matth. 12. 12. Sed Chriſtus oppoſuit apologiam, quod ſc. Lex ceremonialis caſui neceſſitatis cedat, quia 1. non obſtante lege Lev. 24. 9. David comederit panes propoſitionis in loco ſancto. quod 2. non quævis opera ſabbatho ſint interdicta, cum & ipſi ſacerdotes in ſabbatho ignem accendebant Lev. 6. 12. onera tollant, panes ſc. propoſitionis Lev. 24. v. 8. 1. Reg. 21. v. 6. victimas cædant, circumcidant: ſed opera illa, quæ & quatenus cultum divinum impedire poterant. Quod 3. opera charitatis, quæ ordinariè à ſe ipſo incipit, DEO gratiora ſint, quàm ceremoniæ per ſe conſideratæ Oſe. 6 v. 6. Quod 4. ſabbathum ſit propter hominem Deut. 5. v. 14. Ergò ſabbathum non prohibet ea, quæ ad hominis conſervationem pertinent. Quod 5. ſi vel maximè hæ rationes nihil poſſent, ipſe ſit Dominus ſabbathi, qui pro auctoritate, ut ceremonias legales alias, ita etiam ſabbathum moderari queat. Huic ſuperſtitioni addantur παρατηρήματα alia à Münſtero collecta in cap. 20. Exod. 2. *Vacatio ſuperſtitioſa ab operibus charitatis*, ut cum iterum Phariſæi curationem ægrotorum indignè ferrent, caſtigati à Chriſto, Matth. 12. v. 12. Marc. 3. v. 4. Luc. 14. v. 4. Si enim ſabbatho licuit ſacrificare, circumcidere Matth. 12. v. 5. Joh. 7. v. 22. quidni opera miſericordiæ facere, utpote DEO præ ipſis ſacrificiis grata. Atque hæc hujusmodi ſuperſtitioſa vacatio adeò nos non obligat, ut peccati reos agat.

§. 15. *Supereſt morale hujus interdicti*, quod eſt vacatio non à labore omni abſolutè, eſſet alioquin etiam vacandum ab opere ſacro, ſed *vacatio à labore* 1 *ſervili*. Eſt enim hæc propria vocis Melacah ſignificatio. Ideò 70. vertunt ἔργον λατρευτὸν Exod. 12. v. 16. Melacah abhodah appellatur Lev. 23. 7 & 9. confer Deut. 5. 15. opus ſcilicet quæſtuoſum & ſordidum, qualia ſunt arare & metere. *Exod.* 34. *v.* 21. torcularia calcare *Nehem.* 12. *v.* 31. *c.* 13. 15. 2. Tuo, quod vel ad tuum quæſtum, vel ad victum acquirendum pertinet, vel aliàs

eſt

eſt tuæ ordinatiæ vocationis. *Nunc*, ſcribit Tertull. l.2. adv. Marcion. 21. *certa eſt diſtinctio Sabbathi, humana non divina prohibentis, ideò qui Sabbathis lignatum ierat, morti datus eſt.* SVVM *enim opus fecerat lege interdictum, qui verò arcam Sabbathis circumtulerant, impunè geſſerunt. Non enim* SVVM *opus, ſed* DEI *ex præcepto ſcilicet ipſius adminiſtraverunt.* 3. *Impeditivo cultus ſacri*, prohibita igitur ſunt hodie omnia opera, noſtra peccaminoſa, judicia litium, quod & Senatus Romanus in gratiam Judæorum decrevit apud Joſeph. lib. 16. cap. 10. ne Judæi cogerentur ad præſtanda vadimonia ſabbathi, aut pridie ſabbathorum poſt horam nonam in paraſceve, hinc *Leo & Anthonius* Impp. Cod. de feriis, *nulla hoc die quemquam urgeat admonitio, nulla fide juſſionis flagitetur exactio, taceat apparitio, advocatio diliteſcat, ſit ille dies à cognitione alienus, prætoris horrida vox* ſileat, &c. 2. *nundinæ*, è cloacis gentilium derivatæ, in turbationem fontium Iſraelis, vide Macrob. l. 1. ſaturn. & Hoſpin de feſtis gentil. c. 5. Ut enim locum ſacrum nundinationibus profanari nefas, Luc. 19 v. 45. ita & tempus ſacrum, confer Nehem. 13. v. 16. 3. *Nuptiæ*, quæ quamvis apud Chriſtianos etiam ſanctæ ſint, tamen opera potius noſtra ſunt, quàm divina, & ad hoc ſeculum pertinent, adque hanc politiam, vide D Bald. l. 2. c. 13. caſ. conſc 8. 4 *Luſus, ſaltationes, colloquia inutilia & profana, comœdiæ.* Nam ſi opera vocationis ordinaria hoc die interdicta, multò magis iſta exercitia. confer Eſa. 58. 13. 14. 5. *Opera vocationis ordinariæ*, qualiacunque, ne ſtudiis quidem exceptis, præſertim ea, quæ ob pridianam crapulam ac otium in hunc diem differuntur.

§. 16. Sequitur tandem *ratio duplex*: 1. ſanctificandi à nobis ſabbathi, quia DEUS 1. *benedixerit illi* diei, id eſt, metonymicè illum diem hominibus ſanctificantibus: ſicut DEUS dicitur coronare annum Pſ. 56. v. 12. i. e. res in anno beneficentiæ capaces ubertate ac pinguedine frugum adimplere, quo ſenſu illud Homeri θυσάνλαδαι κρατῆρας exponit Euſtath. id eſt, μέχρι τῶ χείλους ἐμπλῆσαι. Hinc Juvencus Presbyter, de aquâ à Chriſto in vinum mutatâ

Præceptis parent juvenes, undiq; coronant,
Completis lapidum labiis: tùm ſpuma per oras
Commixtas undis, auras ad ſumma volutat.

Digitized by Google

Benedicit DEUS hominibus, quatenus promiſit ſe benefacturum iis, qui hoc die dignè fungentur Lev. 26. 2. Eſa. 56. 2. & ſeqq. Jerem. 17. v. 25. Eſt enim benedictio Hebræis toſephet tobab acceſſio boni. 2. *Sanctificavit*, id eſt, ſacro uſui deſtinavit ad eum modum, quem ſupra expoſuimus. Altera *ratio ſanctificati à DEO Sabbathi ab exemplo DEI*, qui defunctus ſextiduo creationis, quieverit. Quies notat refrigerium & quietem à labore, quod innuitur voce וינפש Exod. 31. 17. reſpiravit, quaſi novam animam duxit. 2. nudam ceſſationem ab opere, quæ voce שבת exprimitur. Priori ſenſu Deo, ut alia ἀνθρωποπαθῶς tribuitur, proprio enim ſenſui obſtat Eſa. 40. v. 28. Hinc rectè *Rabb. Benezra* in concil. Menaſſ. Ben Iſrael q. 37. in Exod. ſi *cœlum*, ſcribit *perpetuò velociter adeò movetur, ſine ulla fatigatione, quantò minus ſpirituales creaturæ, & DEUS ipſe fatigatur, cujus actiones non in motu aliquo, ſed ſolo verbo conſiſtunt*. Vide ibidem inſanum quantum moliatur Menaſſeh in conciliando decalogo cum loco Eſaiæ adducto. Poſteriori ſenſu propriè DEO tribuitur, eſtq; non *laboris remedium*, *ſed cœptorum finis operum*. *Gaudent.* tract. de Exod. lect. 8. Quæri hic nonnulla obiter poſſunt. 1. *quomodo cum quiete DEI ſtet providentia*, Joh. 5. v. 17. ſignificata? *Quomodo* 2. *cum novæ creaturæ confectione* Eſa. 43. 19. 3. *An à creatione animæ humanæ etiam quieverit?* Reſpondetur ad 1. compoſitum hoc ἐναντιοφανὲς olim fuiſſe ab ipſo Moſe, qui, cum limitationem adjeciſſet, ab omni opere quod fecerat, ſatis indicavit, non abſolutè quieviſſe, ſed κατά τι reſpectu primæ rerum conſtitutionis, exceptam rerum creatarum curam, & nova miracula. atque ideò hoc ex loco malè colligunt nonnulli, cometas à DEO immediatè non creari. ad 2. diſtinguendum eſſe inter ſtatum naturæ, de quo Moſes agit, & inter ſtatum gratiæ & gloriæ, de quo Eſaias & alii θεόπνευστοι. ad 3. omninò ab hâc etiam quieviſſe, quia illa reverà fuit in cenſu eorum, quæ DEUS intra ſex dies fecerat. Vanum eſt effugium, quieviſſe Dominum à creandis novis ſpeciebus, non individuis: nihil igitur obſtare, quo minus animas humanas de novo creet. Nam ut actio eſt ſingularium, non ſpecierum (ſpecies quà tales non creantur, ſed individua). Ita etiam quies reſpectu individuorum intelligenda eſt. Ergò DEUS etiam à creatione individuorum quievit, à creatione dico, non productione cooperativâ. Quo nam

ſenſu

ſenſu quievit à creatione plantarum, beſtiarum &c. eàdem quoq; à creatione animarum humanarum: Sed ita quievit, non tantùm ut novas ſpecies plantarum non creet, ſed ut individua nova creet, quanquam cooperetur cum naturâ.

§. 17. Non hic *coronidis vice* inſuper habendum, quod memorat *Menaſſeh Ben-Iſraël in ſuo conciliatore* q. 36. ad Exod. *Inter alia teſtimonia ſanctificati à DEO Sabbathi, eſſe Flumen Sabbathicum*, cujus *mentio fit in* Thalmude *Babylonico, Hieroſolymitano, Rabat, & jacult. Ioſephus quoq; (addit ib.) magnæ* auctoritatis & fidei hiſtoriographus *narrat, Titum* Aſſyriorum urbes tranſeuntem, ſubſtitiſſe *ad videndum* hunc fluvium, qui mirabile *dictu, violentum curſum, finitis* 6. quibusque diebus *ſponte ſiſtebat, poſteaquam* rurſus priore modo *repetebat. R. Moſes Gerundenſis*, vult, fluvium *hunc eſſe Gozan, ad quem decem* tribus captivæ *abductæ ſunt, quâ captivitate, veniente* Meſſiâ, *liberabuntur.* hæc Menaſſeh. In quo loco ſi ineptiſſimus conciliator Plinium in teſtimonium adduxiſſet l. 31. 2. aliquid ſcripſiſſet, ſed quia Joſephum calumnioſè citavit, planè contrarium ſcribentem, nimirum ipſo ſabbatho hunc amnem minimè eſſe ſabbathicum. vid. verba l. 7. bell. 24. & teſtibus de domo utitur ſuſpectis. ſatius fuerit aſſurgere αὐτοψίᾳ Bellonii l. 2. c. 87. cui hæc hujusmodi meræ ſunt leræ & Judaici Logi. *Dignus ſc. fluvius* (verba ſunt *Nicolai Fulleri* l. 1. miſcellan. ſacr. c. 9.) *cujus in ripa quidem una ludant*

vicini pygmæi, à gruum periculo metuq; liberi: in alterâ autem cygni jamjam morituri, dulcia defecta modulentur carmina linguâ.

DISPUTATIO DECALOGICA

NONA.

DE

TABULA DECALOGI SECUNDA,

cujus præceptum generale & cardinale extat

Lev. XIX. verſ. 18.

§. 1.

אהבת לרעך כמוך Diliges ſocium tuum ſicut te. Cui analoga & parallela eſt parœmia à Domino propoſita Matth. 7. 12. *Omnia igitur quæcunq; volueritis, ut faciant vobis homines, ſic & vos facite illis.*

Quod tibi vis fieri, fac mihi, fac alii.
Quod tibi non fieri vis, id ne feceris ulli.

à Gregor. Nazianz. carmine ligata.

Τοιοῦτος ἴσθι τοῖς φίλοις καὶ τοῖς πέλας,
Οἵους σεαυτῷ τούσδε τυγχάνειν θέλεις.
Οἷα πρὸς ἄλλων μὴ παθεῖν ὅλως θέλεις,
Τοιαῦτα καὶ σὺ μηδὲ δρᾶν ἄλλῳ θέλε.

In ſummo pretio habita. De Alexandro Severo Imp. relatum eſt, clamaſſe eundem ſæpius, quod à Chriſtianis audierat, idque per præconem, cum aliquem emendaret, dici juſſiſſe: *Quod tibi fieri non vis alteri ne feceris*, imò hanc ſententiam uſque adeò dilexiſſe, ut & in palatio, & in publicis operibus eam præſcribi curaret. SUMMA TOTIUS TABULÆ SECUNDÆ, τὸ סוף דבר *πλήρωμα νόμου.* Rom. 13, 10. *τέλος τῆς παραγγελίας.* 1. Tim. 1: 5. juxtà Clem. Alex. *κεφαλαιώδης ἰσοδίκη, καὶ βιωτικὴ παραίνεσις πάντα περιέχουσα* juxtà Hieron. ad Celant. *Compendioſum quoddam commonitorium tibi Evangelij eligenda ſententia eſt, & ſuperſcribenda cordi tuo, quæ ad totius juſtitiæ breviarium Dominico ore profertur: Omnia quæcunq; vultis ut faciant vobis homines, hæc vos facite illis, cujus præcepti vires exprimens jungit: Hæc enim lex eſt & Prophetæ.*

æ. Ad omnem actum, cogitatum, verbum hæc ſententia retractetur, quæ tibi quaſi ſpeculum quoddam paratum, & ad manum ſemper poſitum qualitatem tuæ voluntatis oſtendat, ac etiam vel de injuſto opere redarguat, vel de juſto lætificet. Egregiè hanc conſcientiæ regulam expolivit Luth. Tom 4. Witt. p. 86. Wie kunt es nun kurtzer vnd klärer gefaßt werden/ denn in dieſen Worten? Ohn daß die Welt vnd vnſer alter Adam nicht läſſt dazu kommen/ daß wir jhm nachdencken/ vnd gegen einander halten vnſer Leben vnd dieſe Lehre/ laſſens zu einem Ohr eingehen vnd zum andern wider auß/ ſolten wirs aber allezeit gegen vnſer Leben vnd Werck halten/ ſo würden wir nicht ſo roh hingehen/ vnd in wind ſchlagen/ ſondern immer gnug zuthun kriegen/ vnd wol ſelbs vnſer Meiſter werden/ vnd lehren/ was wir thun ſolten/ daß wir nicht dürfften nach heiligem Leben vnd Wercken lauffen/ auch nicht viel Juriſten vnd Rechtbücher dazu dürfften/ denn es iſt ja kurtz gefaßt/ vnd bald gelernet/ wenn nur der Fleiß vnd Ernſt da were/ darnach zuthun vnd zu leben. Als daß mans bey groben Exempeln ſehe/ Es iſt ja keiner der ihm gern laſſe ſtehlen/ vnd wann er ſein eygen Hertz darumb fraget/ ſo muß er ſagen/ daß ers warlich nicht gern hat/ warumb ſchleußt er dann nicht/ daß er einem andern auch alſo thue? Als wenn du auff dem Marckt ſieheſt/ daß iederman das ſeine ſo thewer machet/ wie er ſelbs will/ daß er gerne vmb dreyſſig pfenning gebe/ das nicht zehen werth iſt/ vnd du fragſt ihn. Lieber wolteſt du auch gerne/ daß man dirs thät? So kan er ſo grob vnd vnverſtändig nicht ſeyn/ er muß ſagen/ ich wolte kauffen/ wie es der Marckt gebe/ vnd was billich vnd recht were/ daß man mich nicht übernemme. Sihe/ da iſt dein Hertz/ das dir fein ſaget/ was du gerne hätteſt/ vnd dein Gewiſſen/ daß da ſchleußt/ daß du andern auch ſo thun ſolt/ vnd dich fein lehren kan/ wie du dich halten ſolt gegen deinem Nechſten/ mit kauffen vnd verkauffen/ mit allerley Händeln/ welches gehöret alles zum ſiebenden Gebott/ du ſolt nicht ſtehlen. Alſo gehe durch alle Gebott der andern Tafel/ ſo findeſtu/ daß diß ſeye die rechte Summa aller Predigt/ die man thun kan/ wie der HERR hie ſelbs ſagt: Darumb heißt es wol eine kurtze Predigt/ aber widerumb/ wann man ſie durch alle Stück ſolt außarbeiten/ ſo iſt es eine weite Predigt/ die kein Ende hat/ denn es iſt nicht zuzehlen/ alles was man auff Erden thut/ biß an den jüngſten Tag/ vnd iſt ja ein feiner Meiſter/ der ein ſolch lan-

Digitized by Google

ge weitläufftige Predigt kan ſo kurtz faſſen / vnd in eine Summa ſchlieſſen / daß ſie ein ieglicher kan mit ſich heim tragen / vnd ſich täglich derſelben erinnern / als in ſeinem eygenen Hertzen / ja in allem ſeinem Leben vnd Wercken geſchrieben (wie wir weiter hören werden) vnd ein ieder ſehen kan / wo es ihm fehlet / in ſeinem gantzen Leben. Und ich halte auch dafür / es ſoll dennoch Krafft haben vnd Frucht ſchaffen / wenn man nur ſich gewehnet daran zugedencken / vnd nicht ſo gar faul vnd vnachtſam ſeyn wolt / dann ich halt niemand ſo grob noch ſo böſe / wenn er daran gedächte / er würde ſich dennoch daran ſtoſſen vnd ſchewen. Und iſt ſicherlich fein gemacht / daß Chriſtus alſo ſtellet / daß er kein ander Exempel ſetzet / dann vns ſelbs / vnd alſo nahe legt / daß ers nicht näher legen kondt / das iſt in vnſer Hertz / Leib vnd Leben / vnd in alle vnſere Gliedmaſſen / daß niemand weit darnach lauffen darff / noch viel Mühe vnd Koſt darauff wenden. Sondern hat dir das Buch in deinen eygenen Boſen gelegt / vnd dazu ſo klar / daß du keiner Gloſſen darffſt / Moſen vnd das Geſetz zuverſtehen. Alſo / daß du ſelbſt deine Bibel / Meiſter / Doctor vnd Prediger biſt / da weiſet er dich hin / daß du es nun anſiheſt / ſo wirſtu finden / wie das Buch gehet durch alle deine Werck / Wort / Gedancken / Hertz / Leib vnd Seel. Richte dich nur darnach / ſo wirſt du weiſe vnd gelehrt gnug ſeyn / über alle Juriſten Kunſt vnd Bücher. Als zum groben Exempel / biſtu ein Handwercksmann / ſo findeſtu die Bibel gelegt in deine Werckſtatt / in deine Hand / in dein Hertz / die dich lehret / vnd dir fürpredigt / wie du deinem Nechſten thun ſolt / Sihe nur an deinen Handzeug / deine Nadel / Fingerhut / deinen Kram / deine Waagen / Ehlen vnd Maaß / ſo liſeſtu dieſen Spruch darauff geſchrieben / daß du nirgend hinſehen kanſt / daß dirs nicht vnter Augen ſtoſſe / vnd kein Ding ſo gering iſt / damit du täglich vmbgeheſt / daß dirs nicht ohn vnterlaß ſage / wann du es hören wilt / vnd mangelt ja am predigen nicht / dann du haſt ſo manchen Prediger / ſo manche Waar / Handel / Handzeug vnd Bereitſchafft in deinem Hauſe vnd Hofe / das ſchreyet allzumal über deinem Halß. Lieber handele mit mir alſo gegen deinem Nechſten / wie du wolteſt / daß dein Nechſter gegen dir handeln ſolt / mit ſeinem Gute. Sihe / alſo wäre dieſe Lehre geſchrieben an allen Orten / wo wir hinſehen / vnd in alle vnſer Leben geſteckt / wenn wir nur Ohren hätten / die da hören / vnd Augen / die da ſehen wolten /

vnd

Digitized by Google

vnd iſt ja ſo reichlich vns fürgetragen / daß niemand ſich kan entſchuldigen / er habe es nicht gewuſt / oder es ſeye ihm nicht gnug geſagt oder geprediget. Aber wir ſind wie die Ottern / die die Ohren zuſtopffen / vnd taub werden / wann man ſie beſchwören will. Wollens nicht ſehen noch hören / was in vnſer eigen Hertz vnd Gedancken geſchrieben iſt / vnd gehen ſo ruchloß dahin / ha / was gehet mich ein ander an / ich mag mit dem meinen handeln / wie ich will / vnd das meine ſo theur verkauffen / als ich kan / wer will mirs wehren / wie Juncker Filtz vnd Knebel auff dem Marckt thut / vnd wann man ſie durch Gottes Wort ſtraffet vnd drawet / ſo geben ſie ein lachen vnd ſpotten drān / vnd ſtercken ſich nur in ihrer Boßheit. Aber wir predigen auch ſolchen nicht / Chriſtus auch nicht / will auch nichts mit ihnen zuſchaffen haben / vnd ſie ſo ſehr verachten / als ſie thun / vnd ſie zum Teuffel laſſen fahren / damit ſie beederſeits geſcheiden ſeyn. Et ib. p. 87. Wie würde dichs verdrieſſen / wann dir einer für einen Gulden gebe / daß kaum zehen Groſchen werth were / daß / wenn du einen guten Blutstropffen im Leib hätteſt / ſolteſtu du dich ſelbs ſchämen / denn wenns ein ander thäte / ſo hieſeſtu ihn einen Dieb vnd Schalck / warumb ſchämeſt dich denn nicht für dir ſelbs? da nicht ein ander / ſonder du ſelbſt alſo muſt ſchelten / verdampt von deinem eygen Gewiſſen. Aber da iſt gut für ein harte / vnverſchambte Stirn / die ſich weder für den Leuten / noch für ſich ſelber ſchämet / viel weniger für GOtt. Aber wenns ein ander dir thut / da kanſtu bald ſchreyen / iſt das nicht Sünde vnd Schand / vnd ſchrecklich geſtohlen auß dem Beutel? da kanſtu bald einen Dieb vnd Schalck erſehen an einem andern / aber der in deinem Beſen ſteckt / vnd wol greiffen fühlen kanſt / den wiltu nicht ſehen. Eouſq; charitas Regina eſt omnium actuum humanorum, ut ex peccato non peccatum facere, vel peccati atrocitatem elevare poſſit; in omni enim præcepto, aut interdicto ſubintelligenda conditio, SALVA CHARITATE. Hæreſis e.g. non eſt toleranda, in Repub. niſi verendum ſit, ne tota Reſp. convellatur. CEDE DEO! negare amici in domum meam cōfugientis præſentiam, ne ille à Latrone graſſatore deprehenſus occidatur, fas eſt, quia charitate expreſſum. Addit D. Keſler. in Theol. caſ. c. 58. p. 330. Wer dem Becker Brod vom Laden nim̄t ohne Hungersnoth / der iſt ein dieb / thut ers aber auß Hungersnoth / ſo thut er

rechs-

Digitized by Google

recht / denn man iſt ſchuldig ihm zugeben. At hic nondum extrema neceſſitas urget, debetur in tali caſu eleemoſyna, ſed privata authoritate nemo cogitur. Ita cum Princeps captivus imperat Capitaneo Præſidiario, ſubdito, ut arcem, cui cuſtos impoſitus erat, hoſti captivanti tradat, non obſequendo tàm non peccat, quàm qui mente capto gladium non porrigit. Vox hujuſmodi principis τὸ velle ſimulat, τὸ nolle diſſimulat, charitatis hæc eſt moderatio.

§. 2. Deſignatur in illa I. Objectum diligibile, ſocius, proximus, propriè compaſcuus (Gen. 38. 12.) commenſalis, qualiscunque religione, ſtatu, moribus, affectu, proximus natura & neceſſitate, etiam impius. Diligenda quippe eſt natura, odio proſequenda malitia, quæ eſt perpetua Auguſtini ſententia. l. 1. 19. contra Fauſt. c. 24. & ſerm. 59. de temp. impius e. g. Cananæus cum occiſus eſt, actus non fuit odii, ſed juſtitiæ, quomodo carnifex Principis aut Magiſtratus ſontes in crucem tollit, aut jugulat, cui tamen nefas eſt eos odiſſe, aut privatas in illos injurias perſequi. Imò ſi carnifex ex odii & iræ affectu occidat reum, homicidii culpæ ſe reddit affinem; nec cum DEUS odiſſe perſonam dicitur. Sap. 12. 3. 4. perſona, quà perſona eſt, ſed quà talis. Dices, ἐν ἴσῳ μισητὰ Θεῷ εἶναι, καὶ τὸν ἀσεβοῦντα, καὶ τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ. Reſp. De Idolopoëta loquitur, cujus exoſa eſt intentio τοῦ ἔργου, non perſona, non res facta quà talis. Benè ib. D. Dietrich. p. 613. Das Bild deß gecreutzigten Chriſti / Mariæ / Petri / Pauli / anderer in H. Schriffe canoniſirter Heiligen / iſt ein frey Mittelding / an ſich gut / vnd nicht abgöttiſch / dann das Holtz machts nicht abgöttiſch / das ſchnitzen machts nicht abgöttiſch / die Form vnd Geſtalt machts nicht abgöttiſch / ſondern bleibet dem / der es macht / ein frey Mittelding. Wanns einer aber kaufft / der abgöttiſch vnd abergläubiſch in ſeinem Hertzen / zu dem Ende kauffet / daß ers auffſtelle / anbette / vnd verehre / dem wirds allererſt ein abgöttiſch Bild / vnd Götze / vnd damit hat der Schnitzer nichts zuſchaffen / noch darüber ſich zubekümmern / als der nichts böſes / ſondern allein das gute gemacht / vnd gethan / was ſeines Berufs geweſen. Der Wein iſt an ſich nicht abgöttiſch / vnd kans einer mit gutem Gewiſſen machen vnd verkauffen / wers von ihm begehret. Wann aber ein Päpſtiſcher Meßprieſter kompt / vnd kaufft den Wein zur Päpſti-

ſchen

ſchen Meß / oder ein Gewand zu einem Meßgewand / oder ein Kertz zu einem Umbgang / Altar / oder Götzen Heiligen zugebrauchen / vnd Abgötterey damit zutreiben / daran iſt der Wirth oder der Krämer nicht ſchuldig / hat ſich auch darüber nicht zubekümmern / ſondern laßt es den Käuffer verantworten. Alſo wird das Bild / ſo vom Bildhawer kaufft / erſt vom Käuffer zum Götzenbild gemacht / wann es vom Weyhbiſchoff mit gewiſſen concipirten Worten vnd characteren conſecrirt, geweyhet / zum anbetten auffgeſtellet / angebettet vnd verehret wird. Demnach ſollen Evangeliſche Bildſchnitzer vnd Bildhawer mit zuſehen / daß ſie zugelaſſene Bilder auß Hiſtorien der H. Schrifft / vnd der in der Schrifft canoniſirten Heiligen / ſo an ſich mit gutem Gewiſſen können gebraucht werden / der vermeinten / erdichteten Heiligen aber / ſo zu anders nichts nutz / als der Lugen vnd Fabeln dabey ſich zuerinnern / vnd ſelbige zubeſtätigen / deren ſollen ſie müſſig ſtehen / damit ſie nicht auch treffe / was David ſaget / die ſolche machen / ſind gleich alſo / Pſalm. 115. 7. das Holtz iſt deß Fluchs werth ſo mit Händen geſchnitzt wird / ſo wol / als der / der es machet. conf. eundem ad Eccleſ. 3. p. 526. Opis tuę ut miſer ille vulneratus à Latronibus, Samaritæ non ſolum indigus, ſed & cupidus. Da petenti, nega repellenti beneficium. *Omnes homines,* inquit Auguſtinus l. 1. doctr. Chriſt. c. 20 *æq. diligendi; ſed cum omnibus prodeſſe non poſſis, his potiſſimum conſulendum, qui temporum & locorum opportunitatibus, conſtrictius tibi ſorte quaſi junguntur.* vid. Lact. Catech. part. 1. p. 22. & ſeqq. & part. 3. p. 500. Excipiendus hîc dæmon & dæmonis proles, vetus Adam, mundus quatenus immundus; his enim hoſtibus nil niſi bellum debemus. v. D. Dietrich in Eccleſ. 3. conc. 11. p. 526.

3. II.] Actus præceptus, *dilectio,* quaſi materna, omnes hominis ſenſus, affectus, motus, membra occupans: eſt enim diligere, mente æſtimare, voluntate uniri, (quod Scriptura vocat conglutinare animam cum anima amici. 1. Sam. 18. 13. Hinc (ita Hieron. ad Mich. 7.) *interrogatus quidam, quid eſſet amicus, reſpondit: alter ego. Vnde Pythagorei duo vades ſeſe invicem Tyranno dederunt.* Quâ de re ita loquitur M. Tullius. Dial. de Amic. *Ipſe ſe quiſq; diligit, non ut aliquam à ſeipſo mercedem exigat charitatis ſuæ, ſed quod per ſe quiſq; ſibi charus eſt, quod niſi idem in amicitiam transferatur, verus amicus nunquam reperietur. Eſt enim is amicus quidem, qui eſt tanquam alter idem. Alterum enim acquirit, cujus animum ita cum ſuo*

 commi-

Digitized by Google

commiſceat, ut efficiat penè unum ex duobus.) affectu congaudere, condolere, coiraſci, continere, concavere, συμπαθεῖν, συναγωνίζειν, in precibus συμφωνεῖν, ore laudare, manu benefacere; pede ſuccurrere. Contrà non odiſſe proximum, non curare ejus commoda, intus canere, non nocere nocumento iniquo aliàs. In domo aliqua ſpectrum vagari, ſi prodatur, locatori nocet, haud iniquè: vitium mercis detegere nocet venditori ſine vitio. Eleganter Auguſt. (ſi tamen is auctor eſt lib. 50. homil.) homil. 15. *Ecce ſpinam calcat pes, quid tàm longè ab oculis, quàm pes? longè eſt loco, proximus charitatis affectu, modicum pungit ſpina, & per parvum locum tenet in pede, vide quomodo illuc convertuntur omnia membra, nunquid oculi ceſſant quærere? nunquid aures ceſſant audire? Fortè alij, qui vident, ubi ſit, dicunt, Ecce ibi eſt. Statim hoc audiunt aures, & ſequuntur conſilium: ibi & oculi quærunt, & manus operantur, & ut dixi, totum corpus illuc incurvatur, & nihil vacat in homine ad ſubveniendum, & ſolum in pede factum eſt vulnus, & totum quod eſt in homine, operatur. Numquid omnia puncta ſunt? Attendite, numquid omnia dolent? Sana eſt manus, ſani ſunt oculi, ſanum eſt caput, ſana ſunt alia membra, ipſe pes ſanus eſt, ibi tantùm dolet, ubi punctus eſt. Non eſt ergò communis calamitas omnibus, ſed per compaſſionem charitatis omnia veniunt ad ſubveniendum, & omnia volunt ſuccurrere.* Denique quod tuum eſt, proximo communicare, & quiete inquieta ex motivo fidei ſtatim (ut aquila ad eſcam) ferri in proximi emolumentum. vid. part. 1. Lact. Cat p. 28. & part. 3. p. 501.

§. 4. Norma præcepti. Tu ipſe.

Teque tuas numeres inter amicitias,

Canit Poëta, tuamet ἑαυτοφιλία, diſcipula licet αὐτοδίδακτος, freno magis, quam calcaribus indigens, pellem pro pelle permutans ac omnia vitæ commoda pro vita ipſa profundens. *Quatuor ſunt diligenda*, inquit Auguſt. l. 1. de doctr. Chriſti c. 23. *unum quod ſupra nos eſt, DEUS; alterum quod nos ſumus, tertium, quod juxtà nos eſt, id eſt, proximus, quartum, quod infrà nos eſt, id eſt, corpus. De ſecundo & quarto nulla præcepta danda erant. Quantumlibet enim homo excidat à veritate, manet illa dilectio ſui, & dilectio corporis ſui. Hi qui navigant* (ita Origenes lib. 2.) *ne abſorbeantur ab æſtuante pelago, abſorberi patiuntur opes, quas magno labore atq; impendio quæſierant, atq; ideo illas non gravatè in mare projiciunt, neq; quiſquam dubitat medicos accerſere, medicinas*

undecunq;

*undecunq; convehere rerum ſuarum diſpendio, ſi aliter vitam non putat reti-
nendam. Et quemadmodum amputantur rami, qui quaſi membra ſunt ar-
boris, & prognati filij, ne ſeneſcat & pereat; ſic & homines membra ſibi uri,
atq; lacerari patiuntur, ne à vita decedant: & ſuos aliquando filios lace-
rant, & comedunt, ut vitam redimant, cùm in extremum periculum dedu-
ctam eſſe vident.* tamen magiſtra eſto dilectionis in alios effunden-
dæ, cujus omnis indoles illuſtrata eſt in Lact. Catech. part. 2. p. 1. &
ſeqq.

Egregiè Luther. 4. Tom. Witteb. p. 36. Ein jeglicher lerne die gemeine Gebre-
chen und Unfall in ſeinem Stand und in dieſem Leben mit Gedult tragen / und
an ſeinem Gemahl auch zu gut halten / und wiſſe / daß nicht kan noch will alles
recht und nach unſerm Sinn zugehen. Kanſtu es doch an deinem eygenen Leibe
nicht anders noch beſſer haben / und muſt leiden Unflath und Unluſt / den er dir
täglich anrichtet / daß wann du ſolteſt alles / was unrein an ihm iſt / wegwerffen / ſo
müßteſtu am Bauch anheben / der dich doch neeret und beym Leben behalten
muß. Kanſtu nun ſolches an deinem Leibe leiden / daß er dir einen Stanck ma-
chet / ehe du dich umbſiheſt / oder anfehet zuſchweren und zu eitern / daß nichts rei-
nes an deiner Hand bleibet / und ihm alles zu gut halten / ja nur deſto mehr guts
und Liebe beweiſen / mit warten / waſchen / tragen und helffen / wo ihm etwas feh-
let. Warumb wolteſtu es hie nicht auch thun an deinem eygenen Gemahl / das
dir GOtt gegeben / daran du wol gröſſern Schatz / und mehr Urſach zu lieben haſt.
Dann es ſoll unter den Chriſten eine ſolche Liebe ſeyn / wie eines jeglichen Glieds
am Leibe gegen dem andern / wie St. Paulus offt vermahnet / da ſich eines deß
andern Gebrechen annimbt / ſelbs drein greiffet / legt und hebt / und alles thut / wo-
mit es ihm nur weiß zu helffen. Darumb iſt unſer rechter Hauptartickel nichts /
dann eitel Vergebung der Sünde / beyde in uns ſelbs / und gegen andern / daß wie
Chriſtus in ſeinem Reich ohn unterlaß an uns trägt / und vergibt allerley Gebre-
chen / alſo auch wir untereinander tragen und vergeben in allen Ständen / und
Sachen. Wer das nicht will / dem beſchere GOtt / daß er nimmer keine Ruhe
habe / und ſein einfältig Unglück oder Plage zehenfältig ſchwerer mache.

Sana ſc. proportionata & regulata. Anomala enim ſunt iſta & inſa-
ni capitis deliria, malefici e.g. ad furcam damnati, nolles equidem
te judex à me ſtrangulari, ergò nec tu mihi hoc theta præfiges.
Quin imò ſi tu judex eſſes, & ille maleficus, tu velle deberes, quod
judex debet. Ejuſdem farinæ & hoc eſt. Ego ſi virgo eſſem for-
moſa, vellem me præbere ad ſtuprum. Ergò & te mihi præbebis:
Ego ſi tu eſſem, vellem propinanti totum vini Cantharum ἀπνευστὶ
exhaurire. E. & tu mihi propinanti. Ego herus volo, ut tu famu-
lus calceos mihi extergeas. Ergò & ego famulus volo, ut & tu he-

rus idem mihi facias. Sed & ita. Ego ſi herus eſſem, & tu famulus, vellem tibi calceos extergere. Rectiſſima contrà eſt conſequentia, quod tibi vis fieri, fac & alii, à via cum aberraveris, reduci ab errore, nunquid cadent & non reſurgent. Jer. 8. 4. Ergò fratrem tuum ſcandalizantem reduc, corripe, lucrare.

§. 5. Sequitur 4. Modus actus præcepti, Sicut, *Non plus*, (quod ſummo bono debetur) minusve, ne tibi ſit θλῖψις, proximo ἄνεσις. 2. Cor. 9. 13. Sicut nota eſt non æqualitatis in quantitate, gradu & ordine, ſed qualitatis in veritate, ut diligas ſincerè, ardenter, gratuitò, conſtanter, gradualiter, primæ debentur conſanguineo fidei præ ἀλλοφύλῳ, radicaliter in natura actu primo στοργὴ prævalet, in θέσει verò uſu & actu ſecundo quandoque prævalet voluntaria amicitia. Tullia Tarquinium maritum præfert fratri, Roſemunda Patrem Alboino marito, Antigone Sophoclem fratrem marito liberisque, v. Lact. Catech. part. 1. p. 58. Etiam in diligendo inimico gradus invenit Origenes homil. 3. in Cantic. *Puto ergo, quod in his ſit ordo charitatis, verbi gratia, eſt aliquis mihi inimicus, in aliis tamen benè agens, pudicus, ſobrius, mandata plurima* DEI *ex parte cuſtodiens, in aliquibus tamen errans ut homo, eſt alius, qui inimicus quidem ſit, & ipſe nobis, tamen ſit ſuæ vitæ atq; animæ inimicus, paratus ad ſcelera, præceps ad flagitia, nihil ſancti, nihil religioſi ducens, non tibi videtur etiam inter ipſos inimicos quædam diverſitas habenda charitatis.* Harmonicè, attemperando affectum amoris cum juſtitiæ debito, ſic curandus ſervus Amalekitæ. 1. Sam. 30. ut & gens Amalekitarum excidio exſcindatur, amandus proximus, ut & plectatur maleficus. vid. Lact. Catech. part 3 p. 503.

§. 6. V. Elenchus Extremorum. Μισαυτία & φιλαυτία Narciſſæa, quam Apoſtolus (interprete Chemnitio Harm. c. 105. p. 1957.) *ponit fontem omnis mali, neq; immeritò. Nam amor proprius pervertit judicium, obfuſcat rationem; obſcurat intellectum, corrumpit voluntatem, venatur honores, negligit animæ ſalutem. Eſt inſtar hederæ, quæ paſſim ſua ſponte invenit, quo ſe alliget.* Subtilis & profundæ philautiæ ſpecimen exhibuit Luther. Tom. 6. Witt. p. 37. f. 2. vid. part. 1. Lact. Cat. p. 13. & ſeq. pag. 26. 33. & ſeqq. Charitas Cainica, charitas Abſolonica, faſcinatrix oculorum & cordium furatrix.

§. 7. **VI. Officium ἀντιφιλήσεως. Si vis amari, ama, par pari referto.**

referto. Si diligendus eſt tuus proximus à te, E.& reciprocè tu diligendus es à proximo. Igitur hoc charitatis præcepto φιλανθρωπία mutua, concordia (media inter factionem & diſcordiam) pax, amicitia, ſympolitia, φιλοξενία (cujus & virtuoſa & monſtroſa exempla collegit Bernegg. quæſt. ad Tacit. q. 125.) eſt ſancita. Amicitia primum generalis in omne mortalium genus diffuſa, expoſita in part. 2. Lact. Catech. p. 37. Eleganter Seneca ep 96. *Ecce, inquit, altera quæſtio, quo modo hominibus ſit utendum: quid agimus? quæ damus præcepta, ut parcatur ſanguini humano. Quantulum eſt ei nocere, cui debeas prodeſſe? magna ſcilicet laus eſt, ſi homo manſuetus homini eſt. Præcipiemus, ut naufrago manum porrigat, erranti viam monſtret, cum eſuriente panem ſuum dividat? Quando omnia, quæ præſtanda ſunt, ac vitanda dicam, cùm poſſim breviter hanc illi formulam humani officij tradere? Omne hoc quod vides, quo divina & humana concluſa ſunt, unum eſt, membra ſumus corporis magni, natura nos cognatos edidit, cum ex iisdem & in eadem gigneret; hæc nobis amorem indidit mutuum, & ſociabiles fecit, illa æquum juſtumq; compoſuit; ex illius conſtitutione miſerius eſt nocere, quàm lædi; ex illius imperio paratæ ſunt juvantis manus. Iſte verſus & in pectore & in ore ſit: Homo ſum, humani nihil à me alienum puto. Coëamus, in commune nati ſumus, ſocietas noſtra lapidum fornici ſimillima eſt, quæ caſura, niſi invicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtinetur.* Adverſatur huic virtuti μισανθρωπία, eousq; immanitatis in Anachoretis progreſſa, qualem deſcribit Theodoret. in hiſt. relig c. 13. *Macedonium Crithophagum, id eſt, hordei comeſtorem, quia quadraginta annorum ſpatio nihil præter hordeum comedit, nec caſa nec tabernaculo uſus fuit, ſed in foſſa manens, (unde Gubba, id eſt, Syriacè foſſa fuit appellatus) tam fuit ignarus, ut die quodam Dominico ab Epiſcopo ad Eccleſiam vocatus, & presbyter ordinatus, neſciret quid ſibi fieret; & cum poſtea id cognoviſſet, alteroq; die Dominico ab Epiſcopo ad cultum divinum vocatus fuiſſet, accerſentibus reſponderit: ſe non iturum: timere enim ne ſe Sacerdotem iterum ordinarent. Aut Piorem, apud Sozomen. lib. 6. hiſt. cap. 29. qui relicta patris domo, in deſertum profectus DEO vovebat, ſe nunquam aliquem ex ſuis viſurum eſſe: poſt quinquaginta annos ſororem ſuam morbo laborantem, & ejus præſentiam maximè expetētem, quamvis Epiſcopus ejus rei gratia eum accerſiviſſet, videre volebat, januæ clauſis oculis aſtans, clamabat: Ego ſum Pior frater, age contuere me, quantum lubet.* Indolem veræ & fucatæ amicitiæ in Jonathane &

Digitized by Google

Joabo depinxit Sopran. in Davide. p.110. Bidembach. in 1.Sam.30. p.268.& ſeq.& 2.Sam.14.p.825. Regulas amicitiæ ineundæ tuendæq; præſcribit Mattheſ ad Syrac.6 p.30.ad c.37. p.105.f.2. Dolos ſub ſpecie amicitiæ denudat idem ad Syrac.c.27 p.11.& cap.37.p.98. f.2. D.Dietrich. ad Eccleſ.9. p.421. Quærit Cicero lib.de amicit. *An novi amici veteribus ſint præferendi, ſicut equis vetulis juniores anteponimus, reſpondet: Indigna homine indubitatio. Non enim debent amicitiarum eſſe ſicut aliarum rerum ſatietates: Veterrima quæq; (ut ea vina quæ vetuſtatem ferunt) debent eſſe ſuaviſſima, verumq; eſt illud, quod vulgo dici ſolet: multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut munus amicitiæ expletum ſit.* Sed & Dominus ipſe reſpondet, vetus vinum melius eſſe.

§. 8. Specialis deinde Philoſtorgia, in qua amor non pariter aſcendit, quàm deſcendit, mavult Filius ille Matth.8.21. orare pro patre ſepeliendo, quàm reſuſcitando: mavult contrà Filius ille, apud Bodinum l. 3. de Republ. c. 8. Patris eſſe carnifex, quàm hic (ſortitione licet abſolutus) illi. *O quam grave eſt mori! quanto gravius, quod ego vivo ſuperſtes filij mei! exclamat ille pater apud Quintil. declamat. 6. Idem declam. 11. Cum filij, inquit, pauperis ad ſupplicium peterentur, pater ſeſe obtulit illos vicaria morte ſervaturus. Simile eſt quod narrat Tiraquel. loco citato.n.8. Accuſabantur, inquit, pater & filius homicidij: Certum enim erat alterum eorum id perpetraſſe, ſed uter id feciſſet, incertum, Carolus V. Imperator juſſit filium ſuſpendi; quod intelligens Pater, ut filium à morte vindicaret, ac in ſe pœnam converteet, ſponte crimen confeſſus; ideoque ſuſpenſus eſt, liberato filio. Nam ut ait S. Ambroſ. libr. 6. Hexaëm. cap. 4. Natura hoc beſtiis infundit, ut catulos proprios ament, fœtus ſuos diligant.* Et mox: *Quæ fera pro catulis non ipſa potiſſimum ſe offerat morti? quæ fera ſuos, innumeris licet obſeſſa cuneis armatorum, non ſuis viſceribus tegat? ingruat licet telorum ſeges, illa tamen parvulos ſuos muro ſui corporis ſeptos immunes præſtat periculi.* Hanc cùm turbat *ἀντιπάθεια*, naturalis e[illegible] non poteſt, ſed monſtroſa, ac auctore Dæmone, magica, non deſunt exempla Patrum liberorumque invicem inviſorum, ut ad unius præſentiam alter palleat, declinet, fugiat. Inſigne exemplum amoris filialis in matrem, fratris in Germanos conſignavit Joſephus l.13. *Ille igitur (Ptolomæus) recepit ſe in quandam arcem ſuper Ierichunta ſitam, quæ Dagon dicitur, Hircanus verò accepto paterno Pontificatu, & ſacris operatus cum litatum eſſet, eduxit contra Ptolomæum exercitum, & oppu-*

oppugnando locum cætera quidem erat ſuperior, vincebatur autem ſolâ pietate erga matrem, & erga Germanos miſericordia. Hos enim Ptolomæus productos in medium flagris cædebat in loco omnibus conſpicuo minitans, ſe præcipitaturum eos, niſi frater ab oppugnando deſiſteret. At ille putans quantum de oppugnatione remitteret, tantum ſe gratificari ſuis chariſſimis ſtatim in primo conatu elangueſcebat. Mater tamen ad eum manus tendens ſupplicabat, ne molliretur affectus, ſed potius indignitate rei motus daret operam, ut redactum in poteſtatem inimicum afficeret pœna, & ulciſceretur homines ſibi natura conjunctiſſimos: gratum enim ſibi fore inter tormenta mori, modo nefarius homo ſcelerum ſuorum ſupplicium lueret. Hircanus verò talibus verbis accendebatur, ad aſſultum majori impetu faciendum, ſed quam primum verberari, & lacerari matrem videbat, refrigeſcebat ſtatim oppugnationis fervor, & vincebatur filius maternis affectibus. Φιλαδελφία, quam Plutarchus depinxit in l. de φιλαδελφ. Cujus rarum exemplum dedere olim tres fratres apud Johann. Læt. compend. hiſt. *B. Nedaſtus primus Atrebatenſis Epiſcopus. B. Medardus Noviomenſis & Gildardus Rhotomagenſis Epiſcopi, fratres utriq; modo & eadem die doctiſſimi, qui & eodem mortui.* Illuſtrata in part. 2. Lat. Cat. p. 54. confer Mattheſ. ad Syrac. p. 161. & ſeqq. Racemationis hic officium relictum eſt.

GYMNASIUM CASUUM.

Q. 3.

An exigat Charitas vitam pro proximo ponere?

Exigit, ſi per vitam intelligas vitæ commoda, oblectamenta & delicias ſeculi, dies hominis, (eſt enim vivere, benè, nitidè, delicatè vivere.) ſic Moſes ærumnas ſui populi præ aula Pharaonis. Hebr. 11. 24. Sic vitam pro ovibus poſthabet fidus animarum paſtor: Si vitæ nomine accipias vitæ extremum, exigit periclitari in caſu incerto ac evitabili, non exigit in caſu incerto, præſenti, inevitabili. 1. Joh. 3. 16 Cum ſpes eſt poſſe te, ſalvâ tua vitâ, proximum ex aquarum vorticibus liberare, libera. Nam ſi laudandus David, qui oviculam è leonis faucibus eripuit, quidni, qui hominem Si Medici parabolarii (dicti in Codice Juſtin.) qui contagioſis morbis laborantibus præſtò ſunt, à παραβάλλεσθαι, h. e. qui

κίνδυνοι

κίνδυνα ῥίπτειν αὐτὸν, Suida interprete. Hinc παραβεβλημένος. 2. Maccab. 14. 39. eſt, qui Phil. 2. 30. pro παραβουλευσάμενος putat legendum eſſe παραβολευσάμενος. vid. poſt Turneb. l. 13. adverſ. c. 23. Voſſium l. 4. inſtit. orat. pag. 637. At pro amico, parente, neceſſario, ad ſupplicium capitis damnato morti ſe devovere, charitas non jubet: Sicut te diligere debes, non plus te. Qui habet duas tunicas impertiat unam non habenti. Luc. 3. 11. non item, qui habet unicam, ſecus, quàm ſanctuli illi, quos laudat Corn. à Lap. ad Ezech. p. 1070. Hinc Cicero l. 1. offic. *In Hebræorum proverbio eſt, amicorum omnia eſſe communia: Communia autem videntur ea, quæ ſunt generis ejusdem, quod ab Ennio poſitum in una re transferri per multas poteſt:*

Vt homo, qui erranti comiter monſtrat viam
Quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit
Vt nihilominus ipſi luceat, cum illi accenderit.

Vt enim ex re ſatis percipitur, ut quidquid ſine detrimento poſſit commodari, ut tribuatur cuiq; vel ignoto, ex quo ſint illa communia. Non prohibere aquam profluentem, pati ab igne ignem capere, ſi quis velit. Heroica eſt, & extra ordinem magna charitas Chriſti noſtram vitam ſua morte ἱλαστικῶς redimentis; monſtroſa contrà Antinoi pro Adriano ſe devoventis. Pyladis pro Oreſte. Gentiles talia exempla laudant, ſicut & αὐτοχειρίαν, ſana ratio non item: *Qui clamores tota cavea nuper in hoſpitis & amici mei M. Pavunij nova fabula fuerunt, cum ignorante Rege uter eorum eſſet Oreſtes, Pylades Oreſtem ſe eſſe diceret, ut pro illo necaretur: Oreſtes autem ita ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſuaderet: Stantes autem plaudebant in re ficta, quid arbitramur in re vera fuiſſe facturos? Quid,* inquit Lactant, l. 5. inſtit. *illi Pythagorei familiares laudantur à vobis, quorum alter ſe Tyranno vadem mortis pro altero dedit, alter præſtitutum tempus, cum jam Sponſor ejus duceretur, præſentiam ſui fecit, eumq; interventu ſuo liberavit? Quorum virtus in tanta gloria non haberetur, quod alter pro amico, alter etiam pro fide mori voluit, ſi ſtulti putarentur. Deniq; ob hanc ipſam virtutem Tyrannus his gratiam retulit, utrumq; ſervando, & hominis crudeliſſimi natura mutata eſt; quin etiam deprecatus eſſe dicitur, ut ſe tertium in amicitiam reciperent, non utiq; tanquam ſtultos, ſed tanquam bonos, & ſapientes viros.* v. part. 2. Lact. Catech. p. 9. conf. D. Hülſm. de corrept. frat. p. 30. ſeq.

Quæſt.

Q. 2.

An Charitas urgeat vitam pro DEI gloria, Patriæ, Reipubl. ſalute, heri tutela, profundere?

Urſit martyres, urget ſana ratio, cujus decretum eſt, expedire, unum mori, exulare, ſympolitia ſolvi, ſecludi, hoſti petenti offerri pro populo, quam ut totus populus moriatur, exemplum affert Spondan. ad ann. 400. n. 6. *Truculentus barbarus, ſceleratiſſimusq; proditor Gajnas, haut exatiatus ſanguine totius ferme minoris Aſiæ, nec placatus Eutropij Conſulis nece; fretus Tribigildi & Gothorum copiis, jurataq; pacis nullam ducens penitus rationem, Chalcedonem veniens, contumelioſo animo imperare aggreditur Imperatori, novasq; ac duriores pacis conditiones præſcribit. Namq; in primis poſtulavit, ut Arcadius ipſe eum conveniret, cumq; in hoc etiam Imperator aſſenſus eſſet, tunc petiit Aureliani præſentis anni conſulis, ac Saturnini viri conſularis, nec non Iohannis, qui erat Arcadio a ſecretis, capita ſibi dari. Cui pariter, nimis licet tyrannico poſtulato acquieſcens Imperator, eosdem viros, libenti & ipſos ſe animo Reipub. devoventes, barbaro tradidit, qui eis gladium admovens, eatenus tamen ut cutem tantummodo ſtringeret, ſatis habuit exilium iisdem irrogare.* Excipe Heroëm, tanti æſtimandũ, quanti vel ipſe populus, cujus reſpectu noluit populus Regem Davidem in belli diſcrimen conjicere, Tu unus, ajens, pro decem millibus computaris. Μελέτη noſtra ſuper conſilio Caiphæ olim declamata ſic habet: Avitum eſt inq; viſceribus juſtitiæ natum, exemplis comprobatum, rationi conſentaneum ſaluti univerſitatis donari pœnam unius, quanquã innocentis. Utile publicum, privato honeſto ſanctius: præſtat injuſta facere, quàm pati. Minus mali eſt, unum mori, quam perire univerſos, ac ut ille dixit: Πολὺ κρεῖττον, καὶ δικαιότερόν ἐστι ἕνα ὑπὲρ πάντων, ἢ πολλοὺς ὑπὲρ ἑνὸς ἀπολέσθαι. Si ut totum corpus ſervetur, conſilio medici, pars amputanda; Si leproſus, nulli aliàs culpæ obnoxius, quaſi quodã exilio multandus, ne tota civitas inficiatur: Si, cum Tyrannus totam provinciam vaſtatum veniret, niſi, quem ille vellet, innocens unus tradatur, par & æquum omnes judicatis, unius ſanguine, totius provinciæ ſalutem redimi: Si Græcorum Iphigenia ad placandum Numen ſacrificio expoſita; Romanorum Curtius: Deciique, omnes in ſe diras converterunt, pro ſociis, pro patria? Si, quam

immane monſtrum, Goliath, conditionem caſtris Hebræis, ut paterentur longum bellum, in quo, tanto civium ſanguine, rerumque communium diſpendio eatenus dimicatum erat, unius capitis diſcrimine finiri, haut ægrè accepit generoſus adoleſcens David, ac ſanguinem ſanguinibus, caput capitibus, cervicem cervicibus liberandis expoſuit: Num ego contra fas jusq; ſtatuam, ſi unius, innocentis licet, nece, toti patriæ conſultum velim; librate rem præſentem, æquis ponderibus, ponite in hanc lancem unius Galilæi, hominis abjecti, ac pauperum ſanguinis parentum mortem; in illam, totius gentis Judaicæ tam nobilis, tam generoſæ perniciem, ac ſtragem univerſalem, niſi ollas lippiatis videbitis, verius eſſe unum mori, quam univerſos extingui. Subſcribit ipſa rerum natura, ac univerſi ordo, ne vacui illapſu, tota rerum catena hiet pars mundi, nunc aër, nunc aqua, vim ſuſtinet, ſuæ indoli adverſam. Quippe natura

Denſat, erant quæ rara modo; & quæ denſa relaxat:
Ne detur vacuum, penetret ne corpora corpus.

Cogit fides, qua ſervus Domino, miles duci obſtrictus eſt. Audi D. Bidemb. ad 2. Samuel. 21. pag. 977. Abiſai ein Obriſter Davids/ vnd ſein Vetter/ der wartet fleiſſig auff ſeinen Herrn im Krieg/ vnd ſichet wohl auff ihne/ daß ihme nichts begegnet/ vnd da er ſichet/ daß ihme der Riſe Jeſbi uberlegen iſt/ kompt er ihme zu hülff/ da werden die zween deß Riſen Meiſter/ dann er muß ein ſtarcker Mann ſeyn/ der ſich zweyer ſtarcken erwehren wil. Nun laßt ſich Abiſai nicht erſchrecken/ daß David in groſſer Gefahr/ vnd es ihme auch möcht mißlingen: Er achtets nicht/ daß der ſo groß vnd ſo ſtattlich bewehret iſt/ ſondern er ſpringt ſeinem Herrn dapffer zu/ vnd hält ſich wie ein vnverzagter rechtſchaffner Kriegsmann. Nobile fidei exemplum Sleidanus memorat l. 15. p. 353. *Saxoniæ Dux Mauritius hoc in bello voluntarie militat circiter XXI. annorum juvenis, & è caſtris quodam die progreſſus, uno ſolum comitante ſatellite, cum in Turcas aliquot incidiſſet, manus conſerit, & equo confoſſo in terram effunditur, ibi famulus, quem dixi, genere nobilis corpore toto ſuperincumbens, jacentem protegit, & tantiſper illos demoratur atq; ſuſtinet, donec equites superveniunt, qui Principem eriperent, itaq; vitam ei ſervavit, ipſe verò, multis acceptis vulneribus, in caſtra relatus, non multò poſt interiit.* vid. part. 2. Lact. Cat. p. 8. ſeq. non abſimile eſt, quod de

nutri-

nutrice, ſuummet filium, pro filiolo natu minimo Mauritio Imperat. in vadem oblatum refert Niceph. l.18.c.40.

Q. 3.

Quouſque charitas obliget tempore luis peſtiferæ?

Hoc Problema quia pertractatum in part. 2. Lact. Catech. p. 11. & in Theol. Conſc. Tom. 1. Dial. 3. p. 758. vacare hic licebit. Chemnitius audiatur in ἀστοργίαν invectus harm. Evang. c.105.p.1957. *O noſtram plus quam ethnicam ἀστοργίαν! quæ tum ferè ſeſe exerit, quando DEVS nos ob peccata noſtra peſte punit: ibi ſæpenumero non vicini tantum & agnati, ſed etiam fratres & ſorores, parentes & liberi, quin & conjuges erga ſe invicem charitatis officia exercere obliviſcuntur. Non juſſero quenquam, ut ſe ſponte & temere periculo objiciat, ſicq; proprij corporis homicida efficiatur, dum contagioſis locis ſeſe absq; ulla vocatione & absq; neceſſitate ingerit. Ibi enim locum habet Sapientis illud: Qui amat periculum, peribit in illo. Itaq; qui nec ratione vocationis, nec alio vinculo conjunctionis aliis obſtrictus eſt, ut ille ſecuritati ſuæ conſulat, nec incendium alioquin graſſans ſua temeritate augeat & latius ſpargat, nunquam improbavero. Singuli tamen viderint, ut ſic ſibiipſis conſulant, ne proximus negligatur, neve per immiſericordiam in leges charitatis peccent; prætexunt quidem multi multa, quibus ſe excuſant: Sed illæ ipſæ excuſationes vix apud homines juſtum locum inveniunt. Quid ergo in judicio DEI futurum putabunt?* conf. Reinking. Bibl. Policey. l.3.p.91.

Q. 4.

An exigat Charitas animæ propriæ periculo redimere periculum animæ proximi?

Ita quidem Pambus Monachus Alexandrinus, aliiq; in vitis Patrum in lupanaria ingreſſi ſub prætextu habendæ conſuetudinis inceſtæ, lupas convertere ſunt auſi, ferrei ſc. homines non Carnei; qualis illa in vitis Patrum Theodora, quam ajunt Meretricem, poſtea fratrem Theodorum dictam, è lupanari converſam, habitu virili indutam, totam reliquam vitam inter Monachos exegiſſe. nec abludit exemplum laudatum à Corn. à Lap. ad Ezech. p.1070. *Illuſtrius eſt exemplum puellæ Alexandrinæ Gentilis, quod refert Sophronius in prato*

 ſpirit.

ſpirit.c.207. *Hæc quendam ob debita parantem ſibi laqueum, & debito & morte liberavit, omnes ſuas opes ei elargiens. Vnde cœpit ipſa egere, ita ut ad victum comparandum corpus proſtitueret.* At hoc fuerit plus proximum amare, quàm ſe, *qui amat periculum peribit in eo.* Syrac. 3. 27. Medicina tàm periculoſa audenda non eſt, cùm certa præſtò ſit, alii extant converſionis modi præ iſto.

Q. 5.

An laudabilis vicariatus ſupplicij receptus pro maleficio proximi expiando?

Ajunt, qui hujusmodi heautontimoriæ exempla laudant, Thomas præſertim Bozius l. 6. de ſign. Eccleſ. c. 1. p. 206. *Huc poſſunt conferri, quæ ſigno de ſumma caritate continentur, ubi recitavimus exempla ſanctiſſimarum virginum, Chriſtianæ Catharinæ Senenſis, & Raconiſiæ, quæ acerbiſſima ſibi ſupplicia popoſcerunt, & iis ſeſe devovêre, ut aliis bene eſſet, ira in illos* DEI *mitigaretur, quale illud, quæſo, ut Chriſtiana ſe in ardentiſſimas fornaces ultrò conjiceret, in iis perſiſteret, ardoribus undiq; immenſis circumdata pervaderetur? Maximum proculdubio ſpei maximæ experimentum, qua certo ſibi perſuadebat fore, ut patienter illa cruciamenta ferret; neq; dolor inexcegitabilis ab illa extorqueret verbum, cogitatumve, quod* DEO *diſpliceret, quin patientiſſimè ferret, ſibiq; ſummum beatitudinis locum compararet, Chriſtianos alios à ſceleribus, quæ* DEI *eſt immenſa clementia, avocaret, pœnas iis debitas ipſa per Chriſti ſuaq; ab illo derivata in ſe merita lueret.* adde alios, quos recenſet Cornel. à Lap. ad Pentat. p. 709. S. P. N. *Ignatium, qui ut obſcœnum euntem ad amaſiam corrigeret aquis ſe immergens dixit perge miſer ad fœdiſſimas tuas voluptates: Impendentem capiti tuo ruinam non vides? ego hic me tui cauſa tam diu macerabo, donec juſtiſſimum* DEI *furorem in te paratum avertam. Teſtis eſt Ribadenira in ejus vita. Et S. Xauerium qui amicis Chinam ob pericula diſſuadentibus, ait: Non aliud mihi in votis eſt, quam ut vel morte mea Sinaorum ſalutem repræſentem, teſtis eſt Turſellinus lib. 3. Vitæ ejus c. 25.* & in Ezech. p. 1069. At nimium hoc in Phœnicem Monadicum Chriſtum, cui unicè uni ἱλασμὸς pro alienis peccatis tribuitur, quicquid ſanctulo hic appingitur, id ſancto ſanctorum adimitur, Pſalm. 49. 9. *Fratrem non redimendo redimet quiquam? Non*

dabit

dabit DEO pretium redemptionis ejus. Et pretioſa eſt redemptio animæ ipſorum, & deſinet in æternum. Ubi notat Simeon de Muis in Pſalt. p. 271. *Quid proſunt illis divitiæ adverſus mortem?* Non enim quiſquam illorum quantumcunq; opibus fratrem ſuum à morte poteſt redimere, neq; dare DEO pretium redemptionis ejus? DEO, inquam, à quo eſt vita & mors. Neq; etiam ipſi ſeipſos redimere poſſunt, id quod apertè ſignificant ſequentes verſus, pretium redemptionis ſuæ, hoc ſenſu, tantum abeſt ut quis alterum poſſit redimere, ut nemo ſe ipſum poſſit. *Non eſt homo, qui poteſtatem habeat in ſpiritum, ut retineat ſpiritum, neq; eſt in diem mortis, nec miſſile in iſto bello; neq; ſalvabunt opes poſſeſſores ſuos.* Eccleſiaſt. 88 *pretium redemptionis.* Vox Hebraica כפר (opher) pretium ſignificat, quod quis dat, ut vel judicis animum expugnet, vel hoſtis iram, aut vitam redimat, aut periculum præſens & certum evitet. Græcis eſt λύτρον & ἄπτινον. In Græco & Latino ad ſenſum placationem ſuam.

Q. 6.

Quam verò Charitatis notam Paulinus Nolanus meruit, ſemetipſum ſuæq; captivitatis vicariatu filium viduæ redimens?

Facinus ipſum narrat Roſvveyd in vita Paulini ex Gregor. Dial. 3. c. 1 *Cum ſævientium Vandalorum tempore fuiſſet talia in Campaniæ partibus depopulata, multiq; eſſent de hac terra in Africanam regionem traducti, vir Domini Paulinus cuncta, quæ ad Epiſcopi uſum habere potuit, captivis indigentibusq; largitus eſt. Cumq; jam nihil omninò ſupereſſet, quod petentibus dare potuiſſet, quodam die quædam vidua advenit quæ à Regis Vandalorum genero ſuum filium in captivitatem fuiſſe ductum perhibuit, atq; à Viro DEI ejus pretium poſtulavit, ſi forte illius Dominus hoc dignaretur accipere, & hunc concederet ad propria remeare. Sed vir DEI magnopere petenti fœminæ, quid dare potuiſſet inquirens, nihil apud ſe aliud niſi ſe invenit; petentiq; fœminæ reſpondit, dicens: mulier, quod poſſim dare non habeo; Sed memetipſum tolle: Servum me juris tui eſſe, profitere; atq; ut filium tuum recipias, me vice illius in ſervitium trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens, irriſionem potius credidit, quam compaſſionem. At ille, ut erat vir eloquentiſſimus, atq; apprimè exterioribus quoq; ſtudiis eruditus, dubitanti fœminæ citius perſuaſit, ut audita crederet, & pro receptione filij ſui in ſer-*

vitium Epiſcopum tradere non dubitaret. Perrexere igitur utriq; in Africam; procedente autem Regis genero, qui ejus filium habebat, vidua rogaturaſe obtulit; ac prius petiit, ut ejus filium donare debuiſſet. Quod cum barbarus, vir typho ſuperbiæ turgidus, gaudio tranſitoriæ proſperitatis inflatus, non ſolum facere, ſed etiam audire deſpiceret, vidua ſubjunxit, dicens: Ecce hunc hominem pro eo vicarium præbeo, ſolummodo pietatem in me exhibe, mihiq; unicum filium redde. Cumq; ille venuſti vultus hominem conſpexiſſet, quam artem noſſet, inquiſivit. Cui vir DEI Paulinus reſpondit, dicens: Artem quidem aliquam neſcio, ſed hortum bene excolere ſcio. Quod vir gentilis valde libenter accepit, cum in nutriendis oleribus, quia peritus eſſe audivit. Suſcepit itaq; ſervum, & roganti viduæ reddidit filium. Quo accepto, vidua ab Africana regione diſceſſit; Paulinus verò excolendi horti ſuſcepit curam. Cumq; idem Regis gener crebro ingrederetur hortum, ſuumq; hortulanum quædam requireret, & ſapientem valdè hominem videret, amicos [illegible]pit familiares deſerere, & ſæpius cum ſuo hortulano colloqui, atq; ejus ſermonibus delectari. Cui Paulinus quotidie ad menſam olera virenteſq; herbas deferre conſueverat, & accepto pane ad curam horti remeare. Cumq; hoc diutius ageret, quadam die ſuo Domino ſecum ſecretius loquenti ait: Vide quid agas, & Vandalorum regnum qualiter diſponi debeat provide, quia Rex citius, & ſub omni celeritate eſt moriturus. Quod ille audiens, quia ab eodem Rege præ cæteris diligebatur, ei minimè tacuit; ſed quid à ſuo hortulano, ſapiente ſcilicet viro agnoviſſet, indicavit. Quod dum Rex audiſſet, illico reſpondit: Ego vellem hunc, de quo loqueris, hominem videre. Cui gener ejus, venerabilis Paulini temporalis Dominus, reſpondit, dicens: Virentes herbas mihi ad prandium deferre conſuevit: has itaq; ad menſam eum deportare facio, ut quis ſit, qui mihi hæc locutus eſt, agnoſcas. Factumq; eſt. Et cum Rex ad prandendum diſcubuit, Paulinus ex ſuo opere olera quæq; & virentia delaturus advenit. Cumq; hunc Rex ſubitò conſpexiſſet, intremuit; atq; accerſito ejus Domino ſibi per filiam propinquo, ei ſecretum, quod prius abſconderat, indicavit, dicens: Verum eſt, quod audiſti: Nam nocte hac in ſomno, ſedentes in tribunalibus contra me judices vidi; inter quos iſte etiam ſimul ſedebat, & flagellum quod aliquando acceperam, eorum mihi judicio tollebatur. Sed percunctare quiſnam ſit; nam ego hunc tanti meriti virum, popularem, ut conſpicitur, eſſe non ſuſpicor. Tunc Regis gener ſecretò Paulinum tulit, & quiſnam eſſet, inquiſivit. Cui vir Domini reſpondit: Servus tuus ſum, quem pro filio viduæ vicarium ſuſcepiſti.

Cumq;

Cumq; inſtanter ille requireret, ut non quis eſſet, ſed quis in terra ſua fuiſſet, indicaret, atq; hoc ab eo iteratione frequentis inquiſitionis exigeret; vir Domini conſtrictus magnis conjurationibus, jam non valens negare quid eſſet, Epiſcopum ſe fuiſſe teſtatus eſt. Quod poſſeſſor ejus audiens, valdè pertimuit atq; humiliter obtulit, dicens: pete quod vis, quatenus ad terram tuam à me cum magno munere revertaris. Cui vir Domini Paulinus ait: Unum eſt, quod mihi impendere beneficium potes, ut omnes civitatis mei captivos relaxes. Qui cuncti protinus in Africana regione requiſiti, cum onuſtis frumento navibus, pro venerandi viri Paulini ſatisfactione, in ejus comitatu laxati ſunt. Poſt nonnullos verò dies Vandalorum Rex occubuit, & flagellum, quod ad ſuam perniciem, diſpenſante DEO, pro fidelium diſciplina tenuerat, amiſit. Sicq; factum eſt, ut omnipotentis DEI famulus Paulinus vera prædiceret: &, qui ſe in ſervitium ſolum tradiderat, cum multis à ſervitio ad liberatem rediret. Illum videlicet imitatus, qui formam ſervi aſſumpſit, ne nos eſſemus ſervi peccati, cujus ſequens veſtigia Paulinus ad tempus voluntariè ſervus factus eſt ſolus, ut eſſet poſtmodum liber cum multis. Fac hiſtoriam eſſe, non næniam, quam unum Gregorium fabularum hamaxarium ſecuti cooſcitarunt alii, ſed & detractâ charitatis larvâ, adverte 1. Anomaliam à lege charitatis, quæ exigit τὸ ſicut, non τὸ plus, jam propter quod unumquodque tale, idipſum magis tale, propter proximum ſe vendidit, E. hunc ſeipſo plus amavit 2. Antinomiam, Apoſtolo monente, laborandum eſt, UT HABEAS dare pauperibus, non autem habet fontem, qui totum exhaurit, guttatim debent ſtillare beneficia. 3. Adikian, quid enim eſt æs alienum conflare, non reddere, quam furari? quid pauperis effundere conflatum, quàm corium furari & calceos in Eleemoſynam porrigere, non ſic Joppæ Thabitha, verè ſancta, quæ manibus laboravit ſarciendo veſtes (juxtà Corn. à Lap. ad Acta. 9. p. 197.) ut haberet, quas daret de ſuo non alieno. 4. Ἀλλοτριοεπισκοπίαν, an enim officium fuit, ſpartam ſuam negligere, alienam invadere, hortum Domini deſtituere, alieno vacare: totum gregem pium lupis in prædam datum poſthabere uni oviculæ: Equidem & Chriſtus 99. oves in deſerto reliquit, & unam amiſſam conſectatus eſt, ſed reliquit Phariſæos, impios, hypocritas αὐτοδικαίους, ideò addidi gregem pium. Si DEUS hoc facinus remuneratus eſt, eâ id manu fecit, quâ etiam irregenitorum beneficia (ſimulachra ſc.) remuneratur.

Digitized by Google

ratur. 5. Κακοζήλωσιν, Chriſto licuit in propitiationem ſeipſum, ſuaque omnia profundere, quia vitæ, ſuorum bonorumque Dominus fuit, at nemo mortalium eſt ſuorum, ut membrorum, ita & bonorum, Dominus, ſed Oeconomus & cuſtos.

Q. 7.

Nihilne charitas ſuſpicari debet, nemini diffidere?

Sententia noſtra dicta eſt Tom. 1. Theol. Conſc. p. 136. Mantiſſæ loco addo Bidembach. ad 1. Sam. 24. p. 332. Saul hatte mit vielen threnen bezeugt / daß ihne rewe / daß er David bißhero alſo hatte verfolget. Wie kompts dann daß David ihme ietzo nicht nachgefolget / vnd nicht heimzeucht? Er zeucht da hinauß. Saul dort hinauß. Antwort: Verbrente Kinder fliehen das Feuer. David iſt zuvor gewitziget worden. Er wußt wol daß dem Teuffel nicht zu trauen iſt / vnd ſorgt es werde kein Beſtand vmb Saul haben: Wie auch vorhin: & ad 1. Sam. 26. p. 413. Warub zeucht aber David nicht wider mit Saul heim / da er ihne heißt wiederkommen? Er wil auch den Spieß nicht hinüber tragen / man mag ihn holen. Ich komme nicht. Iſt doch die Liebe nicht argwöniſch / ſondern glaubt alles? Antwort. In ſolchen Sachen / da es auff der Waag vnd gerad innen ſtehet / vnd da man noch nicht gründlich weiß / wie ihme ſeye / da glaubt vnd hofft die Liebe das beſte. Aber ſie iſt ſo thöricht nicht / daß ſie auch glaubt / guts ſey böſe / weiß ſey ſchwartz. Da man doch anders weiß / ſihet vnd greiffet. & ad 2. Sam. 3. pag. 570. Saul hat ihme nie weder trau noch glauben gehalten: Was ſoll er ſich dann zu ihme verſehen? Und wann er ſchon dem Saul wolte trauen / ſo darff er doch dem Teuffel nicht trauen / der in ihme iſt. Saul iſt nicht ſein ſelbſt mächtig / ſondern wie Paul von den Gottloſen ſagt / daß ſie der Teuffel in ſeinen Stricken gefangen halte / zu ſeinem Willen / als iſt auch der Saul ins Teuffels Gewalt / der treibt ihn nach ſeinem Willen vnd Wohlgefallen / wiewohl er nun ſeine Sünde ietzt erkennet / vnd viel verheiſſet / ſo es doch nicht lang. Das ſehen wir auch an Cain der wider ſeinen Bruder redet auff Gottes Erinnerung / aber bald erſchlägt er ihn.

Q. 8.

Digitized by Google

Q. 8.

An charitas errores fidei ferre poſſit?

Reſpondit Luth. tom. 4 Jen. p. 60. Es iſt ein groſſer Unterſcheid / vnter der Lehre vnd Leben / mit der Lehre gilts nicht ſchertzens / die muß rein vnd recht bleiben / aber mit dem Leben halten wirs nicht ſo ſtrenge / wie man auch im Evangelio ſihet / daß Chriſtus Gedult hat mit den Jüngern / vnd durch die Finger ſihet / wann ſie gleich gröblich ſtrauchlen. Doch ſtrafft er ſie zu weilen auch vnd ſprich[illegible] das iſt nicht recht / das iſt die Lehre. Mit den Phariſeern aber vnd Heuchlern / hatte er nimmer keine Gedult / dann es trifft nicht das Leben ſondern die Lehre; es ligt die gröſte Macht an der Lehre / wenn die rein bleibt / ſo kan man allerley vnvollkommen Leben vnd Schwachheit tragen / ſo fern daß man an der Lehre halte / vnd bekenne / daß das Leben anders ſeyn ſolte / wo aber die Lehre verfälſchet wird / ſo iſt dem Leben auch nicht mehr zu helffen.

Q. 9.

Quouſq; concordia & amicitia tuenda?

Uſque ad aras. Graviter peccavit Adam in Evæ gratiam comedendo, Moſes in intermiſſione Circumciſionis, uxori gratificando. Tabula ſecunda cedit primæ, humana concordia gloriæ divinæ. Sic & amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas. Sic & in Senatu meliora majoribus præferuntur, ſanius ob virtutem majora melioribus, tu tuis ob pacem.

Q. 10.

Quid faciat inimicis obſeptus hæreditariis, (exempla producit Bernegg. qq. ad Tacit. q. 121.) aſcitis, pactis, ſycophantis, otacuſtis, ſuſurronibus?

Id quod David, tueatur ſe ejus Pſalterio, & diſcat intelligere Davidica, confidat ſapientiæ cuſtodi, quæ Jacobum διεφύλαξεν ἀπὸ ἐχθρῶν, καὶ ἀπὸ ἐνεδρευόντων ἠσφαλίσατο. Sap. 10. 12. vid. ib. D. Dietrich. conc. 8. p. 119.

Q. 11.

Quouſq; conſanguinitas porrigatur an in infinitum? Liceatne e. g. Adamo, ſi redivivus rediret, aliquam ſuarum natarum hodiè viventium ducere in Uxorem?

Liceret, dudum enim στοργῆς neceſſitudo expiravit: Sicut omnia animata habent certum creſcendi terminum, ita & ſanguinis. Natura abhorret ab infinito, color. e. g. Æthiopis nigerrimu, in filio ſubniger, in nepote pallidus, in abnepote albus apparet decreſcente ſemper temperie corporis.

Q. 12.

Utri in ſumma neceſſitate prius ſuccurrendum, Patri an fratri, fratri an proximo cuilibet?

In pari neceſſitatis puncto ei, qui ſanguine conjunctior, in impari, ei qui propior ac miſerabilior. Regula Auguſtini eſt l. de doctr. Chriſt. c. 28. *Omnes homines æq; diligendi, ſed cum omnibus prodeſſe non poſſis, his potiſſimùm conſulendum eſt, qui pro locorum & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus conſtrictiùs tibi, quaſi quadam ſorte, junguntur.*

Q. 13.

An cruces, incommoda, adverſitates proximò, DEI hoſti, ſalva charitate imprecari liceat?

Non licet, ſi in vindictam ſui, licet, ſi pro gloria Numinis, & ſalute hoſtis lucrifaciendi. v. Lact. Catech. part. 1. p. 30.

Q. 14.

Quæ propria laus ſordeat, quæ benè oleat?

Sordet, quæ ſpirat φιλαυτίας venenum, benè olet, quæ heautophiliæ roſetum: fœtet, quam avtadia parit, olet, quam gloria Numinis, conſcientiæ ſinceritas, proximi neceſſitas expoſtulat: fœtet, cum quis ſe ſolo præcone utitur, olet, cum geſtit in calculo ſapientum. Illud hominis eſt impudentis, *Cum ſordeſcat* (ita Lorinus ad Acta p. 819.) *laus in ore proprio, & ad laudationem etiam alterius erube-*

Digitized by Google

erubeſcendum ſit iniqui: eò quod tribuat ſibi, quam ab alio accipere laudem debebat. Baſilius verò ſacrilegium notat, qui DEI dona ſibi vendicet, & DEO debitam gloriam ad ſe trahat. adde ſtulti, ita enim moria Eraſmi negat ſe ab ullo mortalium genere coli ſimplicius & conſtanſtantius. Ita Simia in fœtum recens editum intuetur, velut in ſtatuam, pulchritudinem ſuam mirata.

Q. 15.

Unde & quouſq; beneficia in neceſſarios, nepotes & ſanguine junctos diſpenſanda?

Audi Magiſtrum Ambroſ. l. 1. offic. c. 30. *Eſt etiam, inquit, illa probanda liberalitas, ut proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas: Non tamen ut illi ditiores fieri velint, ex eo quod tu poſſes conferre pauperibus, neq; enim propterea te Domino dicaſti, ut tuos divites facias, ſed ut vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras.* Sequere Exemplum Auguſtini, de quo Poſſidon. *Nec ſuos*, inquit, *conſanguineos in ſua vita & morte more vulgi tractavit, quibus dum adhuc ſupereſſet id ſi opus fuit, quod & cæteris erogavit, non ut divitias haberent, ſed ut non egerent, aut minus egerent.*

Q. 16.

Fasne λύτρῳ aureo argentove è vinculis ſemet iniquis exſolvere?

Negat Brentius ad Acta, *Sperabat* (inquit Lucas) *fore, ut pecunia ſibi daretur à Paulo ut ſolveret ipſum. Cur ergo, inquies, Paulus non utitur hac occaſione ut liberetur? Nam ſi aliàs imploravit auxilium armati Magiſtratus adverſus violentiam latronum, quemadmodum ſupra oſtendimus, cur non & pecuniam expoſuit, ut à violentis & iniquis vinculis eripiatur, præſertim cum præſes pecuniam quærat, & non difficile fuiſſet Paulo, quamvis multam pecuniæ ſummam inter diſcipulos ſuos colligere? qui ſi oculos ſuos effoſſos dedicaſſent ei, quemadmodum ad Galatas ſcriptum eſt, quanto magis nummos ſuos ad liberandum ipſum contuliſſent [illegible]t Paulus noluit hac via ad ſui liberationem contendere. Nam in lege ad judicem dicit: Non accipias munera, quia munera excœcant oculos ſapientum, & mutant verba juſtorum. Si autem judici non licet munera accipere, nec li-*

æbit reo dare judici munera, niſi fortè liceat gladium furioſo quo ſe interficiat aut venenum deſperato quo ſe tollat, ſubminiſtrare. Munera inquis, non licet dare ad pervertendum judicium, ſed quid impediret munera dare judici, non ad juſtificandam iniquitatem, ſed ad juſtitandam æquitatem & ad liberandum innocentem, hoc eſt, ad invitandum judicem quo ſuum officium juſtè faciat. Si enim hoc licet à judice precibus petere, cur idem non licebit petere muneribus? At Paulus ad Theſſalonicenſes ſcribens. Ab omni (inquit) *ſpecie mala abſtinete. Etſi enim judici munera dare ad juſtificandam æquitatem per ſe non ſit iniquum, habet tamen peſſimam ſpeciem, videlicet quaſi his muneribus corrumpant judicem ad pervertendum judiciū.* Præſtat tamen hæc ad Pauli generoſa ac Heroica referre, ut oraculo de adeunda Roma cedat; alias etſi vincula fuerint iniqua, ſolutio tamen iniqua non fuit. Nimium riget Tertullianus, cum etiam mortis ſecuritatem negat auro redimi poſſe, hoc præſentii loco abuſus. l. de fuga. c. 12.

Q. 17.

An aliquis poſſit eſſe amicus ſtatus, non ſimul cordis?

Poteſt in foro externo, ſicut bonus eſſe civis poteſt, qui non eſt bonus vir & contra, at in foro conſcientiæ non poteſt, odi ut portas erebi, &c.

Digitized by Google

DISPUTATIO DECALOGICA
DECIMA
DE
PRÆCEPTI QUARTI
PARTE PRIMA.

Exod. 20. 12.

כבד את־אביך ואת־אמך למען יאריכון ימיך על האדמה אשר
יהוה אלהיך נתן לך׃

LXX. Interpp.

Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἵνα μακρόβιος ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς ἀγαθῆς, ἧν κύριος ὁ θεός σου δίδωσι σοί.

Verſio Ariæ Montani.

Honora patrem tuum & matrem tuam, ut prolongent dies tuos ſuper terram, quam Dominus DEUS tuus dans tibi.

Tremellius & Junius.

Honora patrem tuum & matrem tuam, ut prolongent dies tuos ſuper terram illam, quam Jehova DEUS tuus dat tibi.

Vulgata Sixtina.

Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram, quam Dominus DEUS tuus dat tibi.

Verſio antiqua Norimberg.

Ere deynen Vatter/vnd dein Mutter/daß du ſeyſt langes Lebens auf der Erd/das dir gibt dein HErr GOtt.

Dietenberger.

Du ſolt dein Vatter vnd dein Mutter ehren/auff daß du lang lebeſt im Land/daß dir der HErr geben wird.

Verſio Moguntina.

Du ſolſt deinen Vatter vnd deine Mutter ehren / damit du lang lebeſt im Land / daß dir der HErr dein GOtt geben wird.

Verſio Piſcatoris Herborn.

Du ſolt deinen Vatter vnd deine Mutter ehren / auff daß du lang lebeſt im Lande / daß dir der HErr dein GOtt gibt.

B. Lutherus.

Du ſolt deinen Vatter vnd deine Mutter ehren / auff daß du lang lebeſt im Land / das dir der HErr dein GOtt gibt.

Ἐργασία.

§. 1. Quartum præceptum honoris potiſſimùm ſepimentum inter dona DEI non minimum eſt. Complectitur tria membra I. *Actum præceptum.* II. *Objectum actus.* III. *Motivum obedientiæ*, illuſtrem ſcilicet promiſſionem. *Actus præceptus* habetur in voce emphatica כבד cabed, de hac voce hæc annotavit *Pagninus in Lexico*, quòd in univerſum grave eſſe duritie, pondere, honore notet, cum quadam intentione ejus de quo dicitur, vel in bonum vel in malum, propriè in Kal non inveniri cum gloriæ ſignificatione: ſed tantùm pro grave eſſe, & in Hiphil aggravare: in Piel ferè honorare vel glorificare: in Niphal & Hitph. horum paſſiva ſignificare. Addit, ut קלל Kalal, quod propriè levitatem ſonat, ad abjectionem & contemptum refertur, ſic & verbum hoc, cum propriè gravitatem ſonet, ad gloriam etiam referri. Nam quæ honoramus, nobis ſunt gravia, non levia. v. Lact Cat. part. 2. p. 67. Continet hæc vox ſine dubio 1. *fundamentum honoris*, GRAVITATEM. Etenim ut metallis ex pondere precium imponimus, ita à gravitate morali pretium ſuum accipit honor. Eſt verò generale honoris fundamentum, idque verè ſolidum *pietas atq. virtus exemplaris*, quam in iis, qui aliis præſunt inſignem eſſe oportet, præcipuè magiſtratibus. Virtutis flos perpetuus eſt, ex oſſa illa in vivis, in mortuis revireſcit. Hinc Luth. Tom. 3. Witt. p. 274.

Hinc

S. Petrus, S. Paulus, Johannes der Täuffer / der vmb einer ſchändlichen Huren willen enthauptet ward ꝛc. ſind ietzt herrlicher vnd in gröſſern Ehren vnd Macht /

Digitized by Google

dann alle Könige auff Erden. Sihe/ ibid. die Exempel an/ da S. Paulus vnd andere Heiligen/ vnzehlich viel/ im anfang der Chriſtenheit vertilget worden/ was geſchach? Nach ihrem Tode/ ſaget vnd ſang iederman von ihnen/ preiſet ihr Gerechtigkeit mit groſſen Ehren. Es verdroß die Tyrannen wohl ſehr/ aber was halffs? Je mehr es ſie verdroß vnd hindern wolten/ je mehr ihr Name vnd Ruhm außgebreitet ward in aller Welt/ vnd werden ſo bleiben biß an der Welt Ende/ ſie aber ſind drüber zu grund gangen/ immer einer nach dem andern mit ſchrecken. Alſo wirds auch mit vnſern Tyrannen ein Außgang haben/ ſie dämpffen ja vnd trucken hart auff vns/ die das Evangelium haben/ wolan truckt nur hart/ ihr lieben junge Herren/ vnd dämpffet getroſt was ihr wolt/ das wird geſchehen/ ja hindersich/ wie der Krebs/ ewer fürnehmen ſampt euch/ ſoll vntergehen/ vnd die ſo ihr läſtert/ verfolget vnd gemordet als Ketzer vnd Auffrührer/ vnd damit ihre Lehre vnd Namen gedenckt zu tilgen/ ſollen mit Ehren alle wieder erfür/ ja ſolt ihr gleich drüber berſten/ toll vnd thöricht werden/ ſo wird man hernach ſie ehren vnd preiſen/ als die Gerechten vnd Heiligen ewiglich/ vnd ewer ſpotten vnd lachen/ als der Thoren vnd Gottloſen. Wie wir ſehen/ daß ietz Johannes ſein Horn in Ehren führet/ obwol die Papiſten ſcheußlich drüber zörnen vnd die Zähne zuſamen beiſſen.

Hinc Reges ſuos Dominus voluit bina legis exemplaria deſcribere, Deut. 17. 18. vide *Schik. de jur. reg. heb. c. 2. theor. 5. & 7.* 2. *Doctrina*, coràm quâ Reges olim aſſurrexiſſe è Rabb. idem Schick. l. cit. p. 91. teſtatur, & affert locum è R. Nechonia Ben. Hakk. de Davide, quòd hoc ſolo nomine Achitophelem amicitiâ dignatus fuerit. 3. *Officij* (paterni, regii, œconomici &c.) *auctoritas* quo triplici fundamento ſuffultus Joſeph honoratiſſimus fuit in Ægypto.

De auctoritate officiali, quâ DEUS ſuos ornat. Rivet. hæc annotat in Exod. p. 159. Servi DEI per ſe debiles & infimi impiis ſæpe terrori ſunt, ita diſpenſante DEO. Sic Saul timuit Davidem, 1. Sam. 18. v. 15. Achabus Eliam, 1. Reg. 18. Herodes Iohannem, Marc. 6. v. 20. Quemadmodum etiam fecit Moſen Elohim Pharaoni, ita ſuos armare novit divina quadam authoritate, ut metum facilè incutiant hoſtibus. Nota eſt hiſtoria Iaddi ſummi ſacerdotis, cujus aſpectum Alexander victor orbis penè extimuit. Apud Ioſeph. antiq. l. 11. c. 8. Sigonius l. 19. de Occid. Imperio refert, Cæſareum Arelatenſem Epiſcopum, cum apud Theodoricum Italiæ Regem Gothum accuſatus, inque cuſtodiam datus eſſet, regis animum ſolo aſpectu ita perculiſſe, ut venerabundus aperto capite ei aſſurrexerit, & ad ſuos converſus graviter ſuccenſuerit iis, qui tali viro moleſtiam præbuerant, ad cujus primum congreſſum totus cohorruerat.

quæ ſuos habet divinitus conſtitutos à DEO gradus & limites. Nec audiendi *Epheſii*, quorum illud, nemo apud nos unus excellat, ſed ſi quis extiterit, alio in loco & apud alios ſit. Huic honoris fundamento generali obſtant vitia 1. *ἀγροικία, ſubruſticus, Diogenæus*

Digitized by Google

genans, *Carolſtadianus & monaſticus in papatu honorum contemptus & abjectio*, quæ ſub falſa ſpecie humilitatis fucum facit faſtumque calcat alio faſtu. Paſchaſium Radbertum Abbatem Corbeienſem laudat Corn. à Lap. ad Syrac. 44. p. 414. *Nihil illuſtrius fuit ſumma animi ejus modeſtia & humilitate, qua de ſe ipſo cum maximi ab omnibus fieret, medicè omninò ſentiebat. Itaq; Monachorum ſe omnium per ipſe ma, Levitarumq; ultimum appellare ſolebat. Diaconi gradu contentus, ad presbyterij honorem nunquam aſpiravit. Quam deſpicientiam ut poſt mortem quoq; ſingulari exemplo teſtaretur, convocatis ſub vitæ finem diſcipulis edixiſſe fertur, ne quis de ipſius vita quidquam literis conſignaret.* Si enim in Chriſto honoratiſſimo DEI Filio, conſiſtere hæc duo potuerunt, (ſed non ſimul actu ſecundo. Sic cum miracula edidit, nemini, ait, dixeris Matth. 8. 14. Submiſit ſe ſuis parentibus. Luc. 2. 51. ſummus honor & ſumma humilitas: Sic in Theodoſio ſummus honor & tamen ſe ſubmiſit Ambroſio. Theodoſius, cùm ſe ſubjecit, non fuit actu ſecundo Rex: ſicut Melchiſedech cum attulit panem & vinum, ſacerdos quidem fuit; ſed non actu ſecundo.) non debent hæc duo in Chriſtiano homine inter ſe committi, cum in ipſa humilitate (ut in liberalitate, divitiarum) verus honoris uſus verſetur. Idem in magnanimitate, de quâ Germani olim noſtri dixere.

Wo man Helm auffbind/
Und Bauer entbind/
Da iſt Hochmuth Ehr/
Und ſonſt nimmermehr.

Qui beneficium accepiſſe negat, quod accepit, Ingratus; qui non reddit ingratior; ingratiſſimus omniũ qui oblitus. Humilitas enim eſt vel non oſtentatrix, vel non uſurpatrix, illa conſiſtit cum ipſo honoris actu, hæc non item. Male honoris dignitati objiciuntur verba Chriſti Matth. 23. 8. quæ non oppoſita ſunt nudæ appellationi; alioquin ne pater quidem quiſpiam nominari poſſet: ſed 1. *faſtui phariſaico.* quem ducebat cretata ambitio. Prohibet Chriſtus τὸ ἐμπαθῶς θέλειν καλεῖσθαι Theophyl. in h. l. quemadmodum frequenter verbum actus, voti nota eſt Exod. 16. 23. Matth. 5. 23. c. 13. 13. Luc. 12 52. c. 22. 20. ne velitis, contendatis, quæratis, Magiſtri aut Patres aliorum vocari; ſicut in ſimili diteſcere, non eſt

peccare,

peccare, ſed velle diteſcere. alibi 2. *Auctoritati paternæ, magiſtrali, & imperioſæ*, quæ ſibi plus, quàm in ſecunda tabula conceſſum, aut ſumit aut indulget. Qualis illa fuit, *Etiamſi dixerint rabbini, de manu dextra, quod ſiniſtra ſit, & de manu ſiniſtra, quod dextra, credendum hoc eſſe R. Salom. Iarchi* in comm. Deut. 17. v. 11. Nec ovum ovo ſimilius, quàm illi Rabbinicæ obedientiæ, cœca illa hodierna eſt, quæ viget in papalibus cœnobiis. III. *Honorum proſtitutio ac prodigalitas*, à qua etiam Academiæ ſibi cavere debent, ne quod ante aliquot annos in monetæ cuprariæ confuſione accidit, honores ex valore magis æſtimentur, & tinnitu, quam intrinſecâ bonitate. vid. Reinking. de Regim. ſec. & Eccl. l. 1. claſs. 5. c. 11. n. 60. IV. *Honorum dedecoratio* per vitiorum inquinamenta.

§. 2. Continet ſecundò vox Cabed ipſum *honoris actum*, qui ad parentes relatus, quis ſit, & qualis, & quantus à Luthero optimè eſt declaratum. Tom. 5. Witt. p. 232 f. 2.

Ffff &di-

Ehren iſt nicht ein geringes Wort/ er ſpricht nicht/ du ſolt deinen Vatter vnd deine Mutter lieb haben/ ihnen gehorſam ſeyn / wohl thun / oder dergleichen / ſondern du ſolt ſie ehren/ die Ehre aber ſtreckt ſich weiter auß dann die Liebe/ darumb hält GOtt viel von Vatter vnd Mutter / dann die Ehre gebührt allein GOtt / nun theilet er die Ehre Vatter vnd Mutter mit/ darumb auch kein gröſſere Herrſchafft auff Erden iſt/ dann der Eltern Herrſchafft. Aber ſie iſt gemein worden/ darumb acht ihr niemand / wie dann allen Gottes Worten geſchicht / wann ers der Welt fürlegt/ ſo verachtſie es/ wird ihr bald ſatt/ müde vnd überdrüſſig. Die Könige/ Fürſten vnd Herren / haben auch ihre Ehre / tragen eine guldene Kron auff ihrem Haupt / einen güldenen Scepter in der Hand / gülden Ketten an dem Halß/ nun man ſoll ſie auch ehren / Rom. 13. 1. Pet. 1. vnd fürchten. Es iſt aber nicht ein gleiche Ehre / die man Vatter vnd Mutter ſoll beweiſen. Dann der Fürſten vnd Herren Obrigkeit/ iſt nicht eine liebliche Oberkeit/ ſondern erſchröckliche/ dann ſie ſind vnſers HErrn Gottes Stockmeiſter / Richter vnd Hencker / mit denen er die böſen Buben ſtrafft / aber Vatter vnd Mutter ſind nicht ſo erſchröcklich / ſondern gantz freundlich. Es ſtehet zu Rom. am 13. Capitel von der Obrigkeit / daß ſie ſoll wehren den böſen wilden Leuten/ vnd die fromme handhaben/ darumb nimpt ſie Gelt/ Zinß vnd Schoß/ aber Vatter vnd Mutter iſt ein zarte/ feine/ luſtige Oberkeit/ die nehmen nichts von Kindern / ſondern ſie wagen Leib vnd Leben / ſchlagen in die Schantz Haab vnd Gut / ſetzen für ſie Halß vnd Bauch / vnd alles was ſie haben / dann die Kinder ſind auß ihrem Fleiſch vnd Blut. Solches können ſich die Fürſten vnd Herren nicht berühmen / dann wir ſind ja nicht ihr Fleiſch vnd Blut / aber Vatter vnd Mutter die können ſichs wohl berühmen / alsbald das Kind gebohren wird / muß es ernehret werden vom Schweiß/ Fleiſch vnd Blut ſeiner Eltern / ſie martern ſich ſelber / ſorgen Tag vnd

Digitized by Google

Nacht/ vnd iſt die lauter Liebe vnd gar kein Ernſt oder Zorn/ dann wann es nicht alſo liebiich zugieng/ Vatter vnd Mutter die Kinder nicht alſo hertzlich libten/ wie wolten ſie erzogen vnd ernehret werden? ſie můſten im Treck verfaulen. Aber da iſt lauter Liebe/ dienen vnd wohl thun vom Vatter vnd Mutter/ ſie ſtrecken Leib vnd Gut daran/ tragen Sorge vnd angſt/ iſt lauter mühe vnd arbeit/ tag vnd Nacht fürhanden/ für die Kinder/ ja es muß den Kindern alles dienen/ gut/ Hauß vnd vnd Hoff/ Magd vnd Knecht. Alſo ſcheidet ſich die Obrigkeit vnd Gewalt der Eltern/ von der Gewalt der weltlichen Herren/ bey den Eltern iſt keine Furcht vnd ſchrecken/ ſondern lauter Liebe/ bey der Obrigkeit iſt nicht viel Liebe/ ſondern Furcht vnd Schröcken/ Rom.13. Die Gewaltigen ſind den böſen Wercken zu fürchten/ Item/ thuſtu böſes/ ſo fürchte dich.

& digitum intendit ad cardinalem hujus præcepti virtutem, Reverentiam ac humilitatem erga ſuperiores, qui conſiſtit in *judicio mentis magni-æſtimativo* 2 Cor. 8. 22. *In affectu ad obſequia compoſito*. Rom. 13. 1. Col. 3. 23. *Patienti* etiam moræ, ſunt enim citi honores periculoſi,

Wann David (ita Bidenbach. ad Sam. p. 547.) einsmahls vom Elend zu Ruhen kommen were/ ſo hätte es nicht gut gethan/ was hat den Saul anders verderbt/ dann daß er einsmahls auß einem Bauren ein Edelmann wird/ vnd ruhig einſitzt: da wird er ſicher/ vnd wird nichts guts drauß. Es iſt eben/ als wann einer gar hitzig iſt vnd wolt einsmahls ins kalt Waſſer ſpringen. Als wann einer lang außgehungert were/ vnd wolt ſich einsmahls übereſſen. Man muß ſich fein ſittlich abkühlen/ vnd von Tag zu Tag mit dem eſſen etwas zunehmen. Schnelle Enderungen ſind ſchädlich. Darumb läßt GOtt David noch ein weil ſchwitzen/ vnd thut ihm noch ein Beltz darzu an. Ja es hat GOtt den Brauch/ wann er auß einem etwas trefflichs will machen/ ſo deponirt er ihn zuvor gar wohl. Dann welcher nicht verſucht worden vnd nichts erduldet hat/ was kan der wiſſen.

1. Pet. 2. 18. *Grato*. 1. Tim. 5. 17. *Lingua Reverenti*, Gen. 32. 18. 1 Sam. 1. 15. 1. Pet. 3. 6. *Geſtibus ſubmiſſis*, *aſſurrectionis* Lev. 19. 32. *Obviam itionis* Gen. 34 3. 1. Reg. 2. 19. *Genuflexionis* Gen. 18. 2. *aſtationis* Exod. 18. 13. prioris *ſedis conceſſæ* 1. Reg. 2. 16. Luc. 14. 7. Gen. 43. 33. *primi ſermonis dati* Job. 32. 4. *Munerationis*. Num. 22. 17. *Honor, ait S. Hieron in cap. 15 Matth. in ſcript. non tantum in ſalutationibus & officiis deferendis, quantum in eleemoſynis, ac munerum oblatione ſentitur. Honora, inquit, Apoſtolus, viduas, quæ verè viduæ ſunt: Hic honor donum intelligitur. Et Presbyteri duplici honore honorandi ſunt, maximè qui laborant in verbo & doctrina DEI.* vid. part. 2 Lact Catech. p. 74. ſeq. & ib. de obedientia. p. 106. & gratitudine, p. 116. exemplis beſtiarum bovis & aſini illuſtratum à Domino ipſo

Digitized by Google

no ipſo, Eſa.13. Addit alia ib. Corn. à Lap. & nominatim Leonis vulgò Hieronymo appictum, p.50. *Huc refer Leonem S. Geraſimi Abbatis (errat vulgus putans fuiſſe S. Hieronymum, cui ex hoc errore pictores Leonem appingunt) qui ob exemptam ſibi ab eo ſpinam, viventi per omnem vitam ſedulò ſervivit, & morienti ex luctu commortuus, eidem ſuâ morte parentavit.* Diximus ibi humilitatem conſiſtere in propriæ excellentiæ oblivione, vilitatis ſuæ jugi recordatione, modeſto honoris ambitu, probo donorum ac bonorum uſu, uſus donorum non neceſſarii abdicatione, in decenti ornatu, (quali? vid. loc. cit. Lact. Cat. part.2. p.81.) in verâ de proximo æſtimatione, in affectu confidente, obediente, grato, in teſtificatione honoris externi in proximum ſincerâ, ut appareat, honorem non eſſe honorati, ſed honorantis, ſicut viſio non eſt rei viſæ, ſed videntis. Eſt hæc virtus certiſſima honoris ſcala, quam affabrè Mythologus oſtendit in manip.2 apol.41.p.83.

Megalander, qui obſcuro genere prognatus ad virtutum faſtigia aſcenderat, cum in gloriæ ſolio conſideret omnibus aſpectabilis, multos permovit, ut, quibus ille gradibus ad hanc dignitatem aſcendiſſet, perquirerent. Aliis itaque arbitrantibus ſeculi ſui felicitate uſum, aliis fortunam nimium propitiam divinantibus, aliis in magnatum favorem cauſam conjicientibus, aliis ſociorum fidelitate elevatum cenſentibus: ubi homini tot vanæ conjecturæ innotuerunt, plurimum riſit, & ad curioſos illos converſus: Heus, ſi cui inter vos ſcapulæ pruriunt ſcalam, qua ego enixus ſum, inſcendito. Ingenium mihi acuit contemptus, cum nemo ſuffulciret, omnia meæ indagationi relinquerentur: docuit paupertas, quæ niſi fatigato cibum non præbuit: mores formavit calumnia, cum undique peteret, & in conſpectu centoculorum verſandum eſſet: labores impoſuit invidia, ut pudefacerem, quotquot iniquius me cenſuiſſent: Opes ſervavit ingratitudo, cum nemini fidendum, credendum nemini, indeque nihil temerè effundendum appareret. Sanitatem dedit venenum, cum per tot mortes immortalis, & mundo immortuus Chriſto redivivus redderet. Hæc cum audiviſſent delicat. Iam nemo, dixerunt, invideat ſtationi tuæ, ad quam per tot cruciatus emergendum eſt.

Eſt omnium aliarum virtutum decus; gleich der Null in der Arithmetic, zu welcher Tugend (als Zahl) man ſie ſetzt/ vermehrt ſie dieſelbe. Huic opponitur lerna omnium vitiorum Superbia, vivus Sathanæ character & imago, quæ conſiſtit in ambitione. de ambitionis malo. vid. Aug l.6. confeſſ. c.6.

Ffff 2 quæren-

Inhiabam honoribus, lucris, conjugio, & irridebas. Patiebar in eis cupiditatibus duriſſimas difficultates, te propitio tanto magis, quantò minus ſinebas mihi dulceſcere quod non eras tu. Vide cor meum Domine, quia voluiſti, ut hoc recordarer & confiterer tibi

Digitized by Google

Nunc tibi inhæreat anima mea, quam de viſco tam tenaci mortis exuiſti. Quàm ego miſer eram, & quomodo egiſti, ut ſentirem miſeriam meam die illo, quo cum pararem recitare Imperatori laudes, quibus plura mentirer, & mentienti faveretur ab ſcientibus, easque curas anhelaret cor meum & cogitationum tabificarum febribus æſtuaret. Tranſiens per quendam vicum Mediolanenſem animadverti pauperem mendicum, jam credo ſaturum, jocantem atque lætantem, & ingemui, & locutus ſum cum amicis meis, qui mecum erant, multos dolores animarum noſtrarum, quia omnibus talibus conatibus noſtris, qualibus tunc laborabam, ſub ſtimulis cupiditatum trahens infelicitatis meæ ſarcinam, & trahendo exaggerans, nihil vellemus aliud, quam ad ſecuram lætitiam pervenire, quo nos mendicus ille jam præceſſiſſet, nunquam fortaſſe illuc venturos. Quod enim ille pauculis & emendicatis nummis adeptus ærumnoſis anfractibus & circuitibus ajebam, ad lætitiam, ſcilicet temporalis felicitatis. Non enim verum gaudium habebat, ſed & ego illis ambitionibus multo falſius quærebam. Et certe ille lætabatur, ego anxius eram; ſecurus ille, ego trepidus. Vt ſi quiſquam percontaretur me, utrum mallem exultare, an metuere, reſponderem exultare. Rurſus, ſi interrogarer, utrum me talem mallem, qualis ille, an qualis ego tunc eſſem, meipſum curis timoribusque confectum eligerem, ſed perverſitate, numquid veritate? Non enim eo me præponere illi debebam, quo doctior eram, quoniam non inde gaudebam, ſed placere inde quærebam hominibus, non ut eos docerem, ſed ut placerem. Propterea & tu baculo diſciplinæ tuæ confringebas oſſa mea. Recedant ergò ab anima mea, qui dicunt ei, intereſt, unde quis gaudeat. Gaudebat mendicus ille vinolentia, tu gaudere cupiebas gloria. Qua gloria Domine? Quæ non eſt in te. Nam ſicut illud verum gaudium non erat, ita nec illa vera gloria, & ampliùs vertebat mentem meam. Et ille ipſa nocte digeſturus erat ebrietatem ſuam, ego autem cum meâ dormieram & ſurrexeram, dormiturus & ſurrecturus eram inde quot diebus? Intereſt verò, unde quis gaudeat, ſcio, & gaudium ſpei fidelis incomparabiliter diſtat ab illa vanitate, ſed & tunc diſtabat inter nos. Nimirum quippe ille felicior erat, non tantum quod hilaritate perfundebatur, cum ego curis eviſcerarer, verum etiam quod ille benè optando acquiſierat vinum, ego autem mentiendo quærebam cibum. Dixi tunc multa in hac ſententia charis meis, & ſæpe advertebam in his quomodo mihi eſſet, & inveniebam, malè mihi eſſe, & dolebam, & conduplicabam ipſum malè. Et ſi quid arriſiſſet proſperum, tædebat apprehendere, quia priuſquam teneretur avolabat.

quærente honorem per ſe, honorem donis majorem, honorem à corruptionibus ac mediis illegitimis, beneficium rogante, veneficium capiente, occidat licet matrem, mòdò imperet), ajebat mater Neronis. 2. *Acquiſiti honoris abuſu* ad φιλαυτίαν, arrogantiam, propriam gloriam, proximi contemtum. 3. *Honoris uſurpati oſtentatione*, geſtibus, ore, vultu, maximè verò veſtitu.' Hebræis ſuperbia eſt gaon, gabhoh. Ezech. 16. 49. Prov. 16. 18. I. Celſitudo, altitudo aliis ſupereminens, altitudo montis, Eſa. 30. 25. turris, Eſa. 2. 15. Cedri Libani. Ezech. 31. 3. Fluminis. Ezech. 47. 5. Jordanis: Jer. 49. 19. Gigantis, Job. 38. 11. vid. Geier ad Prov. p. 383. Numinis Divini ὕψιστ. Pſ. 113. 5. Eccleſ. 5. 7. II. Celſitudo vitioſa, verme cucurbi.

curbitæ arroſâ & corrupta, conſtans ὑψηλοφρονήσει, Rom. 11. 20. 1. Tim. 6. 17. Studio altitudinis ambitioſæ obtinendæ: obtentæ ac habitæ ſpeculatione primum internâ, admiratione, φιλαυτίᾳ. αὐταδείᾳ. Tit. 1. 7. 2. Pet. 2. 10. ſtolidâ ac vanâ, quia umbratica, phantaſtica. Act 25. 23. alienis plumis ornata, typho, imflatu & extenſione fumi 1. Tim. 6. 4. 2. Tim. 3. 4. Denique ὑπερηφανείᾳ oſtentatrice, contemtrice proximi, ſuperioris, quem ἀντιτάξει offendit, paris ac inferioris, à quo quaſi ἀποδέωσιν ſui extorquet, ut Haman, Herodes, Act. 12. III. Exercita Animi actibus Job. 40. 6. Eſa. 16. 6. oris alazoniâ. Eſa. 3. 8. 9. oculorum ſtrabo obtutu, Eſa. 2. 11. Michæ. 7. 5. operum πολυτεχνημοσύνῃ, geſtu & veſte. Eſa 3. 16. Eſu & potu ſuperbius appoſito, ædificiis & palatiis plus juſto exſtructis, ἀγερωχίᾳ quadam ſtrenuitate. Sap 2. 9. acceſſit noviſſimum vanitatis genus TITULOMANIA, à quo toto pectore abhorrent viri cordati, quod enim facias eo, qui in proximo trans Rhenum ruſe ignotus eſt, & tamen audit clariſſimus? magnificus, quem

urget res anguſta domi?

Quam multam vani-res ea tatis habet?

Scelus eſt. 1. *Satanicum*, quiſquis ſuperbus eſt, dæmone plenus eſt, ait Cæſarius Arelatenſis. 2. *Idololatricum*, ſui enim leno ac rivalis, ex ſeipſo & donis creatis idolum facit. 3. *Stultiſſimum*, ambire umbram, quam nunquam conſequaris, celſiora, quæ ferre non potes, ut Nanus ille apud D. Dietr. conc. 3. in Sap. 14. p. 577. animos attollere in re non tua ſed aliena 1. Cor. 4. 7. Superbire in ſcabioſo capite ut pediculus, ſtultitiæ argumenta ſunt. Sic dementiæ ſuæ convictus eſt, cum mortalitatis convictus eſt Alexander ex vulnere ſanguinem ſtillante, Antiochus ex fœtore, Herodes è vermibus ſuimet ſannio apud Joſeph. l. 19. antiq. c. 7. *En ego illa veſtra appellatione DEUS vitam relinquere jubeor fatali neceſſitate coarguente veſtrum mendacium, & quem immortalem ſalutaſtis ad mortem rapior.* Hic valet illud Stilponis ad Cratetem: δοκεῖς μοι χρῄζειν ἔχειν ἱματίου καινοῦ, *videris mihi indigere pallio novo; vel pallio & mente*, καινοῦ *enim junctim ſignificat novum, disjunctim verò* καὶ νοῦ *ſignificat & mente*, ita Laërt. lib. 2. c. 12. 4. *Abominabile* Luc. 16. 15. 5. *Damnoſiſſimum* ob cruciatum internum. *O ambitio* (exclamat *Bernh.* l. 3. de conſid.) *ambientium crux, quomodo, omnes torquens, omnibus places? ob hoſtem externum:*

DEUM enim in ſe, & omnium Creaturarum aciem armat, ac provocat ſuperbus 1. Petr. 5. *DEUS tanquam ſuæ contumeliæ propulſator, quoddam velut ſuſcivit ſpeciale bellum adverſus ſuperbiam.* q.d. *iſte adverſarius meus eſt. Ambroſ.* in Pſal. 118. v part. 2. Lact. Catech. p. 87.

§. 3. Ultima veſtiaria, ad quam ſuppellectilium pompa pertinet, cum

Laqueataque tecta ferebat
Divitias, craſſumque trabes abſconderat aurum
Nec ſummis cruſtata domus, ſectisque nitebat
Marmoribus, ſtabatque ſibi non ſegnis Achates.
Purpureusque lapis totusque effuſus in aula.
Calcabatur onyx. &c.

quà cum luxu & jactura patrimoniorum conjuncta, ſeptimi, quà fomes libidinis ſexti, quà humilitati oppoſita hujus præcepti vitium eſt. Conſiſtit autem 1. *In Exquiſito* apparatu veſtium ſuppellectiliumque. 2. *In luxu* eorum qui *Uno filo villarum inſuunt pretia,* uti loqui amat *Hieron.* Talis fuit in purpura & byſſo ditis epulonis Luc. 16. 3. *Levitate ac mutatione,* qualem Auguſtinus intellexit, cum l. 3. de doctr. Chriſt. c. 12. p. 65. ſcripſit. *Sicut enim talares & manicatas tunicas habere apud Romanos veteres flagitium erat, nunc autem honeſto loco natis, cum tunicati ſunt, non eas habere flagitium eſt.* & Bidembach. ad Sam. p. 438.

Es iſt ein böſes Zeichen/ daß Saul ſeine rechte Kleider hat außgezogen. Dann wie er die Königliche Kleider abgelegt: alſo hat er damit auch das Königreich von ſich gelegt. Da er ſich ſonſten gar hatte verändert im Hertzen/ da verändert er letztlich auch die Kleider/ vnd da iſt es auff dem letzten. Alſo gehet es jetzt auch bey der Welt. Sie hat ſich gar verkehrt/ es iſt nicht mehr ſolches vertrauen vnd glauben/ vnd Redlichkeit wie zuvor/ nicht mehr ſolche Mäſſigkeit ꝛc. Vnd iſt zu letzt auch auff die Kleider kommen/ die tragen wir nicht mehr vnſerm Vatterland gemeß/ ſondern was man an andern für newe Manier ſihet/ das machen ihnen jetz die Teutſchen nach/ daß man ſie nicht mehr wol kennen kan. Iſt zu beſorgen/ wir werden einmal mit Veränderung der Kleider/ auch vnſer Vatterland gar verändern: Wie Saul mit Außziehung ſeiner Kleider zumal das Königreich hat außgezogen.

Mutationem veſtis malum Reipubl. omen eſſe, obſervavit Bernegg. qq. ad Tacit. q. 166. conf. Luth. ad Zeph. Tom. 8. Witt. p. 545. Flineri p. m. quondam Paſtoris ſummi templi Argentorati quoddam Apoph-

Apophthegma memoriæ eſt ſervatum in Protocollo ann. 1519. qui explicans Evangelium de cenſu Cæſareo, dixerit, Wann man heut fragt / weſſen die Form dieſes Kleides iſt / müſſe man antworten / deß Frantzoſen / worauß dann zuſchlieſſen. So gebt dem Frantzoſen was ſein iſt / wie ſie dann jetzt auch in Teutſchland kommen / vnd holen wollen was ihr iſt. Ut ordines vitæ, ita nationes quoq; DEUS veſtibus diſtingui voluit, hinc ſerici meridionalibus, pellium verò copiam Aquilonaribus fecit. v. Sophon. 1. 8. in fuco & ſimulatione, Stibio e. g. oculi, minio genæ fucantur, de quibus videndi Cyprianus & Tertullianus, Tertull. l. 1. de cultu fœm. c. 5. *In Dominum delinquunt, quæ cutem medicaminibus ungunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt. Diſplicet illis nimium plaſtica DEI.* conf. Camerar. cent. 1. hor. ſubciſ. c. 10. & cent. 2. c. 38. 3. *Veſtium confuſione divinitus vetitâ,* Deut. 22. 5. *non ſolum 1. foris ac in militia*, ad quam præcipuè hanc legem reſtringit Joſeph. l. 4. 8. *φυλάσσετε μάλιστα ἐν ταῖς μάχαις, ὥστε μήτε γυναῖκα ἀνδρικῇ σκευῇ χρῆσθαι, μήτε ἄνδρα στολῇ γυναικείᾳ.* Hebræum כלי non arma ſolum ſignificat, ſed & veſtimenta Lev. 13 49. & ornamenta Eſa. 61. 10. *non 2. ſolùm in ſacris idololatriis* Veneris tàm maſculæ quàm fœmineæ, in quibus Vir ſtetiſſe perhibetur veſte muliebri pictâ coràm venere, & mulier loricâ induta coram mare, ſicut perſuaſus erat Joh. *Seld.* de Dis Syris ſynt. 2. c. 4. è *Rab. Moſ. Ben-Maimon* ex More Neboch. part. 3. c. 38. Jul. Firmico c. 4. de errore prof. relig. & Macrob. l. 3 ſatur. c. 8. Etenim (ut JCti loquuntur) cum lex non diſtingnit, nec nobis diſtinguendum eſt. *nec obſtat* 1. τὸ כלי opponi τῷ שמלת ſimloth, unde fieri non poſſit, ut vox utraque veſtimenti notio ſit. nec 2. *βδέλυγμα* appellari ejuſmodi veſtitus mutationem, quod plerumque idololatriæ in S. literis nomen eſt. Reſp. ad primum, non opponi diſparata, ſed explicari generalius nomen כלי per ſpecialius שמלת. Ad 2. abominationis vocem multoties extra regionem idololatriæ locum habere, vid. Lev. 11. 11. aliquoties c. 18. 22. Prov. 31. 31. c. 11. 1. c. 15. 8. neque nos excludere idololatriæ interdictum. *non 3. abſolutè*, tanquam nullo in caſu ejuſmodi veſtium uſurpatio conceſſa ſit, extra etiam ſcandalum, ut vult *Piſcator* p. 432. & 433. p. 499. in Deut. Si enim mutatio hujuſmodi per ſe mala eſſet, & in omni ſubjecto mala (nam ex vitio ſpe-

Digitized by Google

ſpeciei ad vitium generis valet conſequentia) at non eſt vel unius Chriſti exemplo, qui nunc hortulanum, nunc viatorem in veſtitu ſimulavit, ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ Marc.16 12. vide Dn.D.Balduin, l. 4. de caſ. conſc. c. 1. caſ. 2. Quidni enim liceat in comœdiis honeſtis ſimulare virginem, ubi & regem Angelumque ſimulare licet? quidni vitam veſtimenti mutatione redimere? aut effœminatam virorum ignaviam muliebri veſto infamare; id quod Charondam feciſſe olim accepimus, qui milites aciem deſerentes per triduum pro concione ſtolatos deſtituit. vide-ſis caſus alios in Camer. ſubciſ. cent. 3. c. 76. Sed IV. *Conditionatè cùm* ex levitate ejusmodi mutatio inſtituitur, atque huc pertinet Epiſt. *Ambroſ.* ad Irenæum *Primo cur homo non vis videri, quod natus es? cur alienam tibi aſſumis ſpeciem? cur mentiris fœminam, vel tu fœmina virum? ſuis unumquemq; ſexum induit natura indumentis. Deniq; diverſus uſus, diverſus color, motus, inceſſus, diverſæ vires, diverſa vox eſt in viro & fœmina. Secundò in avibus etiam propria ad veſtitum eſt inter eos & homines comparatio. In illis enim ſexum naturalia ipſa indumenta diſcernunt. Pavimares ſpecioſi, fœminæ non item pennarum vario pinguntur colore. Phaſianis quoq; diverſus color, qui diſtinguit ſexus diſcretionem, quid in pullis? alius certè eſt habitus galli à gallina?*

Quem præſtare poteſt mulier galeata pudorem,
Quæ fugit à ſexu? ——

Deniq; faſtu Herodiano Act.12. Joſeph.19. ant.7. Eſt hocquoq; crimen I. *Stultiſſimum*, 1. ratione *originis*, quia à phantaſia hominis, rationis rectæ freno deſtitutâ, hinc μετὰ πολλῆς φαντασίας Act.25.24. 2. *ratione materiæ*, quia ſuperbit in non ſuo, in pellibus animalium, lana ovium, terræ lino, cannabe. 3. *ratione formæ*, quæ ſuâ origine ſæpe non eſt melior. Novitas omnis ſuſpecta, præſertim ſi, ut Tertull. l. de pall. loquitur, non *conſuetudinem ſolùm, ſed naturam mutet.* 4. *ratione finis*, quia, quâ veſte ad corpus tegendum uti debebat homo, eâ ſæpè ad detegendum, quâ ad corporis recreationem, eâ ſæpè ad onus (*mulieres ad omnia aliàs delicatæ, ad ſolas vitiorum ſarcinas viris fortiores ſunt*, ait *Cyprianus*) II. *Impudentiſſimum*: perfrictæ profectò frontis furem eſſe oportet, cui veſtis ſpiritus attolleret: extremæ impudentiæ ſit, in cœtum bonorum virorum vultu ſtercore contaminato ingredi. Utrumque verò facit, qui in veſtitu ſibi

ſibi nimium placet, ne divinæ quidem faciei in conventibus ſacris rationem habens, ſpoliat oves avesq; & vermes ac in bonis alienis gloriatur. III. *Damnoſiſſimum 1. aliis.* utnamque odor cibi horexin excitat, ſic venerem faſtus veſtiarius. 2. *toti Reipub.* cujus theſauros luxus iſtiusmodi exhaurit, tanquam pecuniæ aliquod everriculum. 3. *Sibi*, divinam enim vindictam in ſe provocat, Argentinæ hoc accidiſſe, Protocollum Conventuale memoravit, anno 1610. Da zwo Mägd in einem Hauß ſich zuſammen verbunden / daß ſich eine kleiden woll wie die ander / vnd der Teuffel ſoll die hoſen / die es köſtlicher mach / als aber eine zugefahren / vnd es ſtattlicher gemacht / ſey ſie in Blödigkeit deß Haupts gerathen / vnd hab ſich entleiben wollen / wann ihr nicht wäre gewehrt worden. v. part. 2. Lact. Catech. p. 95. conf. invectivas D. Dietrich. conc. 3. in c. 5. Sap. p. 484. conc. 2. & 4. in c. 7. p 706. p. 729. 743. conc. 8. in Eccl. 3. p 475. & ſeqq.

§. 4. *Objectum actus* paſſivum eſt אביך abicha, pater tuus, tu ô es finis, cui proles nata eſt & data 2. Sam. 3. 2. ab אבה aba affectus charactere ac bonæ inclinationis atque στοργῆς. Græcis πατὴρ à πάω alo, germ. veteribus Ette oder Heitte / tanquam ab heeten / quod ſaxonibus eſt heiſſen. ואמך veimecha, quam vocem contra analogiam nonnulli ab אמן deducunt, à naturali ſc. matris fidelitate atq; affectu, hinc אמן omen nutritius. Lev. 19. v. 3. græci μήτηρ à μάω. Præponitur mater patri, ad ſignificandam vel æqualitatem utriuſque, quod honorem à liberis prȩſtandum attinet, de quâ Prov. 23. 22. ne quis filius ob ſexus infirmitatem & ſubjectionem matris obſervationi detraheret: vel ordinis diverſitatem, ita ut Exod. 20. ordo dignitatis. Lev. 19. cognitionis (quatenus puer primò agnoſcit matrem) attentus fuiſſe videatur. vide Arniſ. l. 1. de Repub. c. 4. ſect. 1. n. 10. Extra controverſiam eſt hîc, primò intelligi Patrem matremq; naturalẽ, Heb. 12. 9 neq; hic eſt excipiendus *Pater impius*: in quo impietas odio habenda, perſona colenda, ſic Jonathan Saulem impium coluit: vide Theol. Conſc. tom. 1. p. 860. acne *ſcortator* quidem excipiendus jure Divino & naturali, verè pater, cui à filio ſpurio debetur honor. Et ſi ignoſcere lege Chriſtianâ tenemur ei, qui nos injuria affecit, quidni & patri injuſto? atq; ſi alimenta ejuſmodi pater debet notho: æquum eſt ut hic quoque illi deferat

Digitized by Google

honoerm. vid. Bald.l.4. caſ.conſ. c 14. caſ.7. Sed & liquet patrem hîc eſſe, quemcunque ſcriptura hoc titulo dignatur, vide part.2. Lact. Catech. p.69. confer Reinking.l.2.bibl.polic.axiom.72.

§. 5. Fundamentum honoris in utroq; eſt 1, *auctoritas ac poteſtas*, viva ſcilicet imago majeſtatis Divinæ, à Fonte Honorum ſummo auctorata, & conſecrata verbo, vid.Luth.tom.5. Witt.p.235. f.2. Hinc *Hiero* Philoſophus apud Stobæum filios exiſtimat debere in domo paterna velut in fano quodam æditüos & ſacerdotes à natura conſecratos eſſe, ut parentum cultui dent operam. *Scythæ* Iſſionides apud Herod.l.10. tanquam Deos medioxumos parentes colunt. *Hæc paternitas*, ait Hugo de S. Victore l.1. de ſacram. c. 7. eſt *nobis ſacramentum & imago divinæ paternitatis, ut diſcat cor humanum in eo principio, quod videt, quid debeat illi principio, à quo eſt & quod non videt.* hæc eadem auctoritas radicata eſt, in animæ origine ex traduce propagatæ; Hinc Lutherus tom.7.Jen.p.264. Wann ein Weib nicht deß gantzen Kindes (conſequenter auch der Seelen) Mutter wär/ ſo würde folgen/ daß das viert Gebott müßte gar auffgehoben werden/ du ſolt Vatter vnd Mutter ehren. conf.Arniſ.l.1.de Rep. c.4. ſect 1. Eaque *poteſtas* 1. *legiſlatoria*, quâ leges liberis præſcribere, ac obedientiam urgere, 2. *Deliberatrix*, quatenus liberis genus vitæ, conditionis, matrimonii definire, 3. *Iudicialis*, quatenus vim exercere coercitivam poteſt ac debet. Prov.13 24. c.39.17. Syr.30.1. Heb.12.7. Quæritur *Poteſtas illa an ad necem uſq; extendenda?* ait *Bodinus* l.1. deRep.c.4. addit *jus vitæ & necis in liberos parentibus pernicioſo exemplo ademtum reſtitui oportere*, idque Deut. 21.20. inter alia conatur ſtabilire, quo in meditationis momento cerebrum in calcaneo habuiſſe videtur. Etenim locus ille jus aſſerit non condemnationis, ſed accuſationis. Injuriâ (non jure) gentium quarundam receptum id fuiſſe juxta largimur: De Gallis auctor eſt Cæſar.l.7. bell.gall.de Thrace quodam pater hiſtoriæ Herod.l.8.qui ſex filios excœcavit, quod invito patre Xerxen erant in bellum ſequuti. De Romuli lege Curiata ll.12.tabul. tranſumpta: de apologia Horatii pro filio: de exemplis Caſſii, P.Fonteii & aliorum hiſtoria Romana teſtatur. Cæterum *lex obſtare videtur* 1. *divina* Deut. 13.6. Prov. 19. v.18. Epheſ.6. v 4. 2. *Naturalis*, quæ, quo è fundamento vindictam prohibet privatam, nimirum, ne affectus pro ratione

præci-

præcipitet judicium, ex eodem parentibus (quorum læſio affectum inſolentius armare ſolet) eadem vindicta negata. Qua etiam de cauſa Plato iratus ne ſervum quidem caſtigare voluit, ſed caſtigandum Speuſippo tradidit, ne plus facere ex ira, quàm ex æquo videretur, *Senec. l.3. de ira. 12.* vide Arniſæ. l.1. de Repub. c.3. ſect.2. ubi inter alia n.18. *Ne ipſi quidem Romani*, ſcribit p.140. *probarunt ſeveritatem T. Manlij, licet is non tantum majeſtate patria, ſed & imperio conſulari, & utilitate evidentiſſima, ne ſc. per indulgentiam paternam, diſciplina militaris, quæ ſteterat ad illum uſq; diem Romana re, ſolveretur, acerbitatem ſupplicij excuſaret. Nam ut primum audita fuit vox: I lictor, deliga ad palum, exanimati, inquit Liv. lib.8. Omnes tam atroci imperio nec aliter, quam in ſe quiſq; diſtrictam cernentes ſecurim, metu magis, quam modeſtia quievere. Itaq; velut merſo ab admiratione animo, cum ſilentio defixi ſtetiſſent, repente poſtquam cervice cæſa fuſus eſt cruor tam libero conqueſtu coorta voces ſunt, ut neq; lamentis, neq; execrationibus parceretur, Manlianaq; imperia non in præſentia modo horrenda, ſed exempli etiam triſtis impoſterum eſſent.* Nec quicquam objiciuntur I. *Exemplum Abrahæ*, cui jus necis domeſticum fuerit. Deinde *Ratio*, quòd major parentum in filios ſit amor, quàm ut crudelius quicquam in eos tentare poſſent. *Reſp. ad* 1. mandatum illud extra ordinem à DEO datum fuiſſe ex jure, quo in omnes creaturas ſuas pollet abſoluto: nec pertrahendum in legem ordinariam, ſicut nec illa lex de ſtringendo gladio in fratres μοσχολάτρας Exod. 32. quod factum Dominus egregiè commendat Deut. 33. ut nihil efficiat ex hoc loco Bellarm. l.2. de monach. c.36. *Ad* 2. poſſe fieri ut ab irâ ὀργῇ ſuperetur, & contingat illud παροιμιῶδες, οἱ πέρα στέρξαντες, καὶ πέρα μισοῦσιν, Ariſt. l.7. polit. c.7. conf. Arniſ. pol. c.5.

§. 6. *Num verò poteſtas patria ad vitæ genus ſic extendatur, ut parentibus invitis nec cœlibatum vovere, nec conjugium ſuſcipere liceat?* id ſemper quæſtioni fuit; prius aſſerunt magno conatu Jeſuitæ, quorum omnium loco unus ſufficiat Bellarm. l.2. de monach. c.36. Hieronymus hîc quoque nimius fuit, ep. ad Heliod. *Licet ſparſo crine, ſciſſis veſtibus ubera, quibus te nutrierat, mater oſtendat: licet in limine pater jaceat, per calcatum perge patrem ſiccis oculis ad vexilla crucis erecta: ſolum pietatis genus eſt in hoc eſſe crudelem.* Cui nos opinioni paucis opponimus 1. *Caſtigationem Chriſti* Matth. 15.4. *Quicunq; dixe-*

rit Patri aut matri, donum quodcunq; à me erit, tibi proderit, etiamſi nequaquam honoraverit patrem ſuum, aut matrem ſuam, inſons erit. Qui locus etſi variis interpretationibus, quod verba ſpectat, & ſingularem Judæorum morem, ſubjaceat, omnes tamen in eo conveniunt, miſeros illos, religionis prætextu & obtento DEI cultu parentibus officia debita denegaſſe, cui nihil ſimilius eſt illa Jeſuitica. *Idem* (ita Rivet. in Explic. Decal. p. 218.) *faciunt Pontificii, imò pejus, qui docent, liberos etiam invitis parentibus, poſſe ſe poteſtati eorum ſubducere emiſſo voto, quo ſe ordini alicui, quem religioſum appellant, addicunt. Hoc enim genere vitæ ſuſcepto non poſſunt parentibus inſervire, uti tenentur, divina & naturali lege.* Sententia eorum eſt apud Thomam, 2. 2. q. 88. art. 9. *Poſt annos pubertatis poſſe liberos ſeſe voto Religionis obligare abſq; voluntate parentum.* Expreſſius Bellarmin. l. 2. de Monachis c. 36. *Licere filiis, parentibus invitis, exire è domo paternâ, & tranſire ad monaſticam vitam, modò ad annos pubertatis pervenerint, & parentes non ſint in tali neceſſitate, quin vivere poſſint abſq; eorum auxilio.* Statuit autem maſculos puberes anno 14. fœminas autem 12. 2. *Ius parentum*, cui ſi ſubjacet etiam deliberatio de vitæ genere, multò magis executio de deliberato. Jam furtum facit qui quod ſuum non eſt alteri vovet. Nec DEUS ſibi vult voveri, quod noſtrum non eſt, utpote immolationem primogenituræ Num. 18. 17. conf. Lev. 27. 26. hinc in voto pauperis vult æſtimari quantum ille poſſet reddere Lev. 27. 8. *Nec obſtat* filium in pubertatis annis conſtitutum, eſſe ſui juris quantum ad perſonam & ſtatum: cum ſecus inter ſervum & liberum nulla relinqueretur differentia. *Reſp.* finge eſſe hujuſmodi jus in filio, ut eligere poſſit ſtatum vitæ: nullum tamen tale extat, quo idem poſſit invitis parentibus, contra eorum jus: manet nihilominus differentia, in μονῇ obligationis, quæ in conjugato ſervo eſt perpetua, non item in filio conjugato.

§. 7. De poſteriori membro major controverſia eſt, cujus ſtatus dilucidè poſitus, difficultatem omnem facit leviorem. Eſt igitur quæſtio, *An ad ſponſalia liberorum conſenſus præcedaneus* (de ratihabitatione conſequenti quid ſtatuendum, vid. Chemn. diſp. contra. cland. deſponſ. ad calcem part. 3. loc. comm. adjectâ th. 16. & ſeqq. conf. D. Gerh. tom. de conj. §. 92. p. 165.) *parentum* (judicio

mentis

mentis præditorum, nec ἀστόργων. Etenim qui ex moroſitate aut ἀστοργίᾳ ſine editione juſtarum cauſarum liberos à matrimonio prohibent, parentum loco vix habendi ſunt, à magiſtratu in ordinem redigendi, B. Lutherus ejuſmodi ἀστόργους vocat grobe Runtzen/ Feind vnd Verderber der Kinder/ vide D. Gerh. de conjug. §. 90. excipiendus hic caſus videtur, ſi liberi prius contraxerint parentibus inconſultis. Tùm enim juſta diſſenſus paterni cauſa eſſe poteſt, quod temere ſe liberi ex patria poteſtate ſubducere voluerint) *requiratur de neceſſitate* (non coactivâ: neque hoc ſibi ſumere poſſunt parentes, ut liberos invitos ad matrimonium cogant: non 2. morali, ac honeſtatis & decori tantùm, quemadmodum neceſſaria eſt gratitudò, ſed 3.) *legali*, quæ eſt debiti & obligationis, ita quidem ut ſponſalia reclamantibus ac inconſultis parentibus contracta poſſint patrio jure, implorato auxilio magiſtratus, *in irritum revocari?* Negant Romanenſes. Concil. Trid. ſeſs. 14. Bellarm. de matrim. c. 19. adeò, ut etiam puellæ rapta ex ædibus patris matrimonium cum raptore contraheret, pater hujusmodi nuptiis reclamaret; papa reſpondeat, *cum puella conſenſerit non poſſe videri raptam:* cauſa 10. Thom. Sanchez. l. 4. de ſacr. matrim. diſp. 23. docet. v. ib. p. 275. *Teneri filium ſub culpa lethali Conſilium parentum circa matrimonium petere, non tamen illud ſequi, & ita licite poſſe ipſis invitis, prius tamen conſultis, inire matrimonium quod vult.* Ajunt Orthodoxi,

nixi

Audiatur Luth. Tom. 2. Isleb. p. 154. f. 2. Die dreyzehend Vrſach (die Ehe zu wehren im Geiſtlichen Recht) iſt die Verbündnuß/ wann ichs einer Magd gelobe/ vnd nehme darnach ein ander / diß iſt ein weitläufftige vnd gemeine Sach/ darinn man ſich auch viel verſucht. Auffs erſt wann ſolches loben geſchicht hinder Vatter vnd Mutter Wiſſen vnd willen/ oder derer die Vatters ſtatt halten/ ſo bleib es bey welcher der Vatter will/ dann ob die magd wol betrogen wird/ ſo iſts doch ihre ſchuld. Sintemal ſie wiſſen ſolt/ daß ein Kind ſeinem Vatter vnterthänig gehorſam ſeyn ſolt/ vnd ohn ſein wiſſen ſich nicht verloben/ auff daß alle ſolche Gelübd (die viel Vnglück machen / alſo durch der Eltern Gewalt vnd Gehorſam auffhören vnd ablaſſen. Wo aber das nicht iſt/ acht ich / er ſoll bey der erſten bleiben / dann ſich ihr ergeben / vnd iſt nicht mehr ſein ſelbs. Darumb hat er der andern nicht mehr können geloben/ daß der Erſten vnd nicht ſein war. Thut ers aber vnd fehret fort/ biß er Kinder mit der andern zeuget / ſo bleib er bey derſelbigen / dann ſie iſt auch betrogen/ vnd zu gröſſerm Schaden kommen/ wo er von ihr weicht/ dann die Erſte/ darumb hat er an beyden geſündigt. Aber die Erſte kan ihres Schadens nachkommen/ weil ſie noch ohn Kinder iſt / darumb ſoll ſie der Andern auß Liebe wei-

chen/ vnd einen andern nehmen/ denn ſie iſt frey von ihm/ weil er ſie verlaſſen hat/ vnd ſich einer andern geben/ doch ſolt man ihn ſtraffen/ vnd buß geben laſſen der Erſten/ daß er das ihre vergeben hat. Et ib. p. 441. Daß ein Kind nicht ſoll verehlichen noch verlobẽ/ ohn willen vnd wiſſen ſeiner Eltern. Wiewol ich davon in der Poſtill auch geredt habe/ ſo muß ichs doch hie widerumb holen. Hie ſtehet gewaltiglich vnd feſt das vierdte Gebott Gottes/ du ſolt Vatter vnd Mutter ehren vnd gehorſam ſeyn. Darumb leſen wir auch kein Exempel in der gantzen Schrifft/ daß ſich zwey Kinder ſelbs mit einander verlobet haben. Sondern allemal geſchrieben ſteht. Gebt ewern Töchtern Männer/ vnd ewern Söhnen Weiber/ Ier. 29. vnd Exod. 21. ſagt Moſes/ Wo der Vatter dem Sohn ein Weib gibt ꝛc. Alſo nahmen Iſaac vnd Jacob Weiber auß vätterlichem Befelch. Daher auch der Brauch kommen iſt in aller Welt/ daß die Hochzeiten oder Wirtſchafften öffentlich/ mit Wolleben vnd Freuden außgericht werden/ damit ſolch heimlich gelübt verdampt/ vnd der Eheſtand mit wiſſen vnd Willen beyder Freundſchafft beſtettiget vnd geehret wird. Dann auch Adam der erſte Bräutigam/ ſeine Braut Heva nicht ſelber nahm/ ſondern wie der Text klärlich außtruckt/ GOtt bracht ſie zuvor zu ihm/ vnd alſo nahm er ſie an. Das iſt aber alles geredet von ſolchen Eltern/ die ſich vätterlich gegen das Kind halten/ wie droben geſagt iſt/ dann wo ſie das nicht thun/ ſind ſie gleich zuhalten/ als weren ſie nicht Eltern/ oder weren todt/ vnd das Kind frey ſich zuverloben vnd zuverehelichen/ welchem es gelüſtet. Dann aber halten ſie ſich nicht Vätterlich/ wann ſie ſehen/ daß das Kind erwachſen vnd zur ehe tüchtig vnd geneiget/ vnd doch nicht dazu helffen vnd rathen wollen. Sondern lieſſens wol immer ſo hingehen/ oder auch dringen oder zwingen/ geiſtlich oder keuſch zu leben/ wie bißher der Adel mit ſeinen Töchtern verfahren/ vnd ſie in die Klöſter verſtoſſen hat. Dann die Eltern ſollen wiſſen/ daß ein Menſch zur Ehe geſchaffen iſt/ Früchten ſeines Leibs von ſich zu ziehen/ ſo wol als ein Baum geſchaffen iſt/ Oepffel oder Birn zutragen/ wo Gottes hohe/ ſonderliche Gnade vnd Wunder die Natur nicht endert oder hindert/ darumb ſind ſie auch ſchuldig den Kindern zur Ehe zuhelffen/ vnd auß der Fahr der Vnkenſchheit zuſetzen/ thun ſie das nicht/ ſo ſind das nicht mehr Eltern/ ſo iſt das Kind ſchuldig ſich ſelbs zuverloben (doch zuvor daſſelb angeſagt/ vnd der Eltern Leſſigkeit beklagt) vnd ihm ſelb auß der Fahr der Vnkenſchheit/ vnd in den Stand/ dazu es geſchaffen iſt/ zuhelffen/ es gefalle Vatter oder Mutter/ Freunden oder Feinden. Auch wo fern es ſo weit kom̃t/ daß über das Gelübde ſie heimlich ein Leib worden ſind/ iſts billich/ daß man ſie zuſammen laſſe/ vnd vätterliche Gewalt die hand ab thue. Wiewol im Geſetz Moſe GOtt auch in ſolchem Fall das Kind dem Vatter fürbehielt/ wie Exod. xxij. ſtehet. Wann ein Dirne beſchlaffen wird von iemand/ ſoll er ſie begaben vnd zur Ehe behalten/ will aber der Vatter nicht/ ſoll er ihr die Morgengabe außrichten. Aber zu der Zeit lag nicht viel an der Jungfrauſchafft/ weil aber bey vnſer Zeit ein groſſer Eckel iſt/ ein Verrückte zunehmen/ vnd gleich für ein hohe Schand gerechnet wird/ daß alſo das ander Theil dieſes Geſetzes Moſe von vätterlicher Macht über die verruckte Jungfrau/ demſelben Kind fährlich vnd ſchädlich iſt/ ſo bleibt billich das erſte Theil/ daß ſie der behalte/ der ſie geſchwecht hat. Daß aber iemand wolt fürgeben/ Hat der Vatter Gewalt deß Kindes Gelübd vnd Ehe zuhindern vnd zureiſſen/ ſo hat er ſo hat er auch Gewalt ihme die Ehe zuverbieten/ vnd zur

zur Keuſchheit zu zwingen/ antwort ich. Nicht alſo/ ich habe droben geſagt/ ein Menſch ſey geſchaffen nicht vom Vatter/ ſondern von GOtt/ daß er eſſen/ trincken/ Frucht haben ſeines Leibs/ ſchlaffen vnd andere natürliche Werck thun ſoll/ welches ſtehet in keines Menſchen Gewalt zuendern/ darumb iſts gar viel ein anders/ die Ehe mit dieſer oder der Perſon hindern/ vnd die Ehe gar abſagen. Dann gleich wie der Vatter mag gebieten/ daß ſein Kind diß oder das nicht eſſe oder trincke/ hie oder da nicht ſchlaffe/ ſo kan er doch nicht wehren/ daß es gar ohn eſſen vnd trincken vnd ſchlaff bleibe/ ja er iſt ſchuldig dem Kind eſſen/ trincken Kleider Schlaff vnd alles zuverſorgen/ für deß Kindes Noth vnd zu ſeinem beſten vnd wo er das nicht thät/ ſo iſt er nimmer Vatter/ vnd muß vnd ſoll es das Kind ſelbs thun. Alſo hat er Macht zu wehren/ daß ſein Tochter dieſen oder den nehme/ aber gar keinen zunehmen/ hat er nicht Macht/ ſondern iſt ſchuldig dem Kind einen zugeben/ der ihm gut vnd füglich ſey/ thut ers nicht/ ſo muß vnd ſoll das Kind ſelbs ſich verſorgen. Widerumb kan er ohne Sünde ſich ſeines Rechtens vnd Gewalts verzichen/ vnd wann er treulich gerathen vnd gewehret hat/ dem Kind ſeinen Muthwillen laſſen/ daß es ohne Vatters Willen nehme/ welchen es wolle/ dann wer kan alles Vnrecht wehren? wo man gutem Rath vnd trewer Meinung nicht folgen will. Gleich wie Iſaac vnd Rebecca/ lieſſen ihren Sohn Eſau machen wie er wolt/ vnd Weiber nehmen/ die ihnen nicht gefielen. Gen. 27. In ſolchem Fall hat der Vatter gnug gethan/ ſeiner Pflicht vnd Vätterlicher ſchuld/ vnd iſt nicht noth/ daß ers mit ſchwert vnd ſtangen wehre. GOtt wird deß Kindes Muthwillen wol finden vnd treffen. Summa Summarum/ ſolche Sachen geſchehen nach zweyerley Recht/ Chriſtlich oder Menſchlich. Chriſtlich ſoll es alſo zugehen/ daß auf beyden theilen wille vnd wiſſen ſey/ daß der Vatter ſein Kind hingebe nicht ohne wiſſen deß Kindes/ wie geſchrieben ſtehet Gen. 24. Daß Rebecca zuvor darumb gefraget ward/ vnd ihr Vollwort vnd Willen drein gab/ daß ſie Iſaacs Weib ſeyn ſolte. Widerumb das Kind auch nicht ohne wiſſen vnd Willen deß Vatters ſich vergebe. Geſchichts aber menſchlich/ vnd nach geſtrengen Recht/ ſo mag der Vatter das Kind hingeben/ vnd das Kind iſt ſchuldig ihm zugehorchen/ vnd der Vatter hat Macht zureiſſen das Gelübd/ ſo das Kind gethan hat/ vnd das Kind hat nicht Macht ſich hinder dem Vatter zuverloben. Will aber ein Theil Chriſtlich fahren/ nemblich der Vatter/ ſo mag er ſich ſeines Raths verziehen/ vnd das Kind ſich ſeines Muthwillens vnd Vngehorſams walten/ vnd nach gethanem vätterlichen/ trewen Widerſtand/ Warnung vnd Rath ſein Gewiſſen entſchuldigen/ vnd dem Kinde ſein Gewiſſen beſchwerer ſeyn/ wiewol mehr Vngehorſam manchmahl manche heilige Vätter haben von ihren Kindern geduldet/ ohn ihren Willen/ vnd die Sache GOtt heimgeſtellet. Geiſtliches aber/ weder menſchlich noch Chriſtlich/ ſondern teuffeliſch/ als wann der Vatter mit Gewalt dringet zur Ehe/ da kein Hertz zu iſt im Kinde/ ſo dencke daſſelbe Kind/ der Türcke habe es gefangen/ vnd müſſe dem Feinde zu willen leben/ oder wo es mag/ ſo entrinne es/ wie geſagt iſt.

nixi lege 1. *divinâ*, de honorandis parentibus, κατὰ πάντα. Col. 3. 20. cujus honoris cauſa eſt poteſtas patria. Exod. 34. 16. Deut. 7. 3. (quæ

præce-

præcepta licet negativa ſint,tamen affirmativũ ſenſum pro fundamento ſupponunt,Jer.29.6.)*Dices*,hoc ſolùm ſequi,conſenſum paternum requiri ut DEO gratum & decorum: non quod ſine eo ratum eſſe nequeat matrimonium, ſicut prodiga donatio pugnat cum lege DEI, non tamen ideò in irritum revocanda: vel quæ Bellar. eſt comparatio, ſi laicus, contra præceptum Epiſcopi aut Eccleſiæ baptizet, baptiſmus erit ratus & verus, etſi laicus baptizando peccet. Reſp. prodigi donationem ideo valere, quia ille habet poteſtatem donandi: & Laici baptiſmum ideo ratum haberi, quia ille actus non pendet ex conditione baptizantis. At verò ſi liberi & poteſtatem non habent ſe ſpondendi, ut patebit ex ſequentibus: Et actus matrimonialis pendet ex conditione eorum, quorum conſentire intereſt. Hinc jam porrò ex eodem jure divino concludimus: Cujus *rei abſentia actum aliquem in irritum revocat, ejus præſentia eſt de neceſſitate* debiti: Atqui hujusmodi eſt abſentia conſenſus paterni: etiamſi carnalis copula intervenerit Exod. 22.16. Id quod ſtante æquali poteſtate in filium filiamve, nonus de filio quoque accipiendum eſt. Fruſtra eſt Bellarminus, cum de filia impubere arguatur. Agit enim de filiâ omni, נערה qualis etiam eſt virgo nubilis ut Rebecca Gen.24. conf. Job. 1.19. Joel.1.18. agitur de *filia votiva nuncupationis* capace. Niſi enim id ſit, plus pater in maritum juris tranſtulerit, quàm habuit, ut colligere eſt è v.7. Quin potius ſi maritus habet vim reſcindendi vota maritæ, quanto magis pater vota filiæ nondum maritatæ. 2.*Exemplis ſacris normantibus*, quale eſt exemplum primi conjugii, quod, ut norma omnis conjugii à Chriſto allegatur, Matth.19.*Non autem rapit* (verba ſunt B.Luth.in comm. Gen.2.) *Adamus Evam conditam, ſed exſpectat DEVM adducentem.* conf.exempla alia Gen.21.21.c.24.3.& 51. c.28.1. c.38.7. Jud.1.12.c.12.19.c.14.3.c.21.1. 2.Sam.13.13. *Lege* III. *naturali*, ex quo argumentum ſic habet. *O. actus, moraliter nullus, eſt in irritum revocabilis. O. actus, carens principio dante validitatem actus, moraliter nullus eſt.* Ergò. Atqui verò talis eſt actus ſponſalitius, deſtitutus conſenſu paterno. Deſunt enim principia quibus poſitis, contractus ponitur: ſublatis, tollitur: ut ſunt 1. *Scientia*, quæ in amatore (ut plerumque amans, amens) imperfecta eſt, præſertim

tim

tam juvene; conſilii paterni maturitate & affectu materno, tanquam ignibus, melius concoquenda. 2. *Voluntatis libertas*, quæ, quò major eſt affectus concupiſcentiæ, hoc minor eſt 3. & *quam maximè poteſtas*, quâ ſtante, nec filia, quæ patris eſt, furto ſeipſam eximere: nec invito patri adnaſci proles poteſt; conf. ex jure naturali fluentia jura, teſtimonia, exempla gentilium apud D. Gerh. tom. de conj. §. 64. & argumenta alia ex jure civili, canonico & patrum ſuffragiis. Luther. tom. 8. Jen. p. 416. f. 2. Weil wir nun wiſſen auß Gottes Gnaden/durch ſein heilſames Wort/was heimliche Verlöbniß iſt/ nemblich ein Teuffels Werck/ ein ſchändlicher Ungehorſam wieder GOtt/vnd der Eltern/ ein ſolcher groſſer Dieb vnd Räuber/ der mir nicht allein Gelt vnd Gut/ ſondern mein liebſtes Kleinod auff Erden/ mein Tochter oder Sohn/ der vielleicht ein einiger Sohn oder Tochter iſt/ ſo böߧlich ſtihlet/ raubet vnd wegreiſſet/ darzu ein Mörder vnd Stöcker iſt der Eltern/ ſoll man/ wo es erfahren wird/ daß zwiſchen den Parten ein heimlich Verlöbniß iſt/ ſie heiſſen mir aller Macht ſtill ſchweigen/ ſie ſcharff ſchelten/ nicht laſſen für Gericht kommen/ ſondern für allen Dingen alles in integrum reſtituiren/ dem Vatter ſeinen Sohn/ durch Verlöbnuß geſtohlen vnd geraubt/ wider geben vnd frey machen/ die Tochter auch alſo/ das Verlöbniß zureiſſen vnd verdammen/als das für GOtt verflucht vnd verdamt iſt/ſo darff man deß Jammers nicht/ den der Teuffel durchs heimlich Verlöbnuß ſuchet vnd anrichtet/ man darff nicht Läuſe in den Peltz ſetzen/ noch den Kindern erlauben/ oder ſie lehren vngehorſam zu ſeyn/ ſie thun es ohne das mehr/ dann es GOtt vnd vns lieb iſt. Einen Dieb/ der 10. oder 20. Floren ſtihlet/ hencket man/ vnd dieſen Mann/ der mir mein Kind ſtihlet vnd mich zu todte martert/ ſoll ich noch feyren/ als einen Wohlthäter vnd Heiligen/ dazu in meine Güter ſetzen/ die mir ſauer worden ſind/ damit ſolche Boßheit an mir begangen/ ja herrlich belohnet vnd geehret werde/ Danck habe du heiligſter Vatter Papſt/ für deine gute Lehre/ Danck müſſen haben ſolche Päpſtiſche Juriſten/ mit welchen wir gar fein wollen haußhalten in der Kirchen Chriſti/ wann ſie wollen brechen/ was wir bauen/ vnd bauen/ was wir brechen. Idem Luth. ad Gen. 37. p. 17. *Sic ſæpè de ſponſalibus clandeſtinis ſeverè admonemus, utrinq; ea cavenda eſſe puellis & adoleſcentibus. Sed videas multos cæco impetu amoris ruere etiam contrà conſcientiam, & rapere, non ducere uxores, & nubere invitis parentibus.*

tibus. Iſti quid aliud faciunt, quam quod polluunt ſe horribili & mortali peccato? dormit id quidem ad tempus, puella placet, animus ardet ejus amore, ut nihil aliud cogitet nec ſomniet dies noctesq́;. Sed exacto uno aut altero menſe, ſequitur tandem ſuſpirium & gemitus, ſicut Abigail ad David inquit 1. Sam. 25. Erat anima Domini mei colligata, quaſi in faſciculo viventium apud Dominum DEUM tuum &c. non erit tibi hoc in ſingultum & in ſcrupulum, ſive offendiculum cordis Domino meo, quod effuderis ſanguinem innoxium &c. Tales ſcrupuli perpetuo exagitant conſcientiam. Ego tamen duxi eam invitis parentibus. Da kompt darnach das frauen im Nacken/ das ſchwartz böſe Hündlein der Rewling/das beiſt dem lebtag/hört nicht auff/ *etiamſi ſit remiſſum peccatum.* *Dices* 1. ſolvi poteſtatem patriam, per matrimonium Gen. 2. 24. eandem 2. pertinere ad ſola œconomica non ad jus proprium de conditione propria. 3. quid ſi filius naſcatur ex conjugio invitis parentibus contracto, num ſpurius erit? 4. libertatem in actu libertimo infringi, ſi poteſtas patria tàm arctè requiratur. 5. ſic jure ſuo uſos Eſavum, cujus conjugium à parentibus non fuit revocatum, Jacobum, Tobiam. Reſp. ad 1. concedo ſolvi poſt, non ante conjugium; ſolvi quoad familiã Gen. 30. 3. nominis mutationem, non quoad obſervantiam Syr. 3. 18. ad 2. eſſe petitionem principii. Filius enim nondum emancipatus à ſervo, quoad poteſtatem, nihil differt Gal. 4. 2. ad 3. eſſe illegitimum hæredem, non tamen ſpurium. ad 4. libertatem in eligendo matrimonio eſſe libertatem à coactione: non item ab obligatione, aliàs etiam in gradus prohibitos tranſilire licuerit. ad 5. non ſequi: Eſau offendit parentes ſine conſenſu paterno ducendo. Item parentes non retractarunt illud conjugium E. non habuerunt poteſtatem, aliam cauſam reddidit Joſ. 1. ant. 17. Jacob habuit conſenſum generalem Gen. 28. 1. eundem habuit Tobias c. 4. 3. etſi maximè non habuiſſet, potuiſſet ille extraordinariè revelatus fuiſſe ab Angelo DEI: adde, quod pater poſt ratum habuerit. confer Carpzov. jurisprud. Eccleſ. p. 39. 49.

§. 8. *Secundum* honoris *fundamentum* eſt στοργὴ, *ac amor à naturâ auctore* inſitus, (de quo Arniſæ. l. 1. de Repub. c. 4. ſect. 2. n. 35. & ſeqq.) non hominibus ſolûm, ſed & animalibus, cujus ſacra extant exempla Gen. 22. 2. 2. Sam. 18. 5. & 33. 1. Reg. 3. 26. In Hiſtoria Eccleſiaſticâ inſigne exemplum στοργῆς Paternæ deſignavit Mercator

cator ille Theſſalonicenſis apud Sozom. l. 7. c. 24. p. 521. *Botherichæ* (ita Sozom. l. cit.) *apud Illyrios militum præfecti auriga pincernam domini impudicè intuitus, de ſtupro interpellarat: eaq; de cauſa comprehenſus in vinculis erat. Inſtante autem ſolemni equeſtri certamine, populus Theſſalonicenſis illum velut ad eam concertationem neceſſarium, dimitti poſtulabat. Quod quoniam non impetrabat, in gravem ſeditionem efferbuit, ac tandem etiam Botherichum ipſum interfecit. Quâ re nuntiatâ, Imperator præter modum excanduit, & certum eorum numerum, qui adfuerant, interfici præcepit. Ex quo civitas multis injuſtis cædibus impleta fuit. Siquidem peregrini, qui modò vel adnavigaverant, vel de viâ advenerant, ex improviſo apprehendebantur, fiebantq; miſerabiles clades, in quibus & hæc quoq;. Mercator pro filiis ſuis duobus captivis ſeipſum offerens, orabat, ut filiis ſervatis, ipſe interficeretur, & in ejus facti mercedem auri quicquid habebat militibus pollicebatur. Illi calamitatem hominis miſerati, pro uno ex filiis, quemcunq; vellet, ſupplicationem admittunt: duos verò dimittere, tutum ſibi non eſſe dicunt, ob id quod numerus deficeret. Pater itaq; lamentabundus ac plorans intuitus, neutrius electionem facere ſuſtinuit, ſed in continuâ hæſitatione, donec interficerentur ambo, ſuſpenſus manſit, æquali utriusq; amore victus.* profana in Agamemnone, ſpectatore mactandæ filiæ Iphigeniæ: in animalibus brutis, præcipuè aquila, de qua hunc in modum R. Salomon in Exod. 19. 4. Omnes reliquæ aves ponunt pullos ſuos inter pedes ſuos, eo quod ſibi timeant ab aliis avibus, quæ ſupra ſe volitant: verum aquila non ſibi timet, niſi ab homine, ne forte petat eum jaculo, quia nulla avis altius ipsâ volat: propterea collocat pullos ſuos ſuper alas ſuas, quaſi ſecum dicens; melius eſt, ut me penetret jaculum, quam pullos meos. De aliis Ambroſ. l. 6 Hexam. c. 4. quod vix fera ſit, quæ pro catulis non morti ſe offerat, & in medio armatorum ſuis viſceribus illos tegat. ingruat licet telorum ſeges, illa tamen parvulos ſuos muro ſui corporis ſeptos immunes præſtat periculi. Id ipſum de elephantibus, quod Indum flumen tranſeuntes, catulos vinculis deferant; de urſis omnia pro catulis facientibus; de lupis, pantheris, tigribus, ciconia, delphine, balæna, phocis, nihil non intermittentibus, quod in fœtuum ſuorum cedat vel defenſionem, vel educationem, teſtatur pluribus Philoſtratus l. 2. c. 7. vitę Apollonii Thyanei. Ἀστοργίας quidem etiam exempla, ſed rariora, ſunt in beſtiis, corvo

Digitized by Google

maximè & Struthione, quorum immite ingenium paternâ ſuâ providentiâ magno noſtro ſolatio compenſat rurſum omnium Pater. De Struthione τὸ נוצה Job. 39. 16. tanquam ave plumata exponunt nonnulli, quod, quæ ibidem memorat, in hanc avem propriè cadant. Etenim illa ovis ſuis non incubat, idque videtur ſingulari DEI providentiâ factum, quia pondere ſui corporis illa comprimeret: itaque in deſertis arenoſis Arabiæ in foveam aptatam ova projicit, abit, nec revertitur, interim tamen Omnipotens DEUS ita fovet, ut in ipſa arenâ excludantur. Aliàs ea quæ de στοργῇ ciconiarum fama prodidit, experientia in dubium vocat, vide quæ αὐτόπτης refert Neander in phyſ. apud D. Frantz. in part. 2. hiſt. anim. p. 377.

§. 9. *Tertium fundamentum*, quod fluit è prioribus eſt, *Cura 1. alimentorum, (dotis, patrimonij* 2. Cor. 12. 14. 2. Par. 21. 7. Gen. 25. 5. vide Arniſæ. l. 1. de Repub. c. 4. ſect. 4. 2. *Benedictionis*, de benedictionibus parentum ante obitum hæc notat Rivet in Geneſ. p. 859.)

Vſitatus fuit mos apud veteres, ut parentes morituri ſuis liberis, aut etiam alii, qui loco parentum eſſent, ſuis vel ſubditis, vel diſcipulis, extrema darent vel oracula, vel monita ſalutaria. Hoc poſtremum nunc etiam fit ab iis, quibus ratio conſtat paulò ante mortem, & quibus ſalus ſuorum curæ eſt; ſed prius illud fuit ſingularis privilegii, quia non datur omnibus, ut poſſint oracula fundere, quod fecerunt Iſaac, Jacob, Moſes, Ioſue, Samuel, David, &c. Videtur tamen ex his obſervationibus, eam inoleviſſe opinionem, quæ poſteà apud multos Philoſophos invaluit, animum hominis appropinquante morte, diviniorem effici, & vi quadam vaticinatrice afflari & affici, quam opinionem Cyro ſuo affingit Xenophon lib. 8. & Plato Socrati in Apologia: eamque apud Ciceronem l. 1. de divina. pluribus exemplis confirmare conatur Quintus Cicero. Sed talia, ut falſa narrata fuerunt, aut à Dæmone etiam fuerunt compoſita, ut hâc arte eluderet, quæ noverat à DEO in ſanctis viris fuiſſe facta, efficeretque, ut vel naturæ tribuerent, vel in ſuſpicionem venirent, quaſi aliunde ſuggeſta. Itaque cum donum Propheticum ſingulare & heroicum aliquod ſit, & planè extraordinarium, vitanda eſt χρησμῳδία, ne exiſtiment parentes, ſe ſimili modo, ut Iacob & cæteri Patriarchæ de liberorum felicibus eventibus vel infelicibus certa prædicere poſſe; etſi non negandum ſit, magnum eſſe pondus maledictionis parentum, de quibus Syracides ait, c. 3. v. 10. Patris benedictio ædificat liberis domum, & matris maledictio eradicat fundamenta. Vnde illud Orphei. δειναὶ γὰρ κατα-γαίων ἐριννύες εἰσὶ τοκήων, Graves ſunt furiæ parentum contrà liberos.

per juges preces impetrandæ Job. 1. 5. Exemplum præbuit Monica apud Auguſt. l. 4. Confeſſ. c. 11. p. 126. *Miſiſti manum tuam ex alto, & de hac profunda caligine eruiſti animam meam, cum pro me ploraret ad te mater mea, fidelis tua, ampliùs quam flent matres corporea funera. Videbat*

bat enim illa mortem meam, ex fide & ſpiritu, quem ex te habebat, & exaudiſti eam Domine. Exaudiſti eam, nec deſpexiſti lachrymis ejus in omni loco orationis ejus & exaudiſti eam. Nam unde illud ſomnium, quo eam conſolatus es, ut vivere me ſecum crederet, & habere ſecum eandem menſam in domo, quod nolle cœperat averſans & deteſtans blaſphemias erroris mei? Videbat enim ſtantem ſe in quadam regula lineâ & advenientem ad ſe ſplendidum juvenem, hilarem atq; irridentem ſibi cum illa eſſet mœrens, & mœrore confecta. Qui cum cauſas quæſiſſet ab ea mœſtitiæ ſuæ, quotidianarumq; lacrymarum, docendi ut aſſolet, non diſcendi gratia, atq; illa reſpondiſſet, perditionem meam ſe plangere, juſiſſe illum quo ſecura eſſet, atq; admonuiſſe, ut attenderet atq; videret, ubi eſſet illa, ibi eſſe & me. Quod illa ubi attendit, vidit me juxta ſe in eadem regula ſtantem. Et c.12.p.127. *Cum illa fœmina rogaſſet Epiſcopum, ut dignaretur mecum colloqui & refellere errores meos, & dedocere mala, ac docere bona, (faciebat enim hoc, quos fortè idoneos inveniſſet) noluit ille, prudenter ſanè, quantum ſenſi poſtea. Reſpondit enim, me adhuc indocilem, eò, quod inflatus eſſem novitate hæreſis illius, & nonnullis quæſtiunculis jam multos imperitos exagitaſſem, ſicut illa indicaverat ei. Sed ſine, inquit, illum ibi, & tantùm roga pro eo Dominum, ipſe legendo reperiet, quis ille ſit error, & quanta impietas. Simul etiam narravit, ſe quoq; parvulum à ſeducta matre ſua datum fuiſſe Manichæis, & omnes penè non legiſſe tantùm, verùm etiam ſcriptitaſſe libros eorum, ſibiq; apparuiſſe nullo contrà diſputante, & convincente, quam eſſet illa ſecta fugienda, itaq; fugiſſe. Quæ cum ita dixiſſet, atq; nollet illa acquieſcere, ſed inſtaret, magis deprecando, & ubertim flendo, ut me videret, & mecum diſſereret, ille jam ſubſtomachans tædio, vade, inquit, à me, ita vivas; fieri enim non poteſt, ut filius iſtarum lacrymarum pereat.* 3. *Educationis* ac informationis prudenter inſtituendæ, ne cum natura luctari cogatur puer, ſed artium geniis ſuum admetiatur ingenium. Veterum hac in re cura fuit anxia. Pythagoras adoleſcentes *ἐφυσιογνώμει*, ait Gell. Noti Lycurgi catuli eâdem matre progeniti apud Plut. in Lacon. Signa ingeniorum nota, phyſica, ethica, mathematica, ſympoſiaca, ludicra alia: de quibus alias & alio egimus. Illud non inſuper habendum, quod memorat *Gregor. Nazian.* epiſt. 57. ad *Eudox. Vetuſtam & pulcherrimam fuiſſe Athenienſium conſuetudinem, juvenes puberes duci ad artificia, hôc modo, ut proponerentur artifi-*

cij cujusvis inſtrumenta, quibusq; adducti adoleſcentes ultro & quam maximè delectarentur, illius artificium edoceret, quia, quæ ad naturæ ductum fiant, plerumq; benè, quæ contra malè, ſuccedant.

§. 10. Vitia contraria ſunt 1. *lentitudo poteſtatis*, qualis in Eli. 1. Sam. 2. 23. 2. *Imprudentia* in eligendo vitæ genere. 3. *Tyrannis.* 4. *ἀςοργία*, qualis fuit in Rege Meſa. 2. Reg. 3. v. ult. quo in loco Sixtin. *Amama τὴν γνώμην ταλαντεύει* in antibar. bibl. l. 3. p. 640. quod בנו beno aut per filium ſuum, ſc. Regis Moab, aut filium ejus, ſcil. Regis Edom poſſit exponi, quod poſterius amplexi fuerunt Junius & Deodatus, idque etiam volunt colligere ex Am. 2. 1. *Caſpar Sanctius* tamen manendum exiſtimat in veteri domo, quia ſi Regis Idumeæ fuiſſet filius, potius in ultionem delicti Moabitam perſequuti, ſuumque confœderatum Regem Idumææ hoſtium internecione fuiſſent conſolati, quàm domum redire cogitaſſent, Luth. tom. 7. Witt. p. 87. f. 2.

Was iſt anders / dann ſein eigen Kind dem Abgott opffern vnd verbrennen / wo die Eltern die Kinder mehr ziehen der Welt zu liebe / dann GOtt? laſſen ſie ſo hingehen / vnd in weltlicher Luſt / Lieb / Freud / Gut vnd Ehre verbrandt / Gottes Liebe / Ehre / vnd ewiger guter Luſt in ihnen außgelöſcht werden? O wie fährlich iſts Vatter vnd Mutter zu ſeyn / wo nur Fleiſch vnd Blut regiert.

5. *Negligentia* in *alimentatione*, cujus reas ſe agunt matres, quæ coagulum illud animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura conſociat, interſcindunt, aut certè diluunt, quæ proprio lacte infantem cibare non ſuſtinent: ſi id per vires corporis ubertimè poſſunt, quæ ſi nobiles ſunt, meminerint de nobilitate nihil detriviſſe ſanctiſſimas matronas, Saram, Gen. 21. 7. & Deiparam virginem Luc. 2. 27. dum ſuos aluere filios v. D. Bald. l. 4. c. 14. caſ. 4. è *politicis* Phavorin. apud Gell. l. 12. 1. & Heider. phil. polit. c. 1. p. 124. ô cinis! v. Gueintz. l. 1. p. 508. *O pulvis! exclamat Caſius Oecon. l. 1. c. 3. n. 1. p. 86. & addit p. 103. opto ut delicatiores fœminæ turpiorem nullam labem in ſinu videant, quam quæ ab ore infantis fluit. Inhumanum non eſt fœminam humanam eſſe ſuis. Indecorum non eſt, fructum uteri in manibus geſtare. Quippe lilia & roſæ ſunt in ulnis, quæ in utero fuerunt ſpinæ. Et ſatius matres habere nutrices, quam lupas cum Romulo & Remo.* 2. in *Informatione ac Educatione.* 3. *Benedictione.*

§. 11. Se-

§. 11. Sequitur *objectum actus præcepti activum*, ipſi ſcilicet LIBERI.

בנים per quos domus ædificatur, firmatur, fundatur, non legiones, inquit Tacitus l. 5. hiſt. Non claſſes perinde firma imperii munimenta, quam numerus liberorum. Iis enim deſtitutus Princeps, quantumvis legionibus & claſſibus abundet; infirmus eſt; aliorum inſidiis obnoxius, qui in illum confidentius inſurgunt, quo pauciores ſperantur ipſius injurias ulturi.

citra ætatis, ſexus, conditionis reſpectum, niſi quod parentibus, quà officia publica ſuſtinent, ut tales, ſubmittere faſces non debeant: Illuſtria exempla habemus, unum in Chriſto Servatore Luc. 2 51. & Joh. 2. 4. alterum filii Fabii Maximi. apud Val. Max. l. 2. c. 2. Quod cùm ignoraret Laurentii Celſi Venetorum Ducis pater, erravit, dum filio recens duci creato obviam ire recuſavit, ne cogeretur caput aperire, & patriam poteſtatem vilem facere. Arniſ. c. 5. doctr. polit. Taurus Philoſophus apud Gellium l. 2. N A. c. 2. definivit ut in publicis congreſſibus magiſtratus præcederet: in privatis jus domeſticum, naturale & genuinum obſervaretur; ubi honoris delatio exteriorque ſignificatio pulchra eſt & laudabilis exemplo Joſephi Gen. 46. 29. Moſis Exod. 18. 7. Salomonis 1. Reg. 2. 19. (qui matrem ſumma reverentiâ excepit, nec tamen axiomatis regii *τὸ πρέπον* neglexit, cum à ſede regiâ honoratiſſimum locum Matri conceſſit. confer D. Reinking. in Bibl. polit. l. 3. axiom. 30. p. 59.) Virtutes liberis hoc in præcepto imperatas docet ipſa relatio. Etenim poteſtati reſpondet 1 *Obſequium*, Lev. 3. Prov. 18. c. 6. 20. c. 23. 20. Tob. 4. 3. Col. 3. 20. Eph. 5. 7. c. 6. 1. exemplum obedientiæ illuſtre extat in Rechabitis, Jer. 35. 6. & 18. *ne vultu quidem lædenda parentis pietas: merentur cæcitatis ſupplicium, qui parentum vultus torvo viſu deſpexerint*, ait *Ambroſ.* in Luc. c. 8. excipienda tabula prima, patri cœleſti plus debetur, quàm terreſtri 1 Reg. 15, 12. 13. Jud. 6. 15. Matth. 10. 37. nec Filia in patris cõcubitum inceſtuoſum conſentire debet. diſtinguit Gellius l. 2. noct. c. 7. inter honeſta, turpia & *μέσα* ſive *ἀδιάφορα*: honeſta non egent imperio paterno, per ſe ſunt facienda; acer & ad palmæ per ſe curſurus honores, ſi tamen horteris, fortius ibit equus: Turpia nunquam ſunt facienda, unde Pericles *ab amico rogatus, ut pro re cauſaq; ejus falſum dejeraret, his ad eum verbis uſus eſt: Δεῖ μὲ συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι θεῶν: Amicus uſque ad aram.*

aram. Adiaphora denique cadunt ſub obſequium, dummodo talia maneant, nec in regionem honeſtorum vel turpium deficiant, ut ſi frigidam ſibi poſcat contra præſcriptum Medici, dum febri torretur, aut conditionem nuptiarum obtrudat invitis. II. στοργή: exempla Gen. 46, 29. in profanis plurima de filio aurifabri apud Toletanos Hiſpaniæ, qui caput in ſuccedaneum dedit pro patre, vide Fulgoſ. l. 5. cap. 4. *ita tamen amandus generator, ut præponatur creator.* Tert. de Idol. c. 12. III. *Cura Gratitudo.* ἀντιπελάργωσις, quæ Paulo eſt ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι 1. Tim. 5. 4. conſiſtit hæc ἀντιπελαργώσις 1. *in nutritione* parentum, de qua *Ambroſii verba* lubet aſcribere, in cap. 18. Luc. *Paſce patrem tuum, paſce matrem tuam; etſi paveris matrem, adhuc non reddidiſti dolores, non cruciatus, quos pro te paſſa eſt: non alimenta, quæ tribuit tenero pietatis affectu, immulgens labris tuis ubera; non famem, quam pro te illa toleravit, ne quid, quod tibi noxium eſſet ederet; ne quid quod lacti noceret, hauriret. illa tibi jejunavit, tibi manducavit: tibi illa, quem voluit cibum, non accepit; tibi, quem noluit, cibum ſumſit: tibi vigilavit, tibi flevit: & tu illam egere pateris! O fili, quantum tibi ſumis judicium, ſi non paſcas parentem! illi debes, quod habes; cui debes, quod es.* Exempla extant, *Sacrum* Gen. 45. 9. *profana* verò apud Val. Max. l. 5. c. 4. Senec. l. 3. de benef. c. 37. Cod. Rhodig. l. 11. c. 17. 2. in *ope ferenda*, de qua extat hiſtoria celebris Philonomi & Calliæ in Ætneo incendio à Virgil. in Ætna carmine honeſtata. vide de gratitudine parentibus debitâ accuratè differentem Arniſæ. l. 1. de Repub. c. 4. ſect. 3. p. 157. & ſect. p. 179. & ſeq. Vitia contraria ſunt 1. *Inobedientia*, qualis in Abſolone, de quo *Salvianus* l. 2. de provid. *Impurior neſcias, an cruentior filius, quia interficere patrem non poteſt parricidio, fœdat inceſtu.* 2. ἀστοργία Rom. 1. 13. 2. Tim. 3. 3. 3. ἀχαριστία Matth. 15. 5. non ſolum alimentorum negatione Matth. 15. 5. ſed etiam in læſione vitæ, imo crudeli parricidio, cujus exempla in Nerone, Antipatro, Ariſtobulo, aliis, in hiſtoriarum monumentis obvia ſunt.

DISPU-

DISPUTATIO DECALOGICA UNDECIMA

DE

PRÆCEPTI QUARTI ALTERA PARTE.

§. I.

HActenus prima relatio, Parentum ſcilicet & liberorum, naturali vinculo proximè colligatorum: ſequitur altera, quæ eſt vinculo remotiori ſeu pio, ſeu naturali, ſeu legali devinctorum. Quos enim cunque homines ſcriptura ſacra Patres appellat, eorum hoc in præcepto officium deſcribi ac honorem, nemini debet eſſe dubium, ſi meminerit Decalogum perfectam eſſe regulam officii noſtri, cùm in Deum, tùm in proximùm, noſque metipſos, juxta illud Pauli σωφρόνως, δικαίως καὶ εὐσεβῶς. Secunda itaque parentum Claſſis complectitur parentes I. *vinculo pietatis & charitatis* nexorum, utpote omnium ſeniorum, qui patres appellantur 1.Tim.5.1. Act.22 1. quorum honor præcipitur Lev.19.23. Prov.16.16.31. Syr.8.7. II. *Vinculo naturæ*, Avorum, Aviarum, majorum omnium in linea aſcendente, Luc.2.47. Joh.6.58. & in linea tranſverſa cognatorum & fratrum natu majorum, quorum obſervantia nititur teſtimoniis ſcripturæ ſacræ Gen. 47.c.49.5. hinc Joſeph fratrem Benjamin filium appellat Gen.43.29. Exemplum cùm curæ in fratrem extat in Pulcheriâ Theodoſii ſorore natu maximâ, apud Sozom. IX.1. tùm obſervantiæ, in Jacobo erga Eſavum Gen. 32. primogenito ſcilicet de jure ſpeciali, in fratrem exauctoratum. III. *Vinculo Legali*, eoq; vel 1. *Affinitatis* Vitricorum ac Novercarum Lev.18. v.11. ſocerorum & ſocruum 1.Sam.24. 12. Exod.18.4. Ruth.3.1. Vel 2. *Pietatis ac voti*, cumpatrum eq; ſacro baptiſmatis fonte ſuſceptorum, quorum reverentiam latè nimis

extenderunt canones, cùm ex illa impedimentum matrimonii deduxerunt, *Nugæ illæ compaternitatum,* verba ſunt *B.Luth.* in lib.de capt.Babylon. c.de matrim. tom.2. Jenenſ.lat. fol.280.) *commaternitatum, confraternitatum, conſororitatum & confilietatum debent prorſus extingui contracto matrimonio. Quis enim iſtam cognationem ſpiritualem invenit, niſi ſuperſtitio humana? ſi non licet baptizanti aut levanti baptizatam aut levatam ducere, cur licet Chriſtiano Chriſtianam ducere? An eſt major cognatio iſta ex ceremoniis ſeu ſigno ſacramenti contracta, quàm quæ ex reipſa eſt contracta? Annon Chriſtianus eſt frater Chriſtianæ ſororis? Annon baptizatus baptizatæ ſpiritualis frater?* Vide-ſis D.Gerh. tom. de conjug.p.365.& ſeqq. Vel 3. *Gratitudinis debita,* patronis, Dominis feudi, adoptantibus, beneficiariis aliis, quo trahunt nonulli exemplum Job.c.29.16. Tutoribus Gal.4.2. talis fuit Joſeph omniũ tutorum quaſi imago Matth.1.18.& ſeqq.,Luc.2.27,33,44.48.confer Euſeb.l.2. c.22.c.32. Hi omnes ſuam auctoritatem reddere venerabilem tenentur, perinde ut patres, quorum vices ſubierunt ſut poteſtate, ita amore atque curâ. Viciſſim Clientes & commendatitii reſpondere Patronis debent obſequio, ἀντιφιλίᾳ, gratitudine. Quibus itidem modis cum parentes in liberos, tùm hi in illos peccare poſſunt, iis etiam hi vice-patres in fidei ſuæ commiſſos, atque hi in illos, quamvis non pari gradu.

§. 2 III. Συζυγία ſive relatio honoris hoc præcepto mandata, verſatur inter *patres ſpirituales* 2. Reg.13.14. 1.Cor.4.15. Gal.4.17.& 19 1.Joh.2. 1,12,18. c.3.7. quos duplici honore dignos judicat Apoſtolus 1.Tim.17. duplici, id eſt, magno, quo ſenſu vox duplex uſurpatur 2.Reg.2.9. Eſa.40.2. Jer.17.18. Zach.9.12. Prov.31.21. vide de hâc phraſi *D.Balduin.* in comm.h.l. & *Corn. à Lap.* Horum quoq; patrum officium, cui reſpondet hoc præcepto mandata reverentia, ad tria capita poteſt revocari, quorum 1.eſt Poteſtas 1.Petr.5.3. Matth.20 25. non βασιλικὴ aut δεσποτικὴ, nedum Tyrannica ob clara interdicta divina. Sed poteſtas paſtoralis, conſiſtens in mediorum ſalutis oblatione, & uſu clavium Joh.20.23. 2.Cor.10.8. ideò qui Eccleſiæ præſunt Διάκονοι dicuntur; Diaconi autem non DEI tantùm, ſicut & Magiſtratus Rom.13.4. ſed & τῆς ἐκκλησίας, Col.1.28. confer.2.Cor.4,5. Ita tamen Diaconi, ut & προεστῶτες 1. Tim.5.17. & ἡγούμενοι Hebr.13.7. quatenus duces & exemplaria gregis, eo ferme

mè ſenſu, quo apud Plutarch. in Lacon: Rex Lacedæmoniorum Rex dictus eſt Agis (& ab eo multi deinceps dicti ſunt Agis) id eſt, ductor, ab ἄγω, id eſt, duco: quia clementer imperabat, ducens potius quàm dominans, uti aries præit ducitque gregem. Unde Pliſtarchus Leonidæ filius rogatus, cur Lacedæmonum Reges non à priſcis regibus cognomen ſortirentur? Quia, inquit, illi ducere quàm regnare maluerunt, poſteriores illi nequaquam; alluſit ad nomen Agis, id eſt, ductor; Pliſtarchus autem idem eſt, quod pluribus imperans. ita Plutarch. in Lacon. Neque debet adeò abſurdum videri, ſi dicatur, diverſo reſpectu Magiſtratum ſubeſſe Miniſterio, & hoc illi. Imperat Rex Medico & paret. Imperat ut civi, & punit, ſi toxica loco medicamenti præbeat: paret, cùm æger ad ejus præſcriptum vivendo: tùm ſanus, ad medici conſilium ea removendo in Republ. quæ luem peſtiferam parere poſſent. Ita Magiſtratus Miniſterio imperat atque paret.

§. 3. Paulò tamen latius poteſtas hæc pertractanda, & ad quæſtiones reſpondendum: An? Quæ? Qualis? Quanta? An Hierurgiæ Eccleſiaſticæ habeant aliquam poteſtatem? Dubitare non poteſt, qui 1. Nomina attendit, paſturæ rectricis, Act. 20. 28. *προστασίας.* 1. Tim. 5. 17. *δυνάμεως* Elenchi. Tit. 1. 9. 2. Rem clavis porrectæ, Matth. 16. Gladii ſpiritus, virgæ. 1. Cor. 4. 21 *Data eſt nobis*, inquit Apoſtolus, *poteſtas ad ædificationem, non deſtructionem.* 2. Cor. 13. 10. 3. Librorum Symbolicorum ſuffragium, Auguſtana Confeſſio titulum habet de poteſtate Eccleſiaſtica *Itaq;* (Aug. Conf. p. 37.) *noſtri ad conſolandas conſcientias, coacti ſunt oſtendere diſcrimen Eccleſiaſticæ poteſtatis, & poteſtatis gladij, & docuerunt utramq; propter mandatum* DEI *religiosè venerandam & honore afficiendam eſſe, tanquam ſumma* DEI *beneficia in terris.* Quæ illa poteſtas? Intrinſecè ſacra in iis, quæ ad DEUM immediatè ſpectant, ut ſunt actus officii divini, organici, quos miniſter, quà talis, in virtute principalis Domini ſui Chriſti, per media ſupernaturalia, ad fines ſupernaturales exercet, ut ſunt prædicatio verbi illuminatrix, errorum confutatrix, diſpenſatio Sacramentorum regeneratrix, altrix, benedictio ordinatrix, maledictio, excommunicatrix, traditiva in poteſtatem Sathanæ. *Hæc poteſtas* (ita Aug. Conf. p. 38.) *tantum exercetur docendo, ſeu prædicando verbum, & porrigendo Sacramenta, vel multis vel ſingulis, juxtà vocatio-*

 nem.

nem, quia conceduntur non res corporales, ſed res æternæ, juſtitia æterna & Spiritus Sanctus, & vita æterna. Non *igitur* ibid. p. 39. *commiſcendæ ſunt poteſtates Eccleſiaſtica & civilis. Eccleſiaſtica ſuum mandatum habet, docendi Evangelij & adminiſtrandi Sacramenta. Non irrumpat in alienum officium, non transferat regna mundi, non abroget leges Magiſtratuum, non tollat legitimam obedientiam, non impediat judicia de ullis civilibus ordinationibus, aut contractibus: non præſcribat leges magiſtratibus de formâ Reipublicæ, ſicut dicit Chriſtus: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Item, Quis conſtituit me judicem aut diviſorem ſuper vos. Et Paulus ait, Philipp 3. noſtra Politia in cœlis eſt, 2 Cor. 10. Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia DEI, ad deſtruendas cogitationes, &c. Ad hunc modum diſcernunt noſtri utriusq; poteſtatis officicia, & jubent utramq; DEI donum & beneficium eſſe. Placet nobis* (ita Apologia Aug. Conf. p. 294.) *vetus partitio poteſtatis, in poteſtatem ordinis, & poteſtatem jurisdictionis. Habet igitur Epiſcopus poteſtatem ordinis, hoc eſt, miniſterium verbi & ſacramentorum, habet & poteſtatem jurisdictionis, hoc eſt auctoritatem excommunicandi obnoxios publicis criminibus & rurſus abſolvendi eos, ſi converſi petant abſolutionem.* In artic. Smalcald. p. 351. *Evangelium tribuit his, qui præſunt Eccleſiis, mandatum docendi Evangelij, remittendi peccata, adminiſtrandi ſacramenta; præterea jurisdictionem, videlicet, mandatum excommunicandi eos, quorum nota ſunt crimina, & reſipiſcentes rurſum abſolvendi.* & ibid. *Vbicunq; eſt Eccleſia, ibi eſt jus adminiſtrandi Evangelij. Quare neceſſe eſt, Eccleſiam retinere jus vocandi, eligendi & ordinandi miniſtros. Et hoc jus eſt donum propriè datum Eccleſiæ, quod nulla humana auctoritas Eccleſiæ eripere poteſt, ſicut & Paulus teſtatur ad Ephœſios, cum ait: Adſcendit, dedit hominibus. Et numerat inter dona propria Eccleſiæ, Paſtores & Doctores. Et addit, dari tales ad miniſterium, ad ædificationem corporis Chriſti. Vbi eſt igitur vera Eccleſia, ibi neceſſe eſt, eſſe jus eligendi & ordinandi miniſtros.* Qualis poteſtas? Logica, ſive verbalis, non politica, hierurgica non herarchica, organica, diaconica, precaria, carceraria, Κύριος hic totum & unius Chriſti, auctoris Principalis, ἐν δυνάμει τοῦ Κυρίου ὑμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. 1. Cor. 5. 4. Der Lieben Herodiſten (ita Luth. tom. 1. Isleb. p. 59.) Geiſtlich Regiment/läſſet ſich nicht mit Augen ſehen/es regiert weder über Güter noch Perſon/ſondern über die Seelen vnd Geiſter/durch das Wort Gottes/ſo macht ihr ein weltlich Regiment darauß/vnd gebt ihm den Namen Geiſtlich/nur zu decken

vnd

vnd zu ſchmücken die verfluchte Hoffart / daß ihr niemand vnterthan ſeyn dürfft / kein Zinß / kein Zoll / kein Scheß geben / ſondern von aller Pflicht außgezogen / allein einnehmen vnd rauben mögt. Ἀνυπευθύνου τῆς ἀνεμποδίστου, improhibitæ parrheſiæ, ſoli DEO obnoxiæ, dummodò λόγια Θεοῦ non tua prædicaveris, atque cum Domino noſtro dicere poſſis, Si malè locutus ſum, proba, ſi benè, cur me verberas? DEO (præcipienti os pro veritate aperire) magis obediendum, quam hominibus interdicentibus, Act. 4. 19. 20. 21. Act. 5. 20. *Iterum mandarunt, ne loquerentur in nomine Ieſu*, Act. 5. 41. 42. Hinc Carpzov. *Quoad munus Eccleſiaſticum largimur, miniſtros Eccleſiæ, Magiſtratui ſubjectos haut eſſe in actibus Eccleſiaſticis ac ſpiritualibus ad internam poteſtatem Eccleſiaſticam pertinentibus, nec enim Magiſtratus ſecularis poteſt, nec debet illis præſcribere aliam docendi, errores & peccata arguendi, ſacramenta adminiſtrandi &c. formam, quam eſt in verbo ipſo divinitus præſcripta.* Et jurisprud. Eccleſ. defin. 2. n. 13. p. 4. *Probè diſtinguendum eſt inter poteſtatem Eccleſiaſticam internam & externam: Illa, quæ nempè conſiſtit in prædicatione verbi, adminiſtratione ſacramentorum, & poteſtate clavium, ipſumq; reſpicit miniſterium, Eccleſiæ miniſtris relinquitur, nec poſſunt Principes & ſtatus Politicus ſe huic intromittere. Nimirum miniſter Eccleſiæ prædicat verbum, utitur gladio Spiritus, & ore pugnat adverſus hoſtes & impios. Magiſtratus verò cuſtodit verbi præcones & confeſſores, vibrat gladium contra hoſtes Chriſtianæ Reipublicæ manuq; armata eosdem oppugnat: Porrò & Magiſtratus pius ac Chriſtianus cum conſenſu Eccleſiæ, ea quæ ad cultus divini exercitium & veræ religionis propagationem faciunt, diſponit, ſed adminiſtratio eorundem & œconomia divinorum myſteriorum Eccleſiæ miniſtris relinquitur.* Quantò igitur onere conſcientiam ſuam premunt & veritatem, h. e. Chriſtum, Hierurgi, cum ad interdictum Elenchi veridici, non calumnioſi, ſeu in errores fidei, ſeu in ſcandala, diſtringendi, muſſitant, ſubſcribunt, offendunt ſcandalo.

IRN. At eos, qui hoc ſunt animo, exilia manebunt, aliaq; incommoda. DUAR. Manſerunt & Apoſtolos & Athanaſium, & alios, nihilo in confeſſione ſuâ frigidiores: ſed & exilium cœli eos manet, qui ſic ſibi cavent, ut aliis ſcandalum præbeant; Præſtat hîc exulare, quàm illic, præſtat ſalutem publicam ſuo periculo redimere, quàm ſuam publico. IRN. Ac ſic Mylius quo-

que in Exilium ivit cum commeatu Calendariani Martyris. DUAR. Non Calendariani, ſed Papalis ſupercilii, per Calendarii receptionem amiſſam poteſtatem in Eccleſiâ Evangelica recuperaturi. IRN. Exul fugitivus paſtor lupo ovile aperiret. DUAR. Si paſſivè exul, nullâ id ſuâ culpâ fit; expellitur enim, non exit ſponte, aliàs mercenarius eſt, qui lupum videt & tacet. Si tu lupum prius videris & caveris elencho, ille rauceſcet. Quanquam periculum eſt, ne tu quoque lupeſcas & conulules, alioquin in loco non ferendus. Qui contrà nititur, ipſum Uſiæ peccatum deſignat, quod nemeſis divina lepra remunerata eſt.

Quanta? Non in populum ſolum ſubdititium, ſed & Magiſtratum reverenter ac prudenter diſtringenda, clàm & privatim in delictis privatis & perſonalibus, cum David alienum thorum polluit, palàm in publicis, genialibus, ſcandaloſis & contagioſis, cùm totus populus Iſraeliticus unà cum Pharaone in vitulum aureum furit pruritque. Poteſtatem hîc aliquam (qualem paulò antè ante definivimus) excipit 1. Salus Eccleſiæ, quam turbat Καισαροπαπία liberè laxata. 2. Reipubl. ſine præſidio Correctorio relictæ, niſi ſit, qui corrigat, in Tyrannidem declinaturæ, nemeſin divinam attracturæ, ſi contagio culpæ ſe involvat, involvit autem mutus, non obſtans. 3. Ipſius Magiſtratus, cui tàm ſalutaris eſt pædagogia verbi divini, quàm miniſterio neceſſaria eſt politica κυριότης. Exempla præſtò ſunt in utramque partem, tùm in Apoſtolis, & in priſcis Eccleſiæ Doctoribus, Juſtino, Liberio, Hilario, Luthero, tùm ſomnolentiæ eorum, qui hìc defecerunt, & damnis irreperabilibus Eccleſiam deſeruerunt, Judici ſummo obmuteſcendo reſponſuri. vid. Saubert. Conc. 11. in Daniel. 9. cauſas Warumb das Straffampt in der Kirchen ſo krafftloß worden. p. 171. & p 275. Vor Zeiten war ein vornehmer Superintendens von ſeinem Graffen / den er privatim offt vnd viel erinnert / wegen einer Bußpredigt zu Rede geſetzt: Da ihm der Graff etlich mahl ſagte: Es iſt ein vnzeitiges / vnzeitiges ſtraffen / wann man die vorgeſetzte Obrigkeit auff der Cantzel warnen wil: Zeiget mir hierůber einen einigen Befehl im N. Teſtament. Darauff antwortet der Prediger: E. Gn. habens ietzt ſelbſt erwieſen / wann ſie geſagt / meine Straff ſeye an ihr zu vnzeitig. Nun aber

aber ſagt S. Paulus: Straffe zur rechten Zeit/ (das iſt E. G. Meinung nach/ ſtraff das Volck) vnd zur vnzeit/ das iſt/ ſtraffe die groſſe Herren 2. Tim. 4. v. 2. vnd das ließ der Graff paſſieren. IRN. At Principes Evangelicos juris Epiſcopalis reſtitutio abſolvit ab hujusmodi cenſuris. DUAR. Non potuit illis plus juris reſtitui, quàm habuerunt olim Principes Chriſtiani ante jugum Papæ admiſſum, at à cenſura prædefinita olim non fuerunt ſoluti, quin potius filios lucis oporteret prudentiores eſſe, quàm ſunt filii ſeculi, & quod hi in religionibus adverſis (quamvis obliquato poteſtatis uſu) obtinere ſolent brachio ſeculari accommodato, id recto ejusdem uſu quærere deberent. IRN. At ſic per Demagogiam ſeditio in populo, contemtus in Magiſtratum oritur; pax verò Reipubl. & auctoritatis Magiſtratus conſervatio ſuprema lex eſt. At verò Sanctificatio nominis Divini pani quotidiano prævalet. Idem Chriſto objectum, ideò Pontifices populum timuerunt. Rectè agendo neminem timeas, quicquid mali ſequitur, fit per accidens. Quid quod eadem lingua, quæ corrigit principem, etiam coërceat ſubditos, ſed nec contemtus ſequitur, ſi clàm elenchus inſtituitur, nec ſi palàm, quia tunc populus in communionem criminis venit, in ſeipſum non ſæviturus.

§. 4. Iterum reverentiæ in hunc ordinem fundamentum eſt *Amor*, qui in Auditores eſſe debet, exemplo Pauli non *quaſtuoſus* ac avarus 2. Cor. 12. 14. & 15. ſed paternus planè ac maternus 1. Theſſ. 2. 7. & 11. Philem. v. 12. Tertium denique CURA eſt 1. οἰκονομικὴ 1. Cor. 4. 1. Matth. 24. 45. καὶ ἐπισκοπικὴ, Actor. 20. 29. ad quam curæ partem vel maximè pertinet militia ſacra ἐλεγκτικὴ, Num. 8. 24. Tit. 1. 9. Auditoribus contrà quid incumbat, ipſa relatio docet, reſpondens nimirum 1. *Poteſtati obedientia.* 2. *Amoris ἀντιφίλησις.* 3. *Curæ gratitudo*: ad quam officii partem pertinet ſuſtentatio ac ſtipendia debita, quæ miniſtris aliquot argumentis aſſerit D. Paulus 1. Cor. 9. 6. & ſeqq. non denegat Salvator Matth. 10. 8. ſed ſimoniam & venditionem donorum ſpiritualium caſtigat: cùm aliud omninò ſit pretium pro merce, & ſtipendium pro labore accipere: quemadmodum & milites ſine ſtipendiis non militant. 1. Cor. 9. 7. militant tamen ſine merce; quam enim mercem vitæ, quam patriæ impendunt, compararent? Neque regulam præſcribit

bit Paulus Apoc. 20. 34. 1.Cor. 9.15. ſed heroicam & extraordinariam notat de jure ſuo ceſſionem. Peſſimè denique deceptus eſt Proſper.l.2. de vit.contempt.c.9. cùm contendit, non poſſe clericum ſine graviſſimo peccato vivere ex bonis Eccleſiaſticis, ſi habeat bona propria, unde ſufficienter alatur: Id namque Juſtitiæ commutativæ (ad quam ſtipendiorum erogatio propriè ſpectat) ejusque proportioni Arithmeticæ adverſum: à Melchiſedechi itidem Regis opulentiſſimi exemplo alienum Gen.14 20. Decimæ an debeantur Clero ex jure divino? deque nimiâ in clerum prodigalitate vide-ſis diſſerentem Arniſæum tract. de ſubject. & exempt.clericor.c.4.n.

§. 5. IV. Συζυγία eſt *Patrum docentium, Præceptorum atq; Magiſtrorum* in ſcholis, officinis aliis vitæ gerendæ tabernaculis. Patrum enim quoque nomine eos dignatur ſcriptura ſacra Gen.4 21. Jabal dicitur fuiſſe אבי ישב אהל ומקנה pater habitantium in tentoriis & pecuariæ: Et frater eiusdem Jubal pater tractantium cytharã,& organum.Eodem ſenſu Joſeph pater Pharaonis dicitur.Pſ. 105.21. filios appellat Salomon ſuos diſcipulos. Græcis itidem ſolenne eſt auctorem primumque rei Magiſtrum vocare patrem, Ἀθηναῖος μὲν ὁ τῆς βίβλου πατήρ. Epit. Athen. Sic Eliſæus Eliam hoc nomine honeſtat 2.Reg 2.12. Et filii prophetarum diſcipuli ſunt Prophetarum. Id quod docuit Hieronymus in tradit.Hebr. explicans illud de Saul: *Et quis pater eorum*: *Pater*, inquit, *magiſter vocatur ſicut Eliſæus Eliam patrem, id eſt, Magiſtrum vocat, 2.Reg. Et in Libr. Iob.c.34. Helin.Heliphaz patrem, id eſt, magiſtrum vocat* Hæc Hieronymus. Abela itidem mater in Iſrael 2.Sam.20.id eſt,ut nonnulli volunt, Academia ac officina ſapientiæ. hinc denique poſt Apoſtolos pulcherrimus patrum, id eſt, doctorum Eccleſiæ chorus. vide Rivet.l.1. critic. ſac c.1. Fundamentum honoris generale eſt ſcientia & Ars (etiam in manuariis excellens DEI donum Exod.13.3. & ſeqq.) quam quiſque profitetur: de quo ſupra. Specialia ſunt I.poteſtas, à patre quaſi delegata, eaque patria & manſueta, cui filium Salomonem ſubjecit Rex David 2.Sam.12.25. non plagoſa nimis ac Orbiliana, nec remiſſa nimis ac indulgens. vide quæ contra Orbilii ſcuticam diſſerit Fab.Quint.l.1.c.3. & l.2. c.2. II.*Amor* efficax planè in docendo cuneus: *cùm contra multos à propoſito ſtudendi*

fugat

ſuget: cum *quidam ſic objurgant tanquam oderint.* Fab. l. cit. non primarius numi ex informatione redigendi, ſed hominis informandi. φιλοκέρδεια olim ſophiſtarum erat, Socratis amor diſcipulorum. *Dic quæſo,* (verba ſunt Anshelmi in ſimilit. c. 177.) *ſi plantam arboris in horto tuo plantares, & mox illam ex omni parte ita concluderes, ut ramos ſuos nullatenus extendere poſſit, quum eam poſt annos excluderes, quales putas ramos extenderet? profectò inutilis arbor, rugoſa & gibbis plena, ramis ſuis incurvis perplexa. Hoc utiq, facitis, ô vos puerorum Magiſtri! de pueris veſtris, qui plantandi ſunt per oblationem in Eccleſiæ horto, ut creſcant & fructificent DEO. Vos autem in tantum terroribus, minis & verberibus undiq, illos coarctatis, ut nulla penitus liceat ſibi libertate potiri.* Hucuſque Anſhelmus. III. Cura 1. *in docendo.* 2. *moribus formandis,* ubi agrum male coluiſſe cenſoria nota erat olim. Etenim qui literas quidem docent, mores atque vitam non tantùm non poliunt, ſed & exemplo deformant, quid ab illo Faliſcorum puerorum Præceptore differunt, miſeros diſcipulos hoſti prodituro, niſi majori Virtute proditionem caſtigaſſet hoſtis Camillus? imò tanto hoc pejores ſunt illo, quanto atrociori hoſti rerumpubl. theſauros produnt.

§. 6. Reverentia diſcipulorum conſiſtit itidem 1. *in obedientia.* 2. ἀπειλήτει. 3. *gratitudine.* Romanis olim fontalia feſta erant, quibus ſertorum in fontes abjectione & puerorum coronatione profeſſi ſunt gratiam ſe debere ac debitam referre fontibus, è quibus ad reſtinguendam ſitim hauſiſſent. Aquam itidem hauriunt diſcipuli artium, puteum igitur coronent. Exempla gratorum diſcipulorum ſunt Ariſtoteles, Aurelius Verus, alii. *Cupiit,* ait Seneca VI. de benef. 16. *Præceptor, ſi poſſet, univerſa transfundere: ingratus ſum, niſi illum inter chariſſimas neceſſitudines diligo,* neque tamen plus debet diſcipulus præceptori quàm Patri. Quod enim emi, non debeo, ait Seneca l. 6. benef. c. 14. quanquam idem c. 15. *Emi à medico rem inæſtimabilem, vitam ac valetudinem bonam: A bonarum artium præceptore ſtudia liberalia & animi cultum. Itaq, his non rei pretium, ſed operæ ſolvitur, quod deſerviunt, quod à rebus ſuis avocati nobis vacant: Mercedem non meriti, ſed occupationis ſuæ ferunt. Verius tamen eſt, quod ſubdit Seneca, etiamſi pluris ſunt iſta, quàm veneant, nullum tamen munus eſſe vendentis, quia nihil intereſt, quanti ſit res, poſtquam*

 de pre-

Digitized by Google

de pretio inter ementem & vendentem convenit. Non veniit illa ſuo pretio, ſed tuo. Pluris, inquit, alter, eſt, quam veniit. Sed pluris venire non potuit. Pretium autem cujusq; res pro tempore eſt. Cum bene illam laudaveris, tanti eſt, quanto pluris venire non poteſt. Præterea nihil venditori debet, qui bene emit. Alia igitur ratio eſt Medici, Præceptoris & nutricis: Alia parentum: illi nos non obligant arte, quam vendunt, ſed benigna & familiari voluntate, ideoq; pretium operæ, quod pacti ſunt, ſolvitur; animi debetur; ſed parentum beneficia, quibus vitam, libertatem, civitatem, quæ omnia ſunt inæſtimabilia, gratis debemus, præſertim ſi cultura animi acceſſerit, quid eſt, quod reponere poſſimus? Etiamſi per medios ignes cum Ænea eos portemus, aut faucibus ardentis Ætnæ cum Amphinomo & Anapo eripiamus, vitamq; cum libertate in pericula ponamus, nullus beneficio locus eſt, ne tum quidem, quando ad ſummos honores eos nobiſcum pertrahimus, & pretium laborioſæ educationis perſolvimus: Reddimus quod debemus.

§. 7. V. Συζυγία eſt *patrum matrumq; familiâs*, & iis relatè oppoſitorum, *Servorum ac Ancillarum*. Nam & illi patres matresq; audiunt in ſcript. ſacris, Exod.12.3. 2.Reg.5.13. Ethnici quoque invidiam Dominatus averſuri Dominos patres dixêre. *Hinc noſtri majores* (verba ſunt *Macrob.*1. Saturn.11.) *omnem Dominis invidiam, omnem ſervis contumeliam detrahentes, dominum patremfamilias, ſervos familiares appellaverunt.* Colant *ergo te potius ſervi tui quàm timeant.* Fundamentum cultus eſt 1.*poteſtas* mandatoria, atque etiam correctoria exemplo Saræ Gen.16. ſed moderata, clemens, æqua. Eph.6.9. Col.4.1 *hinc Seneca* l.1. de clem. c. 18. *ſervis imperare moderatè laus eſt, & in mancipio cogitandum eſt, non quantum permittat æqui boniq; natura, quæ parcere etiam captivis & pretio paris jubet.* 2. *Amor*, Syr.7.22. c.35. 3. Cura pietatis Exod. 20. 10. victus itidem pœnæ ac laboris Syr.33.25. *Reverentia* contra abſolvitur 1. *obedientiâ*, ut colligere licet ex Eph 6.5. *reverentiali* (non reſponſante Tit.2.9.) *ſimplici, Chriſtiana, ſincera* (non adulatoriâ) *prompta*, adde *univerſali* 1.Tim.6.2. 1.Petr.2.18. *ac fidel.* Tit.2.10. 2. ἀντιφιλήσει ac *fidelitate*, cujus egregia ſpecimina laudat Hiſtoria in quodam Vicetumi ſcriba, Aug. Brunn. p.281. *Inter alia caſtra, quæ à Vicethumio fraudulenter occupata erant, fuit unum in altera ſalæ ripa, contra oppidum Calenſe in altiſſimo ac Vitifero monte ſitum, id quoq; à Wilbelmo Duce tandem recuperatur.*

Fuit

Fuit autem in caſtro, cum id Wilhelmus Dux obſediſſet cum paucis ſatellitibus Scriba quidam, jam dicti Vicedomini. Is cum fortiter & caſtrum defenderet, & diuturna tamen obſidione ad deditionem cogeretur, interrogatus à Wilhelmo Principe, cur ita pertinaciter e caſtro dimicaſſet, & non è veſtigio otio reliquiſſet, quod certe retinere diu non potuiſſet? Ego, inquit, mandatum accepi à Domino meo, ut quantum poſſem, caſtrum ſuo nomine tuerer, atque defenderem. Duxi autem honeſtum eſſe, & ad fidem meam pertinere, id quod pollicitus illi ſum, fideliter etiam præſtare; Et qua tua eſt virtus, ſcio talem te fidem in tuis non improbaturum. Præterea ſi tu mihi Dominus eſſes & ſimile quippiam imperares, ac ego me id facturum reciperem, pari fide ac fortitudine illud ipſum præſtarem. Hanc ſcribæ orationem & conſtantiam cum audiſſet Princeps Optimus, collaudavit non ſolum Scribam, ſed in gratiam recepit, cum reliquos ſupplicio affecerit ad unum omnes. ita memorat Avus meus maternus in Triade Elect. p. 281. & alterum Sleidan. l. 15. p. 353. *Saxoniæ Dux Mauritius hoc in bello voluntariè militabat, circiter 21. annorum juvenis, & è caſtris quodam die progreſſus, uno ſolum comitante ſatellite, cum in Turcas aliquod incidiſſet, manus conſerit & equo confoſſo in terram effunditur, ibi famulus quem dixi, genere nobilis, corpore toto ſuperincumbens jacentem protegit, & tantiſper illos demoratur atq; ſuſtinet, donec equites superveniunt, qui Principem eriperent, itaq; vitam ei ſervavit, ipſe verò multis acceptis vulneribus, in caſtra relatus, non multò poſt interiit. 3. Gratitudine.* Lubet hanc συζυγίαν obſignare verbis *B. Luth.* in catech. maj. p. 440. *Hæc ergo, quemadmodum dicta ſunt, ſi miſero vulgo iterum atq; iterum inculcarentur, qui fieri poſſit, ut famula non exultaret gaudio, DEO gratias ageret, cumq; celebraret, & mediocri labore, pro quo aliàs victum & mercedem accipit, ejusmodi theſaurum conſequeretur, cujus illi, quos ſanctiſſimos eſſe putamus, nunquam facti participes? Nonne verò hæc inſignis & præclara eſt jactantia, noſſe & poſſe dicere, te, ſi quotidie divini laboris penſum diligenter abſolveris, opus feciſſe ſanctius ac melius, quam omnium monachorum ſanctitas ac vita eſt, quam durè ac laborioſè exigunt? Adhæc annexam habes promiſſionem, proſperè ac feliciter id tibi caſurum eſſe. Qua ratione vis eſſe beatior, aut ſanctiorem vitam agere, quantum opera attinet?* Hæc Lutherus. At cum noſtris temporibus, tàm enormiter ſervitutis officia, qui nunc ſunt ſervi & ancillæ, expleant, Lutherus mallet reduci veterem ſervitutis rigorem tom. 4. Jen. p. 115. Man muß ein teglichen halten in ſeinem

Stand/ wie es GOtt ordnet/ Sohn/ Tochter/ Knecht/ Magd/ Mann/ Weib ꝛc. Er will es nicht haben/ kan auch niemand anders/ das Volck im Zaum halten/ dann mit dem Zwang äuſſerlichs Regiments. Daher ſo groſſe Klag iſt über Geſind vnd Dienſtleut in der Welt / es iſt deß Teuffels vnd Papſt ſchuld / vnd der Fürſten/ daß kein Regiment iſt/ es thut jederman was es wil/ wäre aber die Fauſt vnd Zwang da / wie die Zeit geweſen iſt / daß niemand mucken durffte / er hätte die Fauſt auff dem Kopff/ ſo gieng es beſſer zu/ ſonſt wird es kein nütz / wann ſie Weiber nehmen/ ſind es vngezogene Leuth/ wilde vnd wüſte/ der niemand brauchen / noch mit ihnen vmbgehen kan. Suffragatur Arniſ. l. 1. de Repub. c.3. ſect.3. n.25. p.59. *Quod ſi matrem æqui & boni, publicam utilitatem legislator poſt hæc contueri velit, an quicquam utilius hac ſervitute, & incompetente libertate detrimentoſius introduci à primis Chriſtianis potuit, dum promiſcuo favore vindicias ſecundum libertatem in univerſum orbem Rom. proclamaverunt. Pro ergaſtulis enim privatis publica coacti fuerunt excitare Noſocomia, ne recens manumiſſi per vicos & compita Epidemica fame emorerentur. Nam, qui ſibi de victu proſpicere ſua induſtria non poſſunt, quid ex libertate ſperare habeant, præter famem & mediam? quid prodeſſe queunt publico, niſi ut poſtquam ad liberum matrimonium acceſſerunt, & globum miſerorum parentibusq; ſimilium liberorum poſt ſe trahunt, inutilibus fucis onerent civitatem qui nihil niſi numerus ſint & fruges conſumere nati.*

§. 8. VI. Et poſtrema Συζυγία eſt *Patrum Patriæ & ſubditorum*: Magiſtratuum nomen inter alia quoque eſt אבות Gen. 41. 43. Ubi tamen de voce Abrech non leve explicationum eſt divortium, quam nonnulli hebræam eſſe volunt ex אב & רך ſignificantem ſeu amoris ſeu ætatis Joſephicæ teneritudinem, vel Ægyptiam ex hebræa ברך genu flexit, ortam, hinc Piſc. bieget die Knie / ut ita reſpondeat Italorum Abaſſo, quâ acclamatione genu-flexio imperatur, coram Papâ lecticâ ante equo tranſvecto) Gen. 21. & 26. Abimelechi Regis Philiſtei. Hieron. in Ezech. [illegible]א. Debora Jud. 5. 7. confer 1. Sam. 12. 15. c. 14. Job. 29. *ἐδὲν διαφέρει ἄρχων ἀγαθὸς ἀγαθοῦ πατρός.* Xenoph. lib. 8. *παιδ.* Contra etiam ſubditi filii dicuntur Joh. 7. 19. Cæterum his quoque Patribus debetur reverentia, qua talibus ſine reſpectu externæ accidentariæ qualitatis, 1. Petr. 2. 13. Etiam

1. *im-*

Digitized by Google

& improbis, quos DEUS increpat. hinc locum Joh. 10. 35. non malè exponit Heinſ. in Ariſt. ſacr. cap. 23. p. 430. hunc in modum παραφρά-ζων: *Quod ſi eos igitur, adverſus quos totus ille locus, tota illa Prophetia agit, quos tamen vehementer officij neglecti atq; acerbè monet, imò reprahendit DEUS, tamen dignitatis cauſa, Deos dixit, quia DEUM repræſentant Magiſtratus; vos eum, qui à Patre ſeparatus ab æterno ac ſanctificatus in terram miſſus eſt, eum blaſphemum judicatis, quod ſe DEI dicat filium?* confer honorem quem Jacob Fratri Eſavo terræ Domino habuit, apud Luther. tom. 4. Jen. p. 185. 1b. f. 2. Die Obrigkeit ſey wie ſie wolle/ ſo iſt ſie nicht von Menſchen/ ſonſt were ſie nicht ein Stund ſicher/ wo es GOtt nicht mit Gewalt erhielte/ wird ſie Herr omnis alle todt ſchlagen/ darumb/ weil es Gottes Gewalt vnd Ordnung iſt/ muß mans anſehen/ als man GOtt ſehe/ wo ſie hinwirfft/ da ſoll ſeine Ehre folgen/ er gehet mit ſeinen Gütern vmb/ als der da Gelt in die Rapus wirfft/ wohin es fället/ da iſt GOtt/ man braucht ſie wohl oder übel/ Er wird es wohl finden/ fahre du nur fort/ demütige dich vnd gib ihr die Ehre. Etiam 2. Ethnicis vide D. Gerh. tom. de mag. p. 1295. & ſeqq. nec 3. ſexus ratio (ſi qua neceſſitate γυναικοκρατία Rerumpub. occupet) reverentiam impedire debet, ob rationes graviſſimas, quas collegit Arniſæ. l. 1. doctr. polit. c. 9. etiam 4. è vili loco nati honorandi, exemplo Saulis aſinarii, de quo eruditè Dn. Schickard. de jur. reg. hebr. theor. 3. p. 20. *Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat ſanctitatem non vitæ ſed unctionis* Auguſt. contra lit. Petil. l. 2. cap. 48.

§. 9. Quemadmodum verò nimbo aliquo Deos ſuos veteres ornarunt; Ita cùm Magnates quoque *alij viri* evadant 1. Sam. 10. 6. c. 16. 13. ſuis quoque honorum quaſi nimbis, *poteſtate*, animâ ſcil. imperii, (de qua in majorum ſuorum regno Magiſtratibus reſtitutâ rectè gloriatur *B. Luth.* tom. 6. in apol. contra Ducem Georg.) vid. Gerh. de Mag. Pol. p. 704. quæ ut firma ſit, inter licentiam tyrannicam, & lenitatem ignavam ac Sardanapalicam media eſſe debet: ne aut facilitas auctoritatem, aut ſeveritas amorem deminuat, Tacit. in vit. Agric. De hac poteſtate agitur Dan. 2. 37. c. 5. 19. Sap. 6. 4. Joh. 14. 11. Rom. 13. 1. complectitur illa jura Majeſtatica ac ut vocant Politici, Regalia nulli mortalium ſubjecta, ut ſunt ſumma appellatio, quam tamen in iniquo judicio retractatio aut recognitio non impedit ſed ornat. Malè igitur Nebucadnezar

bene contra egit Philippus Ma...
interminatus erat, necem, non eſt ... D...
cum Machetæ cujusdam cauſam dormitabundus ...
què judicaſſet: Et verò Machetes exclamaſſet A...
ad quem? Machetes ad teipſum. Philippus ...
tentiam quidem non reſcidit, ſed mulctam pro Mache...
ſolvit. 2. *Legum immunitas*, quarum & quanta ...
diſp. de Lege §. 176 tradidimus. Quatenus leg...
& pœnis obnoxius fuerit Rex Iſraelis, docuit ...
de jur. reg. hebr. c. 2. theor. 7. 3. Jus exigendorum tri...
vectigalium, abſint ſtratagemata Heliogabalæa, V...
4. Jus armandiæ. 5. Jus viarum, fluminum puppifero...
narum, theſaurorum, monetæ, confiſcationis, angari...
lium reſtitutionis, quam nov. 78. παλιγγενεσίαν civile...
Venationis, abſit tamen Actæonia, Nimrodica, Eſavic...
datica κυνηγετικομανία. In numerum contraveniat S...
Davidica moderatio. De jure regio, quæ minatur Sam...
rectius jure uſurpato accipias, ob collationem Deut. 17...
loco conciliando necquicquam laborat Albericus Gen...
(ut viſum erat Jacobo Regi Angl. de jur. lib. monarch.)...
plari, ad quod omnes bene conſtitutæ Reſpubl. debea...
mari.

§. 10. Alter *nimbus Amor* eſt, vitalis quaſi ſpirit...
ditos Principi copulat vinculo pluſquam adamantino, ...
cipes εὐεργέται appellati, Luc. 22. 25. alludi hic opin...
ckard. de jur. reg. p. 79. ad *Ptolomæum Evergetam*. Non ſic ...
circumſtantia tela, quam tutatur amor. Non opus *eſt inſ*...
tum editas arces, nec in aſcenſum arduos *colles emunire*, ...
montium abſcindere, multiplicibusque *ſe muris ac tur*...
ſalvum Regem in aperto *clementia* præ... Senec...
clem. c. 19. confer gemmas quaſdam ſententiarum de h...
argumento ib. c. 2 3. 4. 5. Talis Heroicus amor fuit in M...
32. 32. *R. Maimonides* c. 2. § 8. Davidis quoque hac in par...
nitatem laudat, quod blandioribus verbis multitudine...
tus: *audite me, ô fratres mei* & popule mi 1. Paral. 28 2. ...
mandentur illud *Caligulæ* (Suet. c. 30.) *Oderint dum metua*...

Machiavelli c.17.& 18.de princ. *parvi ducat princeps ſævitiæ nomen. Inhumanitatis nomen pro nihilo ducat.* Cum principem *magni referat belluinum ingenium inducere, ei tùm vulpis tùm leonis mores aſſumendi ſunt.*

§. 11. Tertius honoris nimbus eſt *Cura*, Rom.12.8 cui duæ quaſi pulcherrimæ Virgines commiſſæ ſunt: εὐσέβεια καὶ σεμνότης 1.Tim 2.2. Euſebiæ quoad primam decalogi tabulam. Quæ cura quo ſe uſque extendat, quibusve coercenda limitibus, id breviter hîc enodandum eſt, ut partim appareat, quæ ſit illa pluma à Pontifice ablata Magiſtratibus reſtituenda, partim evitetur κακοπραγμοσύνη, in quam meritò invehuntur auctores Centur. Magdeb. in præf. cent. 7. Nihil verò hac in re diſtinctione Conſtantini M. apud Euſebium l.4. c.24. abſolutius ὑμεῖς μὲν τῶν ἔσω τῆς ἐκκλησίας, ἐγὼ δὲ τῶν ἐκτός. Miniſterio incumbit cura interna, eorum quæ intus aguntur, ut ſunt prædicatio verbi, ſacramentorum adminiſtratio, cenſura Eccleſiaſtica per excommunicationem: hanc ſibi curam ſi Magiſtratus ſumat, ἀλλοτριοεπισκοπίας ſe reum agit, ſicut olim Ozias 2.Chron.26.12. Magiſtratui contra tanquam Architectonico competit cura externa, non ſolùm Religionis defenſiva, quam ſolam Magiſtratui, tanquam mancipio libidinis Epiſcopalis cœco, permittit Bellarm.l.de Laic. c.17. & 18. ſed etiam veræ religionis conſervativa, depravatæ reſtaurativa, (quam curam ſine veræ religionis intellectu ac πληροφορίᾳ ſolida quomodo obibit?) Miniſtrorum inſtitutiva, Scholarum erectiva & nutricia, remotiva ſalis inſipidi, Legum Eccleſiaſticarum promulgativa, Synodorum convocativa, hæreticorum coërcitiva, quæ cura univerſim Eccleſiaſtica appellari poteſt, non univocè ac formaliter, ſed analogicè per denominationem extrinſecam; idque probatur 1. *è mandato divino*, quia Regi commiſſa eſt cuſtodia utriuſque tabulæ Deut.17. 18. 2. *è querela Sp.S.* Jud. 17.5.9. & alibi. cujus ſublatio falſæ religionis cauſa eſt, ejus cura ad religionem veram neceſſaria eſt. Sed ſublatio atque defectus Magiſtratuum cauſa fuit idololatriæ, locis cit. Ergò 3. *è reprehenſione* Sp.S. cujus rei neglectum Sp.S. culpat, ejus curam Magiſtratui aſſerit. At culpat in Magiſtratu neglectum externæ cenſuræ 1.Reg.15.14. c.22.24. 2.Reg.12.3. 4. *Exemplo ejus* Reipubl. quæ quaſi Reipubl. Chriſtianæ norma eſt, in qua

DEUS

Digitized by Google

DEUS quaſi ex animi ſententia Eccleſiam & Rempubl. inſtituit, h.e. Iſraeliticæ; in illa autem hoc ſibi negotii datum intellexerunt Saul, 1.Sam.28.9. 2.Sam 8.11. 1.Paral.16.4. c.23.4. Salomon 1.Reg.2.27. c.6.1. Aſa 1.Reg.15.12. Paral.14.3. Joſaphat 2.Paral.17.6. c.19.4.& 8. Quorum normam poſtea ſecuti ſunt Conſtantinus, Marcianus, Theodoſius, Carolus M. Auguſti ſacratiſſimi. Præſupponit verò iſta cura oculatam atque ſolidam religionis cognitionem, ideò Reges ſuos Dominus voluit bina legis exemplaria deſcribere & quaſi in numerato habere Deut.17.18. vide Schickard. de jure Reg. Hebr. c.2. theor 5. & 6. De Theodoſio juniore ſcribit hiſtoricus Scripturam S. ἀπὸ στήθους ἀπήγγειλεν; rurſus ὡς ἱερεὺς πάλαι καθεστὼς ἐκ τῶν γεραιτέρων διελέγετο. Quantum contra ignorantia religionis & capitum fidei noceat cùm Conſtantii, tùm Manuelis Comneni exemplo teſtatum reliquere annales ſacri. Ille quod ſenſum vocis ὁμοούσιον non caperet orthodoxum, cum Arrianis facilè convenit, vide Socrat. l.7.22. hic anathema tabulis catecheticis inſertum contra DEUM Mahometis, expungi voluit, tanquam blaſphemiam. Cenſuit enim (fomitem præſertim accendentibus aulicis τὸν χαρίεν κεκαλλιεπηκότα καὶ λόγου μετέχοντα) Saracenos quod dicerent ſe DEUM unum colere Creatorem cœli & terræ, eundem cum Chriſtianis adeoque verum DEUM colere. vide Nicet. Choniat. Man. Commen. l.7. Id porrò etiam ad religionis curam pertinet, ut Magiſtratus ſibi eligat conſiliarios atque miniſtros religionis Zelo fervidos, de quo argumento prolixè è prudentia veteris Eccleſiæ diſſerit Vedelius l.2.c.3.& 4. Quemadmodum verò Cura ſpiritualis boni parentis in ſobolem longè major eſſe debet, quàm temporalis: id omninò etiam à Magiſtratu fieri par eſt, exemplo Conſtantini M. qui πᾶσαν εἰς τὰ θεῖα μετέθηκεν τὴν σπουδὴν Theodoret. l.1.16 adque filios ſcripſit, apud Euſeb. l.4. de vita Conſtant. c.52. τὸ μέγιστον καὶ πρῶτον, τὴν εἰς τὸν πάντων βασιλέα θεὸν γνῶσίν τε καὶ εὐσέβειαν περὶ παντὸς πλείστου καὶ αὐτῆς βασιλείας τιμᾶσθαι. Illuſtre ejus rei exemplum extat apud Sozom. l.7.20. in Theodoſio M. cujus hæc ibidem planè heroica ſententia extat: ἄμεινον πρὸς τὸ θεῖον διαμεῖναι πιστόν, καὶ τὰ Νείλου νάματα καὶ τὴν ἐντεῦθεν εὐετηρίαν προτιμῆσαι τῆς εὐσεβείας; μηδέποτε γὰρ ῥεύσειεν ὁ ποταμός, εἴπερ ἀληθῶς ἐπανόντε ὅτι γοητείαις ἐπάγεσθαι καὶ θυσίαις χαίρειν. Abſit igitur ut ex Jeroboamæo conſilio boni aut regio pri-

vati

vati aut publici prætextus religio vera aliquid detrimenti capiat.

§. 12. Cæterùm dubitari hic poteſt *1. An eadem religionis cura Principi Ethnico concedenda? 2. An Magiſtratus ſubditos ad fidem cogere queat? 3. An religiones tolerare diverſas? 4. An & vicinorum religionis cauſâ oppreſſorum ſubditorum gerere curam?* Reſp ad I. Infidelem Magiſtratum habere jus in Cives Chriſtianos, etiam quoad ſacra per eminentiam, ſed exercere non poſſe per providentiam, perinde ut phrenetici caput, caput eſt, ſed capitis officium facere nequit. Reſp. ad II. Magiſtratum jure non poſſe cogere coactione legali ac politicâ ad ſpeciem actus h. e. aſſenſum vel diſſenſum mentis. Quia 1. Legis objectum ſunt tantùm ea quæ ſunt ἐφ' ἡμῖν, non impoſſibilia. Credere autem hoc & non credere aliud, non eſt in meo arbitrio ſitum, neque in arbitrio cogentis, ſed in neceſſitate objecti & argumenti, quod actum cogit vel ad aſſenſum vel diſſenſum. Sed ab Exemplis huic concluſioni facem adlucebimus, quæ his verbis proponit, *Alard. Vaeck. quæſt. tract.* de lib. arb. vicin. *Credas tu Chriſtum* humanam habere voluntatem, & quidem motus hâc ratione: Quicunque eſt verus homo, is habet humanam voluntatem. Atqui Chriſtus eſt verus homo, Ergo Chriſtus humanam habet voluntatem. At Magiſtratus ſub cujus jurisdictione vivis Appollinaris Laodiceni ſectæ deditus, te vi externâ cogere adnitatur, ut propoſitæ concluſionis contradictoriam crederes eſſe veram, videl. Chriſtum non habere humanam voluntatem. Quæro igitur, an te vi externâ ad id compellere poſſit? dico quod non: quia dum modò certus ſis de priori veritate, in tuâ poteſtate non eſt, credere hanc poſtremam veram. Sit qui nobiſcum fateatur, Jeſum Chriſtum eſſe verum naturâ DEUM, & quidem motus hoc argumento; Quicunque eſt ejusdem Eſſentiæ cum DEO Patre, eidemque æqualis, ille eſt verus naturâ DEUS. Atqui Chriſtus Jeſus eſt ejusdem Eſſentiæ cum DEO Patre, eidemque æqualis. Ergò. Quæro, an ſubditi, ad Regis alicujus Ariani (illius videl Onorichi Regis Vandalorum, de quo *Evagrius l. 2. hiſt.* Eccl. c. 14. refert, quod hæreſi Arrianæ addictus adverſus Chriſtianos Lybiam incolentes, maximam crudelitatem exercuerit, ignis incendio è

medio illos, qui ipſius ſententiæ ſubſcribere recuſarunt, ſuſtulerit, quibuſdam verò linguas exciderit) nutum poſſint hujus concluſionis contradictorium credere? neutiquam. Quia 2. nulla lex obligans ad peccandum juſta eſt; Atqui hujuſmodi lex cogit peccare contra conſcientiam, cogit ad rebellionem virium, ut homo peſſimâ hypocriſi profiteatur foris eam religionem, quam intus toto pectore averſatur. Nec obſtat ἀναγκασμὸς de quo Luc. 14. 23. Is enim non eſt Politicus, ſed talis, qui conſiſtit in vehementi rogatione, cujus reſpectu noſtri, cùm vehementer rogantur, dicunt, Wiltu mich dann zwingen? ſubſcribit huic explicationi Jeſ. *Maldonatus* in c.22. Matth. *quòd autem dicit: compelle intrare, non ſignificat, ad fidem cogendos eſſe homines: ſed adeò rogandos, adeò invitandos, ut quodammodo compelli videantur.* Infirmiſſimè fundata perſuaſione, quo pacto ſponſa trahitur à ſponſo Cant. 1. 4 in principiorum fidei propoſitione, quibus pater cœleſtis homines ad ſe trahit Joh. 6. 4. in optimis è principiis deductis conſequentiis. Nam ut omnia jungamus præſidia, nihil tamen ipſâ veritate eſt potentius. Ad II. adductio vel eſt Legalis & coactiva: vel perſuaſiva & argumentativa: per cultum DEI intelligitur vel ipſe cultus DEI internus, vel externa diſciplina, externa auditio verbi divini. Magiſtratus eſt adducere, non vi, ſed argumentis, non immediatè ad ipſum cultum DEI internum, ſed ad externa media cultus divini. Hoc enim Theologi potius eſt & Paſtoris, quàm Magiſtratus Politici. Reſp. ad III. tolerantiam vel opponi judicio Sp. S. diſcretivo, elenchtico, converſivo; vel judicio politico, coactivo, hiſpanicè inquiſitivo. Priorem eſſe illicitam, & graviter Magiſtratum peccare, ſi cæteris paribus hæreticos ſic toleret, ut miniſterio capiſtrum injiciat, aut de converſione illorum parum ſit ſollicitus. Poſteriorem niti jure divino, Chriſti mandato & argumentis aliis, quæ prolixè & collegit & vindicavit D. Meiſner. part. 3. Philoſ. ſobr. ſ. 2. c. 2. q. 6. Sunt ut peccata nonnulla in Republ. ferenda, quibus vel tollendis par non ſis, vel quæ ſine convellentium exitio convelli nequeunt; vel inſigne Reipub. damnum inferretur, ubi cedendum neceſſitati. Sic libellum repudii Moſes toleravit, quem coercere Moſes forte potuiſſet eo modo, quo Nehemias alienigenarum conjugia diremit. Ita multò

magis

magis tolerari poteſt error in objecto ſupernaturali in eâ neceſſitate de quâ actum in tom. 1. Theol. Conſc. *Dices*, ob periculum ſeditionis nullo modo tolerandam religionum diverſitatem, cùm nulla ſit religio (verba ſunt *Lipſii* l. adv. dial.) quæ ſic frigeat, ut non, preſſa à potenti Domino ſe vindicet aliquando, & Regem ſectarium nacta ſceptro fiat gravis. *Reſp.* diſting. inter religiones, quæ per ſe in dogmate quopiam ſuo Magiſtratum evertunt, & ſeditionibus dant anſam: qualis ſecta fuit Anabaptiſtica in herba extincta: & religiones, quæ nihil agunt aliud, quàm ut omni modo ſartam tectam Magiſtratus auctoritatem tueantur: hîc per ſe nulla oritur ſeditio, ſi avaritiam, ambitionem, πολυπραγμοσύνην & vitia alia, quibus accendi aliàs Martis furor ſolet, ſuſtuleris. Religio igitur preſſa ſe vindicat non ex religionis præſcripto, ſed ex ſervitutis indignitate, Ergo rurſus non religio, ſed aliud aliquod humanum vitium conflat ſeditiones. Reſp. ad IV. Id exigere Chriſtianam charitatem, & ſanctiſſimorum Regum ac Imperatorum Conſtantini maximè exempla comprobare.

§. 13. Altera Virgo Magiſtratui in fidem commiſſa συμβόλως totum ſecum virtutum gynecæum ducit, virtutum ſcilicet præceptorum divinorum in ſecundâ tab. cardinalium, in quinto humilitatis, in ſexto manſuetudinis, in ſeptimo temperantiæ, in octavo juſtiti[illegible] quam pertinet quod de Salomonis eburneo ac inaurato tribunali tradunt Rabbini in Zenorennâ P. Schophet. conſtitiſſe illud ſex gradibus, ad quorum ſingulos Rex juſtitiæ admonitus fuerit, cùm primum aſcenderet, acclamatum fuiſſe (ſcilicet ut illi μέμνησο ἄνθρωπος ὤν) *judicium non inclinato*, ad 2. *perſonam non reſpicito*, ad 3. *munus non accipito.* Ad 4. *Noli plantáre lucum*, ad 5. *noli erigere ſtatuam.* Ad (6) *Ne mactato bovem*, in nono veritatis.

§. 13. Vitia repugnantia ſunt 1. Lentitudo poteſtatis & præpoſtera clementia. 2. Tyrannis ſeu titulo, ſeu exercitio, cujus notæ ſunt illuſtrium Virorum tanquam ſummorum in papaveribus capitum, exemplo Tarquinii, exciſio, violatio juſtitiæ, libertatis ereptio, παιδαναγκη. Odium in ſubditos, quod maturè nimis præ ſe tulit Rehabeam, ſerò contra nimis deploravit Antiochus 1. Maccab. 6. 11. 4. Incuria Dularchiæ (quam intelligunt noſtri Germani cum dicunt, Ich nehme ein günſtigen Rath für ein gnädigen

digen Herren) & pluſquam lenonia religionis ac honeſtatis proſtitutio.

§. 15. Hactenus partes Magiſtratus, ſequuntur officia ſubditorum, *quos inter an Clerici quoq; referendi*, controvertitur inter nos & Pontificios? *an ſcilicet quoad perſonas & bona Eccleſiaſtica* (quæ ſic appellantur per denominationem analogicam & extrinſecam; Sunt enim in rei veritate temporalia iſta bona, ſubjecta imperio principis curatorio, & quæ iſti curæ debetur gratitudo, *Oneratorio.*) *Clerici a politici Magiſtratus juriſdictione coactiva jure divino & naturali exemti ſint?* *Coactiva* dico, quia obligatione directivâ teneri Clericos (non ſine manifeſtâ contradictione, cum obligatio directiva verè ſit σιδηρόξυλον: nam ſi coactiva non eſt, obligatio non eſt) fatetur Bellarm. l.1.de Cler.c.28. negat de obligatione coactivâ. *Negativa* noſtra eſt fundata 1. *jure divino*. Rom. 13. 1. (quod Apoſtolicum mandatum omnes obligare, non ſolùm ſeculares, ſed & ſacerdotes atque monachos contendit *Chryſoſt.* in h.l. *neq;* enim, ait, *pietatem ſubvertit iſta ſubjectio.* *Si omnis anima*, ſcribit *Bernh.* Epiſt.42. ad Archiep. *Senonenſem, & veſtra. Quis vos excepit ab Univerſitate? ſi quis tentat excipere, conatur decipere*) *Dices* 1. diſtributivè id accipiendum, Eccleſiaſticos Eccleſiaſticæ, Laicos Laicæ poteſtati ſubjugari, non hanc cum illa Paulo confundi. 2. De pote[illegible] ὑπερεχούσῃ loqui Apoſtolum: atqui probandum poteſtatem [illegible]m eſſe reſpectu Chriſti ὑπερέχουσαν. 3. Loqui de facto quod poteſtatem ſecularem attinet, non de jure. Reſpond. ad 1. Apoſtolum loqui tantùm de poteſtate ſeculari, quæ & eâ tempeſtate ſola erat, & ſola in controverſiam veniebat: ne quis exiſtimaret libertatem Evangelicam tollere politiam, aut Chriſtianos ſectæ Galilææ addictos (cujus Apoſtoli Galilæi ſuſpecti erant) quæ populum fidelem non Ethnicis, ſed ſoli DEO ſubjiciebat, vide Joſeph. l.7. bell. Jud. c.28.29. & l.18. antiq. I. Confer Corn. à Lap. ad Act. 5. v.37. Auguſtinus certè Epiſt. parmen. l.1.7. *imperitiſſimos appellat, qui id de honoribus* Eccleſiaſticis intelligunt, *cùm prudentiſſimus Apoſtolus conſequenti contextione lectionis ſatis aperiat, cùm addit, propter hoc enim & tributa præſtatis.* Ad 2. aut Clericalem quoque animam ſubjici hoc loco poteſtati ὑπερεχούσῃ, aut Apoſtolum nihil liquidi definire. Finge enim ſenſum eſſe non abſolutum, ſed reſpectivum: Omnis anima ſubdita ſit

pote-

poteſtati ὑπερεχούσῃ, quæ ſcilicet reſpectu ejus eſt ὑπερέχουσα; dubium relictum fuiſſet Chriſtianis: an poteſtas etiam ſecularis Ethnica reſpectu ipſorum ſit ὑπερέχουσα. Quicquid nunc pro ſui exemtione Clerici afferunt, id omne etiam pro exemtione ſui à dominatione Ethnicâ urgere potuiſſent olim Chriſtiani. Quæ petulantibus ingeniis ſi permittamus, quis non videt, omnem nervum Apoſtolicæ adhortationis eludi miſerrimè, elidi turpiſſimè. Ad 3. ſi de facto loqueretur, non opus fuiſſet adhortatione: ſed opus fuit, quia de jure Apoſtolus contendit. Idem etiam *probatur* ex Tit. 3. 1. quem locum communem habere adhortationem ad omnes ſtatus, fatetur Corn. à Lap. in ill. l. & 1. Petr. 2. 13. Ubi per ἀνθρωπίνην κτίσιν ideò non poteſt intelligi poteſtas Eccleſiaſtica Papalis, quia hanc Bellarminus negat eſſe ἀνθρωπίνην κτίσιν, ſed ab uno ſoloque Chriſto pendere, vide l. 2. de Concil. c. 16.

§. 16. Eadem noſtra negativa nititur I. *exemplis* Chriſti, Apoſtolorum & virorum Apoſtolicorum. *Chriſti*, Joh. 19. 11. *Nemo*, ait *Bernh.* l. cit. *ſecularior Pilato, cui Dominus aſtitit judicandus* &c. Cui loco ſuccenturiari etiam ſolet tributum à Chriſto ſolutum, Matth. 17. 27. aut didrachma Imperatorium, quod tuentur D. Lyſer. in harm. c. 19. p. 473. & D. Gerhard. tom. de Magiſtr. polit. p. 1247. aut didrachma ſanctuarii, quod arriſit Caſaub. exerc. 15. ſ. 19. non invitè accedente Rivet. expl. Decal. p. 252. ſi illud, Chriſtus poteſtati Civili ſe ſubmiſit, non quidem ex debito, quà æternus DEI filius, ſed quà in ſervili formâ conſtitutus) ſi hoc, fruſtra ſunt Baronius & Bellarm. qui hoc è loco pro immunitate Cleri argumentantur. II. *D. Pauli, provocantis* ad Cæſarem in Act. 25. 10. non quod de facto ſolùm, ut vult Bellarm. Imperator eſſet Judex Pauli, ſed quod etiam de jure. Nam ſi jure non fuiſſet, peccaſſet Apoſtolus provocando ad judicem non competentem, præſertim cùm nemo cogeret appellare Cæſarem. III. *Virorum Apoſtolicorum*, quorum cervices ſceptro politico nunquam fuêre graves, etiam poſtquam Reges cœperunt aperire portas Regi gloriæ, vide D. Gerhard. lib. cit. §. 446. p. 154. & ſeqq.

Tum *ratione* quoque eadem negativa fulcitur.

Omne membrum Civile ſubjicitur ſuo capiti civili.

Omnis Clericus eſt membrum Civile, Ergò.

Minor patet, quia in omnibus actibus atque contractibus civili-

Digitized by Google

bus cum reliquis civibus participat; Neque ratio reddi poteſt, cur Clericus à vinculo præſtandi debiti & ſimilium actuum exemtus non ſit, exemtus verò eſſe debeat à vinculo ſubjectionis; adde rationes, quibus hanc exemptionem tàm Politiæ quam Eccleſiæ nocere firmiſſimè demonſtravit Arniſæ. tract. de ſubject. & exemt. cleric. c. 2.

§. 17. *Nec obſtant* 1. *Exempla* exemtorum jure gentium Sacerdotum Ægyptiacorum Gen. 47. Levitarum Exod. 30. Gentilium Sacerdotum Ariſt. l. 2. Oecon. Cæſar. de bell. gall. 6. *Non* 2. *Collatio* ſpiritus & carnis cum poteſtate ſpirituali & ſeculari. Etenim 1. à privilegiis quibuſdam particularibus atque beneficiis ad Univerſale jus & juris debitum, non valet conſeq. Par & æquum eſt Miniſterium levari in oneribus, non tamen de jure neceſſarium. 2. Cohanim Ægyptiaci aut præfecti fuerunt ſeculares, ut poſt Junium & Tremell. Piſcatori viſum, qui reddidit Amptleut / aut quod veriſimilius, & Lutheranæ noſtræ verſioni conſentaneum, Sacerdotes ac Hierophantæ, quorum pleroſque à Joſepho ad veri DEI agnitionem converſos probabile facit Pſal. 105. verſus 22. Si prius, nihil concludit argumentum. Si poſterius, laborat conſequentia, quia 1. privilegium fuit, à quo ad jus Univerſale non valet conſeq. quia 2. temporarium eſt tempore famis: ab eo autem quod temporarium eſt, ad id quod perpetuum, iterum nulla conſeq. quia 3. exemtio illa fuit non univerſalis ab omni tributo, ſed particularis ab onere venditionis, quòd non cogerentur agros vendere, cùm aliunde vitæ ſuſtentandæ habuerint ſubſidia. Liberi igitur fuerunt à novo tributo quintæ partis, quia cauſa non erat cur eis imponeretur. Levitas & religioſos politico Magiſtratui fuiſſe obnoxios, patet inde, quia David Zadock & Nathanem vocat ſervos 1. Reg. 1. Salomon loco movit Abiatharem 1. Reg 2. 26. idq; eo tempore, quo rectè ambularat coràm Domino. 1. Reg. 3. 3. Ut rima obſtruatur Bellarminiano effugio, quod excogitavit l. 2. de Pontif. c. 29. arg. 4. cap. 15. contra Barclai. factum Salomonis narrari tantùm non probari. IV. Demq; collatio Spiritus & carnis cum ſpirituali & ſeculari poteſtate ideò inepta eſt, quia nec *æqualis utriuſq; dependentia, nec æquale principium movens*; *Non dependentia*, quia caro ſine Spiritu non eſſe

poteſt,

poteſt, poteſt autem poteſtas ſecularis ſine Eccleſiaſticâ. *Non principium movens*, quia Spiritus nihil habet carnei: |Eccleſiaſtici contra plurimum.

§. 18. Sequitur ipſa officiorum delineatio, quæ tres iterum in lineas coërceri commodè poteſt, 1. *Obedientia* Rom. 13. 1. 2. 5. Tit. 3. 1. 1. Pet. 2. 13. exemplum extat Joſ. 1. 17. & ſeqq. 1. Sam. 22. 14. Cæterùm hæc obedientia limitata eſt, ad ea quæ divinæ legi non repugnant, Act. 5. 29. Exod. 1. 17. 1, Sam. 22. 17. Dan. 3. 18. c. 6. 10 Act. 4 18. *Reddenda ſunt Cæſari, quæ ſunt Cæſaris.* ait Tertull. de idol. c. 13 *benè quod appoſuit, & quæ ſunt DEI, DEO. Quæ ergò ſunt Cæſaris? ſcilicet de quibus tunc conſultatio movebatur, præſtandus ne eſſet Cæſari cenſus annon? ideò & monetam oſtendi ſibi Dominus poſtulavit, & imagine cujus eſſet, requiſivit. Et cum audiſſet Cæſaris, reddite, ait, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt DEI, DEO: id eſt, imaginem Cæſaris, Cæſari, quæ in nummo eſt: & imaginem DEI, DEO, quæ in homine eſt: ut Cæſari quidem pecuniam reddas, DEO temetipſum, alioquin quid erit DEI, ſi omnia Cæſaris?* Et *Chryſoſt.* hom. 71. in Matth. *Tu, cum audis, reddenda eſſe Cæſari, quæ ſua ſunt, illa ſolùm dici non dubita, quæ pietati ac religioni nihil officiunt: nam quod fidei aut virtuti obeſt, non Cæſaris ſed Diaboli tributum ac vectigal eſt.* Hic demum ventilanda venit controverſia de obedientia magiſtratui debitâ in cauſa religionis: *Quid faciendum ſubditis abſolutè ſubjectis, ſi Magiſtratus ſummus infidelis vel hæreticus, ad impia ſacra & falſam religionem cogere velit?* Dico *abſolutè ſubditis.* Si enim Imperium ſit mixtum (quod de Romano contendit Arniſæ. l. 1. doctr. polit. c. 8. p. 148.) & pars aliqua poteſtatis, illa præcipuè, quâ ſi prævaricatus eſſet ſummus Princeps poſſet in ordinem redigi, penes regni proceres manſerit, aliud ferendum judicium. Dico 2. ſit *Magiſtratus ſummus.* Nam aliàs ab intermedio ad ſummum provocare plana via eſt, exemplo Pauli. Reſpondemus I. καθ' ἀρσιν; *non poſſe hujusdi ſubditos reſiſtere armis, ob interdicta clariſſima,* Matth. 26. 52. Rom. 13. 2. 1. Petr. 4. 15. quo ex loco hujusmodi ſtruitur argumentum: Omnis ſubditus bellum inferens Magiſtratui utitur gladio non dato. Quicunque utitur gladio ſibi ex ordinatione divinâ non dato, is eſt ἀλλοτριοεπίσκοπος Ergò. 1. Petr. 2. 19. quem locum reſtringi ad ſolos ſervos, nec veſtigia Chriſti ad exemplum propoſita, nec ratio adjecta permittit. *Ob deinde exempla primitivæ Eccle-*

ſiæ

Digitized by Google

ſtæ, voluntatis Apoſtolicæ maximè conſciæ plurima, quæ damnavit facinus Civis Nicomedienſis, quod Diocletiani & Maximini edictum contra Chriſtianos promulgatum concerpſiſſet. Euſeb. l. 7. c. 5. & Audæ Epiſcopi Perſici audaciam irritatricem perſecutionis, malè & luit & habuit, de qua Socrates l. 7. 8. Theod. l. 5. c. 38. Niceph. Call. l. 16. 19. *Dices*, primitivam Eccleſiam non reſtitiſſe, non quòd jure non potuerit, ſed quòd nervo & facultate reſiſtendi caruerit. Reſpondeo facultatem non defuiſſe, niſi falſum ſcripſerit *Cyprian.* ad Demetriad. *licet nimius & copioſus Chriſtianus fuerit populus, non tamen adverſus violentiam ſe ulciſcitur, patitur*; pertinet huc Heroica *προσφώνησις Mauritij* Legionis Thebææ primicerii. *Quam timui, ne quiſquam quod armatis facilè eſt, ſpecie defenſionis beatiſſimis funeribus manus obviam offerre tentaret.* Certè ſi Jeſuiticæ artes parricidales olim notæ fuiſſent, etiam parvus grex maximam vim infringere potuiſſet. Ob deniq; eventum plerumq; infelicem ejusmodi bellorum, de quo in veritatem ſæpè abiit proverbium, ſpuit in ſe qui adverſus olympum. Confer graviſſimam adhortationem B. Luth. ad Ruſticos, quæ extat apud Sleidan. l. 5. ad ann. 1529. confer. tom. 2. fol. 65 & 456. tom. 3. fol 1138. & 113. II. κατὰ θέσιν reſpondemus cum D. Gerh. tomo de magiſtr. Polit. p. 1303. Alia arma Eccleſiæ afflictæ eſſe relicta 1. preces & jejunia non fruſtra futura, ſed DEUM commotura, ut aut inflectat cor Regis, aut Abrahamum aliquem excitet, qui Lotho ſuppetias ferat, quique bona conſcientiâ vim injuſtam propulſare queat. 2. Apologiam. 3. Interceſſiones aliorum. 4. Fugam. 5. Triumphalem martyrii coronam, videri poteſt Warnung an die L. Teutſchen. p. 470. & ſeqq.

§. 19. II. *Amor* ac fidelitas, cujus exemplum extat ſubditorum de amore certantium 2. Sam. 13. 49. Laudatius in ſubditis Davidem exulem ſequentibus, proq; illo vitam periclitantibus. III. *Gratitudo*, quæ in animo rectè æſtimante onus Magiſtratus, cujus æſtimationis ſpecimen dedit Luther. tom. 1. Isleb. p. 486. f. 2. Nim nun den Text/ vnd laß vns ihn wohl behertzigen vnd behalten/ wider alle ſtoltze vnd hoffärtige Köpffe/ die da gerne regieren wollen/ dann ich wolte/ daß GOtt denſelbigen genug zu regieren gebe. Es iſt ein toll Ding vmb einen ſolchen/ der gern regieret/ dann er denckt/ Moſes iſt ein Fürſt/ ſitzet oben an. Alſo auch ein Fürſt hat ein trefflich herrlich Schloß/

trägt

trägt Edelſtein/ gülden Ketten/ Sammet/ vnd ſperret das Maul auff/ hält ſolches dann gegen ſeiner Armut / geringen Häußlein oder Strohdache / vnd denck't ein Fürſt habe es viel beſſer dann er. Alſo ſihet ein Narr in das Regiment. Aber höre/ wie Moſe drein ſihet/ der ſpricht allhie / ich kan euch nicht allein ertragen/ wie kan ich allein ſolche Mühe vnd Laſt vnd Hadder von euch ertragen? Als ſolt er ſagen / es ſey der Teuffel ein Regent / iſt doch nichts mehr dann Mühe vnd Arbeit darinnen/ je mehr Gewalt/ je mehr Sorge vnd Bekümmerniß: Ich rede vom Regiment an ihm ſelbſt. Moſes ſagt/ es ſeye Mühe/ Laſt vnd Hadder darinne/ er habe nichts davon/ dann daß er von einem jeglichen müſſe getrieben vnd geplaget werden / wil er anders ihr loß werden vom Halſe. Sihet aber ein Regent durch die Finger/ vnd läſſet das böſe vnd die Laſter vngeſtrafft/ ſo iſt er lieb gehalten / derhalben ſind das groſſe Narren / die nur anſehen die groſſe Pracht vnd Ehre/ ſchöne Kleider/ vnd güldene Ketten/ der Fürſten vnd Herren. Wann ſie aber betrachteten/ was an denſelben geſchrieben were / von Sorge/ Arbeit/ Gefahr Mühe / ſo würden ſie ſagen/ vnd wann ſie ſchon eitel Gold hätten/ ſo wolten wir vnſer Hüttlein vnd Strohdächlein dafür nehmen/ vnd ihnen ſein groſſes Schloß behalten laſſen. Und ſagen/ behüte mich GOtt für deinen gulden Ketten vnd Perlen/ dann ſie ſind alſo in der Obrigkeit Stand geſetzt/ daß ihnen der Kützel wohl vergehet. Dann wer ein frommer Fürſt ſeyn wil/ wann ihm die Welt gleich viel Geſchenck gebe/ ſo iſt doch ſeine Arbeit nicht bezahlt / es gehört ein groſſer Lohn dazu. Es iſt ein groſſe Sach regieren/ vnd kein Weiſer begehrts/ viel ein gröſſer Ding iſts vmbs geiſtlich Regiment/ vmb die Seelſorge. Das ſehen die Bauren auch nicht alſo an/ ſondern wie droben geſagt/ ſo thun ſie die Augen zu gegen die Laſt vnd Mühe/ ſo weltliche vnd geiſtliche Regenten außſtehen müſſen / meinen ſchlechtes/ regieren ſey nicht anders / dann mardern Schauben tragen / aber die Laſt vnd Unluſt von den Leuten / vnd dem Teuffel / welchen man muß zum Feind haben/ Item/ Gottes Gerichte / ſo ſie fürchten müſſen / ſehen ſie nicht. Darumb ſagen die Bauren in der Auffruhr. Wir wollen mardern Schauben vnd gülden Ketten tragen/ vnd Rephüner freſſen. Aber es iſt fein gleich gemacht auff Erden/ ſage mir/ wie kan einer ein beſſer/ rüglicher vnd friedlicher Lebenführen / dann ein Bürgers oder Bauers Leben iſt. Concepta ſe exerit. 1. *In oris compellatione* 2. Sam. 14. 7. c. 19 22.

 2. *Geſtu.*

I. *Geſtu*, oſculationis olim Gen. 41. v.40. על פיך כל עמי ſuper os tuum oſculabitur omnis populus, h.e. ut habent LXX. *ἐπὶ τῷ ςόμα-τί σου ὑπακούσεται.* Quod oſculum ſubjectionis ſignum extitiſſe, adeò præfractè negat Druſ. comm. ad diff. loc. Gen. c. 118. ut injuriam facere Spiritui S. contendat, qui Pſal.2. oſculamini per adorare exponunt, non ſine evidenti contradictione, oſculum, ait, apud Hebræos dignitatis fuiſſe ſignum, ut cùm *regem recens creatum oſculo excipimus & admittimus, eiq́; homagium præſtamus.* At verò homagium præſtare, annon eſt ſubjectionem fateri? Sunt qui τὸ ישק de bellicâ ſubjectione exponunt, q.d. ad ſermonem tuum armabitur omnis populus. Satius tamen eſt in primâ ac nativâ ſignificatione manere: 2. geſtu deinde honorificæ inclinationis 1. Reg.1.23.& 31. Confer 2.Sam.14.4. III. *Opere* quo tributa pertinent & vectigalia, Rom.13.7. quæ Tullius ornamenta pacis, ſubſidia belli & nervos Reipubl. appellat, pro L.Manil. *Nec quies gentium ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis, nec ſtipendia ſine tributis haberi poſſunt.* Tacit. IV. hiſt. confer Menenii Agrippæ apologum apud Liv. l.2. *Decimæ an Regibus olim hebræis debitæ?* vide differentem Schickard. de Jur. reg. c.4. theor.15. V. *Vocis atq́; precibus* 1.Tim.2.1. Jer.29.7. Dan. 6.21. Valer. Max. l. 6. c.2. refert anum quandam in Sicilia pro Dionyſii ſalute quotidiè feciſſe vota, rogata cur id contra votum totius civitatis faceret, reſpondit, ne ſi hic abſumtus fuerit, deterior in eius locum ſuccedat. Vitia contraria ſunt I. *Contumax rebellio* atque ſeditio. 2.Sam.20.2. & 3. Num.14.4. & 10 & c.16. per tot. II. *Infidelitas*, cuius extrema quaſi linea patriæ eſt proditio Dan.11. 26. 2.Maccab.3.5. c.4.1. c.13.21. Enorme proditionis exemplum Beſſus fuit apud Curt. l.5. p.m.198. cuius horribilem pœnam Plutarch. deſcripſit in Alex. p.480. VI. *Ingratitudo atq́; contemptus Magiſtratus*, de quo 2.Petr.2.10. Jud. v.8. cuius exemplum in hiſtoria eccleſiaſtica extat apud *Sozom.* l.7.13. de populo Antiocheno ſtatuas Imperatorias deiiciente, fune per urbem ignominioſè raptante, unà cum verborum contumelia, compulſo à Sathanâ. Fertur enim nocte, quæ ſeditionis diem præceſſerat, ſpectrum mulieris viſum fuiſſe inuſitatâ magnitudine & aſpectu horrendum, quod in ſublimi per civitatis plateas diſcurrens aërem diverberabat *ὑπὸ μάστι-γι δυσήχῳ*, ut fieri ſolet ab iis, qui feras in theatro certaturas ad iram provocant.

§. 20. Hæc.

Digitized by Google

§. 20. Hæc omnia tantò ut ſerventur ſanctius, Dominus addit ſpecialem promiſſionem (ob quam D. Apoſtolus hoc præceptum primum vocat cum promiſſione ſcilicet ſpeciali. Nam quæ ſecundo mandato addita fuit, communis eſt ad omnia mandata) cùm ob alias cauſas, quas refert D. Gerh. tom. de LL. § 144. tùm maximè ob æquitatem. Cùm naturæ ipſi congruum ſit, ut qui vitæ ſuæ auctores honorat, ipſe quoque longævitatis remunerationem ſentiat: contra qui eos læſerit, à quibus ut homo eſſet, accepit, jactetur ille miſer & infelix: tùm verò tanquam horrendum naturæ monſtrum ac portentum è medio tollatur citiſſimè. Promiſſionem verò non tàm finaliter excitativam obedientiæ debitæ, quàm eventualiter conſecutivam. Idem enim τὸ למע notat, q. d. honora patrem, quia id jubeo, quod id juri naturæ conſentaneum, atque ſic fiet ut longævus ſis.

§. 21. Promiſſio ipſa duas complectitur partes 1. *Rem promiſſam.* 2. *Locum exhibitionis.* Res promiſſa continetur his verbis למען יארכן ימיך Verbum Jaarichun difficultatem habet, aliis illud tranſitivè explicantibus, aliis intranſitivè. Tranſitivè & activè Jun. & Tremell: Sic autem illi. *Prolongent* videlicet pater & mater, honorem ſibi ex mandato DEI delatum approbantes & benedicentes tibi: quo ſenſu alii alios ſervare dicuntur 1. Tim. 4. 16. Jac. 5. 29. & recipere in æterna tabernacula Luc. 12. 9. vide Eccleſ. 3. 10. Confer Piſcat. in qq. Exod. q. 207. Intranſitiva tamen & Paſſiva ſignificatio veri eſt ſimilior & firmatur 1. *ex interpretatione* infallibili D. Apoſtoli Eph. *6.* 2. *ἵνα ἔσῃ* (pro quo LXX. *γένῃ*) *μακροχρόνιος* non dicit ut Parentes dies tibi prolongent, ſed abſolutè ut ſis longævus. 2. Ex *analogia* ſimilium locorum Deut. *6.* v. 2. c. 25 15. 3. Ex *idiotiſmi conſuetudine,* in quo per frequens activi enallage pro paſſivo. vide-ſis exempla in philol. D. Glaſs. l. 3. tract. 3. can. 23. Res promiſſa duplex eſt 1. *Dierum Longævitas.* 2. *Longævitatis felicitas*: obſcurius quidem poſterius continetur in voce hebræâ. Etenim nomen inde dictum ארכה ſanitatem notat ac medicinam (adeoque per Synecdochen felicitatem) ut obſervavit Pagnin. in Lexic. Clarius verò patet ex 1. *Collatione & explicatione* Sp. S ולמען ייטב לך ut tibi ſit bene. Deut. *5.16.* *ἵνα εὖ σοι γένηται* Eph. *6.* 3. 2. Ex ſenſus ratione, quia hic promittitur longævitas deſiderabilis, qualis non

eſt ea, quæ cum miſeria conjuncta eſt; adde quòd (verba ſunt B. Luth. in catech. maj. p. 437) eſſe aut fieri longævum, non tantùm ad decrepitam uſque ætatem vivere ſcriptura nominat, ſed omnia habere affatim, quæ ad longævam vitam traducendam pertinent, ut eſt proſpera valetudo corporis, uxor & liberi, victus non tenuis aut ſordidus, externa rerum pax, bona & æquabilis Reipublicæ adminiſtratio, & hujusmodi, ſine quibus hæc vita neque jucundè peragi, neque diu conſiſtere poteſt. Jam ergò ſi gravaris auſcultare parentibus, & ab iiſdem emendari recuſas: eſto dicto audiens carnifici. Quod ſi neque huic obedire ſuſtines: obedito θανάτῳ πανδαμάτορι, τῷ κακῶν παίδων διδασκάλῳ. Locus exhibitionis promiſſionis quaſi moralis eſt TERRA quævis, quam DEUS piis in felix hoſpitium prævidit, Eph. 6. 3. accidentalis eſt nominatim terra promiſſa, quam Dominus נתן dans in præſenti quidem quod jus ad rem attinet, in futuro quoad jus in re. Terra ſcilicet Canaan, quam Strabo l. Georg. 16. negat fuiſſe ἐπίφθονον καὶ περιμάχητον, Moſen facilè obtinuiſſe loca, ubi condita erant Hieroſolyma, cùm non eſſent æmulationi obnoxia, nec digna de quibus contenderetur; contra & ſcripturæ S. auctoritatem, quæ parœmiali circumlocutione hanc terram toties terram lacte & melle fluentem nominat (non ſolùm quòd lactiferis animalibus & floriferis ſylvis apum mellificio aptis abundarit, ſed quod rebus omnibus affluxerit, tanquam mundi quoddam ſumen, ut colligere licet è, Num 13. 27. Jud. ſ.18.) & confeſſionem ipſorum Judææ hoſtium 2. Reg 18. 31. & ſeqq.

§. 22. Tres hîc veniunt quæſtiones enodandæ 1. *An longævitas in bonis cenſeri debeat, quòd*, ut habet Greg. Nazianz. longius vitæ ſpatium nobis aliud nihil afferat, quàm ut plura mala partim videamus, partim ſuſtineamus, partim perpetremus? Sunt qui ut nodum ſolvant hanc promiſſionem reſtringunt ad ſolum V. T. ſub quo ſtatus poſt mortem beatus non fuerit, immemores ſcilicet (ut de ipſius hypotheſeως falſitate nihil dicam) 1. *Applicationis* Apoſtolicæ in N. T. quæ Chriſtianis quoque in N. T. illam promiſſionem facit Eph. 6. 2. *Conditionis* etiam ſtatus mortuorum in V. T. quam negare non poſſunt feliciorem fuiſſe vitâ temporali ſaltem ob quietem & refrigerium. Quicquid verò hujus ſit, certum eſt ac indubitatum, longævitatem eſſe inſigne beneficium DEI, ad quam ipſe

ipſe etiam naturæ impetus inſtigat, pronus in conſervationem & ſpeciei & Individui. Quòd ſi in bonis nihil cenſeri debeat, niſi ſit ab omni malo defecatum; conjugium quoque è medio tollatur, bona reliqua, in quibus arctiſſimo nexu cohærent ἅα αὖ αὖ. *Errant illi* (verba ſunt *Lactantij* l. 3. inſtit. c. 18.) *qui aut mortem appetunt tanquam bonum, aut vitam fugiunt tanquam malum, niſi qui ſunt iniquiſſimi qui pauciora mala non penſant bonis pluribus.* Hinc piorum pro longævitate vota Pſ.102.25.

§. 23. Definitâ hunc in modum primâ quæſtione, ſuccedit ſecunda: *An igitur mortem maturam expetere fas ſit atq; pium?* Reſp. diſt. inter votum impatientiæ & ſpei, illud nefas, ex tædio carnali, crucis impatientiâ, laborum fugâ, profectum. Fas hoc atq; pium, profectum ex 1. *deteſtatione* mali cùm inhærentis originalis, tùm actualis, tùm periculi, ne lapſu aliquo homo renatus à gratia DEI excidat, atque in fide non perſeveret. Gratiam namque DEUS ſæpè facit accelerando mortem, ne malitia mutaret intellectum. Sap. 4. hinc matura mors lucrum. 2. *Cupiditate boni*; quietis à labore, triumphi à pugna, patriæ ab exilio, gaudii à triſtitia, montium aſylorum è Sodomâ. Pium proinde votum fuit Pauli Phil. 1. 23. 2.Cor 5.8. totius Eccleſiæ Matth.6.10.13. Apoc.22.17. Nam quis mercator navem habens multis rerum copiis plenam, cùm liceat jam ad portum appellere, tutoque quieſcere, adhuc tamen in mari navigare mallet? Quis athleta cupiet amplius certamen, cùm jam licet coronari? Quis miles cùm jam liceat cum celebritate & trophæis à bello liberari, ac cum Rege in ipſis quieſcere & refocillari regiis, ſuſtineat adhuc in bello ſudare & in aciem collocari? quomodo ergò cupis adhuc in vita conſiſtere, quam adeò amaram vivis? Chryſoſt. in c.1.Phil. Impium contra votum Jobi c.3.3. c.7. 15. c.10. 1. Jon.4 3. fuit. II. Diſting. inter votum abſolutum & conditionatum: illud impium, hoc pium, quatenus & ſubmittit divinæ voluntati. Ideò voto conſummationis regni Chriſti adjungit Salvator aliud votum, Fiat voluntas tua. Atque hoc moderamine evidenter utitur Apoſtolus Phil. 1. 22. & ſeqq. Confer epiſt. conſolat. tædio vitæ oppoſitam à B. Luth. tom. 9. Witt. f. 477. vid. verba Ambroſ. cent. Magd 4. p. 676.

§. 24. Quæritur tertiò: *Quomodo hæc ſibi promiſſio conſtet, cùm*

Digitized by Google

eventus teſtetur, Jacobum *obedientem de brevitate & calamitate vitæ* conqueri Gen. 46. 9. *Contumaces contra ſeneſcere in rerum affluentiâ?* Job. 21.13. Diſtinguimus cum D. Gerh. tom. de mort. §.61. inter regulam ordinariam & regulæ extraordinariam exceptionem. Ordinariè ac ut plurimum evenit filios obedientes implere dies ſuos, eosque longos & felices: contra Abſolones, pueros Bethelicos Eliſæi illuſores miſeram obire mortem. *Unde* ſcribit *B. Luth.* in catech.maj. p.438. *agminatim pullulant & emergunt quotidiè tot facinoroſorum hominum examina, quæ partim laqueo, partim gladio, partim rotâ & igne plectenda & extinguenda ſunt, quàm ex inobedientia erga parentes? Quanta enim hac noſtra* infelici tempeſtate ſtrages in bello liberorum inobedientium edita? Nihilominus DEUS ſibi reſervavit extraordinariam à regula exceptionem, quâ piis non rarò mors præmatura, impiis ſera contingit; illis in beneficium 1 avertendi, I. periculi, lapſus, ne malitia intellectum pervertat, 2. mali futuri, ne prorogato vitæ ſtamine impendentia mala ſentire cogantur 2. Reg.22.2. 2. penſandi vitæ inchoationem perfectione. Hinc regula *Hieronymi, DEUS in Scripturis promittens bona præſentia, carnalia & temporalia, ſi ea non præſtet, dat pro iis longè majora, ſcilicet ſpiritualia & æterna.* Ut ſi cui jugera terræ duo in aſperis montibus & ſterili regione promiſſa eſſent, & in fertilibus campis eis aſſignarentur, non haberet, quod conquereretur de promiſſione non ſervatâ, cùm numero & ſpecie cumulatiora ei perſolverentur. Rivet. explic. decal. p.215. His contra, in ſupplicium, ut quamvis longam vivant vitam, tamen vivant miſeram, dolore, dedecore, conſcientiæ vulneribus moleſtam.

GYMNASIUM CONSCIENTIÆ.

Q. I.

An prolongatio vitæ, & mortis acceleratio conſcienter orari poſſit?

Reſp. Utrobique ſunt exempla Sanctorum; illic Davidis Pſal 102. Hiskiæ, hîc Simſon, Elias, Simeon, Johannes. Licet rogare, non ut Jonas, oculo cæco, corde venenato, monſtroſo appetitu, cùm mors naturaliter non ſit bonum appetibile, etſi quidam Ethnici, Agag, Socrates imperterrito animo adierint mortem,

tem, tamen id factum ex ignorantia comitis illius inferni, Apoc. 6,8. quam Chriſtus horruit. Licet conditionatè, velleitate, voluntate imperfectâ, ordinatè, reſignatè, comparatè, *Melior eſt mors quam vita amara, & requies æterna, quam languor perſeverans.* Eccleſ. 30. v. 17. Orare mortem non voluntate definitâ. Peccant igitur, qui optant ex cæcitate, ut Mileſiæ virgines, ex ſuperſtitione, martyrii ſpe, ut Auguſt. tract. 51. in Johann. Pelagia apud Corn. à Lap. ad Matth. p. 107. & in fine Comm. ad Prophet. minores, non ſic Elias, qui fugit Martyrii coronam, quam conſequi potuiſſet, ſi manſiſſet in Iſraële. 2. Ex affectus impatientia, ut Job, Jeremias, c. 20. Iſraëlitæ, ex fugâ corporalis infamiæ, ex tædio vitæ, ex malitia liberorum, ancillarum, quæ minantur ἀυλογχειὰν, ut obtineant quod volunt, magna DEI longanimitate, cum ejusmodi vota non exaudit, ſed ut Diabolos Matth. 8. non exoratus ſed iratus. vid. Sanct. ad Jerem 20. 14. & ad Job. 7. Theol. Conſc. Dial. 4. p. 123.

Q. 2.

An miles Chriſtianus conſcienter coronam in capite geſtare poſſit?

Expedita eſt hæc quæſtio in part. 2. Lact. Catech. p. 74.

Q. 3.

An omnis φιλοτιμία, honoris cupido ſit in vitio?

Omnis quæ habet pro fine (ὡς οὗ ἕνεκα) gloriam, per ſe divinæ gloriæ rapacem, ſi ſoli DEO gloria E. nulla tibi, à te, at ſi DEUS ſe honrantem iterum honorat gloriæ commeatu, non cupivit, non à ſe accepit, ſed è cœlo. Item, ſi quis ſpiritus ſui, qui eſt in ipſo, merè conſcius, & æquus ſuæ ἱκανότητος æſtimator, alieno jam judicio laudatus, non is honorem ambit, ſed onus angelicis humeris tremendum, dicere illi licet cum Eſaiâ, mitte me. Redolet Deiformitatis rapinam φιλοτιμία, quæ in puero ſtatim renidet, quam ex omnibus peccatis noviſſimum abs ſe receſſiſſe Auguſtinus eſt confeſſus. Huic igitur (ita Auguſt. l. 5. C. D. c. 15. p. 311.) *Cupiditati melius reſiſtitur ſine dubitatione, quam creditur. Tantò enim quiſq; eſt DEO ſimilior, quanto ab hac immunditia mundior. Quæ in hac vita,*

Digitized by Google

vita, etſi non funditus eradicatur ex corde, quia etiam benè proficientes animos tentare non ceſſat, ſaltem cupiditas gloriæ ſuperetur dilectione juſtitiæ, ut ſi alicubi jacent, quæ apud quosq; improbantur. Si bona, ſi recta ſunt, etiam amor humanæ laudis erubeſcat, & cedat amori veritatis. Tam enim eſt hoc vitium inimicum fidei, ſi major in corde ſit cupiditas gloriæ, quam DEI *timor vel amor, ut Dominus diceret: Quomodo poteſtis credere gloriam ob invicem expectantes, gloriam quæ à ſolo* DEO *eſt, non quærentes? Item de quibusdam, qui in eum crediderunt; & verebantur palam confiteri, ait Evangeliſta: Dilexerunt gloriam hominum magis quam* DEI. *Quod Sancti Apoſtoli non fecerunt. Qui cum in his locis prædicarent Chriſti nomen, ubi non ſolum improbabatur: Sicut ille ait, jacentq; ea ſemper, quæ apud quosq; improbantur. Verum etiam ſumma deteſtationis habebatur, tenentes quod audierant à bono Magiſtro, eodemq; medico mentium: Si quis me negaverit coram hominibus, negabo eum coram patre meo, qui in cœlis eſt, & coram Angelis* DEI: *inter maledicta & opprobria, inter graviſſimas perſecutiones crudelesq; pœnas non ſunt deterriti à prædicatione ſalutis humanæ tanto fremitu offenſionis humanæ. Et quod eos divina facientes atq; dicentes, divineq; viventes debellatis quodammodo cordibus duris, atq; introducta pace juſtitiæ ingens in Eccleſia Chriſti gloria conſecuta eſt, non in ea tanquam in ſuæ virtutis fine quieverunt, ſed eam quoq; ipſam ad* DEI *gloriam referentes, cujus gratia tales erant, hoc ſecuti ſunt Martyres, qui Scævolas, & Curtios, & Decios non ſibi inferendo pœnas, ſed illatas ferendo, & virtute vera, quoniam vera pietate & innumera multitudine ſuperarent.* Quanquam & hic divina Pronœa ex veneno theriacam parat, & honoris cupidine virtutem acuit, vitia coërcet, uti demonſtrat Auguſt. l.5. C.D. c.13. coronat etiam ſimulachra virtutum. Romani enim (juxtà Auguſt. l.5. C.D. c.14. p.309.) *Privatas res ſuas pro re communi, hoc eſt republica, pro ejus ærario contempſerunt, avaritiæ reſtiterunt, conſuluerunt patriæ conſilio libero: neq; delicto ſecundum ſuas leges, neq; libidini obnoxij: his omnibus artibus, tanquam vera via niſi ſunt ad honores, imperium, gloriam: honorati ſunt in omnibus ferè gentibus: Imperij ſui leges impoſuerunt multis gentibus. Non eſt quod de ſummi & veri* DEI *juſtitia conquerantur, perceperunt mercedem ſuam.*

Digitized by Google

Q. 4.

An ſemper propria laus ſordet?

Sordet, ſi fluit ex fœdâ cloacâ vitiorum, ſi mendax, ſi alazonia militis glorioſi inanis, ſic Eygen Lob iſt ſchſtens werth. Benè olet, ſi expreſſa eſt neceſſitate, ut Pauli περιαυτολογία, 2. Cor. 12. Finis (ita Calv. ad Corinth. p. 302.) Liberabat eum ab omni calumnia: quoniam non aliud ſpectabat, quàm ut Apoſtolatus ſu honor ſalvus maneret in Eccleſiæ ædificationem, niſi enim imminutus fuiſſet Chriſto honor, facilè tacitus ſiviſſet de ſua exiſtimatione detrahi. Optimè, ſi ab alio extrà te, te non ambiente, non emendicante non per ἀμοιβὰς elogiorum reciprocante virtutem

— — invitam blandè veſtigat & ultrò,
ambit honor, docuit toties à rure profectus
Lictor, & in mediis conſul quæſitus aratris. Claudian.

Verbo, licet non ſe, (ut qui totus in peccato) non temerè ac vanè, non à ſe, non ad ſe. Sed ſua cœlitus accepta dona, donorum labores, laborum precia, fructus atque labores potius, quam fructus. ait Apoſtolus (ita Bernhardus lib. 4. de conſid. pag. 1034.) *Plus omnibus laboravi, Paulus ait non, plus omnibus profui, aut plus omnibus fructificavi, verbum inſolens religioſiſſimè vitans. Alias autem noverat homo, quem docuit DEUS, quia unusquiſq; ſecundum laborem ſuum accipiet, non ſecundum proventum. Et ob hoc in laboribus potius, quam in profectibus gloriandum putavit.* Neceſſitate urgente, quæ ſemper θεῖόν τι, adeoque rarò ad famæ tuitionem, 2. Cor. 10. & 11. plurima & maxima, quæ alioquin mortales omnes latuiſſent, de ſeipſo aperit, & aliorum ædificationem. *Apud diſcipulos* (ita Serar. ad Joſ. part. 2. p. 350.) *magiſter, apud Filios Pater, apud juniores Senior laudes quaſdam ſuas narrare poteſt, vel quod apud illos ipſi auctoritas neceſſaria ſit, vel quod ad honeſtatem illas, ac imitationem exſuſcitare oporteat. Sic Chriſtus Dominus: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Matth. 11. Vos vocatis me magiſter & Domine: & benè dicitis: Sum enim; Si ergò lavi pedes veſtros Dominus & Magiſter: & vos debetis alter alterius lavare pedes.* à Domino auctore, & ad Dominum α & ω. in Domino, 1. Cor. 1. 31. 2. Cor. 7. 17. atque ſic laudavit Caleb. Joſ. 14. 7. & ſeq. *qui* (ita idem Serar. ib.) *DEI gloriam deprædicat, dum cordis eum ſcrutatorem optimum, benefacto-*

Nnnn rumq;

rumq́, remuneratorem oſtendit juſtiſſimum v.9. Obſignatas enim veluti tabulas divini teſtimonij promiſſiq́, præmij recitat, & à DEO ipſo enunciante ac teſtante habet, ut plenè Domino ſe obſecutum dixerit. v.8. Suam quoque tuetur famam, dum alioqui videretur importunus, ambitioſus, & in alios injurius, ſi, cur ſibi, præ aliis, portionem depoſcat, cauſam celaret. Aliis etiam conſulit, quibus reclamandi, obſiſtendi, maleq́, de ipſo ſuſpicandi eſſet alioquin cauſa.

Q. 5.

Quo ſe ſolatio erigat, qui maculatam habet familiam?

Crucis, cujus dolorem, ob exemplum piorum, ipſius Chriſti, (cujus ſtemmati Thamar, Bathſeba inſertæ leguntur) minus acerbum, præſtat ferre, quàm ἐπιχαιρεκακία diabolica inſultare afflicto, quod non niſi ἀπαίδευτος, ac indiſciplinatus homo ſolet. Syr. 8.5. Lutheri hæc ſunt Tom.12. Witt. p.292. Was kan Keyſer König/ vnd alle Welt dazu/ daß zu weilen auß einem löblichen Geſchlechte ein vngerathen Kind/ vnd ein verlohrner Sohn kommet? Es bleibt das Sprichwort wahr/ leſche den Reim Keyſer Friderichs auß/ vnd wie ich geſagt/ iſt das gemein Wort nicht von Gänſen oder vergebens erdacht/ verlohren Sohn vngerathen Kind. Es iſt der Unfall einer auff dieſer Welt/ daß auß frommen Eltern Huren vnd Buben kommen. Kein menſchlich Leichnam iſt ſo ſchön vnd geſund/ es gehet Rotz/ Grind/ Eiter vnd ander Unflat von ihm/ vnd je geſünder vnd ſchöner/ je mehr/ wie man ſpricht/ ſchöne Leut ſind rotzig. Man ſehe die Hiſtorien an/ Keyſer Auguſtus iſt der höheſten/ feinſten Männer einer auff Erden/ vnter welchem Chriſtus gebohren iſt/ Luc.2. Wie ſchändlich wurden ſeine Töchter vnd Näffin zu Huren/ vnd Tiberius ſeines Reichs Erbe/ vnter welchem vnſer HErr Chriſtus gecreutziget iſt/ wie ein ſchändlicher Unflat hernach? Germanicus vnd Agrippina/ Eltern deß Keyſers Caligula/ ſind ſolche treffliche Leute geweſt/ daß ich ſelbs/ wiewohl ein Chriſt/ ſolcher zweyer Heyden Leben/ nicht ohn Jammer leſen kan/ noch iſt von ihnen gebohren der leidige Caligula/ den die Römer mehr dann einen leibhafftigen Teuffel erfahren. Veſpaſianus vnd ſein Sohn Titus ſind ſo berühmt/ daß Titus iſt genent worden/ aller Welt Freude/

Digitized by Google

Freude/ aber ſein Bruder Domitianus/ welch ein grauſamer Teuffel iſt der geweſt. In der heilige Schrifft iſt Adam und Heva/ nach dem Fall from/ Habel auch/ aber ſein Bruder Cain ein gottloſer Mörder/ hernach Nohe/ Sem/ Japhet ſind heilig/ Ham der Sohn und Bruder ein Schalck. Iſaac/ Rebecca/ Jacob from/ Eſau Sohn und Bruder ein Schalck. Und wer wolt es alles erzehlen? Man ſehe allein David an/ der der höheſte und heiligſt König iſt auff Erden/ ſein Sohn Abſolon verjagt ihn und wolt ihn tödten: Summa wer Davids Hiſtorien lieſet/ der ſolt billich weinen und ſagen; Ach HErr GOTT/ gehet es dieſem Könige/ unſers HErrn Chriſti Voreltern alſo/ ſo wil ich ſtillſchweigen/ mich nicht kümmern noch wundern/ ob mein Bruder/ Vetter/ ein Schalck iſt/ wie kan ichs beſſer haben/ dann ſolche groſſe heilige Leute? Was geſchah dem feinen Henrico Quarto, da das verrätheriſche/ verzweiffelt/ mörderiſch Volck/ Papſt/ Cardinäl/ Biſchoff den Sohn Henricum Quintum auch zum Abſolen machten/ daß er ſeinen Vatter umb Leib/ Leben/ Ehre und Keyſerthumb bracht auffs aller ſchändlichſt.

Q. 6.

Παλιγγενεσία *ſpuriorum, ſeu natalium reſtitutio an licita?*

Licita, ex gratia & ſorte Cæſareâ in foro ſoli, vid. Reinking. l. 3. Bibl. Polic. axiom. 32. at in foro poli interiori, ac in genere naturæ non deſinit eſſe ſpurius, qui extrà conjugium natus eſt, ſicut & Principis Filius talis manet, etſi ex matre ignobili natus, nec genealogia Chriſti eximit Rahab à nævo moris. Unde adhuc nomen πόρνης fert. Hebr. 11. 31. cicatrix poſt vulnus manet, nec Evangelium politiam abolet.

Q. 7.

An ad evitandam πολυτεκνίαν, *atq; hinc minutam nimis hæreditatis ac territorij conſciſſionem perſona illuſtris poſſit concubinam pro conjuge ſibi eligere, cujus ſortem proles ſequatur, ignobilem ignobilis?*

DUAR. Abſit! hoc enim fuerit Numini diffidere, benedi-

ctionem divinam (de qua vide D. Dietrich. Conc. 1. ad Eccleſ. 6. p.1852. Theol. Conſc. dial.4.p.123) impedire, naturæ vim inferre, ac ex voluntate viri genituram naturalem diſponere, ne ſit naturalis ereptione, antequam peccaſſet. Ad ſummam, humana prudentia divinæ providentiæ non præjudicat, vid. Reinking. pag.77. nulla auctoritas humana poteſt diſpenſare contrà principia naturæ. vid. Arniſæ.l.1.de Republ.c.4.ſect.4.p.33. conf. Reinking. de Regim.ſec. & Eccl.l.1.claſſ.5.c.11.n.23.p.346.

Q. 8.

Aequumne ſit, inter homines alios alijs eſſe nobiliores, da Adam hackt/ vnd Eva ſpan/ wer war damal ein Edelmann?

Erat tunc ipſe Adam nobiliſſimus. Σὴμ καὶ Σὴθ ἐδοξάσϑησαν, καὶ ὑπὲρ πᾶν ἐν τῇ κτίσει ὁ Ἀδάμ. Syr. 49. v. ult. vid. D. Dietrich. conc. 9. ad Eccl. 10. p. 721. & ſeq. conc. 1. in Sap. 7 p. 683. Vix in omni hiſtoria reperias par Exemplum viri nobiliſſimi cum virtute, maximè humilitate compoſita, quàm Jonathanis, cujus generoſos ſpiritus David celebrat in Epicedio. vid. Bidembach.

Q. 9.

In libb. Sam. [illegible] p.535. Es rühmet David die beede verſtorbene Saul vnd Jonathan/ daß ſie einen Heldenmuth gehabt. dann das iſt nicht der geringſte Ruhm eines Königs vnd ſeiner Kinder / daß ſie ein tapffer Hertz vnd vnverzagt ſeyen. Nun hat Saul viel Krieg geführet/ da Jonathan mitgezogen/ vnd hat zwar mit mächtigen Feinden zuthun gehabt: aber ihr Schwert iſt nicht leer widerkommen/ vnd ihr Bogen hat nicht gefehlet/ vnd da man allein droben im 1. Buch am 14. Cap. ſehen wolte wie ſie ſich gehalten/ vnd an allen Feinden/ wie der Text ſagt/ Straffe geübet/ ſo wird man finden/ daß ſie Kriegsleuthe geweſen ſind/ dann ſie haben nicht nur zugeſehen/ ſondern ſelber Hand angelegt/ vnd mit den Feinden geſchlagen. Sie haben nicht nur Löwen vnd dergleichen Thier in ihrem Schild geführet/ ſondern ſie waren ſtärcker als die Löwen/ vnd geſchwinder als die Adler/ Vnd wiewol allhie zu dieſem mal ſie geſchlagen worden/ ſo iſt doch diß zuloben/ daß ſie ſich auch Todt nicht geſcheiden. Es hätte Jonathan wol außreiſſen können/ aber er wil ſeinen Vatter nicht allein im ſtich laſſen. Er wolt nicht/ daß ſein Vatter vor ihm ſolt umbkommen/ ſondern wil viel lieber ſich ſelbs für ſeinen Vatter todt ſchlagen laſſen. Dieweil aber Saul vnd Jonathan nicht ſtetigs zu Feld gelegen/ wie haben ſie ſich gehalten zur Friedenszeit? Da ſagt David/ ſi ſeyen holdſelig vnd lieblich geweſen. Nun iſt eben ſo wol lobens werth zu Friedenszeit lieblich vnd holdſelig ſeyn/ als im Krieg hertzhafft ſeyn. Gegen den Freunden ſoll man holdſelig/ vnd gegen den Feinden mannhafft ſeyn/ daß vns Freund-

lieb haben/ vnd die Feind fürchten müſſen. Inſonderheit aber Jonathan freundt-lich vnd lieblich gegen David/ vnd nicht hoffärtig/ darumb daß eines Königs Sohn geweſen/ ſondern hat David geliebt/ vnd ſich mit ihm verbunden/ als wann er ſeines gleichen were. & ib. p. 269. Es iſt Jonathan nicht weniger lobens werth/ da er dem David ſo redlich glauben gehalten. Er hätte ihn wol verrathen/ oder vmbbringen mögen/ daran hätte er ſeinem Vatter einen angenehmen Dienſt gethan/ wie er dann ſolches albereit im Befelch empfangen. Dazu weißt er wol/ daß David ſolt König werden an ſeines Vatters ſtatt/ ſo doch das Königreich ſonſten erblich auff ihn ſolte gefangen ſeyn. Hilff GOtt/ was hätte mancher Menſch angefangen/ nur daß er hätte begehren Herr über andere Leut zu ſeyn/ wann einer wider Recht ſolte thun/ ſo ſolt er das vmb deß Keyſerthumbs willen thun/ ſprach Iulius Cæſar, wann ſchon einer ſonſt ſich allerdings wol hielte. Wir wiſſen/ was Joſephs Brüder gethan/ nur daß ihr Bruder nicht ihr Herr werde. Abimelech erwürgete ſibenzig ſeiner Brüder mit dem Schwert/ dazu auch etliche Obriſten in Iſrael/ damit ihn niemand verdrünge. Athalia erwürget allen Königlichen Saamen/ vnd ihres Sohns Kinder/ damit ſie das Regiment in ihren Händen behielte. Es begehret aber Jonathan nicht allein dem David das Königreich nicht zu entziehen/ ſondern thut ihme darzu noch alle Beförderung/ vnd wünſchet ihme Glück vnd Heil dazu. Woher kombt das? er gedencket/ es ſeye der Wille Gottes/ daß David König werde: Dieſem Willen Gottes will er ſich nicht widerſetzen/ darnach hält er den David für tauglicher zu einem König/ dann ſich ſelbſten/ vnd hat ſoviel erfahren an ſeinem Vatter/ daß ihne die Regierung nicht gelüſtet.

Q. 9.

Sitne Duizatio irreverentiæ ſignum?

Ita ſanè inter dignitate impares, nec Patrem à Filio, nec fratrem conſulem à fratre plebeio, in duali compellari, ſed in tertia perſona decorum eſt. Nota eſt reverentia fratrum clientum in Joſephum altorem.

Q. 10.

Fluatne ex jure debiti Pelargia & Antipelargia?

Utique. Ciconiam enim DEUS dedit homini magiſtram, ut & liberos alant parentes ex naturali conſequentia, ut qui dedit formam, det etiam formæ conſequentia.

Pulchrè Theodorus Siculus. Ἀγαθὴ ἡ φύσις διδάσκαλος ἅπασι τοῖς ζώοις ἐστὶ πρὸς διατήρησιν οὐ μόνον ἑαυτῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν γινομένων, διὰ τῆς συγγενοῦς φιλοστοργίας τὰς διαδοχὰς εἰς ἀΐδιον ἄγουσα διαμονῆς κύκλον. Optima Magiſtra natura eſt, cunctis animantibus, non tantum ad ſui, ſed & ad prolis ſuæ conſervationem ut cognata hâc charitate continua ſucceſſio ad æternitatis circulum perveniat.

Digitized by Google

& tamen ex gratitudine iterum alantur ab iſtis. vid. Hugon. Grot. l. 2. de jure bell. & pacis. c. 7.

Q. 11.

An pudenda Noe ſemper tegenda?

Sunt, ſi infrà regionem infirmitatum continentur, non ſunt, ſi proæretica, ſcandaloſa, publicè noxia, gloriæ Numinis adverſa, à Judice ad detectionem exacta, non illudendi animo, qui apparuit in Chamo. Equidem inſcius Actæon vidit ſine veſte Dianam. Præda ſuis Canibus nec minus ille fuit. Si tale quid accidiſſet inſcio Chamo, ſi oculos adhuc ſpectaculo ipſi imprudenti objecto avertiſſet, nihil eſſet in eo, quod ipſi ad culpam imputaretur. Sed illud וירא & vidit, præſertim junctum ſequentibus, indicat aſpectum impudentem, irreverentem & planè voluntarium, quo ad videndum ſubſiſtens, ſciens & volens oculos ſuos hoc ſpectaculo pavit, otioſè & attentè ſpectans atque adeò impudenter irridens. Sed corrigendi & cavendi animo, quàm ſuperſtitioſè Conſtantinus M. dixit apud Theodoret. l. 1. c. 11. Sacerdotum vitia non ſunt populo aperienda, ne ille, inde cauſa ſcandali arrepta, audacter peccare aggrediatur. Quin etiam hoc quoque eum adjeciſſe memorant, ſi ſuis oculis Epiſcopum, cum aliena uxore peccantem videret, ſe purpura ſua facinus tecturum, ne intuitus ejus videntes offenderet. tam religioſè Jacob Labanis, David Saulis, Paulus Petri detexit pudenda. Abutuntur (ita Rivet. in Geneſ. p. 306.) *Exemplo, qui illud applicant piis viris, qui Zelo* D E I *ducti & ſalutis animarum, larvam Pontifici Romano detraxerunt, ne diutius animas catervatim mancipare Gehennæ. Non enim crediderunt, quod in decretis ſuis ſibi Pontifex adſcribit, neminem ei dicere poſſe, cur ita facis? Diſtinct. XL. Can Si Papa C. v. 1. Quin ex ſcriptura didicerant, retegendum eſſe impium illum 2. Theſ. 2. v. 8. quem pro parente non habuerunt, cui deberetur honor, ſed pro Chriſti hoſte, ejusq; Eccleſiam pro meretrice infami, cujus ut omnibus retegeretur infamia, intererat ſalutis publicæ. Quod enim de temporale Babylone ab Eſaia prædictum eſt, ad ſpiritualem pertinet. Retegetur nuditas tua, etiam videbitur turpitudo tua, ultionem ſumam, neque feram obſtare quemquam, mihi cap. 47. verſ. 3.*

Digitized by Google

Q. 12.

An Filius Patrem maleficum poſſit prodere judici ad ſupplicium?

Poteſt, cum ex ſpe animæ paternæ ſervandæ à pœna æterna, tùm ne contagionem conſcientiæ ipſe Filius cogatur luere apud Judicem ſeverum, præſertim ſi maleficium niſi proderetur, publicè eſſet noxium. Hinc ſunt, qui poſito, quod Achanis ſacrilegi Filii fuerint conſcii peccati paterni, ob neglectam categoriam, & proditionem Patris, juſtè fuiſſe concrematos cenſent. vide Thom Aquin. 2. ſecun. quæſt. 68, art. 1.

Q. 13.

Poſſitne Pater in caſu neceſſitatis Filium filiamve in ſervitutem vendere?

Negatur, quia uti Numen divinum eſt harmonicum, cum reliquis virtutibus divinis temperatum, ita poteſtas paterna cum juſtitia & στοργῇ attemperata non poteſt, quod non juſtè poteſt, nec φιλοστόργως. Juſtè non poteſt vendere, quod propriè ſuum non eſt, non peculium ſtudio acquiſitum, ſed donum DEI, juſtè non poteſt puellam innocentem damnare ad pœnam morti ipſi ἰσόῤῥοπον, ac ut jus necis in eam non habet, ita nec mortis civilis: φιλοστόργως non poteſt, quia στοργὴ urget ad extrema potius tentanda in ipſo Patre quàm in Filio. Hinc exempla extant Patrum, ſuam vitam vitæ prolis poſthabentium. Lex Exodica c. 21. 7. *Venite, ſapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur; & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatiſq; nobis egrediatur de terra.* Lex, inquam, hæc tota eſt permiſſiva, (ad Syncopen potiùs ac inducias libertatis, quàm ſervitutis longioris & acerbioris) & hypothetica, ſicut Lex repudii, non abſoluta, atque ejusmodi conditionibus onerata, ut evidenter appareat DEUM nolle prolem venum exponi. Benè hic Eraſm. Marbach. ad Exod. 21. p. 184. *Non vult ita alligatas ſervituti, ut ante ſexennium libertatem conſequi non poſſint: Sed vult poteſtatem habere redimendi ſe, etiam ante ſexennium elapſum. Statuit itaq;, ut ſi quis ſit, qui talem in uxorem petat ſervitutis tempore, herus vel*

Digitized by Google

vel eam concedat redimi, aut a patre, aut ab eo, qui ducere cupit: idq́ ex arbitrio bonorum virorum, qui collatione pretij & annorum, quibus ſervivit, & adhuc ſervire deberet, decernant, quantum hero pro ſatisfactione numeretur: Vel ſi redimendi poteſtatem permittere nolit, aut ipſe eam in uxorem ducat, aut filio in uxorem det, & tractet liberaliter pro more filiarum: quin etiam nihil ei detrahat; etſi filio præter eam aliam uxorem deſpondeat. Quod ſi verò trium horum nullum facere, videlicet non concedere pecunia redimi, non ipſe ducere in uxorem, non etiam deſpondere filio: facit DEVS poteſtatem puellæ, citra etiam voluntatem heri, gratis exeundi è ſervitute, tanquam ſeptimum annum attigerit, & ſui juris compos facta ſit. Præterea vetat ab hero tempore ſervitutis vendi alienigenis, ne ſerviens idololatricis polluatur, & de animæ ſalute periclitetur. Hac lege efficere DEVS apud Iſraelitas voluit, ut aut puellæ non emerentur, quamvis parentes vel ἀστοργίᾳ *vel paupertatis neceſſitate vendere eos vellent, aut emptæ meliore conditione ſervirent, quam viri. Æquum enim ſexum muliebrem propter infirmitatem, cui obnoxius eſt, humanius & lenius tractari, quam virilem, qui magis onera ferre poteſt.* At Corn. à Lap. ad Syrac. 3. hæc infert. pag 97. *Filius cum totum, quod eſt, acceperit à patre, eſt quaſi peculium & poſſeſſio patris. Unde prima parens Eva, primum generans filium, vocavit eum Cain, id eſt poſſeſſio, dicens* קניתי *Kaniti, id eſt, poſſedi hominem per DEVM Gen. 1. Hinc & patri eſt jus herile in filium, adeò ut in neceſſitate eum in ſervum vendere poſſit, ut colligitur Exod. 21. 7. Sancitq́ jus Civile l. 2. C. de patribus qui filios diſtraxerunt. Vide Couarruv. l. 3. Variar. C. 14. n. 4. & Leſſium lib. de Iuſtitia c. 5. dub. 4. in fine.* Jus Civile tueantur ſi poſſunt JCTI; Cornelius verò ſupponit, quod domi ſuæ pro falſo exploditur, filium totum ſui accepiſſe à Patre, animam enim non accepit ex traduce; quod controverſum eſſe poteſt, rectene judicarit Eva, cum Cainum ſibi in poſſeſſionem aſſeruit.

Q. 14.

Quæ veſtis Chriſtianum deceat?

Media inter extrema, qui virtutis locus eſt, ad dextram relictâ ſorde & barbarie, ad ſiniſtram luxu & faſtu. Homo eſt animal mundum & politum, λόγῳ καὶ χάριτι! neceſſitati aliquando parendum, de quâ Luther. Tom. 7. Witt. p. 88.

Alſo

Alſo trug die Königin Eſther ihre Königliche Krone/ vnd ſprach doch zu GOtt/ du weiſt daß das Zeichen meines prangens auff meinem Haupt mir noch nie gefallen hat/ vnd achte ſein wie ein böſe Lauten/ vnd trag ſein nimmer wo ich allein/ ſondern wann ichs thun muß vnd für die Leut gehen. Welch Hertz alſo geſinnet iſt/ trägt ohn Fährligkeit Schmuck/ dann es trägt vnd trägt nicht/ tanzt vnd tanzt nicht/ lebet wohl vnd lebet nicht wohl. Vnd das ſeyn die heimlichen Seelen/ verborgene Bräute Chriſti. Aber ſie ſeyn ſeltzam/ dann es ſchwer iſt/ nicht Luſt haben in groſſem Schmuck vnd prangen. Alſo trug Sanct Cecilia auß Gebott ihrer Eltern güldene Kleider/ aber inwendig an ihrem Leib trug ein härin Hembdt.

Adeundi, qui de re veſtiaria ſcripſere, ac poſt illos (Cl. Bernegg. p.m. qq. in Tacit. p 85. & ſeqq. Ubi inter alia q.90.) arguit nudata mulierum membra, quæ tegi oporteat. Dos mulierum propria eſt *Pudor & verecundia, commendanda fuerint, præſertim cum denudatio tegendarum corporis partium non modo in ſpectatore fomitem libidinum ſuccendat: verum ipſas mulieres quaſi proſtituat, eo quod, ut Gyges inquit, apud Herodotum lib.1.cap.8. mulier exuta tunica, verecundiam pariter exuit.*

Q. 15.

Quouſq; obedientia obliget conſcientiam?

Uſque ad aras, h.e. ſalvo jure DEI & charitatis vinculo. Ideò Saulis ſervi maluerunt DEO, quàm Regi obedire. Sic Capitaneus præſidiarius mavult juſſa Principis captivi negligere, quàm præſidium cum immani totius populi damno. Princeps peccat imperando, quod metu coactus plena voluntate velle non poteſt. Cuſtos arcis non peccat, præferendo principis arcanam voluntatem voluntate præcepti, atque ſic etiam Joab excuſari non poteſt Abſolonum interficiendo, contrà Regiam ἀσυλίαν. *Quoties*, inquit Hugo Grotius ad 2. Sam. 18. p.259. *hæres futurus Regni in Regem arma ſumit illum interire bonorum omnium intereſt, ne quod ex officio fecere luant pro crimine, quia*

Nulla manus belli mutato judice pura eſt.

Ioabus autem non quid præcepiſſet David, ſed quid præcipere debuiſſet ſpectavit, putavitq; minus in hoc facto eſſe periculi, quam ſi Abſolonum Regem pati aliquando coactus eſſet.

Digitized by Google

Q. 16.

Quousq; gratitudo in Evergetas obliget conſcientiam?

Uſque ad aras & charitatis publico bono debitæ officia. In Comitiis Moguntinis à Frid. Barbaroſſa inſtitutis Comes Naſſovius, Vaſallus & Philippi Archiepiſcopi Colonienſis & Abbatis Fuldenſis, hunc illi poſthabuit, Lutherus Carolſtadio promotori ſuo obſtitit, Philippo Flacius, Sturmio Pappus. Uſque ad charitatis officia, inquam, ne ſc. officia ſuperent beneficia, naturalis gratitudo Filii in Patrem finem non habet, quia ejus relationis fundamentum nunquam deſinit, ac in Patre etiam ἀστόργῳ manet, nec parentibus ἴσα reddi queunt. Ideò Ariſtoteles l.8. Eth. c. ult. Parentibus dedit auctoritatem abdicandi liberos, liberis abdicandi parentes nequaquam, eò quod liberi ſemper ſint debitores, neq; unquam beneficiorum paternorum obligationem beneficentiæ ſuæ reciprocatione disjungere, aut exhaurire queant. At voluntaria gratitudo ceſſare poteſt cum ipsâ voluntatis mutatione, ſi ſc. ἴσα (e.gr. à diſcipulo Præceptori) ſoluta ſunt, & hujus beneficia in maleficia degenerant, vel cum maleficia ſuperant poteſtatis ligamen. Unde ne DEO quidem tantum poteſtatis accrevit, ut infinito cruciatu innocentem creaturam torquere poſſit. vide Hodom. Spir. Calv. p.227. Sic Servus Hebræus anno ſeptimo exivit è nexu. Quidni & Cliens? cujus durior conditio eſſe nequit, quàm olim ſervi. Interim generalis beneficentia etiam in iniquos, exemplo Patris cœleſtis præſtanda non cohibetur. Fieri poteſt, ut beneficia inſolentia immodicè pro gratia odium accerſant, & vitam nemo libenter debet. Talis fuit Alazonia Batavorum, cùm (teſte Balæo l.7 vit. Pont) *Adriani celebres ludos dedere, tapetibus ac parietibus aſcribentes, Trajectum plantavit, Lovanium rigavit, Cæſar incrementum dedit. Quibus non malè quiſpiam adjecerat. Hic DEUS nihil fecit!* Horribilis igitur dica ἀχαριστίας ſcripta eſt Argentoratenſibus, à Iodoco Coccio in Dagoberto Rege c. 14 p.126. *Cujus tam eximij beneficij a Dagoberto apud Antiſtites poſitis ab Præſulibus deinde in ſubjectos illis ditionem derivati, utinam memoria in poſterorum Argentoratenſium animis perennaſſet. Efficeret enim fortaſſe, ut Epiſcopis ſe plus adhuc debere intelligerent, ne tam eſſent ingrati, ut cum ſine beneficio Epiſcopo-*

rum

rum nulli eſſent, ipſi tamen non vereantur hujus beneficentiæ, quantum in ſe eſt obſtruere fontem, & ritu viperarum naſcendo vel ipſam matrem diffindere. Sic in ipſum Cæſarem Carolum V. arma movit Mauritius Saxo, quem ille recens Electorali dignitate ornaverat, atq; ſic, arbitro Piaſecio in Chron. pag. 32. *Detentio illa Haſſi Landgravii inconſiderata, omnem tot annorum Imperatoris Caroli V. pro religione Catholica operam impenſamq; evertit.*

Q. 17.

Quo animo ingratitudo ferenda?

Patienti & manſueto, non exulcerato & nemetico; fons beneficii non ideò debet areſcere, ſi non coronetur, v. Luth. Tom. 3. Witt. p. 307. f. 2.

venientibus exitum, occaſionem petendi abſtulit, & variis artibus properantes neceſſitates eluſit? In anguſto verò comprehenſus, aut diſtulit, id eſt, timidè negavit; aut promiſit, ſed difficulter, ſed ſubductis ſuperciliis, ſed malignus & vix exeuntibus verbis. Nemo autem libenter debet quod non accepit, ſed expreſſit. Gratus eſſe adverſus eum quiſquam poteſt, qui beneficium aut ſuperbè injecit, aut iratus impegit, aut fatigatus, ut moleſtia careret, dedit? Ac non longo verborum interſtitio: utiq; non contumelioſè: nam cum ita natura comparatum ſit, ut altius injuriæ quàm merita deſcendant, & illa cito defluant, has tenax memoria cuſtodiat: quid exſpectat qui offendit dum obligat. Satis adverſus illum gratus eſt, ſi quis beneficio ejus ignoſcit. Cato in diſtichis ita præcipit:

Gratior officiis quo ſis, mage charior eſto
Ne nomen ſubeas, quod dicitur officiperdæ.

Abſque hypocriſi. Matth. 6. 1. & ſeq. Quo in loco non damnatur abſolutè Eleemoſynarum elargitio; erat enim illa recepta conſuetudo, qua ne pauperes incerta rogatione oſtiatim vel vicatim eleemoſynas quærerent, pietate ſua reliquis præriperent, cautum eſt, per convocationem publico ſigno dato, ut ominatur D. Chemnit. c. 51. harm. Evang. p. m 771 adde quod lux noſtra coràm hominibus lucere debeat, ſed hypocritica ac ambitioſa elargitio Phariſæorum, qui mimorum inſtar foris ad applauſum ſolebant liberalitatem, atque ex eà ſanctitatem præ ſe ferre, πρὸς τὸ θεαθῆναι, tanquam in theatrum tuba convocantes eleemoſynarios: intus tegebant cor avaritia plenum, ut liquet Matth. 23. 3. Luc. 16. 14. His opponit Chriſtus ſuam cenſuram, atque vult eà ſimplicitate eleemoſynas erogari, ut etiam ipſe neſcias; obliviſcaris tuorum benefactorum, non attendas, non ſupputes, quid, quando, quomodo, aut quoties dederis, ne vel rima obrepenti ambitioni pateſiat: atque hoc eſt ipſam ſiniſtram fallere. Fallendus non rarò is, quem juvare cupimus, (Senecæ conſilio, l. 2. de benef. c. 9.) ut habeat, nec à quo acceperit, ſciat. Dixi, ordinatè, εὐτάκτως. Da primùm tibi, per patrimonium, ne fortè, ſenſu deficiente & ægro deficiat. Da Eccleſiæ, patriæ, Reipubl. egenti, da fidei conſanguineis, da peregrinis, cum tibi fiunt proximi, exulibus paſſivis præ activis, exulibus religionis, h. e. fratribus, præ exulibus delicti: da omnibus, præ iis, quorum quotidiana & vilis eſt copia.

Digitized by Google

Pauperes, ait Chriſtus, ſemper habebitis me meosque diſcipulos non ſemper, vid. part. 2. Lact. Cat. p. 173. V. Finis eſt gloria Patris cœleſtis, per æſtimationem, Luc. 6. 34. dedicationem vaſorum gloriæ vivorum & proximi utilitas. *Pulchrum eſt*, ait Seneca l. 2. de benef. c. 14. *eo conſilio largiri, ut proſis, non ut noceas, nam ſi luxurioſo ad luxuriæ effuſionem, adulteræ ad mercedem adulterij largiendum putes, non eſt beneficium, officere enim illud eſt, non prodeſſe.* Nihil ad ſumptus voluptuarios, ad baſilicas, tempore belli deſtructas; reædificandas. Voluptuaria hęc ſunt, non neceſſaria. Fuit cum Iſraelitę aureis & argenteis vaſis ſpoliati, æreis contenti fuerunt: habuit prima Eccleſia ædes ſacras, non auguſta templa & baſilicas. Perit vivis Sp. Sancti Organis, quod in lapides & marmora impenditur. Quid ſi Eccleſia, unde petitur, ad ſuum quoque majorem ſplendorem largitiones extraneas ambiret? Quis tandem exactionum finis eſſet? Sic habet finis ὡς οὗ ἕνεκα, Finis ὡς τέλος eſt lucrum & retaliatio divina gratuita, qui hauſtum frigidæ compenſabit. In bono hoſpite quæſtus eſt, quod inſumitur, fœnus, quod in cœlo locatur, optimè locatur, longior dilectio, amplius fœnus.

§. 4. Tentationem famis etiam Anteſignano noſtro Chriſto eveniſſe, ideoque iiſdem armis propulſandam. Ut Chriſto Sathan dixit, ſi filius DEI es, dic ut hi lapides fiant panis, q. d. *aut es filius DEI, aut non es. Si es.* Ergò demonſtra aliquo miraculo. *Si non es.* Ergo deſpera, quod fame tibi pereundum ſit, crede vanum ſpectrum fuiſſe, non vocem Patris cœleſtis, quod DEI filii nomen tibi indidit. Reſpondet Chriſtus ex Deut. 8. 3. *dari tertium*, poſſe ſe quovis verbo DEI, id eſt quavis alia re, cui DEUS ad ſuſtentationem benedicere poteſt, victitare. Ita Sathan hodiè adhuc Chriſtiano paupertate & fame afflicto omnibus præſidiis deſtituto (cujus rei hæc Germaniæ conflagratio exempla dedit tragica non credita olim; vix à poſteritate credenda) inſuſurrat, *aut laborandum, aut mendicandum, aut è rapto vivendum, aut αὐτοχειρίαν tentandam, adeoq; deſperandum. Primum* non potes, ob virium defectum; *alterum* non juvat ob hominum inhumanitatem: aut igitur *tertium* (ad quod peſſimi ſuaſores è Scholaſticis exiſtunt Thom. 2. 2. q. 66. art. 7. Dom. à Soto l. 5. de juſt. & jur. q. 3. art. 4. Leſſius de juſt. & jur. l. 2. c. 12. dub. 12. quod ad hunc miſeriæ apicem cùm perven-

tum

tum eſt, bona omnia ſunt jure primævo communia. Etenim quæ jure primævo communia ſunt, non ideò à quovis privato in fraudem partitionis bonorum jure gentium recepta, imo in fraudem legis divinæ mutari poſſunt) aut *quartum* amplectendum, ad quod ſuo conſilio inclinavit Stoa & Stoæ interpres Seneca. *Si neceſſitates ultimæ inciderint, exiliet è vita, moleſtus ſibi eſſe deſinet*, ep. 17. & Epictet. diſſert. l. 9. *ſedetis plorantes & ſolliciti, quid cras comeſturi ſitis? mancipium! Si habueris, habebis: ſi non habueris, abibis: aperta eſt janua.* Verum enimverò his Sathanæ inſidiis opponendum eſt Verbum 1. *Pœnitentiæ*; *Verbum* 2. *providentiæ*: *Verbum* 3 *patientiæ*. Dicendum quadam παῤῥησίᾳ cum ſanctis heroibus Dan. 3 17. *Ecce DEUS meus, quem colo, poteſt eripere me de fame. Quod ſi noluerit, notum ſit tibi Sathana, imagini deſperationis, quam animo depingis, me non aſſurrecturum. Bonum enim eſt manus Domini incidere.*

Hìc urat licet, hic ſecet, illìc dummodo parcat.

§. 5. Vel fertur Hominis Odium in ſucceſſus proximi felices, atq; tum appellatur Invidia (de ſcrupuloſo odii ac invidiæ diſcrimine, de quo prolixè Scal. exerc. 316. ſ. 2. & Manut. in 1. ep. fam. Cic. 1. non eſt quod ſimus hoc loco ſolliciti) ſeu *intenſivè*, quia nimis curioſè videt, ſeu *privativè*, quia ægrè intuetur invidus aliorum fortunam florentem. Eſt verò hic quoque affectus homicida Sap. 6. 24. cùm *proximi*, quantum in ipſo eſt τάσε κτείνων, hinc oculus invidus à Plutarcho βάσκανος, à Spiritu S. πονηρὸς καὶ ἐξοχὴν appellatur. Matth. 20. 15. Prov. 23. 6. Syr. 14. 8. cujus oppoſitum extat Prov. 22. v. 9. Chriſti certè cæſor hic affectus fuit Matth. 27. v. 18. tùm vel maximè *ſui ipſius*, hinc veneno comparatur Sap. 6. 25. putredini oſſium Prov. 14. 30. tineæ à Bernhardo, viperæ à Baſilio, baſiliſco ab Ægyptiis, qui ſe cum in ſpeculo intuetur, repercuſſo halitu propriis telis necatur. Ideò Bernh. ep. ad Adam. *O quisquis es, qui invides ſaluti alienæ, parcito vel tuæ. Si enim ubi invidia, ibi mors, profectò non potes ſimul invidere & vivere.* Eſt verò Invidia *dolor ex contemplatione proſperitatis alienæ digna* (nam indignatio ſine culpa dolet ſucceſſus aliorum indignos) *qui nobis ſunt æquales*, quia non facilè, ubi habet proverbium, ἥλιος τῇ ἑσπέρᾳ invidet. Atqui verò πᾶν ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. Ergò æqualis æquali non invidet, qua talis, invidet autem ob adjunctam inæqualitatem lucri, impedimenti,

Digitized by Google

menti, honoris &c. ut hinc odii ſæpè cauſa ſit *idem velle*. Seneca III. de ira. 34.

§. 6. Eſt deinde invidia malum 1. *per ſe*, quia non perinde, ut alii affectus laudabilem habet mediocritatem. 2. *Sathanicum* Sap. 2. 24. cùm ratione *originis*, tùm ratione *repræſentationis*, quæ in hoc affectu maximè lucet. Unde Baſilius orat. 10. de invid. & od. invidiam pantheræ, μισανθρώπῳ animali comparat. Quæ, ſi illudas, chartaceam hominis ſtatuam opponendo, eam tanquam hominem concerpit; atque hinc quanto ſit in hominem odio, oſtendit: Sic & Dæmon in imagine DEI (homine) quo ſit in DEUM odio, oſtendit; cum ipſum DEUM attingere nequeat. *Invidus jumentum eſt, cui inſidet* Diabolus, ait Chryſoſt. 3. *Monſtroſum*, quia 1. ut eleganti docet apologo Cyrill. l. 2. apol. turbatur in lumine, delectatur in turbine; quia 2. ut habet ib. naturalia quæque ſimilia ſimilibus delectantur, cujusmodi invidia; quæ tempeſtate ac tenebris gaudet? *Invidus* (verba ſunt Chryſoſt. hom. 54. in Joh.) *ipſo Diabolo magis Diabolus eſt. Invidet Sathan, ſed hominibus non ſociis. Tu verò homo cum ſis, invides hominibus, odium adverſus genus, naturamq; communem exerces, quod ne Sathan quidem facit.* 4. *Inutiliſſimum ac damnoſiſſimum* Jac. 4. v. 2. Cujus rei memorabile exemplum refert Suidas p. 647. cum Niconi pugili mille quadringentis coronis è variis certaminibus obtentis ſtatua locata eſſet, id ægrè tuliſſe ejus æmulum, verberaſſe innocentem ſtatuam, perinde ac ſi Niconem ipſum plagis expoſitum ſauciaret: ſtatuam vi verberum quaſſatam locomotam in furentem adverſarium ruiſſe, miſerumque obtriviſſe. 5. *Audaciſſimum*, quia dona divina invidendo, donorum auctorem DEUM malitioſè impetit invidus, liberrimum illud agens in ordinem redacturus, adque calculum & rationes diſtributionis revocaturus. Hinc iterum l. cit. Cyrill. *Verum cum invidentia proſequens quempiam propter bonum, jam principaliter ipſius hoſtis es boni, quoniam cujus gratia eſt unumquodq;, illud magis. Sed cum ipſum bonum ſit DEUS, à quo tanquam à ſuo fonte bonitatis vena manans in omnia derivatur, hinc ſanè convincitur, quod tu hoſtis DEI & boni ſis, & tuipſius ac omnium inimicus.* Affectus invidiæ contrarius eſt Συγχαίρειν. Exod. 18, 19. Num. 11. 29. Luc. 1. 58. c. 15. 6. Rom. 12. 15. ſincera non adulatoria. Contingit namque non rarò in excellenti fortuna conſtitu-

ſtituto, quod Alphonſo Regi, de quo Panormitanus l. 1. de reb. geſt. Alphonſi memorat: quod cum è Sicilia ſolviſſet, aves Gaviæ facto agmine tanquam ſalutabundæ circumvolitarint. Non, inquiebat Rex Alphonſus, hæ aves ex ſe tam officioſæ ſunt, ut hunc nobis honorem deferant; velut comitando, ſed expectant, dum aliquid projiciatur: ubi projectum quid fuerit ad prædam, celerrimè id rapiunt & defugiunt. Mox firmiore vultu Alphonſus ad ſuos verſus, his avibus aliquot è meis ſunt ſimilimi, hiant ad munera. Ubi præda in manu eſt, ab obſequiis ſe ſubducunt, nec redeunt, niſi nova munera eſuriant.

§. 7. Hactenus odium gratuitum, ſequitur irritatum & excitatum, quod Vindictæ Cupiditas eſt & Ira. Affectus iterum lethiferus ac homicida, ut liquet ex Syr. 30. 26. Chryſoſt. hom. 15. in Matth. iram radicem homicidii appellat; hinc Phyſicorum proverbium, τὰ ἄχολα (utpote cervus) μακρόβια. Alexander M. inſtar omnium ſit exemplorum, fortunæ; non tamen ſui affectus victor; per quem & amicis necem intulit, & vitam ſibi accîdit. Eſt ira *affectus ab & in appetitu iraſcibili elicitus, natus ex ſui vel eorum, quæ ex ſe ſpectant (α) contemtu ac injuria, (β) depulſionis cauſa.* (α) qui contemtus Græcis triplex eſt 1. καταφρόνησις, deſpectio ſine alterius incommodo. 2. ἐπηρεασμὸς, inſultatio bellica, ab ἄρης, ſine noſtro commodo; aliorum tamen incommodo. 3. ὕβεις, contumelia, cum quis damno cum dedecore afficit alium ſine ſuo emolumento, ſed ut voluptatem capiat ex alterius damno. (β.) vide Scal. exerc. 313.

§. 8. Admittit hic affectus laudabilem mediocritatem. Eſt enim Ira, ut notat Greg M. l. 5. Moral. *duplex, una*, quam impatientia excitat; *altera* quam Zelus juſtitiæ format (Non enim quærendum, utrum quis iraſcatur, ſed quare? *iraſci enim peccanti, ut corripiatur, contriſtari pro afflicto, ut liberetur, timere periclitanti, ne pereat; nullus ſanæ mentis reprehendet.* Auguſt. XIV. de Civ.) *illa* prior interdicta. Levit. 19. 18. Matth. 5. 22 Rom. 12. 19. Gal. 5. 20. Col. 3. 8. Jac. 1. 5. *hæc* permiſſa, Pſ. 4. 5. Eph. 4. 25. Jac. 1. 9. exemplis ſanctorum confirmata, Moſis Exod. 11. 8. c. 16. 20. c. 32. 19. Num. 16. 15. 2. Sam. 13 21. Nehem. 5. 6. Tob. 2. 14. Marc. 3. 5. Joh. 11. 33. Act. 17 16. Ejus extrema ſunt 1. Lenitudo. 2. ἀκροχολία, 3. πικρότης. 4. Furor. Malum itidem eſt Ira

Digitized by Google

1. *Sathanicum* Apoc. 12. 12. 2. *Horribile*, præſertim cum flamma in exteriora membra diffunditur, totum vultum deformat & omnia quaſſat membra. 3. *Inſanum*, non ſolum quia ira furor brevis eſt, & iracundus hoc deterior eſt energumeno, quò magis ille voluntariè agit: ſed & quia rationis uſum hebetat, adque beſtialem immanitatem hominem proximè abjicit. 4. *Mater* denique & radix ſecuritatis, blaſphemiæ, ſuperbiæ, cædis, calumniæ, &c.

§. 9. Domitrix & dominatrix hujus feræ eſt MANSUETUDO, virtus contraria, conſiſtens 1. *in patientia & longanimitate* præcepta Matth 5. 22. hoc enim eſt maxillam præbere, ſicut os præbere Latinis patienter eſt ferre, concoquere injurias leviores: non ad effectionem operis, ſed ad præparationem cordis, ut exponit Auguſt. Gal. 6. 2. quem locum eleganter è cervorum ingenio illuſtrat iterum Auguſt. Pſ. 129. *Dicuntur cervi*, cum ſcribit, *quando tranſeunt freta in proximas inſulas paſcuæ gratia, capita ſuper ſe invicem ponere. Et unus qui ante eſt, ſolus portat caput & non ponit ſuper alterum. Sed cum ipſe defecerit, tollit ſe ab anteriore parte, redit poſterius, ut & ipſe in altero requieſcat, & ſic portant omnes onera ſua & perveniunt ad quod deſiderant, & non patiuntur naufragium, quia quaſi navis eſt illis charitas.* Itaque charitas portat onera, ſed non timeat, ne prematur talibus oneribus. 2. *Contemtu* & diſſimulatione injuriæ levioris, exemplo Saulis. 1. Sam. 10. 27. 3. *Reconciliandi ſtudio maturo*, ne in πικρότητα ac in nervum res erumpat, quod Pauli monitum eſt Epheſ. 4:26. De Johanne Eleemoſynario Archiepiſcopo Alexandrino refert Leontius in ejus vita, quod cum quadam die in Nicetam Patricium irâ, licet juſtâ, commotus fuiſſet, ut ſe ante veſperam ei reconciliaret, ad Nicetam miſerit Presbyterum ſuum, qui ei diceret, *Sol jam eſt in occaſu, vir maxime venerande*; quo ſtimulo compunctus Nicetas ad S. Johannem accurrerit, & uterque ante ſolis occaſum in mutuos ruerint amplexus. Ubi in reconciliandi ſtudio nihil à dignitate ſua alienum fecerit, is qui offenſus eſt, ſi reconciliationis fecerit initium exemplo cœleſtis patris. 2. Cor. 5. 4. *Provocatione ad tribunal* ſuperius, cum divinum per preces, tum humanum per legitimam legis viam: de provocatione antiqua ad vallem Joſaphat, vide ſis eruditè ac polixè differentem Joh. Hering. diſcurſu pecul. de appellat. cit. & compulſ. ad judicium DEI in valle Joſaphat.

phat. 5. Denique *prudenti cohibitione iræ* ac vindictæ propriæ intra viſcera parturientis per preces, moram; aut Auguſti viginti quatuor literis, aut triginta diebus Theodoſii definitam, deniq; jugem militiam, de qua hunc in modum Megalander noſter Lutherus ſcribit tom. 1. Jen. fol 252. Dieweil dann niemand lebt auff Erden/ dem GOtt nicht zufüge einen Zeiger ſeinen eigenen Zorns vnd Boßheit/ das iſt/ſeinen Feind vnd Widerpart/der ihm leid thu an Gut/Ehr/ Leib oder Freund / vnd damit probirt / ob auch noch Zorn da ſey / ob er dem Feind könte hold ſeyn / wol von ihm reden / wol thun / vnd nichts übels wider ihn fürhaben. So komme nun her / wer da fragt was er thun ſoll/ daß er gute Werck thue/GOtt gefällig vnd ſelig werde. Er nehme ſeinen Feind für ſich / bilde denſelben ſtetiglich für ſeines Hertzens Augen / zu ſolcher Ubung / daß er ſich daran breche vnd ſein Hertz gewinne/ freundlich von demſelben zugedencken/ ihm das beſte günne/ für ihn ſorge vnd bitte/ darnach wo die Zeit iſt/ wol von ihm reden vnd wol thun.

§. 10. Hactenus Odium in affectu; ſequitur odium in exterioribus ſignis animi indicibus Prov. 27. 19. *linguâ amarâ*, Prov. 1. 2. & 5. *rixoſa*. Rom. 1. 29. Gal. 5. 10. Eph. 4. 31. *maledica* 2. Sam. 6. 16. Matth. 5. 32 2. *geſtu irato. invito*, quod Chriſto eſt Raca dicere. Matth. 5. 32. qua de voce videndus Hieron. in l cit. Druſ ad c. 5. Matth. præterit Martin. in lexico: præcipuè B. Luth. tom. 4. Witteb. p. 29. cum ſcribit. Wer aber Racha heiſt/iſt ſonſt geſagt/daß es deute allerley Zeichen/ſo man beweiſet auß zorn gegen dem Nechſten/als wañ einer maul vnd augen von ihm wendet/oder frölich iſt/vnd in ſein fauſt lachet/wenn es ihm übel geht/oder ſich ſonſten ſo erzeigt/daß er ihm wol günne/daß er gar verdorben wer. quo etiam pertinent ψιθυρισμοὶ. φυσιώσεις. 2. Cor. 10. 20. γογγυσμοὶ Phil 2. 14. Luc. 15. 2. μυκτηρισμοὶ. Luc. 16. 14. & ἀσχημονεῖν de quo 1. Cor. 13. 5. exempla vide Gen. 4. 6. c. 31. 2. Hinc comparatio oris litigioſi cum rebus lethiferis. Pſ. 57. 5. Prov. 25. 17. Jer. 9. 8. c. 18. 18. Opponitur huic vitio *humanitas*, affabilitas, φιλανθρωπία, φιλι-ευχία mandata 2. Cor. 6. 6. Eph. 4. 29. Phil. 4. 8. Col. 3. 12. c. 4. 6. 1. Pet. 3. 8. Conſiſtit in *amica* 1. *ſalutatione*. Matth. 10. 12 Gen 43. 27. Exod. 18. 7. 1 Sam. 30. 21. Rom. 16. 3. & ſeq. 2 *reſponſione*. Syr. c. 4. 8. c. 41. 24. Proverb. 15. 23. 3. *informatione*. Pſ. 141. 6. Prov. 15. 2. c. 16. 12. 2. Tim. 2. 24. 4. *Conſolatione*. Eſa. 40. 2. 5. *Conviviis* & converſationibus. Syr. 3. 14.

c. 32. 1,

Digitized by Google

c.32.1.& ſeq. c. 6.6. Eſt virtus hæc itidem 1. *θεομίμητος*. Exod 33.11. Pſ.106 1. Pſ.34.9. Zach.1.13. Thren.3.25. Tit.3.4. 2. *Chriſtiana*, utpote in Chriſto conſpicua. Luc.4.22. Matth.11.29. à Chriſti amatoribus unicè amata. Geneſ.43.27. 2.Sam.1.23. 3. *Angelica*. Luc.1.28. Tob.5.11. 4. *Verè humana & pulcherrima*. Syr.40 21. 5 *Vtiliſſima*, favoris & gratiæ conciliatrix, & quædam quaſi excantatrix malorum affectuum. Prov.15.30. c.16.24. Quid? quod M.Antonius ſuaviloquentia vel ipſum mucronem hoſtilem obſtupefecerit; vide Valer. Max. l. 8. c.9. exempl. 2. Cavendum tamen, ne humanitas hujusmodi ſit *hypocritica*. Pſ.28.3. Pſ.55.21. Syr.12.16. qualis fuit in Labane Gen.31.27. Joab, Judà, Abſolon, & *adulatoria*, quæ quia in aulis frequens, adulatoria dici non male poteſt, quæ peccat vel 1. *loquendo*, cum laudat aut præſentes, aut indignos, *Nolo eſſe laudator, ne videar eſſe adulator*, ait Tullius l. 1. Rhet. & coci inſtar id unum agit, ut ſermo ſapiat, quomodo digeratur, nihil penſi habet. 2. *Tacendo*. Adulator namque eſt etiam qui tacet & dat conſenſum ne offendat illum, quem cupit habere propitium, Beda l.1. in Luc. non temerè fuere Apoſtolorum linguæ igneæ in Senatu pentecoſtali, non papyraceæ aut butyraceæ. Confer Exod.23.2. Senec. lib.3. de ira c.3. Huic virtuti ut adulatio in exceſſu opponitur, ita in defectu *μισανθρωπία*, qualis olim in Timone, de quo Plutarch. in Anton. & Sabellius l. 2. c.2. & hodie num in Indiæ quibuſdam populis, verſus Peru qui *Vri* nuncupati, hominum fugitivi, rogati, qui nam ſint, reſpondent, *non ſe homines eſſe, ſed Vros*, ſi fides Joſepho Acoſtæ l.2. de novo orbe.

§. 11. Tandem adhuc ſupereſt Odium in effectu, ipſa ſcilicet *manuum violentarum illatio*, quæ duplex eſt, vel *reflexa*, in ipſum agentem, vel *tranſiens* in Subjectum aliud. *Reflexa*, *αὐτοχειρία* eſt, ſui læſiva, vel *ſine*, vel *cum mortis periculo*: *ſine mortis periculo*, quo pertinet *mutilatio corporis*, cujus quidem homo Dominus non eſt, eſt tamen cuſtos, ut quemadmodum licet Magiſtratui in cuſtodiam vitæ fortunarumque homines è medio tollere, ſed damnatos prius & convictos, ita etiam homini cuivis ſit integrum amputare membrum in cuſtodiam vitæ, ſed putridum (quod perinde ut oculus in cadavere apud Ariſt.l.2. de an.c.1.t.9.l.1. de gen.anim.c.19. *ὁμωνύμως* tantum membrum eſt, ſed damnatum à medico. Atq;

ideò

ideò ſtulta opinione recti peccarunt, qui religionis olim prætextu membra mutilarunt, ſequemetipſos evirarunt, ac, ut Chryſoſt. loquitur hom 63. in Matth. σατανικῆς ἐπιβουλῆς ἔργον fecerunt. Nec ut illi opinabantur, ſententia Chriſti erroris hujus patrona eſt, quæ extat Matth, 5.28. quæ intelligenda vel 1. *metonymicè* de ipſa affectuum malorum correctione, vel 2. *ſynecdochicè* de iis negligendis quæ nobis aut chariſſima ſunt, aut utiliſſima; vel 3. *exaggerativè*, nempe ſi aliter ſcandalum effugere non poſſes, quin oculum erueres, hoc potius facias. Confer Galat. 4.15. Ad hanc claſſem jejunia, carnisprivia, flagellationes, & pœnitentiæ Antichriſtianæ aliæ referendæ, de quibus ſatis jactanter ſcribunt Jac. Gretſer. l. 2. de diſcipl. c. 8. Jerem. Drex. part. 1. Triſmeg. c. 6 c. 4. Vide contra illos Zeæman. Carnificinam Eſauit. & Balduin. l. 4. caſ. conſ c. 1. caſ. 7.

§. 12. Cum *mortis periculo*, quæ iterum duplex eſt, *vel naturalis*, cum auctor propricidii eſt cauſa per ſe & directè ſibi mortem propria manu inferens, motus vel *ambitione*, vel *timore*, vel *devotione*, vel *tædio vitæ*, vel *vulnere conſcientiæ*, vel *metu reprobationis*, vel *impatientia*, de quibus modis Balduin. l. 3. caſ. conſc. c. 4. vel *moralis* 1. per *indirectum influxum*, adeoq; per 1. *maturius acceleratam mortem*, ſeu vino, ſeu venere, ſeu ira, ſeu triſtitia, ſeu affectu quovis alio non moderatè cohibito, cujus rei exempla extant apud Valer. Max. l. 9. c. 12. 2. *Cooperationem* (non ad mortis præparatoria, licet namque reo applicare ſe executioni, ſcandere ſcalam patibuli, bajulare crucem, id enim niſi fecerit, ordinationi divinæ reſtiterit: atque ideò hoc nomine rectè confutavit Alfonſum à Caſtro Dominic. à Soto l. 1. de juſt. & jur. q. 6. & l. 5. q. 6. art. 4. ſed) *ad mortem ipſam*, hinc quæſtio eſt, e. g. *an tonſor damnatus ad ſanguinis ex omnibus venis emiſſionem, ſine peccato poſſit hoc ſupplicium de ſe capere, non imperitiam carnificis expectare?* Hic Stoa *affirmativam* rurſus habet. Si *altera mors*, inquit Senec ep. 70. *cum tormento, altera ſimplex & facilis, quid ni huic injicienda ſit manus? quemadmodum navim eligam navigaturus, domum habitaturus, ita mortem utiq;, quâ ſum è vita exiturus meliorem.* Hinc ſub Tiberio, Nerone, Domitiano commune erat mittere Tribunum aut Centurionem, & extremam neceſſitatem denunciare. Si quis pareret & mortem occuparet, manebant teſtamenta, juſta funeris, *pretium*, ait Tacitus, *feſtinandi.* Sin autem moraretur, imminebat carcer, carnifex, laqueus, gemoniæ, fiſcus. *Noſtra mens eſt*, ſive

permiſerit Judex αὐτοφονίαν, & electionem inter modos morien concellerit, ſive juſſerit crudeliter (crudele enim eſt ſuppliciu quod inuſitatè vel præcipitur, vel infertur, ut rectè diſputat Th mas 2. 1. q. 159. art. 3.) mori, revera peccari. Nam omnibus il modis αὐτοχειρία & revera peccatum committitur. Aliam rati nem reddit Domin. à Soto, quod non poſſit idem ſimul eſſe age & patiens. Sed hæc ratio non militat, quia nec vera eſt, nec rem præſentem pertinet. *Non vera eſt*, quia ſecundum aliam p tem idem eſſe agens & patiens poſſibile eſt, ut cum quis gladic interimit, agens quidem eſt & patiens, ſed ſecundum aliam atq aliam partem. *Non huc pertinet*, quia hic non quæritur de actio bus naturalibus, ſed moralibus. Μετάβασις igitur eſt vitioſa, cu ex domo Phyſicâ affertur probatio concluſionis moralis. *Di* minus malum eligendum præ majori, quod ſi igitur mitior fue mors, quam tu tibi tuleris, præferenda erit atrociori, quam ca nifex eſſet illaturus. Si licet magiſtratui (judicium hoc eſt I phi) occidere, cur non etiam tali vel tali modo & manu? Reſp. 1. minus malum morale præ majori pœnali eligi nequaquam d bet, quia peccare nullo obtentu aut prætextu licet. Etiamſi en illa αὐτοχειρία præcepta, pœna ſit, tamen ſibi culpa eſt: pœna eſt, ſuſtinetur, culpa ſi à ſemet infertur. *ad* 2. non quæritur, quid jud poſſit, ſed quid damnatus? deinde judex nullus poteſt omni, q lubet, modo damnare, nam inuſitatus ille modus nimis crude eſt. III. per ἀνεμποδισίαν. Si cum fugere periculum mortis poſ ac debeas per prudentiam, non fugias per audaciam. In qua αὐτοφονίας claſſem aſcribimus 1. *valetudinis ſuæ neglectores*, ac decoct res, qui artem medicam ſusque deque habent, cum ægrotant, a cum ſani ſunt, nulla officii ratione coacti locis infectis ſe comm ſcent, falsò perſuaſi, cum vitæ terminus fatalis ſit, ſive medi utaris, ſive minus, perinde eſſe; vide de termini ultimi deſtinati ne D. Gerh. com. de mort. c. 7. p. m. 93. & ſeqq. 2. *Milites audaces*, q cum fugere poſſent, cum Varrone Liviano, cum Paulo collega p rire malunt. 3. *Martyres audaculi*, qui itidem cum declinare peric la poſſent, cum Athanaſio, iis ſe immergunt, [illegible] cum Judæorum illis adoleſcentibus apud Joſeph. l. 17. antiq. c. Sunt alii caſus indirectæ αὐτοχειρίας, quos proponit ac definit Le l. 2. de juſt. & jur. c. 9. dub. 6. n. 27. & ſeq.

§.13. E

§. 13. Eſt verò αὐτοχειρία hujusmodi, peccatum 1. *crudeliſſimum*, longeque gravius homicidio in alium tranſeunte. *Nullus tam crudelis homicida eſt, quam qui ſibi non parcit*, ait B. Luth tom. 4. fol. 42. Quò enim objectum cæſum nobis debebat eſſe charius, hoc ejusdem violatio eſt atrocior. At verò nemo ſibimet ſeipſo charior eſſe debet, eſt enim propria charitas norma charitatis alienæ. Marc. 12. 31. Quanquam φίλαυτον εἶναι ſuorumque affectuum rivalem, grande ſit nefas, πάντων ἁμαρτημάτων αἴτιον, ipſo etiam Platone teſte l. 5. de LL. tamen ſi prima naturæ momenta per gratiam Spiritus Sancti corrigantur, amor ſui non ſimpliciter eſt prohibitus, hinc Ariſt. diſtinguit inter φιλάγαθον & φίλαυτον, inter φίλαυτον εἶναι, & φιλεῖν ἑαυτὸν. 2. *Monſtroſiſſimum*, utpote juri naturæ è diametro contrarium. αὐτόχειρ enim ſuum cuique non tribuit; non 1. *ſibi*, quia, cum ſummum amorem debebat, eum defraudat, ac indemnatum occidit; non 2. *patriæ* cujus ſe cuſtodiæ & uſui ſubducit; non 3. *ipſi rerum naturæ*, quæ tantum non tubeis clamoribus vociferatur, omnia cupere eſſe, omnia fugere hoſtem ſui, ſc. interitum: non 4. DEO, cujus ſolius eſt dominium vitæ & necis, quo invito aciem ille ſuam deſerit. Atque hinc ſequitur, monſtrum opinionis foviſſe Gymnoſophiſtas, qui expectatam mortem pro dedecore vitæ habuerunt, teſte Curtio l. 8. p. m. 347. 3. *Inſaniſſimum*. Si enim vitam fugit ob *fugam malorum, maximo demum ſe malo implicat: ſi ob peccata præterita, hac vita magis opus eſt, ut poſſint pœnitendo ſanari: ſi deſiderio vitæ melioris, reos ſuæ mortis, melior poſt mortem vita non ſuſcipit*, ut ratiocinatur Auguſt. l. Civ. 26.

§. 14. *Num igitur*, inquies, *peccarunt* 1. Chriſtus, qui propria vi ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. 2 Simſon. 3. Eleazar. 1. Maccab. 6. 43. 4. Razias. 1. Maccab. 14 42. 5. Fœminæ, quæ tempore perſecutionis, ut inſectatores pudicitiæ ſuæ devitarent, in flumen ſe abjecerunt; exempla legas licet apud Euſeb. l. 8. 12. & 17. Ambroſ. l. 3. de Virgin. Pallad. in hiſt. Lauſiaca c. 150. 6. Qui ne in ignominioſam inciderent ſervitutem ac perpetuam, propricidio libertatis januam aperuerunt, vide Juſtin. l. 16. 5. exemplum extat 1. Reg. 16. 18. Num 7. graſſante incendio, ſi non ſuppetat alia ratio, tam horrendæ mortis evadendæ, non poſſit ſe quiſpiam è ſublimi per feneſtram demittere, cum ipſa etiam animantia hoc ſe modo tueri ſoleant. Num. 8. damnandi illi, quibus gladium, reſtim, aquam, melan-

cholia, phreneſes, morbi vehementia ſuggeſſit? Num. 9. illi, qui inter preces, quibus Chriſto animam commendant, manus ſibi inferunt. Num denique non liceat mori pro alio? Reſp. *ad 1. & 2.* exempla Chriſti & Simſonis huc non pertinere, quia *moraliter* non ſunt *αὐτοχειρίαι*. Sicut enim Phyſicè parricidium commiſiſſet Abraham, quia pater filium interemiſſet, moraliter tamen parricidium non commiſiſſet, quia juſſu ejus fecit; qui cum ſit Dominus, etiam innocentem (non omni innocentia, ſed illâ, ob quam alias gladio homines ſolent occidi) mactare poteſt & vita privare. Ita Chriſtus & Samſon ſuæ mortis fuerunt auctores, ſed ethicè non fuerunt *αὐτόχειρες*, quia 1. Chriſtus utpote DEUS fuit Dominus ſuæ vitæ, ob cujus dominii defectum diximus *αὐτόχειρες* peccare. Quia 2. Samſon *fortiter* obiit, ut expreſsè habet hiſtoria judicum c. 16. v. 30. perinde ut ſi vir fortis ſe in confertiſſimam Turcarum aciem inferret, in vindictam gloriæ divinæ. *Fortitudo* enim eſſentialiter conſiſtit 1. in mortis bellicæ propulſatione cum fiducia victoriæ conjunctâ. 2. in ejusdem tolerantia, ſi quid humanitus ei accideret. *Prior* conditio non eſt in *αὐτοφόνοις* aliis, qui nulla ſpe victoriæ erecti ſe lucis uſura ſpoliant. *Vtraq;* fuit in Samſone, *prior*, quia nixus fiducia in DEI omnipotentiam miraculoſa. Heb. 11.32 ſperavit & hoſtes ſe ulturum & evaſurum, ſicut eluctari alias conſuevit. Ideò etiam à DEO petiit v. 28. non tàm robur, quia capillos roboris ſigna jam ante receperat, quàm conſervationem vitæ ſuæ in hoc periculo. *Poſterior*, quia affectus plena oratione, dixit, Moriatur anima mea cum Philiſtæis, q. d. Rogo te DEUS, ut hoc è periculo me eripias, vel ſi me vis in eodem occidere, Ergò moriatur anima mea cum Philiſtæis. Ita etiam vir fortis diceret: Juva me DEUS in hoc bello, ut cum victoria vivus redeam, ſin minus ita tibi videbitur, nec mihi vita mea erit tanti. *Ad III.* Non fuiſſe ibi mortem certam, poterat enim aliter cecidiſſe bellum: nec erat neceſſarium, ita cadere, ut ſub ea maneret percuſſor. *Ad IV.* Reſpondet Rivetus in Explic. Decal. pag. 277. *Hoc factum etſi quidam Pontificij cum facto Samſonis componant & eadem ratione excuſent, qua de diſputant Nicolaus de Lyra & Burgenſis, nulla tamen eſt inter eos comparatio; nec rationes ab Authore allatæ, indicant, eum tali ſpiritu motum fuiſſe, quo Samſon; videtur*

videtur enim potius permotus fuiſſe humana quadam conſideratione honoris & familiæ, quam gloriæ DEI. *Ideò Auguſtinus factum illud multis in locis damnat, & cauſas, quibus adductus fuit. Serarius in locum allegatum, rationes Auguſtini profert, ſed cum ea præfatione, quam non poſſum ſilentio præterire, quia inſigne eſt Jeſuitæ impudentiæ teſtimonium.* Si quæ noſtri ævi ſectariis eſt, inquit, Auguſtino mens levior fuiſſet, unico penè verbulo totum hoc exemplum profligaſſet, è libro dixiſſet Apocrypho eſt, non habente ſummam, de qua Chriſtianis laborandum ſit, authoritatem, Nego in Canonicis Scripturis ullum qui ſe occiderit Raziam inveniri. At non ita doctiſſimorum ille Patrum doctiſſimus, ſed aliud quidlibet potius reſpondet. *Hæc illè, qui cùm alias Auguſtini reſponſiones fuse explicet, ſtudio non tantùm omiſit exceptionem contrà authoritatem libri, ſed auſus eſt præfari, nihil tale Auguſtino in mentem veniſſe, At in eodem illo opere contrà Epiſt. Gaudent. l. 2. c. 23. ex quo deſumpſit ea, quæ ex Auguſtino citat, hæc verba habentur.* Noſtrum eſt, ſicut dicit Apoſt. omnia probare, quod bonum eſt retinere, & hanc quidem Scripturam, quæ appellata eſt Maccabæorum, non habent Judæi, ſicut Legem & Prophetas & Pſalmos, quibus DEUS teſtimonium perhibet, tanquam teſtibus ſuis, dicens; oportere impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege. &c. ſed recepta eſt ab Eccleſia non inutiliter, ſi ſobriè legatur & audiatur. &c. *Ex quibus apparet, Auguſtinum eâdem exceptione uſum fuiſſe, quà certe aut librorum illorum authoritatem voluit minuere, aut ad rem nihil reſpondit. In qua excludit eosdem à libris, quibus Chriſtus teſtimonium perhibuit tanquam ſuis: In qua non inutiliter receptos fuiſſe dicit, ſi ſobriè legantur, quæ omnes cautiones argumento ſunt, Auguſtinum librorum illorum authoritatem non habuiſſe pro divina. Ad V.* Auguſtinum primum de his temere nil judicare velle. 2. hiſtorias in dubium vocare. *An,* inquit, l. 1. C.D. c. 26. *fide dignis teſtificationibus Eccleſiæ, ut earum memoriam ſic honoret, divina perſuaſerit authoritas, neſcio, & fieri poteſt, ut ita ſit. Tandem concludit, Quid ſi enim id fecerunt non humanitus deceptæ, ſed divinitus juſſæ, nec errantes, ſed obedientes, ſicut de Samſone aliud nobis eſt fas credere?* 3. divinitus juſſas opinari, ſed monere, videndum, utrum divina juſſio nullò nutet incerto. l. 1. de Civ. D. c. 26. Leſs. l. cit. excuſare per ignorantiam inculpatam: optimè denique præcaviſſe hujusmodi inſaniam Paulum, cùm negat *facienda mala eſſe, ut*

eveniat bonum, èque Scriptura ſacra Deut. 22. 26. deduxiſſe ſuum conſilium Anthimum Nicomedienſis Eccleſiæ antiſtitem apud Niceph. l. 7. hiſt. Eccleſ. c. 13. quod ſuggeſſit Euphraſiæ; *Filia Euphraſia, pulcherrimum quidem eſt caſtiſſimum virginitatis donum, ſed majus conſtantiusq; eſt fidei præceptum: Si utrumq; conſervare non licet, animam ſaltem puram conſerves: & hoc faciendum tibi duco, ut mente ipſa per fidem in Chriſto confirmatâ carnem improborum contumeliis & injuriis projicias.* Nam ut habet jus Canonicum can. non poteſt cauſ. 32. q. 5. *mens impudicam facit, non caſus. Ad VI* Leſſio quidem l. cit. n. 34. videri excuſari poſſe ſuos milites & ſocios navales, qui ſæpè fortiſſimè cum hæreticis prælio dimicantes, cum jam vident navim in poteſtatem hoſtium venturam, communi conſenſu ignem pulveri injiciunt & ſe mari committunt, ne ipſi & navis veniant in hoſtium poteſtatem. Nec multum abludere Ameſium l. 5. caſ. conſc. c. 32. cum ſcribit, *ſimilem fermè rationem eorum, qui navem pulvere tormentario accendunt eſſe facto Samſonis.* Nobis verò ob ſervitutis aut etiam mortis imminentis fugam non videri propricidium tentandum, cum è duobus malis morali uno, altero naturali, minus morale eligi non debeat. Adde quod ſervitus non *abſolutè* ſit deterior morte, id enim beneficium olim fuit Imperatorum, ut, quos poterant jure belli occidere, eos ſervire juſſerint. Quid? quòd nulla tàm dura ſervitus ſit, quin ſperari queat libertas, hinc Tibull. l. 2. eleg. ult.

Spes etiam duro ſolatur compede vinctum.
Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

Si qua tamen (ita Rivet. l. cit. p. 277.) *ſit ratio, quâ poſſint excuſari, ea nobis videtur probabilior, quod in eo ſint miniſtri publicæ authoritatis, & mandata à Republ. accepta exequuntur in extremo caſu, maximè ubi vident, aliàs etiam actûm eſſe de vita ſua. Sed tamen an hæc ratio eos penitus excuſet apud DEUM, non auſim definire, & an in poteſtate Reipubl. ſit, jubere hominem innocentem, ut ſeipſum vel opprimat ruina, vel incendio tollat, ut ſecum hoſtes Reipublicæ exterminet. Ad VII.* Poſſe ſi ſpes evadendi per ejusmodi delapſum affulgeat: ſin minus, non poſſe: quod beſtias attinet, cum Gellio ſemper eſſe diſtinguendum inter *naturalia prima & ἐπίμετρα*. l. 12. c. 5. *Ad IIX* Diſtinguere nos. 1. *inter eos*, qui peracto facinore ſemineces, paroxyſmo ceſſante pœnitentiæ ediderunt veſtigia; & *alios* qui non ediderunt: de primis bene

ſperare

ſperare Philipp. Melanch. in peculiari hoc de argumento judicio, quod deſcripſit Dedekenn. volum. 1 theſ. conſil. p. m. 805. non pariter de poſterioribus. 2. *inter eos, quorum* vita ante acta omnibus vitiis fuit profligata, adque impœnitentiam occalluit; *& eos* quos veri Chriſtianiſmi exercitiis occupatos morbus invaſit, de his optimè ſperare. Canonici juris compilatores decret. 15. q. 1. c. inſanientes, illud aſſirmare non dubitaſſe, quod Diabolus manu & mente illorum in rem ſuam abutatur: ſubſcribere B. Luther. in Hauſpoſtill fol. 114. Wigandum apud Dedekenn. l. cit. p. 802. & Balduin. l. cit. q. 14. ductos 1. cædis voluntariæ & involuntariæ, quod pœnæ ac impunitatis rationem attinet, diſcrimine facto ab ipſo legis Domino Exod. 21. Num 35. Exemplo Eutychis. Act. 20. Was iſt / ait Wigandus, unter einem Schlaffenden und Unſinnigem / ſo viel der Gebrauch der Sinn anlangt / für groß Unterſcheids & addit, Es iſt in dieſem Fall Gottes Barmhertzigkeit viel zu groß / Chriſti Verdienſt viel zu ſtarck / der Tauffbund viel zu feſt / das heimliche und innerliche Geſchrey deß heiligen Geiſtes viel zu mächtig / daß ein ſolcher Menſch von GOtt köndte oder möchte in dieſem ſeinem widerwertigem Unfall verſtoſſen werden. Priores contra judicio Apocalypſeos c. 21. & D. Pauli Gal. 5. eſſe obnoxios. *Ad IX*. damnari illos ex 1. Joh. 3. 15. c. 5. 14. Pſ. 66. confer judicium Theol. Facult. Lipſienſ. apud Dedekenn. l. cit. n. 15. *Ad X*. Licere tribus illis caſibus, quos proponit D Balduin. l. 4. c. 17. caſ. 8. confer Corn. à Lap ad 1. Joh. 3. 16.

§. 15. Tranſiens denique manuum illatio, vel licita, vel illicita, hæc iterum multiplex, vel 1. periculoſa, cum morte conjuncta, vel ſine mortis periculo, plagis, verberibus, vulneribus contenta, Levit. 24. 20. illa rurſus vel 1. diſpoſitiva ad necem, vel jubendo. 2. Sam. 12 9. vel prodendo, Doegis exemplo, Siphitarum 1. Sam. 23. 19. Judæ: vel procurando, quod fit incantatione, inebriatione, venere immoderata Jud. 20. 26. percuſſione abortifera Exod. 21. 22. præbitione pharmacorum, depulſione partus, de qua (non malitioſa illa, ſed uti quibuſdam videtur neceſſaria, cum vita matris periclitatur) quæſtio eſt, *an licita?* Diſtinguunt in hoc caſu Anton. part. 3. tit. 7. c. §. 2. & Sanctius l. 9. de matrim. diſp. 20. n. 9. in fœtum animatum & inanimatum, atque de fœtu inanimato aſſerunt, quod poſſit depelli, ut ſervetur mater. Contrariam ſen-

ſen-

Digitized by Google

tentiam propugnant Petrus Navarra l. 2. c. 3. n. 140. & Leſſius l. 2. c 9. dub. 10. n. 61. Nos quod rem ipſam attinet, dicimus 1. vanam eſſe diſtjnctionem inter fœtum animatum & inanimatum, quod enim fœtus poſt conceptionem illicò ſit anima præditus, demonſtravimus in Colleg. pſychol. diſp. 6. Deinde ad hominem, poſita ſed non conceſſa diſtinctione, reſpondemus, nec animatum fœtũ depelli pharmacis poſſe, nec inanimatum adq; vitam adhuc diſpoſitum. Non illum, quia non potes directè occidere innocentem, ut aliũ ſerves. L. penult C. de ſicariis, & l Divus 4. n. de extraord. crim. Non hunc, quia *homicidij feſtinatio eſt*, (verba ſunt *Tertull.* in apol. c. 9.) hominem *prohibere naſci, nec refert natam quis eripiat animam, an diſturbet naſcentem? Homo eſt, qui futurus eſt, nam fructus in ſemine eſt*: Nec obſtat 1 è duobus malis minus eligendum eſſe. 2. partem abſcindere ob ſalutem totius fas eſſe: 3. Fœtum eſſe aggreſſorem matris, expellendum igitur eſſe, perinde ut pravi humores, qui invadunt naturam, arte medica ejectari ſolent. *Reſp. ad 1.* malum morale ſive majus, ſive minus fuerit, nunquam eſſe eligendum, præſertim cum alia adhuc via ſuppetat: Annon enim præ violento dubium remedium eligendum ſit? annon poſſit ſuperſtite matre exſecari infans? vide Andr. Laur. l. 8. hiſt. anim. anatom. q. 32. Sennert. l. 2. inſtit. med. part. 1. c. 9. Zvvingerum in theatr. vit. hum. vol. 2. l. 1. de ruſtico ὀρχοτόμω agentem. ad 2. Fœtum propriè non eſſe partem matris, quia aliàs mater, poſtquam peperiſſet, eſſet mutila. ad 3. Fœtum non eſſe aggreſſorem matris, quia Embryo nondum natus, nec boni aliquid, nec mali perpetrat; neque comparari poſſe Embryonem cum humoribus excrementitiis. II. *Indirecta*, cui tamen moraliter cædes imputatur vel ob ignorantiam aut negligentiam inexcuſabilem, qualis in Medicaſtris nonnullis & patronis cauſarum negligentibus, aut per ἀντιπαράστασιν, hinc Achab dicitur occidiſſe, quia non obſtitit 1. Reg. 21. 19. & David Uriam 1. Sam. 12. 9. quò pertinet etiam conceptionis impeditio. Gen. 38. 9. confer Deut. 22. 8. III. *Directa ac immediata*, quæ ſuis conſtat gradibus, cæde ex aliqua cauſa orta in monomachiam abeunte, ut Exod. 2. 12. 2. Sam. 2. 14. latrocinio ſimplici, latrocinio crudeli, cujus crudelitatis exempla extant Gen. 34. 25. Deut. 25. 18. Ubi de

Amale-

Digitized by Google

Amalekita dicitur ויזנב הנחשלים decaudicavit debiles, h.e. ut è Rabb. exponit Schick. de jur. reg. c.5. theor. 16. amputavit virilia quibusdam læſis de tribu Dan qui tardius erant ſecuti: in exprobrationem & contemtum circumciſionis. Hiſpani in novo orbe, quæ crudelitatis ediderint ſpecimina, clamant hiſtoriæ quæ ipſos etiam canes mitiores Hiſpanis fuiſſe teſtantur. vide Bentz. l.3. de nov. orb p.m.295. Confer Camer. part.1. op. ſubciſ. c.84.

§. 16. Hæc denique manuum illatio iterum duplex eſt, vel *ludicra* exercitii cauſa inſtituta, qualis olim in laniſtarum theatris, in torneamentorum deteſtabili nundinatione, quæ cum lethali periculo conjuncta, cujus rei exemplum illuſtre (annotante ita Rivet. in explic. Decal. p. 307) vidit in Rege Henrico Secundo, qui cum adegiſſet Mongomerium Comitem, ut ſecum in certamen veniret, lancea confracta, & cuſpide in aëre delata, illa caſu cecidit in foramen caſſidis, quod oculo Regis reſpondebat, ex quo vulnere mors inſecuta eſt, planè contrà expectationem Regis, nec minùs contrà intentionem Comitis. Vel *ſeria*, & hæc iterum vel offenſiva, vel *defenſiva*, ſeu ex caſu, ſeu ex condicto orta, de qua poſteriori ventilanda nobis eſt quæſtio quadrimembris, an pro *defenſione 1. rerum ac poſſeſſionum. 2. honoris ac æſtimationis. 3. vitæ. 4. ſuæ innocentiæ*, liceat invaſorem ſeu provocantem occidere? *Primum membrum affirmant* Anton. in 3. part. tit. 4 c. 4. Cajet. in 2. 2. q. 64. art. 7. Domin. à Soto l. 5. juſt. & jur. q. 1. art. 3. Leſſius l. 2. c. 9. dub 11. Greg. de Valent. tom. 3 diſp. 5. q. 8. punct. 4. Nos huic ſententiæ fidem abrogamus ducti 1. *Chriſti mandato*. Matth. 5. 40. Qui vult tunicam tibi tollere dimitte & pallium, i.e. adeo tui ipſius privatus ultor eſſe non debes, ut potius bona tua alteri relinquere debeas, uſque ad judicis publici ſententiam. 2. *inæqualitate rei* ereptæ & vitæ. Qui bona ſua recuperat alterius internecione, is duplici eum vita privat, naturali & æterna; Suſtollit enim hominem in actu peccati contra conſcientiam conſtitutum, eique occaſionem pœnitentiæ eripit. Quid crudelius ejusmodi vindicta? 3. extremæ neceſſitatis defectu: fieri enim poteſt, ut res ſuas via juridica recuperet, vel ſi maximè fieri non poſſet, nemini tamen certo eſſe licet, quod non ſit recuperaturus: ſemper manet ſpes recuperationis. 4. abſurditate inevitabili. Vel enim ob minimæ rei furtum vita alterius eſt ſu-

Digitized by Google

ſtollenda: Vel ſolum ob res pretioſiſſimas. Si prius aſſumſeris, à ſumma crudelitate nihil feceris reliqui. Ideo & Dom à Soto l.1. q.1.art.8. negat, duorum ducatorum ereptionem vindicandam eſſe occiſione alterius. Si poſterius, Ergo ede certam precii menſuram, quæ vitæ reſpondeat, quæ tantum valeat, ac vita, quid? quod ſæpè res vilis ſit pauperi preciosior, quam diviti res pretioſa? Ergo ob rem quamvis vilem licebit occidere? id quod ſævitiæ fuerit. 5. *Auguſtini* auctoritate: Sic ille l.1.de lib.arb.c.1. ſcribit: *Quomodò apud divinam providentiam à peccato liberi ſunt, qui his rebus, quas contemni oportet, humana cæde polluti ſunt?* Dices 1. furem nocturnum poſſe occidi licitè. 2. conceſſa licentia defendendæ vitæ, de quâ mox, concedi rerum quoque defenſionem, ſine quibus vivere non poſſimus. 3. dari hac ratione occaſionem furibus impunè graſſandi. Reſp. ad 1. poſſe, non qua furem ſed qua aggreſſorem & vitæ inſidiatorem. ad 2. non ſequi, quia ſine rebus amiſſis, licet non honeſtè, vivere tamen poſſumus. ad 3. Magiſtratui incumbere curam coercitivam. *Hinc legum*, ait Rex *Theodoricus* apud Caſſiodor. l.4. variar.ep 4. reperta eſt *reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulſu.* Quid enim à bellica confuſione pax tranquilla diſtat, ſi per vim litigia terminantur? Alterum membrum iterum ajendo aſſeverant, Sylveſter verbo excomm. 6. §.4. Navarr.c.15. n.3 & 4. Greg. de Valent. 3. tom. 3. diſp. 5. q.8. punct.4. Si aliquis nobilis (verba ſunt Valentiani) aut miles invaſus eſt ab altero, & ſi fugit, vitatur quidem rixa & periculum vitæ ipſius, ſed incurreret propter fugam maximam ignominiam: Tunc poteſt in pugna perſiſtere, etiamſi alterum debeat occidere. Excipit tamen à Soto l. ſupr.cit. clericum aut virum religioſum. Non enim eſt, ait, ejus ordinis hominum, ponere honorem in fortitudine bellica. Et ita ſi talis perſiſteret & occideret, non poſſet dici defendiſſe honorem inculpatè. Nobis hac in re non eſt quæſtio de eo, quod licet jure æterno, inque foro conſcientiæ. Demus ſanè, homicidium pro defenſione famæ in foro politico impune eſſe, tale tamen non eſt in foro conſcientiæ, ad cujus parietem lex æterna affixa hæret: Sed de duello ac monomachia vindicatoria, privato conſilio & auctoritate in defenſionem honoris & exiſtimationis ſuſcepta. Hanc illicitam eſſe contendimus, non clericis ſolum, ſed militibus etiam

homi-

& hominibus in univerſum omnibus, convicti I. Lege DEI Lev. 19.18. Matth.5.39. Rom.12.17.19. II. recta ratione.

Omnis actus 1.audax, 2.manſuetudini, & 3 juſtitiæ oppoſitus,
4.ambitioſus ac ſuperbus, eſt actus per ſe illicitus.
Monomachia eſt ejuſmodi actus. Ergò illicita.

Eſt actus 1. *audax*, quia qui hoc modo adverſarium ſuum aggreditur, ſe conjicit in peccatum contra conſcientiam. Atqui hoc eſt periculum τῶν ἀθέωτον, in quod non fortes ſe ac ſani, ſed audaces & inſani conjiciunt. *Manſuetudini oppoſitus.* Si enim vincit & occidit alium, tum quantum in ſe eſt, ſpoliat non hujus ſolum vitæ, ſed fortaſſis etiam alterius bono: qualis enim quiſque moritur, talis judicatur, quæ ſanè crudelitas omnium maxima eſt. 3.*Juſtitiæ* adverſus. Hæc requirit exactam æqualitatem, ut quantum quis injuriæ paſſus eſt, tantum alteri damni inferatur, non plus minusve. Sed homo iræ affectu occupatiſſimus & penè furioſus, quomodo medium feriet? Impoſſibile eſt in ſua cauſa quempiam eſſe judicem poſſe, cum nemo non ſit immodicus æſtimator ſui. Solus judex, qui partium non eſt ſtudioſus adæquabit pœnam injuriæ. Atque hæc præcipua cauſa eſt, ex qua etiam ratio vidit vindictam privatam tanquam injuſtam legibus cavendam eſſe. Nam dolor illatæ injuriæ (verba ſunt Dominici à Soto l. cit.) & rationem obnubilat, & affectum in rabiem inflammat, atque adeò nemo ſe quàm juſtè deberet, ſed quàm maximè poſſet, vindicaret. 4. *ambitioſus atq; ſuperbus*, quia ejusmodi athleta ex proximi ſui ruina gradum ſibi ad gloriam facere conatur, quæ ambitio eſt deterrima. *Dices* 1. non illicò occidi, qui duello conferunt gladios. 2. Famam & vitam pari paſſu ambulare. Si igitur licet ei, de vita qui periclitatur, ſe defendere, quidni liceret ei quoque injuriam propulſare, cujus fama periclitatur? 3. Davidem duello ſuſcepto pro libertate patriæ, conſecraſſe quaſi monomachias. *Reſp. ad* 1. Eſto non illico occidi, tamen ut aliàs voluntas maleficia diſtinguit. Lamiæ res ſæpè profitentur incredibiles, tempeſtates garriunt à ſe concitatas, quod vel verum eſſe non poteſt, vel raò verum eſt: quia tamen firma animi electione putarunt, ſe has machinari, ideo meritò à juſtitia publica puniuntur. Quare? quia voluntas maleficia diſtinguit. Eventus non demum facit delictum, ſed

 auget.

auget. *Ad* 2. Certum eſt, famam æquè ac vitam defendendam eſſe 1. defenſione licita coram judice. 2. Si vera infamia (quæ eſt ex vitio, non hominum opinione nata) metuenda ſit. At per DEUM immortalem, quæ poteſt eſſe infamia obedire legibus divinis ac naturalibus & conſcientiam ſervare illibatam? Atqui fortaſſis metuis, ne ludibrium fias, ne Epeo dimidior funeratas animi vires habere videaris. Quid tùm ſi timidus ab improbis audias, cum iisdem noxæ detur eſſe innoxium; religioni religioſum, pudori pudibundum. *Ad* 3. Davidis factum non referri ad imitationem, ſed ad admirationem, eſſe factum heroicum, ex Sp. S. ſancti impulſu, quo ſpiritu non ducuntur, qui duella vel imperant, vel ſuſcipiunt. Si David alio ſpiritu ductus fuiſſet, & humana confidentia, non potiſſet à temeritate excuſari: nec factum debuiſſet approbari ex eo, quod authoritate publica in bonum commune illud ſuſcipiebat, tanquam bellum partiale. Id enim etſi offerretur ab advarſario, ſuſcipi non debuit à DEI populo. E. ſola motio ſpecialis Sp. Sancti factum illud laudabile reddit, ut ex fide ſpeciali ſuſceptum, quemadmodum & illud, quo Abraham voluit filium ſuum immolare, aut quod Ægyptios ſpoliarunt Iſraelitæ. aliàs prudentiæ congruum non eſt in re tanti diſcriminis, in quo cardo belli vertitur, omnes fortunas uni aleæ jactui ſubjicere. Nam 1. in tali duello agitur pro multorum innocentium ſalute, pro qua non leviter, ſed omnibus nitendum, 2. ad evitandam innocentium ſtragem permitti quidem poteſt, ſed non probari. 3. non conſtare de victora aut victo, Victus enim non habetur, niſi cum omnes in ſervitutem redacti. 4. Non ſufficit principem conſentire, oportet totum populum conſentire, quod in Monomachia Davidis non fuit.

§. 17. Tertium membrum de defenſione vitæ conceptum, duo continent dubia. 1. An occidendo liceat ſe vel alium curæ noſtræ commiſſum defendere contra invaſorem? 2. An contra invaſorem quemcunque? *Reſp. ad* 1. Veteres nonnulli pii & docti videntur in ea fuiſſe ſententia, quod nullo modo, aut caſu liceat cum proximi occiſione vitam ſuam vel aliquid ſuum tueri. Inter quos Ambroſius l. 3. de officiis cap. 14. dicit. *Non videri, quod vir Chriſtianus & juſtus & ſapiens quærere ſibi vitam aliena morte debeat, utpote qui*

etiamſi

quàm ſit hodiè, quando adulteri & homicidæ patriâ extorres, in militiam relegantur. Huc etiam pertinet ſcortorum è caſtris remotio, blaſphemiæ prohibitio, proſcriptio periaptorum magicorum, quibus ſecuritas promittitur ab ictu & vulneribus. II. *in bello, Diſciplinam militarem ſanctè ſervando*, de cujus jure Deut. 20. 8. Luc 3.14. Judith.11.6. Confer Schick.l.cit.theorem 18. Pulcherrima hac de re extat ſententia *Aureliani* apud Vopiſc. *Si vis tribunus eſſe, immò ſi vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, nemo ovem contingat, nullus auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſal, lignum nemo exigat, annonâ ſuâ quiſq; contentus ſit, de præda hoſtis, non de lachrymis provincialium habeat.* III. *poſt bellum gratias agendo.* Gen.14.20. Exod.17.14. Jud.5.2. 2.Paral.20.26.

§. 6. II. *Iuſtitiâ* fundatâ in bonitate cauſæ πρῶτον ὑμῶν παραυτῶ σκοπεῖν, ait Coriolan. apud Halicarnaſſ. VIII. ὅπως ἐυσεβῆ καὶ δικαίαν ποιέισητε τῦ πολέμυ πρόφασιν, quæ uno verbo eſt *vindicatio injuriæ. Iuſta bella* (inquit Auguſt. q. 10. in Joſ.) *definiri ſolent, quæ ulciſcuntur injurias, ſi qua gens vel civitas, quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexit, quod à ſuis improbè factum eſt, vel reddere, quod per injuriam ablatum.* Iniquitas partis adverſæ juſta bella ingerit, *Aug.* IV. de C.D. Hinc in feciali Romanorum carmine: *Ego vos teſtor populum illum injuſtum eſſe, neq; jus perſolvere. Vindicatione injuriæ* dixi, 1. *nobis illatæ.* Nam quod injuriam DEO per falſam religionem illatam attinet, ea noſtro judicio punitorio ſubjecta non eſt. Etenim omnes gentes è perſuaſione ſuæ religionis alias damnaturæ, bellorum alimenta quæſituræ, omnia bellis eſſent mixturæ. Sunt omninò ſuarum poſſeſſionum Domini infideles. Dan. 2. 37. 1. Petr. 2. 13. à quibus ſine ſpeciali ſummi Domini juſſu deturbari non poſſunt. Egregiè *Auguſt.* in verba Chriſti, Joh 18. v. 36. *Regnum meum non eſt de hoc mundo. Audite ergò Iudæi & gentes: audi circumciſio: audi præputium: audite omnia regna terrena: non impedio dominationem veſtram in hoc mundo: regnum meum non eſt de hoc mundo: nolite metuere metu vaniſſimo, quo Herodes ille major, cùm Chriſtus natus eſſe nunciaretur, expavit, & tot infantes, ut ad eum mors perveniret, occidit, timendo magis quàm iraſcendo crudelior. Regnum, inquit, meum non eſt de hoc mundo, quid vultis amplius? venite ad regnum, quod non de hoc mundo, venite credendo, & nolite ſævire metuendo.*

Digitized by Google

Quò, inquies, igitur titulo Joſua Cananæos invaſit? Reſp. præcipuè titulo auctoritatis ac juſſus divini ſpecialis: is unus omnes juſtitiæ numeros abſolvit, àd quem titulum acceſſit tanquam ſuaſoria cauſa idololatriæ, magiæ, ſcelerum, de quibus Lev.18.25. punitio, unà cum titulo repetundarum, de quo *Epiph.* hæreſ. 66. Confer Aug.22. contra Fauſt. c.75.77. Schick.de jure reg. theor.16. & Serar.in l.c.6. Joſ. q.2. 2. *Injuriæ depellendæ vel à noſtris civibus*, 2. Par.20.10. & ſeqq. 1.Macc.3.20. *vel à cognatis* Gen.14.12 *vel à confœderatis* 1.Macc.8.31. *vel à deditis* Joſ.10.6. *vel ab amicis & religionis conſanguinitate* nexis, quo titulo Conſtantinus M. in Licinium arma ſumſit. 3. *Injuriæ puniendæ*, ob vel legatorum violationem, 2. Sam. 10.4. *vel pactorum irritationem* 2.Reg.3.6. *conjunctionem cum hoſtibus* 2. Sam.8.5. 4 *vindicandæ injuriæ per ablatorum recuperationem* 1.Sam.30. 16. II. *Juſtitia in bello*, ad quam pertinet diſcuſſio ſequentium problematum. *An jus faſq; occidere 1.veneno ac ſpiculis venenatis. 2.an immiſſo percuſſore armis novis ac inuſitatis & nominatim tormentis majoribus? 3.proditorum mangonio uti?* Reſp. ad I.Veneno occidere fas eſſe *jure naturæ*, quamvis generoſius ſit, ut qui occiditur, ſui defendendi habuerit copiam, tamen id non debetur ei, qui mori meruit: *non eſſe jure gentium*, ne pericula, quæ in bellis crebra ſunt, intenderentur & quaſi geminarentur. Hinc clandeſtinum ſcelus audit apud Liv. lib.XLII. ſcelus apud Cic.III. off.communis exempli intereſſe, ne tale quid admittatur, ajunt Conſules Rom. in epiſt. ad Pyrrh.apud Gell.III,8. *De Aquilio*, Aſiatici belli confectore, hunc in modum ſcribit Florus II. *mixtis (nefas) veneno fontibus ad deditionem quarundam urbium. Quæ res, ut maturam, ita infamem fecit victoriam: quippe cum contra fas Deûm, moresq; majorum, medicaminibus impuris in id tempus ſacroſancta Romana arma violaſſet.* Ad II. id quoque licere, ſi abſque perfidiâ fiat. Hinc de Q. Mutio Scævolâ hoſtis hoſtem occidere voluit Liv.II. & *Ambroſ.*1.off.40. laudat Eleazarum, quòd Elephantem ſupereminentem cæteris adortus, arbitratus ſit ei inſidere ipſum regem. Ad III. licere illud quoque exemplo veteri 2.Paral.26 15.Confer D.Gerhard.§.42. Ad IV. *licere*, ſi ſine perfidiâ fiat. Non eſt autem perfidia, cum quæ ſit proditio, ſit vel 1.ex fide in DEUM, qualem veriſimile eſt fuiſſe in cive Bethelico Jud.1.24. certum verò in Rahab Heb.11.31. *συμπαθοῖς τοῖς ἐν*

τῆ δικαιοσύνῃ Joſeph. V. 1. Serar. ad Joſ. 2. q. 15. 16. & 17. *ſi fide vacua fuiſſet Rahab* (verba ſunt *Petri Martyris* in h. l. p. m. 14.) *longè ſe aliter geſſiſſet, Dixiſſet, credo Deum veſtrum verum eſſe Deum; veſtra itidem religio mihi non diſplicet, faveo vobis ex animo, ſed quoad præſens negotium, quod fortè à me expectatis, facere minimè poſſum. Si rex reſciſcat, me hoſtes ejus hoſpitio excepiſſe & protexiſſe, crudeles dabo pœnas, & ſi peream ego, hoc negotium non eſt promotum: nihil poſſum, mulier ſum & infamis, &c.* vel 2. *ex fide* in magiſtratum & populum, cui majoribus ex cauſis favere debet, quo conſilio Chuſai Abſolonis conſilia aperuit 2. Sam. 17. 16. & Chriſtianus ille, qui obſidionis Turcico-Viennenſis conſilia prodidit, de quo D. Gerhard. §. 422. *Non licere*, ſi proditio cum perfidiâ conjuncta ſit, nec poſſe quemquam προδοσίαν φιλεῖν, aut eâ uti, exemplo Camilli, Brenni, aliorum, de quibus D. Gerh. l. c. III. *Deniq; poſt bellum ut ab ἀκριβοδικαίῳ* ſeu jure rigoroſo ad clementiam & æquitatem deflectat victor. *Eſt enim aliquid, quod non oportet, etiamſi liceat*, ait *Cicero*. Ideò Plato juſtitiæ pudorem πάρεδρον adjungit XII LL.

Lex, inquit *Pyrrhus*, in Troad. Senecæ, nulla capto parcit, aut pœnam impedit,

Quod non vetat, ait Agamemnon, Lex, hoc vetat fieri pudor. *Licet jure rigoroſo* 1 *occidere*, quicumque ſunt intra fines hoſtiles. In pace quidem merita ſpectantur: at ubi bella ingruunt, innocentes cadunt. Tacit. 1. annal. 2. *infantes atq; fœminas*, Deut. 2. 34. c. 20. 16. quod & Titum principem aliàs clementem feciſſe accepimus, qui Judæorum fœminas atque pueros feris laniandos objecit. 3. *Supplices, captivos, in deditionem acceptos*. Licet eodem jure *ſata exurere*, diruere tecta, prædas hominum pecorumq; agere, ex ſacris profana facere. *Non licet contrà τῇ ἐπιεικείᾳ* 1. *indiſcriminatim in victos graſſari*, præſertim eos, quos οὐκ ἀδίκημα ἀλλ' ἀτύχημα in certandi rabiem adegerat. *Crudeles* enim ſunt, judice *Senecâ* l. 11. Clem. 4. *qui cùm puniendi cauſam habeant, modum non habent*. 2. *In imbelles*, quos ætas, Sexus, armorum abſtinentia excuſat. Philiſtæi certè, etſi eſſent iurati & internecivi Judæorum hoſtes, venerando tamen Prophetarum collegio pepercêre 1. Sam. 10. 5. & 10. 3. *In ſupplices, ferarum namq; nec generoſarum eſt* (ait Seneca 1. Clem. 5.) *permordere & urgere abjectos. Elephantes leoneſq; tranſeunt, quæ impulerunt.* 4 *In*

Digitized by Google

ſponte ſe dedentes. Vix à ſævitia victorem liberabunt talionis exigendæ, terroris incutiendi, pertinaciæ plectendæ exceptiones. 5. *Captivos* præſertim Chriſtianos in captivitatem abducere, nedum necare. Teſtis eſt Ariſtoteles, ſi quis Græcus à Græco captus fuiſſet, auri ſe librâ potuiſſe vel ex inviti victoris manu liberare. Judæi olim in bellis ultroneis captivos illato bello expugnatos ad duo cogebant, ad *Proſelytiſmum*, (non quidem illum, in quem Proſelyti tantùm Juſti aſcripti, qui cum circumciſione totam legem recipiebant, niſi quis ſponte ſe ei ceremoniæ addiceret, ſed) *incolatus*, in quo præputiati manentes ad ſola præcepta Noæ ſervanda adigebantur & ſervitutem. vide Schick. l. c. theor. 17. p. 126. & Cunæ. l. 2. Rep. Heb. c. 19. p. m. 272. 6. *Res perdere*, quæ bellator poſſeſſurus venerat: & corrumpere, vincentium præmia victum. Confer. Deut. 20. v. 19. ubi dubia eſt translatio verborum כי האדם עץ השדה. LXX. vertunt *μὴ ἄνθρωπος τὸ ξύλον τὸ ἐν τῷ δρυμῷ εἰσελθεῖν ἀπὸ προσώπου εἰς τὴν χάρακα.* hos ſequi videtur B. Luth. Iſts doch Holtz auff dem Feld vnd nicht Menſch / daß es für dir ein Bollwerck ſeyn möge. Confer. ib. gloſſ. marg. Alii τὸ כי interrogativè exponunt. *Num enim homo eſt arbor campi?* Abrah. AbenEzra ellipſin agnoſcit vocis *vita*. *Num hominis (vita) eſt arbor agris* perinde ut pignus anima hominis dicitur: Deut. 24. 6. Piſcator in qq. ad Deut. q. 405. τὸ כי per quamvis exponit q. d. quamvis arbores in agro ſitæ in nullius bonis ſint, ſed ſint in poteſtate cuiuslibet hominis. tamen ſi ſint fructiferæ, non debes eas exſcindere, ut propugnacula inde ædifices. Confer Zepper. expl. ll. Forenſ. l. 4. c. 16. p. m. 421. ſeqq. 7. *Deniq; in templa* & loca ſacra ſævire: *Teſtantur hoc martyrum loca*, ait *Aug.* de Gothis Romæ captoribus. 1. C. D. *& Baſilica Apoſtolorum, quæ in illa vaſtatione victos ad ſe confugientes ſuos alienosq; receperunt. hucusq; cruentus ſæviebat inimicus: ibi accipiebat limitem trucidationis furor: illò ducebantur à miſerantibus hoſtibus, quibus etiam extra ipſa loca pepercerant, ne in eos incurrerent, qui ſimilem miſericordiam non haberent.*

§. 7. III. *Fiduciâ nixâ* non in Jebuſæorum cœcis & claudis 2. Sam. 5. v. 6. ſive hos exponas cum Hieron. in tradit. Hebr. & Abulenſ. q. 7. *φανταστικῶς καὶ δοξαστικῶς* q. d. non ingredieris, donec nos hinc auferas, quos inermes & imbecilles ſicut cœcos & claudos

dos eſſe arbitraris: vel cum Piſcat. qq. in h. l. q. 90. de imaginibus tutelaribus cœcis & claudis in canali ſeu emiſſario propugnaculi collocatis, q.d. non ingredieris, donec carmine aliquo evoces Deos noſtros tutelares: Conf. gl. marg. Luth. vel cum Joſepho VII. ant. 2. de propriè cœcis & claudis in mœnibus poſitis in contemtum Davidis q. d. non ingredieris civitatem ita probè munitam, ut à ſolis cœcis & claudis, contra omnem vim hoſtilem propugnari poſſit. *Sed in DEO*, Num. 14. v. 9. 2. Chron. 13. v 12. & 15. IV. *Fortitudine*, Deut. 20. v. 3. in periculis κατ' ἄνθρωπον. *oportet namq; divinitus immiſſa neceſſariò, ab hoſtibus illata forti animo pati*, verba ſunt *Periclis* apud Thucyd. l. 2. Ut ignaviæ argumentum eſt confortatio illa diabolica, quæ hodie in bellis obtinuit, γεύματα ἱφίσα olim dicta: ita audaciæ affinis eſt deſperata illa cum natura colluctatio, de qua *Xenophon*. l. 1. de reb. græc. refert Anaxilaum Spartanorum ducem accuſatum de Bizantio oppido fidei ſuæ commiſſo & hoſtibus ob extremam famem dedito ſe excuſaſſe, quòd defenderit urbem tamdiu, donec cum hoſtibus bellum eſſet, poſt quam verò vidiſſet bellum eſſe cum natura, & fame perire eos, quibus etiam in bello parci ſolet, iudicarit finem bello imponendum. V. *Deniq; prudentiâ*. Prov. 20. 18. c. 24. 6. I. *ante bellum præparatoriâ* Luc. 14. 31. 1. *nervi* è tributis ſubditorum, ſpoliis hoſtium, redituum parſimonia: 2. *commeatus*, de quo Joſ. 1. 11. 3. *Inſtrumentorum bellicorum*. 4. *munimentorum*. 5. *militum ac ducum*, 6. *maximè* verò *ſcientiæ* belligerandi hauſtæ ex hiſtoriis, Matheſi, experientiâ, II. *In bello obſervatoriâ* 1. *idoneæ metationis caſtrorum*. 2. *Circumſtantiarum* temporis & loci, vigiliarum. 1. Sam. 14. 16. 2. Sam. 13. 14. 1. Reg. 9. 17. III. *Poſt bellum circumſpectoriâ*. 1. *hoſtis fugati*, ne cum deſperatis ſpe fugæ ademtâ pugnetur, & ſpoliantem iam & exultantem Mars percellat. 2. *præda dividenda*, iuxta proportionem geometricam, ut eorum etiam habeatur ratio, qui ſuppellectilem cuſtodierant, Num. 31. 27. Joſ. 22. 8. 1. Sam. 30. 24. quippe aut per valetudinem aut miniſteria delegata aberant. In hunc locum incidit quæſtio. 1. *de exploratoribus*. 2. *de ſtratagematibus, an illi adhibendi, hæc licita?* Reſp. ad 1. eſſe adhibendos, nec ullis parcendum ſumtibus, exemplo iubentis 1. DEI Num. 13. 2. 2. *Ioſua* c. 2. 23. maximorum belli ducum, Agamemnonis, Neſtoris apud Hom. Iliad. *x*. Scipionis Africani, Q. Fabii Maximi,

Digitized by Google

M.Catonis, Carthaginenſium apud Frontin.l.1.ſtratag.21.ut latentia occulta facinora viis, conjecturisque variis prudens indagat judex. Job. 29.16. Ita & hoſtiliabelli dux, vide Veget.III.6. ut in cauſâ bonâ militem, ita & exploratorem ſalvâ conſcientiâ adhibere licere, ait Geſner. ad c. 42. Geneſ. Nec movere quenquam debet, quòd tales deprahenſi exquiſitis ſuppliciis ſoleant affici: nam id ipſum non eò venit, quòd in jus deliquerint, ſed quia eodem jure in hoſtem quidvis licet: gravius autem aut levius malum ſtatuit quiſque pro ſuâ utilitate. ad 2. reſpondimus ſupra diſp. decal.6. vide Serar. in c.8.Joſ. q 2.

§. 8. *Vitia* igitur belli ſunt I. *impietas, precum,* pœnitentiæ, diſciplinæ, εὐχαριστίας neglectrix atq; contemtrix. II. *injuſtitia cauſſæ*, orta vel 1. *ex temeritate*, quam Ariſtot. & Senec. θρασύτητα appellant, crudelitate crudeliorem, qualis videtur fuiſſe illa Amaſiæ victoria temulenti, victorias majores quas ſpe jam devoraverat & conſequenter illuſtrius nomen ſpirantis 2. Reg. 14. 8. quamquam conſultò hoc feciſſe, adque videndum h.e. deliberandum Regem Iſraëlis invitaſſe Amaſiam probabilius videri queat. vide Joſeph. IX. Antiq.10. Abulenſ.q.10.h.l. & Sanct. in h.l. vel 2. *ex gloriæ inanis cupiditate.* 1.Macc.3.14.c.5.57. quæ in bello Alex.M. adverſus Darium αἰτία fuit, πρόφασις ultio injuriarum à Perſis illatarum. vel 3. *ex avaritiá* & habendi cupiditate, velatâ vel 1. *imminuendæ vicinæ potentiæ deſiderio*, adverſus quam à vi præſidium petendum. vel 2. *barbarorum morum expolitione*, quam Græci olim in Perſas obtendebant. Secus judicandum de enormi, beſtiali ac immani prorſus à jure naturæ deflexione, quæ in bellum armavit Iſraëlitas Jud 20. vel 3. *mutandæ ſedis amore*, quam Germanis veteribus bellandi cauſſam fuiſſe Tacitus memorat IV. hiſt. Quodque de avaritiâ bellicâ hunc in modum univerſim dictum eſt, id ad ſingulos etiam milites pertinet, qui vocationis ordinariæ fugitivi nullâ juſtitiæ ac iniuſtitiæ habitâ ratione prædæ cauſa unicè ac præcipuè militant, quibus

—— ibi fas ubi plurima merces.

Non militare, ait *Aug.* ſer 10. de verb.Dom. *Sed propter prædam militare eſt peccatum. Ideò quadam providentiâ militibus ſtipendia conſtituta ſunt* (de quibus Luc.3.14. 1.Cor.9.7.) ne dum *ſumtus quæritur, prædo graſſetur.* III. *Injuſtitia* modi belli gerendi in ipſo bello, agendi perſi-

perfidè, jura gentium violandi, &c. IV. *Crudelitas in victos*, cujus exempla extant in Adonibeſek, Jud.1.6.& 7. Davide 2 Sam.12.31. Davide adhuc, ut volunt nonnulli, quos inter Sanct.h.l.conſtituto in fermento & quaſi æſtu adulterii, in tempore hiſtoriæ Uriæ, extra quam peccaſſe negatur 1. Reg.15. Babyloniis Eſa. 47. 6. Confer 2.Paral. 28.9. & è profanâ hiſtoria, Hiſpanis novi orbis debellatoribus, de quibus D. Gerh. tom. de Eccleſ. p.967. V. *Diffidentia in* DEUM, in creaturas fiducia nimia. VI. *Audacia*. VII. *Timiditas*. VIII. *Imprudentia*

§. 9. Supereſt denique *ſpecies cadis mandata altera*, JUDICIALIS, vindex ſcelerum, non ſolùm non prohibita hoc præcepto (*non enim ipſe occidit*, ait *Auguſt. qui miniſterium debet jubenti, ſicut adminiculum gladius eſt utenti*. Confer 2. Paral.19.6. *Homicidas & ſacrilegos & venenarios punire non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium.* Hieron. in cap. 22. Jerem. Unde non carnifices ac ſupplicii executores infamiâ juris laborare contendit D Gerhard.tom.6.p.1032.) *ſed etiam mandata* Gen.IX.6. Quem locum hoc Commentario illuſtrat Rivet. in Gen. p. 295. *Id ipſius textus accurata conſideratio indicat: Sunt enim in eo quinq; rationes cadis à* DEO *prohibitæ 1.in qua eſt comminatio generalis; requiram, inquit, ſanguinem veſtrum, id eſt, homicidia vindicabo, quacunque ratione, & infallibiliter, ita ut reus ſupplicium non effugiat. 2. requiram de manu cunctorum animalium, ſic nec bruta impunè interficient hominem, nedum ut id homini liceat. Huc refertur* Lex Exod.21. *verſ.29. Ubi bos occidens hominem lapidibus obrui jubetur, ex quo ſatis conſtat, non tantum de immediato, ſed etiam de mediato, & publico judicio agi. 3.de manu viri fratris requiram, &c. id poteſt intelligi abſolutè & in genere, quavis ratione. Sed additur 4. modus ordinarius, per hominem, ut dictum eſt. Sequitur 5. ratio, quia ad imaginem* DEI *factus eſt homo. Imago* DEI *non poteſt impunè deſtrui.* DEUS *enim ipſe læditur, in imagine ſua læſa; ergò ab homicidio & deſtructione imaginis* DEI *abſtinendum eſt. Poſſet autem hæc ratio duplici modo intelligi, vel ut referatur ad occiſum, qui cum fuiſſet ad* DEI *imaginem creatus, tali injuria affectus eſt, vel etiam ad hominem occiſorem, qui cum habeat in ſe aliquas imaginis* DEI *reliquias, etiam in notitiis æqui & juſti, proinde noverit (ut ait Apoſtolus* Rom.1.) *qui talia facit dignum eſſe morte, non ſolum ea facit, ſed etiam facientibus patrocinatur. Utrovis modo accipiamus, ſolida eſt ratio, ſed primo modo*

DEUM

Digitized by Google

DEVM id intellexiſſe, ex totius textus connexione patet. Ex quo (ut id obiter dicamus) rectè intelligitur in homine etiam peccatore, remanere imaginem DEI ex parte; nam cum in tribus exiſtat, ut ſuo loco oſtendimus 1. in ipſa eſſentia & facultatibus animæ. 2. In Iuſtitia & ſanctitate vera, animæ dotibus, & in dominatione, ſive præeminentia ſupra reliquas creaturas inferiores: amiſſa parte illa quæ juſtitiam & ſanctitatem veram ſpectat, manſit prior integra, eſſentia nempè animæ, & tertia, etſi imminuta: imò etſi quoad naturalia, homo irregenitus ſit planè ſpoliatus facultate ea operandi ex ſe, manent tamen communes notiones legis naturalis: & præterea manet ſubjectum δεκτικὸν regenerationis, in quo eſt imago DEI, ratione ſanctitatis & juſtitiæ ſaltem potentia paſſiva, quam potentiam deſtruit, qui hominem vitâ tollit. Non eſſe autem prædictionem ſimplicem ſine mandato, hoc loco, DEVS ipſe oſtendit, dum lege ſua poſteà diſertam addit ſui ſtatuti explicationem Exod.21.v12. Vbi hanc legem ſancivit, qui percutit hominem, ita ut moriatur, omninò morte plectitur. Præterea ſi verba hæc, fundetur ſanguis homicidæ per hominem, nudam prædictionem continerent, falſum aliquid ſubeſſet, quia ſæpius non ſequitur id quod prædictum eſt, hoc eſt, homicidarum ſanguis non ſemper effunditur per hominem, ſed aliis modis ipſi trahuntur ad pœnam, vel in hac, vel in futura vita. Vnde inferri debet, hæc verba intelligenda eſſe de mandato Magiſtratui dato, non de nuda prædictione eventus. Nec idem abſurdum ſequitur, ſi id ad Magiſtratum referatur, etſi id non ſemper fiat; manet enim obligatio rei ad pœnam, & obligatio Magiſtratus ad eam inferendam, ſi reus ſit in ipſius poteſtate. Quod autem excipiunt Anabaptiſtæ, etiam ſanguinem Magiſtratus eſſe fundendum, ſi ſanguinem fundat, eſt fallacia à ſecundum quid ad ſimpliciter; quia id non dicit DEVS de quolibet, quovis modo ſanguinem fundente, ſed de eo, qui id per privatam vindictam facit, contra expreſſum DEI mandatum. Eadem eſt ratio argumenti quod regerunt, ex eo quod ipſe homicida creatus eſt ad imaginem ſuam, ei obtemperandam eſſe & peccare Magiſtratum, qui in eo ſegnis eſt. Vindicias huius loci vide tom.6. D. Gerh. p.1004. ſeqq. Confer Exod.21.12. ſeqq. fundata inſuper in naturæ ipſius dictamine, adeoque proportione juſtitiæ commutativæ, ſuſcepta non tàm in delicti ultionem, quàm in exemplum, *ut aut pœna ejus cæteros meliores reddat, aut ut ſublatis malis ſecuriores cæteri vivant.* Senec. II. de Clem. 21. Satius eſt perire unum quàm unitatem: *Hæc*, ait Rivet. in Expl.

decal.

Decal. p. 281. *fuit praxis perpetua, non ſolum in Iudaica Repub. ſed etiam in omnibus aliis politiis olim, in quibus natura ductu, intellexerunt ſæpè neceſſarium eſſe, ut unus aut alter periret, ne periret unitas; & talem eſſe hominum ſtatum; ut maleficiis vix retineri poſſent, niſi indictis pœnis, quemadmodum præmiis & privilegiis in officio continentur.* Confirmata denique in N. T. Matth. XXVI. 52. quæ verba nudâ prædictione non conſtant, cùm multi gladio abutantur, qui id impunè ferunt, ſed comminationem legalem habent q. d. legibus cautum eſt, ut gladio pereant, qui gladium temerè acceperint. Vindicias iterum lege ſis tom. 6. D. Gerh. p. 1009. & Rom. XIII. 4. non gerit gladium εἰκῆ fruſtra, id eſt, ſine effectu, vide loc. cit. pag. 1010. quamquam parcè fundendus ſit humanus ſanguis, quòd ut medico indecora multa funera, ita magiſtratui multa ſint ſupplicia l. c. p. 1035.

§. 10. Quando itaque conſtat cædem judicialem eſſe licitam, videndum porrò de objecto ac modo inferendi ſupplicii. Circa *objectum* in controverſiam veniunt ſequentes quæſtiones, *an capite puniendi. 1. hæretici ſeductores non ſeditioſi aut blaſphemi? 2. idololatræ. 3. blaſphemi. 4. profanatores Sabbathi. 5 filij immorigeri. 6. adulteri. 7. Fures. 8. Lamiæ?* Reſp. ad I. ejusmodi ſupplicium eſſe 1. ἄγραφον. nam quæ Bellarm. & alii excogitarunt è Scripturis teſtimonia, ea eviſcerata ſunt à D. Gerh. p. 1091. Meiſn. part. 3. philoſ. ſobr. D. Affelm. diſp. de hæret. ferend. non auf. 2. *ἀντίγραφον*, repugnans *vaticiniis* de temporibus N. T. Eſa. 2. 4. c. 11. 7. *doctrina* Chriſti Matth. 10. 30. *exemplo ejuſdem* Luc. 9. 54. *Apoſtolorum* Act. 20. 30. Rom. 16. 17. Tit. 3. 10. Joh. 2. 19. *primitivæ Eccleſiæ & patrum*. vide D. Gerh. p. 1079. & 1083. 3. *Inſanum*, Ejuſdem namque inſaniæ eſt & furoris, hominem mente captum & in fide errantem capite punire. Illuſtris eſt de *Arrianis Salviani locus*, huc pertinens. *Hæretici ſunt, ſed non ſcientes: denique apud nos ſunt hæretici, apud ſe non ſunt: nam in tantum ſe Catholicos eſſe judicant, ut nos ipſos titulo hæreticæ pravitatis infament. Quod ergo illi nobis ſunt & hoc nos illis. Nos illos injuriam divinæ generationi facere certi ſumus, quòd minorem patre filium dicant. Illi nos injurioſos patri exiſtimant, quòd æquales eſſe credamus. Veritas apud nos eſt, ſed illi apud ſe eſſe præſumunt. Honos DEI apud nos eſt, ſed illi hoc arbitrantur honorem divinitatis, quod credunt. Inofficioſi ſunt, ſed illis hoc eſt ſummum religionis officium. Impij ſunt, ſed hoc putant eſſe veram pietatem.*

tatem. Errant ergò, ſed bono animo errant, non odio, ſed affectu DEI, honorare ſe Dominum atq; amare credentes. Quamvis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam DEI æſtimant charitatem, & qualiter pro hoc ipſo falſæ opinionis errore in die judicij puniendi ſint, nemo poteſt ſcire niſi judex. Interim idcirco eis, ut reor, patientiam DEUS commodat, qui videt, eos, etſi non rectè credere, affectu tamen piæ opinionis errare. Locus Auguſt. contrà Fauſt. inſignis eſt. *Illi ſæviant in nos qui neſciunt quo cum labore verum inveniatur: quam difficilè caveantur errores. Illi in vos ſæviant, qui neſciunt, quam rarum & arduum ſit, carnalia phantaſmata piæ mentis ſerenitate ſuperare. Illi in vos ſæviant, qui neſciunt quantis gemitibus & ſuſpiriis fiat, ut ex quantulacunq; parte poßit intelligi DEUS: Poſtremo illi in vos ſæviant, qui nullo tali errore decepti ſunt, quali vos deceptos vident. Ego autem ſævire in nos omninò non poſſum, quos ſicut me ipſum illo tempore, ita nunc debeo ſuſtinere & tanta patientia vobiſcum agere, quanta mecum egerunt proximi mei, cum in veſtro dogmate rabioſus, & cæcus errarem.* 4. *Hæreticum, Antichriſtianum* Gerh. p. 1076. *Turcicum.* Sic enim ad Hebr. 7. v. 1. ſcribit Corn. à Lap. Arabes ac Turcæ ſuos Imperatores à Salomone vocant Solymannos vel Selymos, atque à Salem vel Salom ipſos Turcas vocant Muſulman, quaſi dicant, Salvati, quibus eſt pax & ſalus. Cum enim Mahumeth ſuum dogma propagaret, gladio juſſit occidi omnes nolentes amplecti hoc ejus ſymbolum: *Alla illa Alla, Mehommed raſſul Alla* (quod etiamnum Mahometani magnis vocibus inclamant) id eſt, non eſt Deus niſi Deus, & Mahometh Apoſtolus ejus. quicunque ergò id amplectebatur, dicebatur Muſulman, id eſt, liberatus à gladio & periculo mortis, quam reluctantibus intentabat Mahometh. 5. *Inutile ipſis perſecutoribus.* vide præfat Thuan. operis hiſtorici & alia apud Gerhard. p. 1086. ad II. *Idololatriam* è cujus dictamine ſcelera fluunt, qualia ſunt ἀνθρωποθυσία, promiſcua Venus & ſimilia, meritò capite puniri, non ſolùm ita flagitante *lege divina* Lev. 20. 2. ſed & aſtipulante *jure gentium.* hinc *Tertull.* c. 8. apolog. Chartaginenſes ſcribit principatu Tiberii fuiſſe prohibitos id facere, etiam crucifixis ſacerdotibus: & de Gelone refert Plutarchus in apophtheg. mat. c. 20. cum Chartaginenſes ad Himeram fuſos, coëgiſſe inter conditiones pacis hanc etiam aſcribere, ipſos in poſterum liberos Saturno nunquam imolaturos. Quam etiam ob cauſam, etſi

in Re-

in Rep. ferendi eſſent Philoſophorum ſectarii alii, Epicuræi tamen tolerari nequaquam debent, ob conſequentias ex ipſa opinione natas. Magna differentia itidem eſt inter primi præcepti violationem eam, quæ per idololatriam in ipſas communes notitias impingit, quam etiam capitalem eſſe vult lex divina Deut. 13. 1. & inter hæreſin quæ de revelationis ſenſu & conſequentiis litigat. Ad III *blaſphemos, prudenti* tamen obſervatâ circumſtantiarum conſideratione, capite puniendos, ipſe ſummus Nomothetes tradit, Levit. 24. 16. *Meritò*, inquit *Theodoret.* q. 33. in h. l. *blaſphemiæ aptavit legem & pœnam homicidij, ejusq; reum lapidari juſſit, quia blaſphemator creatorem cùm interficere non poſſit, lingua ferit. Nec minus*, ait *Auguſt.* in Matth. 26. v. 65. *peccant, qui blaſphemant Chriſtum regnantem in cœlis, quàm qui crucifixerunt ambulantem in terris.* Sic blaſphemiæ pœnas luit Sennacherib, Syri. 1. Reg 20. ad IV. reſpondet *Dn. D. Frantz.* orac. 58. p. m. 523. *Sanguineis lachrimis hodiè ſatis deplorari non poſſe, non obſtante graviſſimâ divina Lege* Exod. 31. 14. *ineffabilem abuſum diei dominicæ*, eumque impunè latum. Conf. Num. 15. 32. ad V. de his itidem extare leges expreſſas Exod. 21. 15. & ſeqq. Deut. 21. 18. quas negat in numerum venire D. Frantz. l. c. p. 517. earum legum, quæ à Judæis in V. tantùm T. obſervari potuerint, debuerint, quòd rationes iſtarum legum militent in omni loco, omni tempore. Confer quæ de his talibus Theologi pii, Eraſm. Marbachius, & Haffenrefferus: & JCTI conſcientioſi Schneidevvin. & Joh. Beüſt. monuêre loc. cit. pag. 250. Quæ eſt enim gens alia ſic inclyta? Deuter. 4. 8. confer Job. 36. 22. Prov. 8. 15. ad VI. *Iuri divino ac gentium capitis* pœnam eſſe conſentaneam, docente D. Gerh. ἐπιείκειαν omninò obſervandam, & diligentem circumſtantiarum adhibendam conſiderationem, mitius agendum in furtis levioribus, non habitualibus, neceſſitate extremâ quaſi extortis, quibus vicina ſunt, qui committuntur ex ſalarii debiti aut defectu aut nimiâ attenuatione, quæ omnia in ordinatione criminali laudat D. Frantz. p. 524. atq; hoc in caſu militat lex Exod. 21. 1. de qua hunc in modum *B. Luth in ep. ad* Spalatin. *pœnam furibus nemo ſtatuit æquius, quam is qui creavit omnia DEVS, qui populo ſuo inter cæteras leges civiles hanc ſanxit quoq; Exod. 22. ut duplum, quadruplum, quintuplum redderetur a fure PRO QUALITATE furti, moreretur autem, qui hominem eſſet furatus, quod ſi non haberet, ipſe vende-*

 retur.

retur. Quam legem & Salomo in Proverb. probat, ubi dicit, furem poſſe ſubſtantia venditá ſeſe redimere, adulteram verò animam perdere, utinam hæc lex reciperetur! Hæc Lutherus. Interim augeri pœnam furti potuiſſe, imò & mutari ex non capitali in capitalem (in furtis ex aliis circumſtantiis aggravatis, habitualibus, audacioribus publicæ ſecuritatis perfractoriis, de quibus lex capitalium 28. graſſatores ff. de pœn. Graſſatores, quia prædæ causâ id faciunt, proximè latronibus habentur, & ſi cum ferro aggredi & ſpoliare inſtituerunt, capite puniuntur; utique ſi ſæpius atque in itineribus id commiſerunt: cæteri in metallum damnantur, vel in inſulas relegantur) firmatur 1. ex judicio Davidis. 2. Sam. 12. v. 5. ubi quidem excipit Ameſ. de conſc. l. 5. ſ. 2. pag. 404. *David ſententiam illam referens, non ſimplex furtum reſpexit, ſed ſummam crudelitatem divitis furis vel potius raptoris in proximũ pauperem graſſantis.* At ſufficit mutari poſſe pœnã non capitalem in capitalem ex circumſtantiarũ cõſideratione, id quod paulò ante negarat p. 403. *Ad illud quod hic objici maximè ſolet, creſcentibus delictis, exaſperandas eſſe pœnas, conceditur quidem, ut verè dictũ, ſed hac lege & conditione, ne totum genus pœnæ immutetur, neq; tranſiliantur lineæ proportionis inter delictum & pœnam.* Alia reponit Maſſon. part. 2. p. 1474. Weiter ſchreibet Meiſnerus p. 594. & p. 595. hieher gehört auch das Urtheil Davids 2. Sam. 12. v. 5. vom Reichen/ der dem Armen ſein Schäfflein genommen: Der Mann iſt deß todts ſchuldig/ der dis gethan hat. Derohalben kan ein Dieb wohl mit Recht auch ietzo gehencket werden. Dann man ſoll nicht dafür halten: als wann David hyperbolicè geredet hätte: Quaſi diceret: poſſet videri reus mortis, wie es Martyr erkläret/ Claſſ. 7. Loc. Com. c. 17. Antwort: Martyr erzehlt allda unterſchiedliche Außlegungen anderer Leute: und darumb redet er auch in plurali. Dicunt iſtam loquendi formulam Davidis, non ſic accipiendam; quaſi plecti capite voluerit: Sed ad emphaſin exprimendam hyperbole uſum eſſe: quaſi dicat poſſet videri reus mortis, für ſich aber erkläret Martyr in folgenden den Text/ und vergleichet dieſen reichen Dieb mit einem Diebe/ der gewapnet bey der Nacht kompt/ und einbricht/ ſolchen dürffte der Haußwirth impunè todtſchlagen. Exod. 22. Primùm non improbat Petri Martyris reſponſionem. Davidem hyperbole uſum. Addit p. 1474 Daß dieſem Exempel Davids das Göttliche Geſetz weit fürzuziehen. Wie auch

ins

ins gemein geſaget wird: Non exemplis, ſed legibus judicandum. David war damahls ſehr zorig verſ.5. Wie auch zuvor/1. Sam.25. verſ. 22. & 34. Hæc ille! Ad hyperbolen nihil cogit: Sententia Davidis legi æternæ (quæ eſt radius divinæ mentis) eſt conſentanea. Affectum iræ denique largimur in Davide exarſiſſe, ſed juſtum, Zeloſum, & rationi conſentaneum (Etenim locum è Prov.31. augmenti pœnalis poteſtatem non probare, juxta cum D. Frantz. fatemur) quanquam ejusmodi interpolatio in praxi ipſa nunquam contigiſſe videatur, ex iis quæ diſputat Joſephus XVI. I. Ex rigoris neceſſitate nati; cum delictorum incremento & audacia, tùm genio populi, omnino enim in pœnis indoles nationum æſtimanda. *Iam* (ita Alſted. in Theol. Catech. ſect 3. p.632.) *Populus noſter eſt ferocioris ingenij, quam Iudaicus ille. Populus noſter eſt egentior Iudaico. Ideoq; furtum levius majora damna apportat; terra noſtra eſt amplior Chananæa, ut facilè colluvies furum poſſit exiſtere.* Bodinus, lib. 5. de rep. c.1. author eſt, *Septentrionales populos vi & armis ſubditos ferè in officio continere; auſtrales, religionis ac numinis metu, cæteros æquitate; & imperio rationis.* Auguſt. v. Epiſt. 5. ad Marcellinum refert, *de inſigni ſui temporis medico Vindiciano, qui ab ægroto conſultus, hoc adhiberi juſſit, quod in tempore congruere videbatur. Adhibitum, ſanitatem conſecutam eſſe. Poſt aliquot verò annos eadem illum corporis cauſa commotum, idem adhibendum putaſſe; adhibitum autem in pejus verſum fuiſſe. Vindicianum, medicum acerrimum, cauſam quæſitum reſpondiſſe: Ideò malè acceptum illum eſſe, quia ipſe non juſſerit. Illi enim ætati jam non hoc fuiſſe juſſurum. Cui narrationi Auguſtinus ſubjungit: Tantum igitur valet, ratione atq; artibus non mutatis, quid ſecundum eas ſit pro temporum varietate mutandum. Non itaq; verum eſt, quod dicitur: ſemel rectè factum nullatenus eſſe mutandum. Mutata quippe temporis cauſa, quod rectè ante factum fuerit, ita mutari vera ratio, plerumq; flagitat, ut cum ipſi dicant rectè non fieri, ſi mutetur. Varietas contra clamat, rectè non fieri, niſi mutetur, qui utrumq; tunc erit rectum, ſi erit pro temporum varietate diverſum. Hactenus Auguſtinus.* 2. Ex natura illius legis, quæ ex mutabili aliqua circumſtantia lata populum Judaicum maximè obligaſſe videtur, quia enim dominia ſuarum poſſeſſionum in totum alienare Judæis integrum non fuit, ſemper erat, quod redderent: quâ reddendi poteſtate hodiè apud pleroſque ceſſante, in corpore luendum eſt ei,

qui non habet in ære. Hoc loco, verba ſunt D. Rungi in Com. Exod.21. p.m.837. *Lex Moſis non ſimpliter eſt lex naturæ, ſed certæ politiæ, quæ nos non obligat.* Ameſ.l.5.conſc.c.52 n.1.p.403. *Iuſtitia poſtulat, ut proportio cum paritate quantum fieri poteſt, obſerventur inter delictum & pœnam: Sed inter illa externa bona, quæ ſimplici furto ſolent hominibus eripi, & hominis vitam, ſi in trutina ſimul appendantur, nulla proportio invenitur.* *Hujus argumenti,* ſcribit Zepperus in Leg.Moſ.explan.l.1. c.10. p. 79. *tanta eſt veritas, ut ipſemet Diabolus ſententiam pronunciet* Job.2. verſ 4. *Cuncta, quæ ſunt viro, dabit pro anima, vel vita ſua.* Nec obſtat 1. proportionis inter bona temporalia & vitam, iniquitas. 2. Perpetua ſervitus & angaria, qua ſufficienter caveri hoc malum queat. Reſp. ad 1. Diſtinguendum eſt inter proportionis materiale, quod inæquale, formale, quod æquale: ſicut ulna lignea ulnæ ferreæ inæqualis eſt quoad rem, æqualis quoad Menſuram. inæqualia ſunt vita & bona fortunæ: æqualia per æquipollentiam, quia 1. ſalus publica læſa tanti omnino eſt, quanti unius hominis vita, præſtat mori unum, quam ut unitas peſſum eat. nec 2. multo minoris ſalus privata, cujus extrema læſio hominem ad extremam redigit rerum inopiam: hinc pignus ſuperioris molæ & merces pauperis anima appellatur. Deut.24.6. & 14. Sic Gideon Phanuelenſes occidione occidit, ob negatam annonam, quod furti genus (annonam enim debitam negare famelico, furari eſt.) nece eſſe penſandum, judex ille cenſuit: Jud.8.17. ad II. Nego poſſe ſufficienter caveri, fieri enim poteſt, ut in urbe populoſa, tempore annonæ caritatis pro beneficio habeant ejusmodi angarias mendici, dummodò neceſſario victu è publico fruantur, atque ſic angariæ fiunt alimenta furti. Et ſi maximè poſſet, conſtat tamen ſervitutem vitæ jacturæ comparari in lege de plagio Exod.21.16. quia enim hominem liberum ſpoliare inque miſerrimam ſervorum conditionem abjicere, parum abeſt ab homicidio, ideò capitis pœna ſancita eſt. ad VIII. legem eſſe expreſſam, Exod 22. verſ.18. מכשפה לא תחיה maleficam ſeu præſtigiatricem (viro non excluſo, ſi enim ſexui fœmineo magis huic crimini obnoxio & fragiliori parci non debeț, multò minus ſexui virili) non vivificabis, id eſt, non conſervabis vitam, quam adimi jus ac fas eſt. Nulla cauſa eſt, cur τὸ Mecaſchepha ad ſolos veneficos referre debeamus?

Digitized by Google

mus? Etenim ea vis radicis כשף non eſt, ut præcisè ſignificet toxico perimere, ſed ut notat ex R. Abraham Pagninus, præſtigium, quo mutatur aliquid naturale ad aſpectum oculi. R. Mardochai Nathan de hac voce ſcribit, כשוף incantationem, præſtigium. Exod. 7. 11. Sapientes ולמכשפים id eſt, incantatores (h. e. כשף eſt præſtigium, præſtigiator. Hinc fit verbum in Piel 2. Paral 33. 6. Et augurabatur וכשף & præſtigia exercebat.) Nec convincit translatio LXX. qui φαρμάκεις reddidêre, quia hac voce generali etiam utuntur de magis Ægyptiorum Exod. 7. 2. quos veneficos fuiſſe nullâ evidenti ratione probari poteſt. Thomas Eraſtus in tractat. de Lamiis è probatis Græcæ linguæ auctoribus probat hanc vocem generaliter accipi pro omnibus maleficis incantatoribus, præſtigiatoribus, maximè ex Dioſcoride cap. de Rhamno, in quo ait ejus ramos, ſi pro foribus ponantur, *ἀποκρούειν τὰς τῶν φαρμάκων κακουργίας*, id eſt, magica incantamenta etiam inania & efficacia, aliàs qua ratione putaſſet ramos pro foribus poſitos propriè dicti veneni importationem impedire? confer ejusdem de Eraſti repetitione diſputationem de Lamiis ſeu ſtrigibus p. 46. & 90. & in diſp. de medicina nova Paracelſi, part. 1. p. 202. ſanè permixtio cum Sathanâ ſeu realis, ſeu conativa tanto graviori pœna dignior eſt, quantò gravius eſt in genus peccare quàm in ſpeciem, h. e. cum ſpiritu miſceri quam cum jumento.

§. 11. Videndum denique *de modo ſupplicia irrogandi*, quem oportet eſſe I. *pium*, excluſâ omni ſuperſtitione præſertim in inquirendo delicto, qualis eſt in purgationibus canonicis *per ſacramenti ſumptionem*, vid. Bald. caſ. conſ. l. 4. cap. 9. caſ. 3. *per provocationem ad vallem Ioſaphat*, non tàm προφαλικὴν aut πειθηλικὴν, quàm ex ultionis cupiditate imprecativam, quâ de prolixè Joh. Hering. pecul. tract. præcipuè n. 160. ſeqq. & Martin. Delr. l 4. diſq. Mag. c. 4. q. 4. ſ. 1. p. m. 608. *monomachia, per ignem, per aquam frigidam, de qua prolixè* Delr. l. c. ſ. 4. & q. 5. ſ. 1. II. *Prudentem*, cùm *in delicti inquiſitione*: Deut. 17. 14. c. 19. 18. Job. 29. 16. tùm *inquiſiti conſideratione*. Ideò in ejuſmodi capitalibus, non ſemper ſecundum ſcientiam, ſed ſecundum acta & probata judicandum, per ea quæ in auct. qq. moral. p. 551. ſeqq. tradidimus, non ex teſtium nudâ indicatione, ut in cauſa lamiarum docet D. Thum. tract. de ſag. Imp. q. 8 n. 6. ſeqq. neque

omninò

Digitized by Google

omninò ex propriâ confeſſione, ut ex Gen. 44. 16. colligit D. Geſner. diſp. 34. in Geneſ. De Amalekita ſuimet iniquo calumniatore 2. Sam. 1. v. 10. hæc notat Piſcator in doctr. germ. ad h. l. Frag/ Ob David den Amalekiter billich hab tödten laſſen? Antwort/ Ja: dann der Amalekiter hat ſelbſt außgeben/ daß er den König getödet habe: die Todtſchläger aber hat David/ als er zum König von GOtt verordnet war/ am Leben ſtraffen ſollen. Und ob ſchon der Amalekiter gelogen/ iſt doch David nicht ſchuldig geweſen/ ihme Glauben zugeben/ wann er hernacher geleugnet hat. ſed probationibus luce clarioribus. III. *Iuſtum*, adeoque proportioni arithmeticæ conſentaneum, ut demonſtravimus Auct qq. moral. c. 7. q. 3. §. 141. *ἀπροσωπόληπτον*, affectibus, maximè irâ, non corruptum, exemplo Ahaſveri Eſth. 7. 7. Confer Syr. 10. 6. IV. *Clementem* 1. *in ſupplicij decreto*, non ut remittat in delictis naturâ ſuâ ac lege divinâ capitalibus, *ne qui voluntati ſervit alienæ*, ut loquitur *Lactant. de alieno ſit liberalis.* Deut. 19. 19. 1. Reg. 20. 42. 1. Sam. 15. ſed in delictis judicis arbitrio relictis. vide D. Gerh. l. c. p. m. 1033. 2. *In ſupplicij decreti executione*, ut condoleat, non vertat ſupplicium in voluptatis alimentum. 3. *In cura cadaveris ſupplicio affecti*, ad quam pertinet quæſtio *de corporibus ſuſpenſis, aut rotâ fractis an inhumata ac inſepulta relinquenda?* ſubſcribit D. Gerh. p. 1038. l. gr. æ. 9. de hæret. quamlibet nocentibus non denegari jus ſepulturæ humanum & ſanctum eſſe. *Firmatur hæc aſſertio lege divinâ* I. Geneſ. 3. 9. ad quam fruſtra ſunt, qui excipiunt cadavera in furcâ relicta propter putrefactionem in terram tandem reverti, utut ait Senec. in ſepulturam ſuam defluere: Etenim reverſio illa in terram non tantum corruptiva eſt aut reſolutiva, alioquin non tantùm debuiſſet dicere in terram, ſed in aërem, aquam, ignem, in quæ elementa cadaver reſolvitur; ſed etiam localis, è qua B. Patres demonſtrarunt, ſanctorum cadavera eſſe ſepelienda, non circumgeſtanda. II. *Deut. 21. 23. Nec obſtat*, hanc legem forenſem eſſe præfigurativam maledictæ mortis Chriſti Gal. 3. 13. ac hodiè num non obligare. Reſp. eſſe eam forenſem, ſed cum morali mixtam. Forenſis utique fuit reſpectus ad Chriſtum maledictum: forenſis itidem ratio legis Una, ne terra hoſpitium Meſſiæ ceremonialiter contaminetur: Moralis tamen in ea lege eſt ratio moralis. 1. *Vniverſalis* in jure naturæ fundata, quia ferinæ rabiei videtur, ne ipsâ quidem

morti

morti ſatiari poſſe, cùm nullum amplius reus ſentit dolorem, & alitibus ac feris depaſcendum objiciatur cadaver, quod imaginis divinæ forma fuit ac domicilium. 2. *Particularior* in lege expreſſa, quia maledictus eſt, qui pendet in ligno, id eſt, execrabilis. Volebat ſiquidem DEUS facinoroſos (quorum pœna erat ſuſpendium) omninò deleri de terra, adeò ut nec eorum cadavera ſupereſſent in pœnam, ut fieri ſolet in illis, qui flammis traduntur. Corn à lap ad h. l. confer Maſium ad cap. 8. Joſuæ. 3. *Particulariſſima* ad Chriſtianos etiam pertinens. Videtur enim hæc lex fundamentum habuiſſe etiam in fide reſurrectionis. Qui igitur, *inquies*, DEUS ipſe impiis ſepulturæ honorem denegat, ſi ſepeliri morale eſt? Quî 2. factum, quòd Sauligenæ à Davide in patibulo relicti. 2. Sam. 21. 3. annon ejuſmodi pœna pertineat re ad exemplum ac terriculamentum aliorum? Reſp. ad 1. eſſe morale, ſed poſitivum, adeoque divinitus diſpenſabile. ad 2. factum illud vel licitè ex juſſu Nathanis, ut ominatur *Lyra*, ut manerent cadavera tamdiu in cruce, donec imber demitteretur è cœlo teſtis placati DEI; vel illicitè à Gabaonitis, quibus rex totam cauſam permiſerat, more ſuo eoque gentili, ut non diſplicet Sanctio in h. l. ad 3. ad incutiendum terrorem ſufficere ſpectatum ſupplicii actum, & infamem ſupplicii locum: quemadmodum in Eccleſia ad virtutis imitationem ſufficiunt ſanctorum hiſtoriæ, corpora eorum reſervari non ſolùm non neceſſe, ſed nec humanum eſt.

§. 12. *Poſtremò vitia hac* quoque parte à lege aberrantia ſunt. 1. *Superſtitioſa inquiſitio.* 2. *Imprudentia in circumſtantiarum conſideratione*, cujus exemplum extat in V. T. Eſther 3. 11. in N. T. in Pilato, qui nec omnes explorandæ veritatis modos adhibuit, ſed Cæſarem metuens etiam ob falſorum criminum ſuſpiciones ſeverum, Pontificum gratiam lucri facere maluit, quàm teſtes occupatiſſimos invidiâ, corruptiſſimos Pontificum largitionibus à tribunali depellere: nec rectè judicavit, hic homo accuſatur tanquam Imperii Cæſarei inſidiator, & tanquam deſtructor templi Hieroſolymitani; quia iſta crimina (ratione judice) vel non ſunt, vel non ſufficientia ad necem: alterum enim crimen ſuſpicionis potius erat, quàm facti: alterum inſaniæ magis (ratione judice) miſeratione dignæ, quàm malitiæ. 3. *Injuſtitia, ſeu juſtitia ſtuprum.*

Digitized by Google

Syr. 20. 4. cujus ſe alligavit David in puniendis filiorum ſceleribus ſegnior, ac intempeſtivæ ὀργῆς ſectator, & irarum plenus Theodoſius Imp. cui poſtea Ambroſ. ſuaſit, ut pateretur ſupplicia capitalia poſt Imperatoris reſcriptum per triginta dies ſuſpendi. Niceph. XII. 41. 4. *Crudelitas* in ſupplicio decernendo vel ipsâ noxâ majori, quale in Calliſthenem deſignavit Alex. M. apud Curt. l. 8 p. 343. vel inuſitato, quale fuit illud, quod, auctore Cambdeno, in hiſt. Brit. de fratre Georgio Clarentiæ duce expoſcit Eduardus IV. Anglorum Rex, quem poſt longas inimicitias in gratiam receptum, tandem tamen in carcere dolio vini Cretici immerſum inaudito carniſicinæ genere deleviſſe fertur. Crudelitatis affines ſunt illi, qui mori olim reos ad ἀυτοχειρίας damnarunt. Vel gaudendo de decreto ſupplicio, id quod de *Voleſa* Aſiæ proconſule refert *Seneca* II. de ira. 5. quòd cùm trecentos uno die ſecuri percuſſiſſet, intra cadavera vultu ſuperbo incedens proclamavit, *ô rem regiam!* De *Caligula* Suetonius, quòd non tantùm cupidiſſimè ſpectarit ſupplicia, ſed etiam reos minutis lacerari juſſerit ictibus, ſubinde carnificem, interpellans: Cura, ut ſe mori ſentiant. Confer exempla Ethnicorum, qui cadavera inhumata reliquerunt apud Lipſium lib 2. de cruce, c. 16.

Coronidis loco illud addimus, ſtultiſſimè hallucinatos Stoicos olim fuiſſe, cum θάνατον ſtrangulatorum μιαρὸν, gladio occiſorum καθαρὸν appellarunt, tanquam qui ſuſpendii pœnam luit, indignantem animam propriis non redderet aſtris, permeare prohibitam, ab exitu libero impeditam tanquam πυρώδη οὐσίαν. Vide Lipſ. III. Phyſ. Stoic. II.

GYMNASIUM CONSCIENTIÆ.

Q. I.

An qui è Papatu ad nos emigrarunt Religioſi, Monachi, Clerici, hoſpitio recipiendi?

Quidni? Recipiendi utique, ſed prudenter. Charitatis officium eſt, miſerum, qui in Latrones incidit ſemimortuus, ſublevare, refocillare; eum qui è carcere Babylonico eluctatus eſt, hoſpitio

tio tutiori dignari; qui in faucibus orci tenetur, eripere, periiſſet Auguſtinus, ſi ejus curam Ambroſius abdicaſſet, qui conſcientiæ afflictæ tormentis ſitibundi ad puros Iſraelis fontes anhelant. At ſunt fœdifragi, voti-rupæ nebulones! *Neminem hactenus*, ſcribit Cornæus, *excuſſo cucullo, abjectaq; Sacerdotij religione à nobis receßiſſe, quin prius ab honeſtate & moribus integris aut palam, aut clam diſceßionem feciſſet.* Eſto laqueos exuant, quos imprudentes induerunt, quid peccant, ſi ſolvunt vota, ut ſervent, pro cœca obedientia oculatam, pro æſtuante caſtitate conjugalem medicinam; ſi pro opulenta paupertate veræ paupertatis onus amplectantur, ſi, dum alto ſe mari abſque remis & velis cœlitus conſecratis, commiſere, terram petunt, ne ſubmergantur, ſi è carcere & laqueis conſcientiæ, quibus iniquè detinentur, ſe liberant? *Volo juniores nubere*, ait Apoſtolus, quid peccat qui vult, quod vult Apoſtolus alios velle? *neq; enim voto ſatisfaciunt.* (rubric. in Canone, ſi Paulus, 32. q. 5.) *qui à legitimo conjugio abſtinent, ut interim libidinum flammis inardeſcant, ſiquidem virginitas carnis non ſervatur, mente corrupta. Credimus* (ita Æneas Sylvius in Epiſt. 387. ad Joh. Fruant.) *te uti non inſulſo conſilio, ſi, cum nequeas continere, conjugium quæris: quamvis id prius cogitandum fuerat, antequam initiareris ſacris ordinibus: ſed non ſumus Dij omnes, qui futura proſpicere valeamus. Quando huc ventum eſt, ut legi carnis reſiſtere nequeas, melius eſt nubere, quàm uri.* Eſto evolent ad nos, κακῶ κόρακος κακὰ ὠὰ, tamen non raró, licet difficulter, indolem in melius vertunt, accidit aliquando, ut Anoneſimus ſervus, fur, phryx, alió fugiens, fiat Oneſimus. Charitas non eſt ſuſpicax in iis, quæ non ſunt notiora. Si veró liquidó conſtet, eſſe tales maleferiatos, qui nequitiæ ſuæ apud nos & impunitatis aſyla quærant, nullis cum pœnitentiæ indiciis, longum abeſſe jubemus, ideó prudentia opus, arbitra & ſequeſtra, cui ſervire poſſit in Republ. benè conſtituta Monacho-trophia, non minus neceſſaria, quàm Orphanatrophium. Sunt, inquies, ad omnia civilis vitæ munia inepti? Ita eſt, ſic ſunt ab Antichriſto corrupti, ſicut illius mendici liberi, quos infantes adhuc ita fregit, luxavit, perdidit, ut in otio vivere, ac Domini eſſe poſſint, nulli opificio idonei. Sed meliori diſciplinâ adhuc corrigi poſſunt, & ad officia civilia,

Zzzz 2 man-

Digitized by Google

manuaria, militaria, ſtudio exaſciari, expoliri & reduci. Inſtat: Compoſitio pacis Diling. p295. *Nulli perſonæ Regulari, ſeu ordinem religioſum profeſſæ conceſſa fuit Religionis libertas, ita ut impunè poſſit ad Lutheranos deficere, atq; ab obedientia ordinis & Eccleſiaſtica Iuridictione ſe ſubtrahere. Si Eccleſiaſtici* ib. p 295. *à Fide Catholica ad Confeſſionem Auguſtanam deficiant, Prælati Eccleſiæ Catholicæ omnem in eos jurisdictionem exercere poſſunt.* At Religioſis ἀσυλίαν indulſit Sanctio Imperialis, cùm Paſſavio-Auguſtana im R. Abſchied anno 555. Und nach dem. p. 399. Tùm Oſnaburgo-Monaſterienſis in inſtrumento pacis cap. 5. n. 3. Aufugiunt, inquies, diſciplinæ & ſortis quàm ante tenuioris, impatientes, perit beneficium. Perit ipſis pereuntibus, non tibi conferenti, inter decem leproſos unus duntaxat gratus fuit medico, Chriſto nihilo ſegniori ad beneficiorum continuationem. Præſtat, decem nocentes abſolvere, quam unum innocentem damnare, decem perituris benefacere, quàm unam animam æternum perdere.

Q. 2.

An igitur promovendi hujusmodi converſi ad munia publica?

Utique, ſi Examen & δοκιμασίαν ſuſtinuerunt, ſi idonei, ſi neceſſarii, ſin, alio dimittendi, ubi eorum major eſſe poteſt neceſſitas, neque enim panis eripiendus liberis ac domeſticis, & dandus peregrinis, ſi illi his pares virtute, ſed nec providentiæ divinæ catarracta ponenda eſt, cùm peregrinos cattos advocat, ut depellant ignavos mures domi, nec niſi fruges conſumere natos.

Q. 3.

An ſecundum acta & probata; An ſecundum conſcientiam ſuam judex judicare debeat?

Videtur poſterius: 1. quia quicquid contra conſcientiam, ædificat ad gehennam c. lib. X. de reſt. Spolii. 2. Quia tutius eſt animarum ſalùtem reſpicere l. 43. in fin. ff. de religioſ. & ſumt. funerum. Vaſqu. illuſt. controv. 14. 3. Quia aliâs jus mendaciis patrocina-

cinaretur; dum contra conſcientiam quid fieri ſciret. 4. Judicium ad propriam judicis conſcientiam, hoc eſt, ut interpretatur Coraſius ad oculos refertur l.7. § fin. ff.fin.regend.l.2.§.fin. ff. de feriis. Hinc judices ex animi ſententia æſtimare debent, quantum cuiq; teſti credendum ſit, l.3. §.1. & 2. in fin. ff.fini.regend. l.13. in verbis: quod legibus omiſſum eſt, non omittetur religione judicantium ff.de teſtibus.Hotom.illuſtr. q. 27. Coraſ.lib.4.Miſcell.20. Arumæ. exercit.6. in parergo & exercit.20. th.3. Videtur prius 1. quia hic DEUS ſecundum acta, quæ recenſet, judicat Matth.25.35. deſcendit de cœlo, ut videat Geneſ.18.21. 2. In Jure Canonico c.paſtor. 28. §. quia verò X. de officio delegat. 3. Quia expreſsè dicitur: Judex id ſequatur, quod convenit cum fide eorum, quæ probabuntur l.6. §. varietas ff. de off. præſi. 4. Fieret ſimul teſtis & judex, quod fieri non debet, arg.l. ult. C. de fidei. Commiſſ. 5. Faceret litem ſuam, quod punitur l.10 §.3.ff.de edend. & à probatis recederet. Buſius in lib.ſing.de offic.jud.c 4. n.40. 6. Ambroſius in c.judicet 3. q.7. inquit: Bonus judex juxta leges juraque pronunciat, & nihil paratum ſive meditatum domum fert; Sed ſicut audit judicat, & ſicut ſe habet natura negotii decernit: Covarruv.l.Reſol.1.n.6. Cujac. lib.12.obſerv.12.enucl. Donell.lib.26.c.3. Clarus in pract.crim. q.66. n.2. Ad contraria 1.Fall. cauſæ: Non volumus contra conſcientiam quò judicet: ſed ſecundum conſcientiam, formatam tamen à jure, non à ſe. Si verò ſciret, eſſe contra conſcientiam probationem, tutius eſt, ut deléget alteri; ne ſit teſtis & judex, uti notant Doctores, in c.1.X. de officio ordinarii. Nicaſius ſuper tit.22. de tutelâ n.5. Ad 2. Fall. iterum cauſæ: Nam omninò & hoc volumus, ſed ita tamen, ne negligatur jus: nam & hoc animam reſpicit, dum non eſt contra animam. Ad 3. idem Elench. Nam judex ſemper debet judicare ſecundum acta & probata, nunquam contra veritatem & conſcientiam, Reinking.lib.2. claſſ.2. q.12. n.13. Ad 4. Itidem volumus ut arbitretur, ſed ita tamen, ne ſecundum ſuum, ſed ſecundum legum arbitrium. Interim ſimpliciter tenendum, nunquam eum condemnandum eſſe, quem revera novit, ſive actione, ſive accuſatione iniquè pulſari. In dubio verò judex ſecundum acta & probata judicare debet. Umnius diſſ.15.n.24.

Digitized by Google

Q. 4.

An cadavera ſuſpenſorum debeant ſepulturæ mandari?

Videtur quod non; 1. Quia Majeſtate damnati l.1.ff.de Cadaver. punit. ut & aggreſſores publicarum viarum, qui ſuſpenſi in patibulo relinquuntur, ut cæteris ſint terrori Clarus l. 5. recept. ſent. §.fin. q. 100. n. 1. ex l.capitalium 28.§.15. de pœnis & Igneus in l. 1. §. ſi ſibi manus poſt n. 49. ad Senatus Conſ. Silanian. 2. Landtrecht. lib. 1. verb. Niemand. n.7. Weichbild. art.36. Contra videtur: Quia Chriſtus deſumptus ex conceſſione Pilati Joh.19.28. 2. Quia in ſacris dicitur Deut.21.13.& Apoc.11.8.Pſ.79.v.3.Quod ſit Antichriſtianorum cadavera inſepulta relinquere. 3. l.11.C.de religioſis & ſamtib inde Weſemb.in œconom.juris. 4.Jure Canonic.c.13.q.2.& c.placuit 23 q.5. & in clement.1.de pœna & remiſſ. Ad contraria 1. Fall. conſ. iſta ſunt expreſsè excepta. Ideoque etiam ſervantur, uti ait Rebuff.in proœmio conſtit. Gell. n. 54. & 55. Ad 2. Ita ſpeciali jure deſtinatum eſt, Weſemb.ad Tit.de cadaverib punit. & in paratit. per l.28. §. 15. ff.de pœnis.& paris de puteo in tractat. Synd. verb. mortuus c.1. n.3. & verb.furcarum erectio n.2. Videatur Hoſtienſ. in Rubric.de ſepult. n.4. Gomez.in cent.variarum reſolut. tom.3. c. 14. n. 8.

Q. 5.

An propter angores abbreviandos licita ſit αὐτοχειρία?

Ita colligunt quidem ex textu, cum tantæ ſint anxietates, ut ſcil.mœrore tabeſcant homines. Et ita etiam Donatiſtæ collegerunt. Etiam quidam JCti arbitrantur eam probari poſſe per l. liberorum 11. §. non ſolet 3. de his qui non inf. l. ff. ſed ſi, o. §.7. ff.de peculio l.ult.§.ſi quis 4. ff.de bonis damnat. l. in fraudem 25. §. ejus 2. ff. de jure fiſci. Verum dicuntur tabeſcere quidem, non autem jubentur ſe occidere; potius attollere capita, cum redemptio ſit propinqua. Deinde habemus mandatum: Non occides, quo & pro-

& propria prohibetur internecio, uti cenſet Auguſt. l. 2. de Civ. Dei .c.5. relatus in cap. non licet 23. q. 5. 5. Membra ſumus Chriſti. Ergò non ſumus in noſtra de jure poteſtate, ut nos occidamus, ſed ei vivamus Eph.5.30. Et non, inquit Hieronymus, Dominus recipit animas, quæ invito Domino ex corporibus exiverunt. Etiam leges humanæ repugnant, in quibus quod nemo ſit Dominus ſuorum membrorum l. liber homo 13. ff. ad legem Aquil. imò punitur qui ſeipſum lædit l.6.§.7. ff. de re militari l.8.l.38.§.fin. ff. Sicariis de Bartolus in lege 1. §. uſque adeò de injuriis & in l. tranſigere 15. C. de tranſact. Et qui metu criminis ſe lædit graviter capite punitur l. omne delictum 6. §. ſi quis 7. ff. de re militari. Nec obſtant ll. allegatæ, quæ tantum loquuntur de bonis, non de perſonis primario, non tam de jure, quam de facto, uti Sichard. ad l.3.n.8. in f. C. de pactis, Tilem. l. de princip. prudentiæ c. 6. Carpz. p.1. pract. Criminal. q.2.n.25. Et ſi de jure, potius de veteri, quam de Novo, ut ait Heigius q.36 n.24. Siquidem in l. cum a 23. §. excipitur 3. ff. de Ædelitio dicto, malus ſervus Domini creditus eſt, qui aliquid facit, quo magis ſe rebus humanis extrahat. Et quamvis diſtinguant, ſi quis tædio vitæ vel conſcientiæ vulnere ſibi violentas manus intulerit, tamen bonorum fit mentio, non perſonarum. Interim vita antecedens conſideranda & exploranda, ne cum ſit in judicio DEI, præoccupemus illud, & damnemus, quos, an ſint damnati ignoramus. Balduinus in Caſibus Conſcientiæ lib.2.c.3. q.30. In terrorem verò aliorum ceremoniis ſolitis vix videntur digni, qui ſe ipſos indignos fecerunt, modo non fuerint phrenetici, melancholici, aut ſui non compotes, videatur Heigius part.2. q.36. n.74. Viſcherus de duello litera Kk. Concludimus voce Lipſii 3 Manud. ad Stoic. Phil. diſſ.23. DEUS, DEUS vetat injuſſu ſuo abire: quid diſputamus, quid nugamur? Vox ejus ſacris noſtris prodita. Non occides! quem? non te, non alium: Et ſcito illum vitæ Dominum tantùm, qui dedit: Itaque patientiæ exempla infinita apud nos ſunt, & vitæ in moleſtiis tranſacta; & tormenta tolerata, & mors ipſa ob pietatem obita, non ſumpta. Dehortatur etiam Paulus carceris cuſtodem, ne ſe interficiat Actor. 16. 28. Eph.5.29. Nemo odio habet carnem ſuam. Quibus verbis & damnat mor-

tem:

Digitized by Google

tem voluntariam, uti monet Bernhardus in Epiſt.11. ad Robertum nepotem ſuum, & Gen. 9.5. idem prohibetur, ut habet Fagius in Onkelum, Rangol. in 1. Reg. 31.6. q. 140. tom. 7. Videatur Orig. lib. 2. in Job. Aug. epiſt. 38. ad Lætum epiſt. 52. ad Maced. epiſt. 61. ad Dulci. lib. de patientia c. 13. Hieronym. in epiſt. ad Paul. de obitu Blæſillæ Lactant. lib. 3. div. juſtit. c. 13. Salv. de Gubern. l. n. 193.

Q. 6.

An in cauſa dubia privato bellare liceat?

Sanctus Auguſtinus lib. 22. cap. 75. contra Fauſtum, ita ſcribit: *Si vir juſtus forte ſub Rege ſacrilego militet, bene poteſt illo jubente bellare, cum quod jubetur, vel non eſſe contra* DEI *præceptum certum, vel, utrum ſit certum, non eſt, ita ut fortaſſe reum faciat* Regem *iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſervitutis. Milites enim cum exequuntur ſententiam judicis, tutiorem partem eligunt, cum ſui Principis ſententiam ſequuntur.* Et *tenentur* (ita Conzen. Polit. l. 10. c. 5. p. 749.) *ſequi* Principem *milites, detrectando enim ſacramentum vires hoſtibus adderent, &* Rempublicam *proderent; at ſanè in dubio patriæ potiùs quàm inimicis favere oportet. Deniq; moris non eſt inconditam multitudinem ad judicium cauſæ advocare. Alia ratio ducum eſt, qui, cum ut conſiliarij advocantur, ſeriò de juſtitia judicare coguntur. quod ſi militibus & vaſallis conſtet Principem de juſtitia cauſæ dubitare, militiæ nomen dare non debent, quia ſciunt bellum injuſtum eſſe. injuſtum enim eſt alterius vitia judicare, cum eſt cauſa dubia. Milites qui ſubditi non ſunt, dubia cauſa militare non poſſunt, & ſponte rei dubiæ immiſcere ſe non poſſunt. Deinde ſine ulla neceſſitate exponunt ſe periculo injuriam inferendi alteri Principi, at ceſſando periculum illud evitant, ordinariè tamen bonæ conſcientiæ milites hic non delinquunt. Nam qui bella gerunt cauſas ſpecioſiſſimas prætendunt, quæ planè neceſſariæ videantur. Deinde cum Rex aut Princeps boni nominis eſt, meritò præſumunt, eum injuſta bello non ſuſcipere, cauſam accuratè examinaſſe, à prudentibus eam & integris viris comprobatam eſſe,*

Q. 7.

Q. 8.

An in cauſa juſtâ liceat planè abſtinere & neutralibus eſſe?

Neg. Audiatur Fabric. in lib. judic. conc. 21. p. 1469. Noch eins haben wir endlich beym erſten Stuck zubehalten: nemlich dieſes/ daß die Neutraliſten/ welche es mit keiner Parthey recht halten wollen/ ſelbſt in Unglück ſich ſtürtzen. Diß ſihet man an den Bürgern zu Jabes in Gileadt. Dann weil dieſelbige ſtill geſeſſen waren / vnd hatten neutral ſpielen wollen / da ihre andere Brüder / die Kinder Iſrael in den Streit zogen / wider die Benjaminiter / vngeachtet/ ob ſie ſchon/ durch das außgegangene Mandat waren mit citiret / gefordert / vnd zu dem gemeinen Werck beruffen worden: ſo bekamen ſie zu letzt den Lohn dafür / daß ſie mit der Schärffe deß Schwerdts getödtet worden. Sie thaten zwar wohl daran/ daß ſie ſich nicht mitmengeten in die böſe Sach der Benjaminiter. übel aber handelten ſie hergegen in dem/ daß ſie auch nicht tretten wolten in die Gemeinſchafft der ſämptlichen Kinder Iſrael/ die doch eine gerechte Sache auff ihrer Seitten hatten/ vnd zwar bey Behaltung der Erbarkeit/ auch zum Schutz deß gemeinen Wohlſtandes im Lande ſich in die Rüſtung ſtelleten. Dieſen hätten die Burger von Jabes mit ſollen beyſtehen/ vnd ſich nicht von ihnen abſondern. Weil ſie aber wolten Neutraliſten/ Nollbrüder vnd/ Sonderlinge ſeyn / ſo gieng es über ihren eigen Halß auß/ daß ſie/ als deſertores Patriæ & proditores publicæ ſalutis, wurden mit Leibes vnd Lebens Straffe beleget. Darumb mag es wohl heiſſen/ wie man pflegt zu ſagen: Wer da wil ſeyn neutral/ der wird geſchlagen überal. Und wann er meint ſein Leben zu erhalten/ ſo verleuret er es wohl am erſten. Wie ſolches auch für zeiten dem Kriegs Oberſten Metio Suffetio, welcher das Heer der Albanorum geführet hat/ widerfahren iſt. Dann weil er nicht wolte/ vermög deß Bundes/ den er mit den Römern geſtifftet hatte/ ihnen treulich beyſtehen wider ihre Feinde/ ſondern weich/ in der gehaltenen Feldſchlacht/ mit ſeinem Volck beyſeits abe/ an einem Berg/ allda zu lauſchen vnd zuſehen/ wie der ſtreit ablauffen werde/ daß er ſich nachmahls zu denen ſchlagen könte/ die den Sieg erlangen würden: Da ließ ihn vmb deß willen der Römiſche König Tullius Hoſtilius lebendig

Digitized by Google

von einanden reiſſen/ vnd ſprach in der gefällten Sentenß vnter anderm alſo zu jhm: ut animum ancipitem geſſiſti, ita jam corpus paſſim diſtrahendum dabis: das iſt/ gleich wie du ein zweyſpältiges Hertz getragen gehabt haſt/ alſo ſolt u ietzund deinen Leib hergeben/ daß dir derſelbige zerſpalten werden möge. Ließ jhn darauff in Gegenwart deß Kriegsheers an zweyen Wagen binden/ vnd durch dieſelben/ als die Pferde mit jhnen fortlieffen/ in Lapſtücken von einander reiſſen. Subſcribit Conz.l.9. Polit.c.46. p.736. *Si altera pars apertè cauſam improbam tueatur, vel improbos & latrones tuendo, vel bonos opprimendo, ut nec ipſi quidem ſine crimine agere ſe fateantur, boni viri eſt, integræ parti, & juſtæ cauſæ ſe adjungere; & ſi à patria vocetur, pugnare, quamvis triſtiſſimos, & crudeliſſimos victoriæ exitus videat futuros. Filij Iſraël cum bellum decrevissent contra tribum Benjamin, Iudicum 20. jubent tradi ſibi homines de Gabaa, qui hoc malum perpetrarunt, cumq; viciſſent, occiderunt habitatores Iabes Galaad, quod non defuiſſent bello. Grandi enim juramento ſe obſtrinxerant, cum eſſent in Maſpha, interfici eos, qui defuiſſent. Civilis belli cauſa erat, quod improbos ad ſupplicium dare nollent, ſub pœna mortis omnes ad bellum coacti ſunt, Cives Iabes Galaad omnes interfecerunt c.21. 10. miſerunt itaq; decem millia viros robuſtiſſimos & præceperunt eis, ite & percutite habitatores Iabes Galaad in ore gladij, tam uxores quam parvulos eorum. Quin & Benjamitas omnes cum uxoribus, parvulis, fœminis, & jumentis occiderunt cap. 20. quamvis igitur victoria eſſet triſtiſſima, & niſi DEO jubente, qui ſcelera Benjamitarum punire ſtatuerat, crudeliſſima, nemo tamen abeſſe à civili bello potuit, quia ceſſatores & detrectatores eodem modo, quo reo, puniverunt. Qui propter nequitiam atq; injuſtitiam cauſam impiam volentes ſcientesq; tuentur, omnem victoriæ crudelitatem meritò ſibi imputabunt.*

Q. 9.

An in bello liceat fœdere & opera infidelium, ut Turcæ &c. uti?

Hic (ita Rivet. in Oſe.298.) duo diſtinguenda ſunt 1. quid per ſe & ſua natura liceat. 2. aliud vocare in auxiliū infideles ſimpliciter: aliud vocare eos contra fideles, aut contra infideles. Hoc enim ultimum non videtur valdè controverſum. Id fecit Judas Machab, quando contra externos hoſtes, iniit fœdus cum Romanis. Sic Jonathas

nathas frater ejus, quando opem tulit Demètrio Regi infideli, contra Alexandrum ſimiliter infidelem 1. Mac. 11. Ex his ergò cenſemus concluſionem illam veram eſſe, per ſe, & ex natura rei, (ſeclusio periculo & ſcandalo) licitum eſſe, in bello juſto, vocare in auxilium infideles. Sed jam utendum eſt limitationibus, ſi hypotheſes ſpectemus. 1. Ergò diſtinguendum inter fœdera, quæ defenſionis cauſa ſuſcipiuntur, & quibus etiam offenſio tertii alicujus promittitur, & exigitur, etſi conditio juſtitiæ in bello requiſitæ, adhibeatur; ſi præſertim annexa ſit copula, erga omnes & contra omnes, tunc enim accidere poſſet, ut fidelis ſe aſtringeret ad ſuppetias ferendas infideli, ad fideles opprimendos. De fœdere defenſionis alia ratio eſt. Diſtinguendum ergò 2. inter fœdus initum cum infidelibus, adverſus alios infideles, & adverſus fideles. Prius cum æquis conditionibus licitum eſſe fatemur; de poſteriori negamus. Si de infidelibus propriè agamus 1. non Chriſtianis, adverſus eos, qui nobiſcum ſentiunt, & eandem profitentur religionem, quosque pro fratrib. habemus Alia ratio eſt, ſi, quamvis profiterentur Chriſtianum nomen, ſint tamen idololatræ & perſecutores noſtris; tunc enim, etſi non ſine cautionib. huc deveniendum eſſet, tamen cum ab iis impetimur, qui religionis tantum nomen uſurpant, & quovis infideli deteriores ſunt & crudeliores, poſſent etiam infideles in ſubſidium vocari, ſed non ſine urgente neceſſitate.

Q. 10.

An licitæ munitiones urbium?

Reſp Riv. Comm. in Of. p. 286. *Quæret aliquis, an id (ſc. quod Iudæi propugnacula urbium ædificaverint,) licitum? Prudentiæ bellicæ partem eſſe politici omnes conſentiunt, ante bellum omnia neceſſaria maturè eſſe præparanda, & felicem eſſe civitatem, quæ pacis tempore de bello cogitat. Quam ſententiam lapidi inciſam, Veneti in veſtibulo armamentarij ſui ſculpi curaverunt. Ad id requiri, pecunias, commeatum, inſtrumenta bellica, arces & propugnacula manifeſtum eſt, & præſertim in juſta defenſione. Hinc eſt, quod his temporibus, quibus omnia bellis perſtrepunt, in artem redacta eſt urbium muniendorum ratio; quam artem nemo ſanus inter illicitas & per-*

nicioſas reponet. Cur igitur ſacri ſcriptores videntur curam illam civitates munitas extruendi, aut jam extructas reparandi damnare? rationem habet Eſaias ibidem, paucis verbis: Et non reſpexiſti, inquit, ad eum qui fecerat eam, quaſi diceret, non ſperatis in Domino, cujus conſilio ea omnia vobis comparata ſunt. Erat hæc etiam apoſtaſia quædam à DEO, etſi obſcurior, Iſraelitarum. Non ſimpliciter dicit Iudæos ædificaſſe, ſed multiplicaſſe ejusmodi propugnacula, nempe ut ſuperbirent adverſus DEUM: quia res per ſe non damnatur, ſed propter eum finem quem ſibi proponebant. Non enim diſplicet DEO ſtructura munitionum; ſed talis multiplicatio, quæ cum inſolentia conjuncta eſt, & fiducia extra DEUM: Rem totam explicatam habemus ab Eſaia Propheta noſtri contemperaneo cap. 22. v. 8. & ſeq. Revelabitur operimentum Iudæ, & reſpicies in die illa ad armamentaria domus ſaltus. Sed & rimas civitatis Davidis vidiſtis, quod multæ eſſent, collegiſtis aquas piſcinæ inferioris, domus quoq; Ieruſalem numeraſtis, & domus diruiſtis, ut murum muniretis, quin & lacum feciſtis inter duos muros, pro aquis piſcinæ veteris. &c.

Q. II.

An ſtatus militaris talis ſit, ut quis bona conſcientia in eo vivere poſſit?

Audi Luth. part. 3. Jen. p. 315. f. 2. Auffs erſte iſt der Unterſcheid fürzunehmen / daß ein ander Ding iſt Ampt vnd Perſon / oder Werck vnd Thäter. Dann es kan wohl ein Ampt oder Werck gut vnd recht ſeyn an ihm ſelber / das doch böſe vnd vnrecht iſt / wann die Perſon oder Thäter nicht gut oder recht iſt / oder treibts nicht recht. Ein Richterampt iſt ein köſtlich vnd Göttlich Ampt / es ſey der Mundrichter oder Fauſtrichter / welchen man den Scharpffrichter heiſt / aber wenns einer fürnimbt / dem es nicht befohlen iſt / oder der / ſo deß Befelch hat / nach Gelt vnd Gunſt außrichtet: So iſts bereit nicht mehr recht noch gut. Der eheliche Stand iſt auch Göttlich vnd köſtlich / noch iſt mancher Schalck vnd Bube drinnen. Alſo iſts auch mit dem Kriegsſtandt / Ampt oder Werck / das an ihm ſelbſt recht vnd Göttlich iſt / aber darauff iſt zuſehen / daß die Perſon auch ſey / die dazu gehöre vnd rechtſchaffen ſey / wie wir hören werden. Auffs erſte bedinge ich hie / daß ich auff dißmahl nicht rede von der Gerechtigkeit / die für GOtt fromme Perſon macht / dann daſſelbige thut allein der Glaub an Jeſum Chriſtum / ohn all vnſer

Digitized by Google

ſer Werck vnd Verdienſt/ auß lauter Gottes Gnaden geſchenckt vnd gegeben/ wie ich das ſonſt ſo offt vnd manchmahl geſchrieben vnd gelehret habe/ ſondern ich rede hie von der äuſſerlichen Gerechtigkeit/ die in den Emptern vnd Wercken gehet vnd ſtehet/ das iſt (auff daß ichs ja deutlich ſage) ich handle hierinne/ ob der Chriſtliche Glaube/ durch welchen wir für GOtt from̃ vnd gerecht werden/ auch neben ſich leiden könne/ daß ich ein Kriegsmann ſey/ Krieg führe/ würge vnd ſteche/ raube vnd brenne/ wie man dem Feinde in Kriegsläufften/ nach Kriegsrecht/ thut/ ob ſolch Werck auch Sünde oder vnrecht ſey/ davon Gewiſſen zumachen ſey für GOtt/ oder ob der Menſch müſſe der Werck keines thun/ ſondern allein wohl thun/ lieben/ niemand würgen noch beſchädigen? das heiſſe ich ein Ampt oder Werck/ welches obs ſchon Göttlich vnd recht were/ dannoch böß vnd vnrecht werden kan/ ſo die Perſon vnrecht vnd böß iſt. Obs nun wohl nicht ſchemet/ daß würgen vnd rauben ein Werck der Liebe iſt/ derhalben ein Einfältiger denckt/ es ſey nicht ein Chriſtlich Werck/ zieme auch eim Chriſten nicht zuthun/ ſo iſts doch in der Warheit auch ein Werck der Liebe/ dann gleich wie ein guter Artz/ wann die Seuche ſo groß vnd böß iſt/ daß er muß Hand/ Fuß/ Ohr oder Augen laſſen abhawen oder verderben/ auff daß er den Leib errette/ ſo man anſihet das Glied/ daß er abhawet/ ſcheinet es/ er ſey ein greulicher vnbarmhertziger Menſch/ ſo man aber den Leib anſihet/ den er damit wil erretten/ ſo findet ſichs in der Warheit/ daß er ein trefflicher trewer Menſch iſt/ vnd ein gut Chriſtlich (ſo viel es an ihm ſelber iſt) werck thut. Alſo auch/ wann ich dem Kriegsampt zuſehe/ wie es die Böſen ſtrafft/ die Unrechten würget/ vnd ſolchen Jammer anrichtet/ ſchemet es gar ein vnchriſtlich Werck ſeyn/ vnd allerdings wider die Chriſtliche Liebe. Sihe ich aber an/ wie es die Frommen ſchützt/ Weib vnd Kind/ Hauß vnd Hoff/ Gut vnd Ehre/ vnd Friede damit erhält vnd bewahret/ ſo findet ſichs/ wie köſtlich vnd Göttlich das Werck iſt/ vnd mercke/ daß es auch ein Bein oder Hand abhawet/ auff daß der Leib nicht vergehe. Dann wo das Schwerdt nicht wehrete vnd Friede hielte/ ſo müſte es alles durch Unfriede verderben/ was in der Welt iſt. Derhalben iſt ein ſolcher Krieg nicht anders/ dann ein kleiner kurtzer Unfriede/ der eim ewigen vnmeßlichen Unfride wehret/ ein klein Unglück/ daß eim groſſen Unglück wehret. Daß man nun viel ſchreibet vnd ſaget/ welch ein groſſe Plage Krieg ſey/ daß iſt alles wahr/ aber man ſolt auch dane-

ben anſehen / wie vielmehr gröſſer die Plage iſt / der man mit Kriege wehret. Ja wo nun die Leute from weren / vnd gerne Frieden hielten / ſo were kriegen die gröſte Plage auff Erden. Wo rechneſtu aber hin / daß die Welt böſe iſt / die Leut nicht wollen Frieden halten / rauben / ſtehlen / tödten / Weib vnd Kind ſchänden / Ehre vnd Gut nehmen? ſolchem gemeinen aller Welt Unfriede / dafür kein Menſch bleiben köndte / muß der kleine Unfriede / der da Krieg vnd Schwerdt heiſt / ſteuren. Darumb ehret auch GOtt das Schwerdt alſo hoch / daß ers ſein eigen Ordnung heiſt / vnd wil nicht / daß man ſagen oder wehnen ſolte / Menſchen habens erfunden oder eingeſetzt. Dann die Hand / die ſolches Schwerdt führet vnd würget / iſt auch alsdann nicht mehr Menſchen Hand / ſondern Gottes Hand / vnd nicht mehr der Menſch / ſondern GOtt hänget / redert / enthäupt / würget vnd krieget / es ſind alles ſeine Werck vnd ſeine Gerichte. Summa man muß im Kriegsampt nicht anſehen / wie es würget / brennet / ſchlägt vnd fähet ꝛc. Dann das thun die einfältigen Kinderaugen / die dem Artz nicht weiter zuſehen / dann wie er die Hand abhawet / oder das Bein abſeget / ſehen aber / vnd mercken nicht / daß vmb den gantzen Leib zu retten zu thun iſt / alſo muß man auch dem Kriegs-oder Schwerdtsampt zu ſehen mit menſchlichen Augen / warumb es ſo würget vnd greulich thut / ſo wird ſichs ſelbſt beweiſen / daß ein Ampt iſt an ihm ſelbſt Göttlich / vnd der Welt ſo nöthig vnd nutzlich / als eſſen vnd trincken / oder ſonſt kein ander Werck. Daß aber etliche ſolches Ampts mißbrauchen / würgen vnd ſchlagen ohne Noth / auß lauter Muthwillen / das iſt nicht deß Ampts / ſondern der Perſon ſchuld / Dann wo iſt je ein Ampt / Werck oder irgend ein Ding ſo gut / deß die muthwilligen böſen Leute nicht mißbrauchen. Solche ſind gleich wie die tollen Aertzte / die eine geſunde Hand wollen den Menſchen abhauen / ohn Noth / auß lauter Muthwillen / ja ſie gehören in den gemeinen Unfrieden / dem man mit rechtem Krieg vnd Schwerdt wehren / vnd zum Frieden zwingen muß. Wie es dann auch alle wege geſchicht vnd geſchehen iſt / daß die geſchlagen werden / die Krieg ohne Noth anfahen. Dann ſie können zu letzt doch Gottes Gericht / das iſt / ſein Schwerdt nicht entziehen / er findet vnd trifft ſie zu letzt / wie den Bauren jetzt im Auffruhr auch geſchehen iſt.

Q. 12.

Digitized by Google

Q. 12.

An omnis Autochiria ſit pœnalis?

Reſp. Cauſæ autochiriæ pœnalis ſunt tædium vitæ, vulnus conſcientiæ ob commiſſa flagitia, deſperatio ex præſumtâ reprobatione, impatientia Crucis, pleonexia. Contrà non eſt pœnalis, cum ex melancholiâ, atra bile, cujus ſigna actiones heteroclitæ, maniæ, Hirnwüten/ unde obtenebratio mentis quaſi Ægyptiaca. Sap. 17. 4. 6. præſertim vitâ ante benè actâ. Hic valet oratio Chriſti: Pater ignoſce, quia neſciunt, quid faciunt Jon. 4 v. ult. in hujusmodi homine non deficit fides, aut Sp. S. Hinc David. Wann mir gleich Leib vnd Seel verſchmacht. h. e. cum omnis lux animæ, rationis, memoriæ extinguitur. vide Decretal. 15. q. 2. cap inſanientes. ἐκ ἀδίκημα ἀλλ' ἀτύχημα, eſt cædes fortuita. Num. 35. Exod. 21.

Q. 13.

An Lex de adulterio capitaliter puniendo ſit forenſis hodieq; non obligans?

Reſp. Lex de adulterio capitaliter puniendo non eſt forenſis, quia 1. Principalis Legis Zelus eſt naturalis affectus. 2. refertur inter peccata, ob quæ Cananæi expulſi Lev. 20. 10. Quia 3. in N. T. non eſt ſublata pœna. Obj. At Judæi habuerunt alia ſubſidia, Polygamiam, repudiu[m], ergò acerbius in ipſis adulterium puniendum. Reſp. Hæc ratio aggravat Judæorum ſcelus, non tollit peccati naturalitatem.

Q. 14.

Liceatne militi commilitonis ſui ſaucij mortem ictu ſclopeti vel enſis accelerare, ad minuendos cruciatus?

Licet, ut Lotho filios proſtituere Sodomitis. vid. Gerhard ad Geneſ. p. 392. i. e. minimè!

Q. 15.

An miniſter maleficus, Sodomita, veneficij accuſatus, ſuſpectus, ad Torturam adigendus & capite plectendus?

Fiat Juſtitia, nec parcatur miniſterio, quod non infamatur, juſti-

juſtitiæ executione, ſed proditione ejusmodi. Obj. At Salomon pepercit Abiathari 1. Reg. 2. v. 25. (quem criminis læſæ majeſtatis reum) exauctoravit, capite ſalvo, ex reſpectu miniſteriii, quia arcam Domini portavit. Reſp. Factum id ſpeciali exceptione, nimirum, ut congrueret comminationi 1. Sam. 2. Sam 2. 31. ut oculus doleret, ob æmuli Zadoki aſpectum, ut vita ſupplicio, mors ſolatio ſit. Ubi Sanctius hæc annotat in libb. Sam. p. 79. verſ. 32. *Et videbis æmulum tuum in templo, in univerſis proſperis Iſraël. Fert natura rerum, aut hominum potius perverſa conſuetudo, ut durius in illos afficiamur, qui locum illum occuparunt, à quo nos ſumus ignominioſè depulſi. Eleazari domus è ſummo cecidiſſet ſacerdotio, ejusq́ loco Ithamaris familia ſucceſſiſſet, inter duas haſce familias, quantumvis ſanguinis cummunione conjunctas, odium quoddam intercedebat hoſtile. Quare Eleazaræi, cum dolerent ereptam eſſe ſibi ſummam in Iſraelitide Gente poteſtatem, graviter in Ithamaræos afficiebantur; & ſi quid illis minus ex animo contingeret, ferebant non moleſtè. Neq́ fortaſſe minùs lætabantur Ithamaræi, ſi quid acccideret æmulis ſuis durum, & adverſum; neq́ minus ferebant ægrè, ſi illos aut abundare bonis, aut in ſplendidum aliquem locum exaltari conſpicerent. Quocirca non minatur DEVS aliquid leve Sacerdoti Heli, & illius in poſterum familiæ, cum venturos dicit in ejus locum, eos, à quibus non æmulatione ſolùm, ſed etiam odio pluſquam inteſtino diſſidebant. Et in univerſis proſperis Iſrael: Qui ſummus erat in templo, ille etiam aut primus erat, aut ſaltem in primis Iſraël; quem colebant alij tanquam ſupremum ſacrorum Antiſ.item; & quæ erant optima in Iſrael (neq́ enim vulgaria, aut vitioſa adducebantur in templum) ad ipſum deferebant. Quare in Sacerdote ſummo, ſummus etiam ſpectabatur honor, & ad res domeſticas ſumma quoque commoditas. Hic autem æmulus, qui primus ad Eleazari familiam Sacerdotium reduxit, fuit Sadoc, quem Salomon lib. 3. Reg. cap. 2. v. 27. pro Abiathar, qui erat ex familia Ithamar, magnum tabernaculo Sacerdotem præfecit. Ejecit Salomon Abiathar, ut non eſſet Sacerdos Domini, ut impleretur ſermo Domini, quem locutus eſt ſupra domum Heli in Silo. Et v. 35. Et Sadoc Sacerdotem poſuit pro Abiathar. Hanc autem viciſſitudinem ſpectare non potuit Heli, qui octuaginta annis, antequam accideret, mortuus eſt, viſu rus tamen dicitur in filiis, quod in prædictionibus propheticis infrequens non eſt. Sic quæ promiſſa ſunt Abrahæ, in ſuis poſteris impleta ſunt; quod poſtea Iacob, quod deinde à Iacob duodecim Patriarchis prædicta, experti ſunt*

Digitized by Google

longa poſt ſæcula ipſius filij. Sic etiam quod hic minatur Propheta, non vidit Heli; vidit tamen, qui quartus ab eo Tabernaculo præfuit Abiathar. Verſ.33. *Veruntamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo, ſed ut deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua. Promittit DEVS non defuturum ex ſemine Heli, qui ſacrum ad altare obeat miniſterium: ita tamen, ut non tam illi honori, quam dolori ſit, cum in minorum cenſeatur Sacerdotum numero; Serviatq; perpetuo Sacerdoti ſummo, neq; ad ejus ordinem, & gradum aſpirare poſſit. Tunc autem faciet deſperata dignitas, quam prius in ſua familia hæſiſſe noverat, ut doleant oculi alienam gloriam ſpectantes, & animus invidiæ ſtimulis compunctus extabeſcat, cum neq; efficere poſſit, ut amiſſa recuperet, neq; ut æmulum à ſacra illa & pontificia dignitate deturbet. Dolere autem dicuntur, aut deficere oculi, cum illa vident, quæ ægrè afficiunt animum: cumq; id variè contingat, præſertim tamen hic eſt invidorum morbus, quorum nomen ab oculorum conjectu ſumitur, invidere quippe dicitur, quod opus eſt oculorum, & oculus vicini proverbiali forma invidus vocatur. Invidia porrò omnium tormentorum maximum exiſtimatur. Sic ſanè de invidiæ ſtimulis & angore: Horatius epiſt.1.*

Invidia Siculi non invenere Tyranni
Majus tormentum.

Q. 16.

Miniſter Manſtuprator notorius quomodo puniendus Eccleſiaſticè?

Per Remotionem ab officio, diſciplinam & deprecationem publicam, & communionem Laicam, ſtatum, ſeſſionem, veſtem Laicam.

* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

Bbbbb DISPU-

DISPUTATIO DECALOGICA DECIMA QUARTA.

DE PRÆCEPTI SEXTI PARTE PRIMA.

Exod. XX.

לא תנאף

LXX Interpp.

Οὐ μοιχεύσεις.

Vulg. & Tremellius.

Ne ſcortator.

Verſio antiqua Norimberg.

Nit brich deyn Ee.

B. Luth. Piſc. & Dietenb.

Du ſolt nicht Ehebrechen.

Ἐργασία.

§. 1. Tria iterum hoc præceptum membra involvit. I. *Actum prohibitum*, quem exprimit vox תנאף, quam Pagninus in lex. exiſtimat non infelici alluſione conferri cum נוף quod eſt agitare: motu illicito adulterino, ac, ut ominatur Aven. in lex. אנף circumrotavit, v. Lorin. ad Deut. 5 p. 255. Addit Pagninus diſcrimen inter זנה generaliorem omnis ſcortationis notam, & נאף quod non niſi in nuptam competat; idq; diſcrimen colligit ex Oſe. 4. 14. Quod nonnulli ex Job. 24. 15. & Jer. 3. 9. *τὸ Noeph* ſcortationem ſignificare contendunt, id refutatum videas à Piſcat. qq. in Exod. 209. Græcum *μοιχεύειν* quidam deducunt à *μὴ* & *οἶκος*, q. d. non manere domi, ſed vagari impudicè Prov. 7. 11. Martin. in lex. dici putat à מחה

delere,

Digitized by Google

delere, corrumpere, perdere Hinc Plaut. Caſ.5 4. In adulterio, dum mœchiſſat, caſinam credo, perdidit. Adulterare Latinis dicitur, cum & ille & illa ad alterum ſeſe confert. Feſtus. *Includit verò vox* ſynecdochicè accepta, *univerſim omnem ἀκαθαρσίαν ac luxuriam* hoc præcepto prohibitam, cujus omnes ſpecies in ſequentibus enucleabimus, idque *patet ex* I. *regula bonæ interpretationis*, quæ docet ex ſimili ſimile colligere. Gal.5.21. ut ſunt μοιχεία, πορνεία, &c. l. cit. & Matth. 15. verſ. 19. Vel 2. ex ſpecie genus: Omnis enim mœchia fornicatio, non contra, ut contendit *Aug. in Exod. q. 71. Si furti nomine bene intelligitur, omnis illicita uſurpatio rei alienæ: non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit, ſed utiq; à parte totum intelligi voluit, quicquid illicitè rerum proximi aufertur: profectò & nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atq; illorum membrorum non legitimus uſus prohibitus debet intelligi.* Vel 3. ex minori majus, h.e. ex adulterii prohibitione, interdictum Sodomiæ, Inceſtus, &c. Eò autem majus eſt ac fœdius in hoc delinquendi genere ſcelus, quo quodq; aut alienius à fine conjugii ac humanâ conditione, aut majori ſexus abuſui obnoxium, aut quo violentius peccatur. Vel 4. *Ex effectibus cauſas*, ut ſunt Veneris illicitæ ſemina, impuri affectus, geſtus, verba, &c. II. *Ex legis divinæ perfectione*, quam non obtinebit, niſi luxuriæ quoque peccata reliqua hoc præcepto ſint prohibita. III. *Ex ſcripturæ V. T. collatione cùm generali* Lev. 11. 44. *tùm ſpeciali*, eâque vel *abſolutâ* Deut. 22. 20. vel *comparativa* cum infami idololatria Ezech. 6. 9. c. 16. 15. c. 23. 26. Jer. 5. 8. IV. *Ex pœnis ſcortationis* Gen. 6. collato cum Lev 17. Num. 25. V. *Ex N. T. explicatione* Matth. 5. 28. c. 19. 9. Rom. 12. 13. Eph. 5. 3. Col. 3. 5. & ſeqq. Quam verò ob cauſam ſummus legiſlator peculiariter adulterium nominarit, ejus rei *B. Luth.* in Catech. maj. p. m. 453. *hanc reddit rationem, quod in Iudaiſmo ita ordinatum & præceptum fuerit, ut quisq; ductâ uxore matrimonium contraheret. Vnde & Iuvenes maturè contrahebant, ita ut virginitatis ſtatus & cœlibatus apud Iudæos nullius haberetur momenti, ſed neque propalàm viſebantur aut concedebantur meretricum ac ſcortatorum luſtra, ut hodie apud nos ſolenne eſt. Quamobrem adulterium apud illos communiſſimum fuit peccatum impudicitiæ.* II. *Objectum, quod eſt vas* 1. Theſſ. 4. Quod, ſi ſpeciatim de adulterio legem exponas, eſt vel homo ſolutus & ſoluta, aut ex utrâque, aut ex alterâ parte: vel conjugatus cum conjuga-

jugata: quæ tertia commixtio pejor mediâ, & media primâ, vel maximè propter ſubventaneum fœtum: vel generatìm de quâvis impuritate, tum objectum eſt vel homo reflexè idem, vel alius è ſe diverſus, ad beſtiam uſque, ut mox patebit. III. *Prohibitionem ipſam*, voce לא expreſſam, charactere præcepti negativi obligantis ad *ſemper*: ut *nullò unquam caſu, aut tempore*, liceat contra hanc legem agere, quia peccata hujus præcepti ipſi juſtitiæ, & ſanctitati διὶς διὰ παντὸς ſunt contraria, *Nullo unquam caſu, nullo hominis ſtatu.* Ut prohibeatur non ſolum inquinatio, in ſtatu cœlibe & viduali, ſed & conjugali. Ut namque temperantia conſiſtit in cibi potusque uſu prudenti atque pio, ita caſtitas in pio atque ſancto matrimonii uſu: Honeſtatis, caſtitatis, & ſanitatis habenda ratio, ut prolixè tradit D. Gerh. tom. de Conjug. p. 652. & ſeqq. Hinc ſpecialis prohibitio Sp. S. de congreſſu cum menſtruata. Levit. 18. 19. cap. 20. 18. Scholaſtici addunt moderamen χρόνε, ut abſtineatur à prægnante, aut lactente, ante feſta ſolenniora, tempore precum & jejuniorum, quod moderamen nititur Ex. 19. 15. Joël. 2. 16. 1. Cor. 7. 4. ante S. Euchariſtiam, in ætate ſenili, interdiu: πότε, πρότε, τέλος, de quibus D. Gerh. l. cit. p. 661. *Quid igitur ſtatuendum, dicat aliquis, 1. de præcepto Apoſtolico, Act. 15. v. 20.* Ex quo colligere liceat ſcortationem eſſe rem indifferentem ac ceremonialem, quia cum rebus ceremonialibus comparatur, comparationem autem in ima ſpecie eſſe oportet? *Quid 2. de loco, Ioh. 8. 3. ubi videtur adultera indemnis haberi. Quid deniq; de celebri illa controverſia quæ eſt ad Oſe. 1. 2.* Reſp. ad 1. damnari fornicationem ut ἀδιάφορον ex opinione gentilium, ut per ſe vitioſam ex lege DEI. ad 2. Chriſtum nec legem, nec lege definitum ſupplicium improbaſſe, ſed animum Phariſæorum hypocriticum, qui cum eſſent ſceleribus impleti, miſeræ fœminæ non amore juſtitiæ, ſed ſimulatione tantùm inſidiabantur, & ipſi Chriſto ſtruebant calumnias. Ideò circuitu uſus, ut eos ad agnitionem mali proprii adduceret.

§. 2. Quia 3. Verſ. 2. Oſe. 1. olim à Manichæis, ut liquet ex XXII. Aug. contr. Fauſt. 80. objectus, omnibus ſeculis, Interpretibus crucem fixit, ideò à nobis quoque ille hoc loco prætermittendus non eſt. Verba textus controverſa ſic habent קח לך אשת זנונים וילדו זנונים *Accipe tibi uxorem Fornicationum & liberos fornica-*

nicationum. Textus continet *actum mandatum.* 2. *Objectum actus.* *Actus mandatus* 1.*in voce expreſſa* קח. Quæ vox an duplicem admittat ſenſum, inque eo involutum duplex mandatum, id quæſtioni eſt? Ait *Druſ.*in h.l.p.m.8. *accipit uxorem qui ducit: ſuſcipit liberos, qui procreat.* Poſſet ergò hic locus ita ſuppleri; accipe tibi uxorem ſcortationum. Nam ut rectè dicimus accipere uxorem non ſuſcipere: ut è contrario dicimus ſuſcipere natos ex aliquâ uxore, non accipere. Utrumq; uno verbo enunciant Hebræi: quod nunc jam in duo reſolvi debet, ita exigente idiotiſmo linguæ Latinæ. Conſentit è noſtris *Dn. D.Steub.* tom. 5. Gieſſ. diſp. 29. th. 12. *è Calvinianis Rivetus Comm. ad h.l.p.m.7. Negat Tarnovius exerc.bibl.p.m.622.* quia ſic 1.verbum illud unum in eâdem propoſitione dupliciter eſſet accipiendum. 2. Hebræi non dicunt quam לקח ילרים ſed ילדבנים &c. de viris & fœminis בנה in Niphal etiam de fœminis, Gen.16. v.2. & 30.3. Phraſis diverſa eſt ob diverſam materiam, Exod.2.9. Decidit litem Dn.D.Glaſ. Philol.ſacr.l.3.p.254. cum ſtatuit ad nomen ילדי natos ſubintelligendum eſſe verbum conjugatum ילד vel תולד genera vel gigne. 2. in voce ſubintellectâ ילד genera. *Objectum mandatum* etiam duplex eſt. 1. *Vxor fornicationum*, In pl. non tantùm, quia, ut vult Druſ. in ſingulari vox Zenunim non reperitur, ſed & πρὸς αὔξησιν, quemadmodum Pſal.5.7. Eſa.53.3. Idem hebraiſmus occurrit, ut ſignificetur ſcortum omnibus libidinibus expoſitum, & (ſit venia verbo) ut noſtra lingua allermans/jedermans Hure/ ſcortum triobolare, proſtibulum, proſeda, Schœnicola. *Tarnov.* Comm. h.l.p.20. 2. *Filij fornicationum* ſic appellati, non quod vel 1 prius à mâtre ſuſcepti, ab Oſea adoptati fuerint, quia, ut rectè monet Tarn.l.c. non de præterito hic ſermo eſt, ſed de eo, quod fieri à Propheta debet, & de iis liberis, qui erant deinceps naſcituri: unde factum exiſtimat, ut hîc dicantur hi ילדי זנונים cum cap.2.4. ſpirituales illi ſpurii, qui jam dum erant nati, vocentur בני זנונים vel 2.è ſcortatorio concubitu Prophetæ nati, id enim mox diluemus. Sed I. per ampliationem & denominationem extrinſecam, ob matrem ante ſcortatricem: Ita enim, inquit *Piſc.ſchol.* ad h.l. nomina priſtina manere ſolent, etiam cum res illis ſignificata deſiit, Matth.1.6.& 26.6. Luc.7.37. Jac.2.25. Con-

Digitized by Google

ſter. D. Meiſner. Comm. h. l. pag.30. Nec obſtat emphaſis pluralis numeri, quam urget Dn. D. Tarnov. in exercit. bibl. p. m. 623. Illa enim atrocitatem ſcelerum commiſſorum in matre arguit, non tollit denominationem filiorum à matre. vel II ob inclinationem & imitationem filiorum in eodem delicti genere. Dicuntur filii fornicationum, verba ſunt Dn. D Steub. l. ſupra cit. th.11. eâ phraſi, quâ filii diffidentiæ, Eph.2.v.C.5.6. filii ſuperbiæ, 1. Macc.2.47. dicuntur, valdè propenſi in diffidentiam, ſuperbiam, adeò ut ex ipſa diffidentia, ſuperbia nati eſſe videantur. Hinc proverbia: Qualis mater, tales filii, Ezech.16.5. *τοῦ πατρός ἐστι τὸ παιδίον*, Baſil. epiſt. ad Liban. & germani, Er hats ererbt/ er hats nicht geſtohlen.

Scilicet expectas, ut tradat mater honeſtos
Atque alios moros, quam quos habet? *Iuv. Sat.6,*

§. 3. Enucleato hunc in modum textu facilius erit definire, quæ ſententia interpretum ſit ad veritatem proclivior? 1. *Abſurdiſſima* omninò eſt eorum opinio, qui ſanctiſſimo Prophetæ fornicationem ipſam imputant, tanquam duxerit Gomeram non in matrimonium, ſed in ſtuprum, uti quidem non veritus eſt ſcribere Thomas 1.2. q.10. art.4. ad 3. & 22. q.154. art.2. ad.3. abſurdiſſima eſt, inquam, hæc opinio, quia 1. nervum concionis propheticæ elidit, nec quicquam culpaſſet Propheta Idololatriam, qui tàm atroci crimine ſe polluiſſet, tanquam ſi ebrius concionator blaſphemiam redarguere vellet. Qui ſana docet, & turpiter vivit, una manu porrigit, quod altera rapit, Greg Nazianz. Quia 2. DEUM autorem peccati facit: cui à culpâ eximendo fruſtra opponitur 1. diſpenſatio in lege. 2 exemplum furti Iſraëlitici. Reſpondet ad 1 *Corn. à Lap. DEUM in nullo præcepto decalogi poſſe directè & formaliter diſpenſare, ratio eſt, quia lex naturæ continet & præcipit id quod naturâ ſuâ & intrinſecè bonum eſt: quocirca quæ contra eam fiunt, naturâ ſua & intrinſecè mala ſunt, non quia voluntate DEI prohibita, ſed quia ſuapte natura contraria & diſſentanea ſunt naturæ & rationi naturali. Sicut enim res poſſibiles ſunt poſſibiles, non quia DEUS voluit eas eſſe poſſibiles, ſed quia ex ſe non implicat contradictionem, ut eſſe poſſint. Eodem modo opera, contra legem naturæ, ſuapte natura ſunt mala, non quia DEUS voluit, ea ut mala prohibere, ſed quia ex ſeipſis naturæ rationali, ut rationalis eſt, contraria ſunt & repugnantia,* & mox: *non enim ideò fornicatio*

nicatio eſt mala, quia D E *VS ita vult, eamq; dit, ſed potius ideò eam odit, quia ipſa in ſe ſuaq; natura eſt inhoneſta & turpis. Et ſi maximè materialiter diſpenſaret in reliquis, mandato parricidio filij & furto Iſraëlitarum, faciendo, ut quod ſine mandato peccatum fuiſſet, peccatum propriè & formaliter non fuerit, tamen in impunitate, tanquam peccato per ſe divinæ juſtitiæ & ſanctitati contrario nunquam extra ordinem quidem diſpenſare voluit.* ad 2. Reſpondebitur in enarratione præcepti ſeptimi, ſpolia Iſraëlitarum propriè furta non fuiſſe. Sanior eſt ſententia eorum, qui ad *figuram confugiunt*, perſuaſi regulâ *Auguſtini* è VI. de doctr. Chriſt. 16. *ſi præceptiva locutio eſt, quæ faciunt videtur jubere, aut utilitatem vel beneficium vitare, figurata eſt.* ſed hi rurſus in *tres* ſcinduntur *partes*, quidam enim accipiunt hæc verba ὀπτικῶς ἢ πνευματικῶς, *viſionaliter ac ſpiritualiter.* Ita quidem Moſes Ægyptius l. 2. directoris dubior. c. 46. & Rabinorum plerique, tanquam Propheta ſibi viſus fuerit ducere mulierem adulteram ac filios adulterinos ſuſcipere, & iis nomina imponere judiciorum divinorum adverſus Iſraëlem. Sed hæc quoque opinio refellitur 1. *ex evidentis neceſſitatis ad hujusmodi viſionem confugiendi defectu.* Cum alibi in viſione quadam facta Prophetarum recenſentur, ipſa circumſtantiarum neceſſitas id efflagitare videtur: ut quod Jeremias accinctus lumbari veſtimento muliebri, inter innumerabiles nationes & Aſſyrios atque Chaldæos, gentes inimiciſſimas Judæorum iverit ad Euphratem, ut ibi abſconderet lumbare, & poſt multa tempora reverſus invenerit illud computruiſſe. *Quomodo exire poterat,* ait Hieron. ep. ad Pammach. *& ire tam longè obſeſſâ Jeruſalem, extructis per circuitum munitionibus, foſſâ, vallo, atq; caſtellis, qui cum ſemel in Anathoth viculum ſuum, tertio milliario ab urbe ſitum voluiſſet exire in portam, capitur.* ex 2. *conſuetudine Propheticâ,* quâ ſcriptura ſolet viſiones ſigno aliquo declarare, Apoc. 1. 4. Ezech. 40. 1. ex 3. *viſionis turpiſſimæ abſurditate*, cujus ipſa repræſentatio inhoneſta atque turpis fuiſſet. Non enim videtur conveniens (verba ſunt Riveti in h. l. p. 10.) credere DEUM ſpeciem ſcorti repræſentaſſe imaginationi Prophetæ, eumque ſibi viſum fuiſſe cum ſcorto conſuetudinem habere, & filios ſpurios concipere, nam quæ non ſunt honeſta in ſe, neque etiam poſſunt eſſe honeſta, in viſione imaginariâ. Non eſt certè credibile Prophetam huic populo, quem

graviter

graviter voluit reprehendere prædicaſſe, ſibi viſum fuiſſe quod abierit, & inſigne quoddam ſcortum extra matrimonium acceperit, & rem turpiſſimam cum ea egerit, præſertim cum aſſereret, talem viſionem fuiſſe ſibi à DEO oblatam. Nonnulli II. accipiunt illa eadem verba *παραβολικῶς, ad ſimilitudinem parabolæ Nathanicæ*, 1. Sam. 12. 2 tnquam Propheta dictus fuerit facere ea, quæ prophetiâ ſuâ facta eſſe denunciaret ac reprehenderet q.d. Ito ad Eccleſiam Iſraëliticam, ut idem Rivetus l.c. habet, meo nomine, & ſuſcipe perſonam meam, quaſi illa uxor tua eſſet, & prophetiſſa, eam à te haberi pro fornicaria, & liberos ab eo ſuſceptos pro ſpuriis: idemque ab iis mihi fieri, quod tibi accideret, ſi duxiſſes uxorem ſcortum, quæ in thorum tuum conjugalem admitteret, & tibi ex fornicatione liberos pareret. Ita ſenſêre Jonathan Paraphraſtes Chaldæus, è noſtris Schaffm. II. de cauſa peccat, c. 4. p. 204. è Calvinianis Zanchius, Pareus, Rivetus. Sed hæc quoque interpretatio deſeritur, quia 1. nihil cogit ad figuram à ſenſu literali facere ſaltum in hiſtoria præſertim tàm graphicè tàm evidenter deſcripta; quia 2. rationes pro ſenſu literali de quibus §. ſequent. firmiores ſunt, quam ut facile dimoveri debeamus: quanquam non negemus, uſitatum eſſe in ſcripturis S. verba actionis ſæpè declarativè exponi, id quod plurimis oſtendit Dn. D. Glaſ. l. 3. tract. 3. can. 15. Denique nonnulli accipiunt *μεταληπτικῶς per impoſitionem ac fictionem nominis ſcorti.* Ita poſt B. Lutherum Oſiander in Gloſſ. bibl. & Tarnovius in Comm. h. l. p. 19. & exerc. bibl. p. m. 608. Verba B. Luther. in Præfat. in Oſe. ſunt: Daß er aber vielmal deß Worts Hure vnd Hurerey gebraucht/ vnd im erſten Capitel ein Huren Weib nimbt/ ſoll niemand dencken/ er ſey ſo vnzüchtig beyde mit Worten vnd Wercken/ dann er redet geiſtlich/ vnd daſſelbe Huren weib iſt ſein redliche Frau geweſt/ vnd hat rechte Ehekinder mit ihr gezeuget: Sondern das Weib vnd die Kinder haben ſo ſchändlichen Namen müſſen tragen/ zum Zeichen vnd Straff deß abgöttiſchen Volcks/ ſo voll geiſtlicher Hurerey/ das iſt/ Abgötterey war. Quæ ſententia ſalvo Megalandri judicio, quanquam in analogiam fidei nil peccet, tamen ideò improbabilior eſt, quia nec videtur, quomodo per ejuſmodi honeſtam mulierem repræſentari Idololatria, nec quomodo ſine injuriâ optimæ matronæ infame nomen imponi potuerit?

§. 4. Su-

§. 4. Supereſt igitur poſtrema, adque veritatem proclivior, expoſitio de Chriſta reali, quod ſcilicet Propheta verè & realiter ſcortum ex divino mandato in Uxorem duxerit, & cum ea liberos procreârit, ex honeſto, non impuro, thalamo, quæ ſententia I. *Communiſſima eſt*, ut fatetur Burgenſis: Theodoreti, Cyrilli, Auguſt. III. doctr. Chriſt, 12. l XXII, contra Fauſt. 23. Baſil. in Eſa. 8. Irenæ l. 4. contra hæret. cap. 57 è noſtris D. Pappi, Comm. p. m. 247. D. Meiſner. Comm. h. l. p. m. 81. D. Steub diſput. cit. theſ. 28. & ſeqq. è Pontif. Corn. à Lap. Comm. h. l. II *Fundatiſſima in 1. textus perſpicuitate: Tam clara eſt litera*, ſcribit D. Meiſn. l. c. p. 81. *ut nihil aliud quis conjicere aut præſumere poſſit, quam veram hiſtoriam narrari. Exponitur præceptum Domini, obſequium Prophetæ, nomen mulieris, cum nominibus filiorum, quæ omnia non κατὰ τὸ ῥητὸν accipienda, ſed διάνοιαν quærenda eſſe, nulla ratione ſatis firmâ probabitur. 2. In mandati repetitione*, c. III. 1. 3. *Divinæ intentione.* Volebat DEUS turpitudinem Idololatriæ, ut habet D. Meiſn. l. c. p. 83. non modo verbis exaggerare, ſed facto etiam repræſentare, ut eò magis percellerentur obſtinati animi. Si verò in viſione iſta putantur facta, Prophetam quidem, ſed non Judæos moverunt. 4. *Simplici Prophetæ obſequio. Nec obſtat* 1. *Naturæ honeſtas*, ac morum decentia, quæ Prophetæ videtur à Lupanari cavere, ne proverbio fidem faciat, cæcus cæcam ducit. 2. *Infamia Prophetæ*, ſi enim Cæſaris domus debet vacare ſuſpicione, quantò magis Prophetæ? Confer. 1. Tim. 4. 12. Infamis & publicum orbis probrum fuit Claudius Imp. eò quod ejus uxor Meſſalina publicè ſcortaretur, ita Sueton. in Claudio, & M. Antoninus Philoſophus ob Fauſtinam conjugem, quæ in continuis ſtupris verſabatur: cumque de eâ re moneretur, amicique ſuaderent, ut eam repudiaret, ſi nollet occidere, effœminatè reſpondit: ſi uxorem dimittimus, reddamus & dotem: dotis nomine ſignificans imperium, quod ab Antonino Pio, patre Fauſtinæ, ita volente Adriano Imp. adoptatus acceperat: ita Julius Capitolinus in Antonio, major infamia fuerit in Prophetâ. 3. *Lex divina* Lev. 21. 14. Deut. 22. 22. 4. *Interſtitium temporis*, quod urget Zanchius, ſi fuit, inquit ille, hiſtoria, ergò Propheta, poſteaquam à Domino accepit præceptum concionandi, manſit ſaltem annos duos & amplius, antequam officio ſuo fungi cæpiſſet, nempe donec naſcerentur tres iſti liberi ex

Gomer uxore; Hoc autem abſurdum eſt. 5. *Cenſura* [illegible]
Prov.18. 22. 6. *Prohibitio Apoſtolica.* 1. Theſſ 5.22. [illegible]
& ſeqq 2.Cor.6.14. & 17. 7. *Intentio divina. Tantum* [illegible]
Tarnov.exercit.bibl.p.m.621 *ut hoc factum potuerit inſervire* [illegible]
ſcopo, ut maximè obſit, ſiquidem Iudæi pro ſua obſtinata malitia & inv[illegible]
rata vafritie poterant ei objicere: Ut tu ducis ſcortum, ſic D[illegible] *nos ama*[illegible]
peccatis magnis, & contra conſcientiam hærentes, [illegible]
gem adulterantem, ita nos idololatras DEUS: & proinde [illegible]
peccatis & ſcortatione illa ſpirituali deſiſtamus, ſi velimus a DEO amari [illegible]
in conjugii ſpiritualis fœdus recipi, qui exemplo prœis, tu ſancte [illegible]
non eris magis miſericors, quàm DEUS ipſe, cujus eſt ille titulus [illegible]
Quid enim hoc eſſet, ait Rivet in Comm.h l p.9. *accipe tibi* [illegible]
à te ductam ſcortari, & conjugio tuo pudica efficiatur, ut repræſ[illegible]
Iſraëlitam quæ ſcortando ſcortatur. Certè hanc objectionem nul[illegible]
qui contrariæ ſententiæ adhærent, hactenus potuit infringere. Reſp[illegible]
verbis,quibus Fauſto contraivit *Auguſt.* L:II.80. *Quid* [illegible]
mentiæ veritatis,quid inimicum fidei Chriſtianæ, ſi meretrix relicta [illegible]
tione, in caſtū conjugiū commutetur? & iis quibus gentilibus reſpon[illegible]
Hieron.in h.l.*Qua ratione, inquiens, prædicent virum erud*[illegible]
nocratem, qui Polemonem luxurioſiſſimum Iuvenem, & inter [illegible]
tibicines & impudicas mulieres ebrium, & hedera coronatum, [illegible]
ſapientiæ, & adoleſcentem turpiſſimum mutavit in ſapientiſſimum [illegible]
phum? cur Socratem ad cœlum levent, qui Phædonem, ex cujus nomine [illegible]
nis liber eſt, de lupanari ob crudelitatem & avaritiam Domini, muliebri li[illegible]
bidini ſervientem, in Academiam tranſtulerit? Et quicquid illi de Philoſ[illegible]
magiſtris reſponderint, nos ad Prophetæ defenſionem referemus. [illegible]
D.Meiſn. inſtantiæ loco exemplum Salomonis, qui Rahab [illegible]
Eſaiæ; qui diſcalceatus inceſſit, cap.20.2 & 3. Confer Ezech[illegible]
Reſp.ad II. verbis *Theodoreti* in h.l. *Si univerſorum DEUS* [illegible]
tâ adulteram ſuſcepit Synagogam, & non contaminatus eſt [illegible]
hac & execrabili: neq; Propheta ex illa ſtupri plena uxore [illegible]
Non enim appetitioni immoderatæ inſervienti, ſed DEI [illegible]
ranti, cum illa conſuetudo interceſſit. Dices hoc exemplum [illegible]
quadrare, ideò, quia 1 non, quicquid DEUS facit, homini [illegible]
quia 2. ipſe DEUS hanc rationem refellerit, Jer 3.1. [illegible]
1. quadrare non ad probationem faciendi omne quod DEUS fa[illegible]

ſed non malè faciendi, ſi DEUS, qui imperavit, exemplo præeat. Ad II. ordinariè hominem non debuiſſe exemplo DEI ſcortatricem ducere, potuiſſe extraordinariè, ſi DEUS ad ſignificandam ſuam miſericordiam hominem aſſumſiſſet. Reſp. ad III. Legem Levit. 21. & diſpenſabilem & ceremonialem & particularem fuiſſe, ſolis ſacerdotibus latam. Legem Deuteron. id ſolum probare, adulteram ordinariè morte mulctandam, non tollere extraordinarium adulteræ, ſi Magiſtratus officium non feciſſet, ductum. ad IV. cum D. Meiſnero, non ſequi, quia ſtatim taxare potuit idololatriam, nempe, ſicut pro turpi facto haberent, quod meretricem duceret, ita ipſos coram DEO eſſe immundos, & fornicatores myſticos. Poſt natis liberis concionem primam repetere, & ſubinde peccatum exaggerare, novasque pœnas comminari. Ad V. locum Proverb. 18. non legi in hebræo, ut mirum ſit, quomodo doctiſſimus Hebræus in eo argumentum ſuperſtruere potuerit? Ad VI locum ad Theſſalonicenſes poſſe exponi etiam de omnibus malis, quod revera tale eſt, ſpeciebus, ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ, id eſt, à ſcortatione, ebrietate, &c. ad ſcopum accommodatius, de ſcripturæ [illegible], q.d. interpretationem ſcripturæ bonam conſtanter retinendam, nec ferendum, ut novo interpretationum vento abripiamur, vel in ſpeciem cavillandi occaſionem demus adverſariis, ad ſummum, *Ab omni ſpecie ſcandali dati.* Quemcunque ſenſum elegeris, nihil diſſentientes juvabit. reliqua loca de ordinariis caſibus loquuntur, hoc noſtrum mandatum extraordinarium eſt. Ad VII. Reſp. antitypum optimè quadrare, ut colligere licet ex hoc parallelo:

1.	2.	3.	4.
Populus Iſraëliticus jacens in ſuo ſanguine, pollutus peccatis, nec quicquam præ reliquis populis prærobare ex ſe habens.	à Deo vocatus ad gratioſum fœdus	Diſcedens à fœdere per idololatriam	denuò ex ineffabibili miſericordiâ factâ pœnitentiâ recipietur.

Digitized by Google

1.	2.	3.	4
Gomer ſcortatrix	Ab Oſeâ ducta.	Deſciſcens per adulterium.	Denuò in gr[illegible] tiam recip[illegible] tur, Oſe. 3. v[illegible]

Nulla ſecuritati rima pateſit per miſericordiæ, factâ pœnitent[illegible] promiſſionem.

§. 5. Cardinale & quaſi generale hujus præcepti pecc[illegible] tum eſt, ἀκαθαρσία, ſive impuritas. Peccatum I. *Sathanicum*, [illegible] ſpiritus fornicationum dicitur, Oſe. 4. 12. Non tantum ſpiritu[illegible] lium, ſed &, quæ his ſunt analogæ, corporalium. Imò [illegible] ſpiritus audit immundus, tanquam omnium æſtuum impurum [illegible] & inquinamentorum cloaca & fax libidinis, Matth. 1[illegible] 1, cap [illegible] II. *Perjurum*: Frangit enim homo impurus fœdus cum DEO pa[illegible] à quo degenerat, & fit filius Sathanæ: cum Christo, cujus [illegible] tum violat, & membra Christi tam precioſo ſanguine redem[illegible] mutat in membra meretricia: cum Sp. S. cujus gratiam nefariè [illegible] pellit. Graviſſimè invehitur in Judæos Chriſtus, qui e temp[illegible] DEI ſpeluncam latronum fecerant. Luc. 19. 45. quantò magis [illegible] vehitur in impuros, qui Sp. S. templum polluunt? Nefando fac[illegible] nore ſe alligarunt Ethnici, qui ſepulchro Chriſti ſuperſtruxeru[illegible] templum Veneris apud Euſeb. III. vit. Conſt. 25 atrociori homin[illegible] impuri. Perhorreſcimus, cum videmus è templis DEO [illegible] cratis facta eſſe ſtabula equorum & venatoria: quantò major ab[illegible] minatio coràm DEO homo laſcivus? III. *Monſtroſum.* Ejuſd[illegible] namque inſaniæ eſt leproſis ſe miſcere, & corpus venere [illegible] contaminare. Contra *cardinalis* eſt *Caſtitas*, κατ' ἐξοχὴν [illegible] pellata, 1. Theſſ. 4. 4 ἐγκράτεια, Gal. 5. 22. Conſiſtens [illegible] ſtinentiâ cùm à veneris uſu, tùm à veneris abuſu, ſanctâ ſcilicet [illegible] corpore & ſpiritu, 1. Cor. 7. 34. Virtus divina ac Angelica [illegible] ſtis ſanctitatis æmulatrix, pulcherrima, atque ideo cum [illegible] mundi ſole comparatur Syr. 26. 21. Utiliſſima ac præmiorum [illegible] cundiſſima, quale eſt generale illud promiſſum, Matth. [illegible]

§. 6. Sequuntur ſpecies impuritatis, quarum [illegible] *cordis*, matricis ſcilicet omnium peccatorum. Matth. [illegible] Matth. 5. 28. ſeu ſpiritus, 1. Cor. 7. 34. in qua Hieron. diſtinguit [illegible] πάθειαι à πάθει: illam ſtatuit præludium morbi eſſe, non verum [illegible]

bere peccati rationem : quod ſi inſuper accedat **delectatio, tum** in πάθος, adeoque peccatum, degenerare. Rectè contra *Chemnit. in harmon.* p. 735. ipſam concupiſcentiam per ſe jam eſſe peccatum, & quidem ita, ut ſolà cordis concupiſcentià homo reus fiat mœchiæ ſeu fornicationis coram DEO, ut ita verum maneat, quod Salomo inquit Prov. 20. 9. Quis dicit, caſtum eſt cor meum, &c. Concedat fortaſſis quiſpiam, ipſos pravos cordis motus peccata eſſe, mirabitur tamen, quô pacto tam enormes ſint, ut adulterii nomine veniant? Reſpondet iterum Chemnit. l. c. reatum concupiſcentiæ in judicio DEI eundem eſſe, qui eſt adulterii, quod ſcilicet maledictioni DEI obnoxios reddit, licet pro differentia peccatorũ in ipſa etiam maledictione gradus ſint. Sicut igitur Johannes dicit, qui odit fratrem homicida eſt: Ita Chriſtus hoc loco, qui concupiſcit mulierem adulter eſt. Inceſta eſt ſine ſtupro, quæ ſtuprum quærit, ait Seneca. Confer prolixam hujus loci explicationem B. Luth. tom. 4. Witteb. p. 31. & ſeqq. ubi inter alia ad verba: Wer aber ein Weib anſihet/ihr zu begehren ꝛc.

Cccc 3 Ad

Das iſt aber ein Stück Saltzes wider die Phariſeer Lehre/ darinn handelt er zweyerley/ zum erſten vom Ehebruch/ darnach vom ſcheiden. Vom Ehebruch hätten ſie es gedeutet/ gleich wie das fünffte Gebott/ vnd ſo gelehret/ es were nicht mehr verbotten/ dann wo ein Ehebruch mit der That geſchehe/ vnd hieltens nicht für Sünde/ ob ſie gleich im Hertzen entbrand weren mit böſer luſt vnd liebe gegen einander/ vnd auch außwendig mit vnhübſchen Worten vnd ſchampern Geberde ſich erzeigten/ vnd ſchadet ihnen nichts an ihrer Heiligkeit/ wann ſie nur ſonſt gute Werck thäten/ fleiſſig opfferten vnd beteten ꝛc. das heiſt nicht Gottes Gebott gelehret/ ſondern gar verkehret/ vnd nicht die Leute from̃ gemacht/ ſondern nur ärger/ Raum vnd Vrlaub geben zu allerley Sünd vnd Vnzucht. Aber hie höreſtu einen andern Meiſter/ der ſolche ihre Heiligkeit zu Sünden vnd Schanden macht vnd recht in diß Gebott leuchtet vnd ſchleuſt/ daß Ehebruch auch wohl mit Augen/ Ohren/ Mund/ ja allermeiſt mit dem Hertzen geſchicht/ als wann ein Mann ein Weib anſihet oder mit ihr ſchertzet/ ja an ſie gedenckt mit böſer Luſt. Nun ſihe/ wie es muß geſtanden haben in dieſem Volck/ vnd was Chriſtus für Leute gefunden hat/ weil nicht allein der groſſe gemeine Hauff/ ſondern die ſo andern Leuten fürſtunden/ lehren vnd regieren ſolten/ ſolchs nicht allein einräumen/ ſondern auch ſelbs thun/ vnd die Vrſachen ſtercken zum Ehebruch/ vnd dannoch wollen from̃ geſcholten ſeyn/ wann ſie nur nicht offentlich mit der That die Ehe brechen. [illegible] wohl zwar gut zu reden iſt/ wie from̃ vnd keuſch die Leut deß Wercks halben bleiben/ wo man ſo viel einräumet/ vnd ſo weit kompt/ daß das Hertz voller brunſt ſtecket/ vnd darzu herauß bricht mit allerley Zeichen/ Worten vnd Geberden mit einander/ was kan hie anders folgen/ dann auch das Werck/ wo man nur Raums [illegible]? Oder/ was iſt er darumb frömmer/ ob er gleich das Werck laſſen muß/ da

er gern thun wolte / vnd ohn vnterlaß im Hertzen darnach brennet: Gleich als
Schalck kan wohl ſeinem Herrn den Todt wünſchen / ob er gleich im Kercker l
vnd wolt jhn gern ſelbſt erwürgen / wann er nur darzu kommen könte / ſolt ma
darumb nicht ein Mörder heiſſen / oder nem from ſchelten. Sprichſtu aber? w
das wahr iſt / daß auch mit einem anſehen die Ehe gebrochen kan werden / wie
man dann thun? Es müſſen ja beyde Manns- vnd Weibsperſonen vnter einan
leben / vnd täglich vmbgehen / oder ſoll man auß der welt lauffen / oder ohren vnd
gẽ außſtechen / vnd das hertz wegreiſſen laſſen? Antwort. Chriſtus verbeut hie n
daß man vnter einander leben / eſſen vnd trincken / ja auch lachen vnd frölich
ſolle / das iſt alles noch ohn Schaden / wann nur das Stuck daven bleibet / da
heißt / ihr begehren. Zwar die Juden wollen jhm damit helffen / daß ſie ſage
ſey nicht Sünde / ob man ein andere lieb habe mit Gedancken vnd Zeichen / gl
wie ſie nicht für Sünde achten mit dem Nechſten zörnen / vnd im Hertzen
ſeyn / auff daß man nicht müſſe das gantze Volck vnd ſo viel heiliger Leute
dammer / als weren ſie eitel Mörder vnd Ehebrecher. Darumb müſſen ſie d
Gebotten eine Naſe machen / daß man nicht ſolle ſo ſtrenge deuten / ſondern
vnſere Gelehrten geſagt: Es mügen wohl gute Räthe ſeyn für die Volkom
aber niemand damit verbunden / vnd darauß ſo weit gefahren ſind / daß auch
drüber diſputiren vnd zweiffeln / ob ein ſchlechter Fall mit einem Hürlin auſſer
Ehe auch Sünde ſey / vnd iſt zwar jetz im Welſchland bey vernünfftigen Le
ein Ehre / daß man auch die ſchier für heilig achtet / die es dabey bleiben la
Widerumb aber ſind etliche / die es allzu enge geſpannet haben / vnd ſo gar h
wollen ſeyn / daß ſie auch das anſehen verbotten / vnd gelehret alle Geſellſ
Mann- oder Weibsperſonen zu meiden. Daher kommen die treffliche Heili
Die auß der Welt in die Wüſten vnd Clöſter gelauffen ſind / daß ſie ſich alles
hens vnd hörens / Handels vnd Gemeinſchafft der Welt entſchlügen.

Chriſtus aber ſetzt auff beyden Seiten das Widerſpiel / wil nicht Gottes
bott ſo drehen laſſen / vnd der Sache alſo rathen / daß man den Zaum laſſe zur
zucht vnd Büberey. Dann er ſagt mit klaren vnd dürren Worten / daß wer
Weib mit böſer Luſt anſihet / der ſey ein Ehebrecher / vnd vrtheilet jhn dazu
hölliſchen fewer / als er ſpricht; Es ſey beſſer / daß man das Auge außreiſſe
daß der gantze Leib in die Höll geworffen werde. So wil er ſolcher Heiligen
nicht / die von den Leuten lauffen / dann wo das ſolt gelten / ſo dörffte man d
hen Gebott nichts überal. Dann wann ich in der Wüſten von allen Leuten
ſondert bin / ſo darff mir niemand dencken / daß ich nicht Ehebreche / todtſch
noch ſtehle / vnd meine doch dieweil ich ſey heilig vnd den Zehen Gebotten
entlauffen / die doch darumb von GOtt geſtellet ſind / daß er vns lehre / wie w
der Welt gegen dem Nechſten recht leben ſollen. Dann wir ſind geſchaffen
wir ſollen von einander lauffen / ſondern mit vnd bey einander leben / guts
böſes zu leyden / Dann weil wir Menſchen ſind / müſſen wir auch allerley
lich Vnglück / vnd den Fluch der über vns iſt gangen / helffen tragen / vnd
rüſten / daß wir vnter böſen Leuten können wohnen / daß ein jeglicher da
Heiligkeit beweiſe / vnd ſich nicht laſſe vngedultig machen / daß er davon
Dann wir müſſen doch auff Erden leben wie vnter Dieſteln vnd Dornen
Weſen / das voll Anfechtung / Widerſtands vnd Vnfall iſt. So haſtu

ni

nichts damit geholffen / ob du gleich von den Leuten biſt gelauffen / vnd doch denſelben Schalck bey dir trägeſt / das iſt die Brunſt vnd böſe Luſt / ſo im Fleiſch vnd Blut ſteckt. Dann du kanſt doch nicht dem Vatter vnd dem Mutter läugnen / ob du gleich allein vnd verſchloſſen biſt / noch dein Fleiſch vnd Blut von dir werffen vnd ligen laſſen. Es heiſſt nicht den Fuß wegrucken vnd davon fliehen / ſondern darinn bleiben / ritterlich ſtehen vnd kämpffen / wider alle Anfechtung vnd mit Gedult hindurch reiſſen vnd ſagen. Darumb iſt Chriſtus ein rechter Meiſter / der lehret dich nicht von Leuten lauffen / noch die ſtätt wechſeln / ſondern dich ſelbs angreiffen / vnd das Auge oder die Hand / ſo dich ärgert / von dir werffen / das iſt / die Vrſach zu ſündigen wegnehmen / welches iſt die böſe Luſt vnd Begierde / die in dir ſelbs ſteckt / vnd auß deinem eignen Hertzen kompt. Wo dieſelbigen auſſen bleibt / ſo kanſtu wohl ohn Sünde vnter den Leuten ſeyn / vnd mit jederman vmbgehen. Darumb ſpricht er deutlich (wie geſagt) wann du ein Weib ſiheſt jhr zu begehren / ſo haſtu die Ehe gebrochen im Hertzen. Das anſehen verbeut er nicht / dann er redet zu denen / die in der Welt vnter den Leuten leben müſſen / wie die gantze vorige vnd auch folgende Predigt diß Capitels gnugſam anzeigt. Das wil er aber / daß man das anſehen vnd begehren von einander ſcheide. Anſehen magſtu wohl ein jeglich Weib oder Mannsbild / aber da ſihe du zu / daß nur das begehren davon bleibe: dann dazu hat GOtt geordnet / daß ein jeglicher ſein ehelich Weib oder Mann habe / daß er daſelbſt ſein Luſt vnd Begierde hafften vnd wenden laſſe / kanſtu dabey bleiben / das gönnet er dir wohl / ſpricht dazu ſeinen Segen drüber / vnd läſts jhm gefallen / als ſein Ordnung vnd Geſchäfft. Aber daß du wilt weiter fahren / läſſeſt dir nicht genügen an dem das dir GOtt gegeben hat / der du begehren ſolt / vnd nach andern gaffeſt / ſo haſtu ſchon zu weit griffen / vnd die zwey vnter einander gemengt / daß auch das anſehen durch das begehren verderbt wird. Das iſt auch die gröſte Vrſach deß Ehebruchs / die allzeit muß zuſchlagen / daß man nicht Gottes Wort anſihet an ſeinem gemahl / als das jhm GOtt gibt vnd ſegnet / ſondern dieweil die Augen auffſperret / wo man ein andere anſihet / ſo hängt bald da das Hertz nach / daß auch die Luſt vnd Begierde dazu ſchlägt / die ich allein zu meinem Weib haben ſolt. So iſt Fleiſch vnd Blut ohn das fürwitzig / daß es deß bald überdrüſſig wird vnd nicht mag was es hat / ſo iſt der Teuffel da / mit dem überdruß / vnd wil dir hie die Luſt allzu ſehr nehmen / vnd anderwo allzu ſehr anzünden. Das ſey kürtzlich von der Luſt vnd Begierd geſagt.

Ad hanc impuritatem pertinent flammæ internæ ac *πυρώσεις* 1. Cor. 7. 9. quem locum alludere ad Ruth. 1. 13. contendit Corn. à Lap. ad h. l. *πυρώσεις non ſunt* 1. *ipſi primi motus impuri*, primi calores ac tentationes militantes, quemadmodum aliud omninò eſt calere, aliud uri: *non ſtatim uritur*, ait Chemnit. part. 2. exam. de Con. & cæl. cap. 4. *qui calorem ſentit, ſed quando in vita cælibe titillationes concupiſcentiæ aculeis ſuis te pungunt, & æſtum aliquem ſentis, non ſtatim exclamare te uri, ſed diligentia, conatu, luctâ, temperantia, & oratione fortiter repu-*

repugnes, timorem DEI *& amorem veræ pudicitiæ opponas, impuras* [illegible] *tationes præcidas, turpes motus reprimas,* [illegible] *robur reſi*[illegible] *dia Domino tibi dari petas. Quod ſi h*[illegible] *diligentia flammæ libidinis* [illegible] *ſunt reprimi, repelli vel reſtingui, nondum laboras uſtione, ſed habes ipſum donum continentiæ, quod ea diligentia in lucta à petentibus acquiritur,* [illegible] *ſcitatur, excolitur & conſervatur.* Non 2. *ipſa incontinens fornicatio,* [illegible] *tatio vincens*, ut contendit Bellarm. II. de monach. [illegible] catio ab uſtione diſcrepat, ut fœtor à flamma: 2. ab Apoſtolo [illegible] ſtinguuntur πύρωσις & πορνεία, quia 3. ſic Apoſtolus externo ſo[illegible] morbo non item interno præſcripſiſſet remedium, Doctor im[illegible] fectus. vide Gerh. tom. de conjug. pag. 870. & ſeqq. Sed 3. *in gravieres ac intermediæ tentationes penetrantes* [illegible] *ordinaria reprimi non poſſint, mentem turbent,* [illegible] *tatem occupent; cor inflamment, æſtuent, ardeant,* hic opponendum [illegible] ſalutare remedium conjugii

§. 7. II *Impuritas geſtuum*, utpote I. *oſculorum* [illegible] non 1 *urbanitatis*, Luc. 7. 45. 2. *Charitatis*, Gen. 29. 1[illegible] & 11. [illegible] præſertim inter acceſſuros ſ. ſynaxin in argumentum reconcilia- tionis ac mutuarum injuriarum, (ut docet Cyrill. Catech. [illegible] *plorationis*, quibus mariti vel propinqui apud Romanos [illegible] ſoliti ſunt Uxores: 4. *Reverentiæ ac ſubjectionis*, Pſal. 2. 12. Rive[t] hæc habet in Exerc. ad Geneſ. p. 779.

Mirum eſt igitur, cur aſſentiri noluerit Druſius Tremellio dicenti, oſculum quo [illegible] populus Ægypti debuit dignitatem novam gratulari, fuiſſe ſubjectionis Symbolum [illegible] fateatur eſſe oſculum dignitatis & homagii, id eſt, quo oſculantes agnoſ[illegible] tatem & homagium præſtant, non video quomodo negari poſſit tale oſculum eſſe [illegible] nis ſymbolum. Quod certe verum eſt; ſed ſubjectionis, quam quis libenter profitetur [illegible] affectu, quia non ſolent hoſtes, etſi ſubjecti, ad oſculum admitti, aut ad illud etiam a[illegible] quamdiu ſunt hoſtes, quia talis admiſſio in Principe benevolentiam ſignificat, & [illegible] mutuæ inter Dominum & Vaſallum obligationis. At, inquit Druſius, etiam [illegible] res erant inferiores oſculabantur. Nam oſcula olim adhibita in honorum [illegible] Reges legimus & Principes oſculo excipere ſolitos cives digniores. Ex [illegible] Rex Zorobabelem oſculatur 3 Eſdr. 4. v. 47. Non ergo ſignum & ſymbolum [illegible] Reſpondeo, non tum quidem & in tali caſu fuiſſe ſubjectionis ſymbolum [illegible] tiæ aut benevolentiæ. Sed nunquam fuiſſe, non probat, præſertim in [illegible] cum populus neſcio principem oſculatur reverenter, eique homagium [illegible] ſuis agnovit. Quam ego interpretationem hoc amplector ut ſimpliciſſimam [illegible] tat populum Ægypti ex Regis mandato honorem illum Ioſepho exhibituros, [illegible] reddi ſolet iis, quibus honorem Dominum [illegible] tunt, ſe iis ſubditos conſitentes.

Sed 5. *amoris illiciti* ac illicis libidinoſi, de quibus multa curioſè Leſſ.l.4.de juſt.& jur.c.3.dub.80. II. *Oculorum* Gen.39.7. Ezech.6.9. Syr.26.12.2.Pet.2.14. *cum mulier jactis luminum radiis* (verba ſunt *Baſily*.l.de verâ virginitate) *veluti quibuſdam incorporeis manibus quemcunque voluerit eminus tangit, & quæ corporeis manibus attingere non poteſt, oculorum jactibus παθητικῶς complectitur.* Idem in Eſa.3.16. *Dum mulier ſuaviter & blandis arridet ocellis, prolicit ad explendam libidinem: jactu enim oculorum, ſagittam planè exitialem emittit, cujuſmodi, tandem obtinet rumor de baſiliſci naturâ, quem dicunt ſolo aſpectu corrumpere ſuos ſpectatores. Prima adulteræ tela ſunt.* Ambroſ.l.de Joſeph.c.3. *Impudicus oculus impudici cordis nuncius.* Aug. in reg. Monach. & ep.109. hinc oculorum ἵμερος apud Græcos amoris philtrum III. *Tactus* Ezech. 23.3.8.12. Deut.25.11.& 12. IV. *Furoris hippomanici*, & quaſi centaurici de quo Jer.5.8.

§. 8 III. *Impuritas verborum* Eph.5.3. de quâ legiſlatorem monet Ariſt.l.8.Polit. ut eam è civitate exterminet, quod turpia loquendo facilè fiat, ut homines his proxima faciant, quanquam alibi in moralibus ἐυτραπέλειαν in virtutibus numerarit, illam ſcilicet ἐυτραπέλειαν, quæ tempore Ariſtotelis in bonam partem accepta, poſtea cum ſequioribus moribus in ſequiorem ſenſum degeneravit, eodem fato, quo nomen Magi, Sophiſtæ, Politici ſuccubuit, ideò addidit D. Paulus τὰ οὐκ ἀνήκοντα. *Verba autem obſcœna ſunt, non indifferenter omnes joci*, atque ſales, qui probandi omninò ſunt, ſi ſint 1. διδακτικοὶ, qui vitia hominum delicatius caſtigent, cujuſmodi fuit ille jocus Eliæ, 1. Reg.15.27. 2. Maximarum rerum momenta vertant, odium iramque frangant, ut loquitur Fab.VI. Inſt.4. 3. Opportuni h.e. αὐτοσχεδιαστικοὶ, à naturâ potius & occaſione quam arte nati, extemporanei, quam domo allati, ſale Mercurii conditi: improbandi ſi ſint ſcurriles, illuſorii, imprudentes, intempeſtivi. Ad *ſummam, caveamus*, ex *Ambroſii* monito, ne, *dum relaxare animum volumus, ſolvamus omnem harmoniam* Non II. *verba, quæ ſumuntur à rebus naturalibus iis*, quas natura vult tegi, quę ſemper obſcœna ſunt, quia parere verecundè dicitur, id quod turpiter fieret in propatulo: venter pudicè nominatur, impudicè oſtenditur. Eraſ.l.1. de cop.verb. c.11. *Non* III. *quæ ſunt turpia factu.* nam parricidium verecundè nominatur, cum factu longè ſit turpiſſimum.

Non IV. *quæ ſumuntur ab artificiis ſordidis*, velut à balneis, à culinis
coriariis, à popinis, quia & horum nonnulla honeſtè dici poſſu
Sed V. *verba obſcœna ſunt*, à quibus caſtæ & delicatæ aures omnes,
turæ quodam ſenſu, abhorrent, vel quia naturales ſordes (ut cal
ſudor, &c. ſtercus curiæ: Fabius ex Cic. l. 8. c. 6.) vel quia res im
dicas ſignificant, ut ſunt verba nupta & priapeja omnia. Qu
ipſum uſum horum verborum attinet, diſtinctè id expediend
eſt. Verba, quę turpitudinem naturalē explicant, uſurpari poſſu
ſine vitio, in caſtigationibus ipſorum vitiorum, ita tamen ut
ἐπιπλήττοντες repræhenſioni præveniamus, qua turpis caſtiga
coërceatur. Hinc apparet cur ejuſmodi verbis aliquando u
fuerit Sp. S. aliquando abſtinuerit? Uſus fuit voce latrinæ 2. R
10. 27. גלולים Deorum ſtercoreorum, 2. Reg. 17. 12. cap. 21 11. &
11. & 21. cap. 23. 24. Jerem. 50. 2. & alibi, confer de hâc voce Kirch
de uſu concord. uſu 6. exempl. 6. σκυβάλων, Phil. 3. 8. Occulta
autem obſcœnitatem tùm plurimis in locis, tùm maximè 1. Sam.
4. Et ingreſſus eſt Saul ad tegendum pedes ſuos. In quem loc
B. Lutherus in margine notat, (Sein Füſſe decken) ſo züchtig iſt
Heilige Schrifft / daß ſie die Füſſe decken heißt auff das heimliche
mach gehen. Non enim, ut nos, braccati erant Hebræi, ſed
induti, quibus coinquiniſcentium pedes tegebantur. Iſ
ferebat propriè loqui, ut & Baalitæ intelligerent, quid mere
tur ipſorum idola, & pulchro opere tumidi viderent, quid e
propria juſtitia? perinde ut Satyrici duro nodo durum etiam
rebant cuneum. Hìc aliud ſuadebat τὸ πρέπον. Hinc denique
telligitur à ſuorum vitiorum lenonibus, aliorum cenſoribus
ſtris quibuſdam calumniarum onerari ſcripta Lutheri
verò colloquia menſalia: cum tamen in obſcœnum ſenſum
demum à malo interprete fuerint detorta; quædam Heroic
plus quam Satyrico zelo Eccleſiam reſtituturo in integrum
venerint. Porrò verba ἀδιάφορα quæ in utramq; partem non
adhibentur, etiam ſine vitio uſurpari queunt, ut injuriam ſ
Ruſſino Hieronymus videatur. Is cum ſcripſiſſet, habesne
aliquid, quo nervos tuæ loquacitatis intendas: ab hoc obſcœni
tis cauſa caſtigatur, his verbis: Et indignans, ſi puti te loqui
guam, cum comœdiarum turpitudines, amatorumque

Ec

Eccleſiaſticus ſcriptor aſſumas? Reſpicit ſine dubio ad verſum quendam Terentii act.2.Eunuch.ſc.3. de quo tamen Donatus Hieronymi præceptor dubitat, an obſcænè intelligi debeat? Eſt enim nervos intendere phraſis obſcæna, non niſi in auribus τῶν μεμυασμένων. At verò verba, quæ per ſe & prima ſua impoſitione obſcæna ſunt, quorum turpitudinem Sp.S. ſemper occultavit, illa os, ex quo promanant, contaminant, tanquam flabella luxuriæ, impudicitiæ lenones & diaboli ſputa. Sunt *namq; diaboli duplices*, ut notavit *Bernh.* ſerm. de 7. ſpir. *alij elingues & muti, alij facundi & loquaces: inter hos ſignifer eſt laſcivus dæmon, cujus officium eſt colloquia his verborum ſpurcitiis aſpergere.* Ut ſterileſcit olea, quam capra totonderit linguâ. Plin.XV.8.& l.XVII.24. Ita adoleſcens olea perit, ſi caprum ejusmodi ac illoti oris hominem ad aures admiſerit. Capræ hujuſmodi ſunt ſpurci Poëtæ, qui id demum carmen habere veneres exiſtimant, in quo venerea omnia, & prætexta, id enerve, quod ſine cupidinis arcu. Caprum & illi olent, qui ne ſacris quidē parcunt, quin ſputo hoc diabolico fœdent. Si Theodectes Poëta oculorum glavcomate luit curioſitatem, quâ tentabat è S. volumine tragœdiæ ſuæ aliquid inſerere, autore Joſeph. XII. antiq. 2. in fine, quæ fœditati noſtrorum hominum erit venia? IV. *Impuritas aſpectus* ad picturas inceſtas converſi, quæ ut retibus incautos oculos illaqueant, ut viſco diabolico capiunt. Hanc aſpectus impuritatem, cum delectatione ſui & irriſione patris viſam, graviter luit Cham Geneſ.9. V. *Impuritas lectionis librorum* ad omnem turpitudinem compoſitorum, reſinam & oleum flammæ intus uſtulanti affundentium. VI. *Impuritas veſtitus*, corporis nudatio, de quâ ſupra exercit. 9. vide interea libr. Tertull. de habitu mulierum veteri, deque habitu meretricio Alex. ab Alex. V. Genial. 18. *Cyprianus certè* l. de habit. virg. *ornamentorum, ſcribit, ac veſtium inſignia & lenocinia formarum non niſi proſtitutis & impudicis fœminis congruunt, & nullarum fere precioſior cultus eſt, quam quorum pudor vilis eſt.* In Apocal. c. 17. deſcribitur meretrix illa perdita amicta pallio purpureo, &c.

§. 9. His impuritatis ſpeciebus hactenus enumeratis opponitur ut remedium & virtus *contraria VERECUNDIA.* 1. *Cordis pudicitiæ comes* Ambroſ. l. off. 18. *Continentiæ ſoror, famæ cuſtos, vitæ decus.* Bernhard. ſerm. 86. in cant. quam rubor à natura ut velum datus ſi-

 gnat.

gnat. Quo qui caret deploratus olim habitus. Illum periiſſe puto, cui periit pudor. Plaut. quem in Elephanto quoque animali irrationali deprehendi refert ex Acoſtâ I. Lipſ. cent. 1. ep. 52. 2. *Mortificatrix amputatio membrorum ſcandalizantium,* Matth. 5. 27 non propriè dicta, quâ ſe, poſt Hierophantas Athenienſes, & Origenem Adamantium, afflixiſſe Luciam Syracuſanam virginem, auctor eſt Sabell. IV. 8. quæ cum ſentiret ob pulchritudinem oculorum ſuæ virginitati periculum intendi, hos ſibi ſponte avulſos deferendos dedit inſano regi. Hujuſmodi enim amputatio & analogiæ fidei, quinto præcepto ſubnixæ, refragatur, & ſcopo Christi, qui eſt libidinis evitatio, quæ membro quantumvis aliquo ſublato non ceſſat, cum fons & ſedes libidinis ipſum cor ſit; ſed *[illegible]* accepta, de neglectu rei etiam nobis chariſſimæ, ut quemadmodum dextra manu ab ictu gladii capiti cavemus, ita jacturam animi redimamus, etiam rei nobis aliàs chariſſimæ neglectu, vel exaggerativè, ſi aliter ſcandalum effugere non poſſes, niſi erueres oculum, hoc potius faciamus. Wann du fühleſt / daß du ein Weib anſiheſt mit böſer Luſt / ſo reiß daſſelb Aug oder Geſicht auß / nicht deß Leibs / ſondern deß Hertzens / auß welchem die Brunſt vnd Luſt gehet. Luth. tom. 4. Witteb. p. 33. S. 2. Et hoc eſt vereri ſeipſum, ex Democriti præcept. apud Stobæ. 2. *Verecundia geſtuum*, qualis fuit illa oculorum fœderata obligatio, Job. 31 1. 3. *Auditus ut ad feſcennin[illegible]* tanquam ad Sirenum cantus aures obduret, & vel ſolo genarum rubore ſuum teſtetur honorem homo caſtus, hinc Epictet. Enchir. c. 55. periculoſum eſt ad oris obſcænitatem progredi, cum [illegible] quippiam inciderit, obſurgabis eum, qui talem ſermonem injecerit: aut taciturnitate ſaltem & rubore vultuque oſtendes, eam [illegible] orationem diſplicuiſſe. 4. *Aſpectus.* Celebre de hâc aſpectus verecundiâ extat carmen apud Martial. l. 1. epigram. 3 in quo nequam Poëta ſuggillat Catonem, quem laudare debuerat. Colebantur enim illi ludi, auctore Lactantio L. 1. cum omni laſcivia. Nam præter verborum licentiam, quibus omnis obſcænitas effunditur, exuuntur etiam veſtibus populo flagitante meretrices, qu[illegible] mimorum funguntur officio, & in conſpectu populi uſque [illegible] tietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus [illegible]nentur. Conf. Aug. II. C. D. 26. & Sen. ep. 97. Simile exemplum de

quodam

quodā Alixio, ſed non æquè conſtantis modeſtiæ, memorat Aug. VI. Conf. 8. 5. Lectionis, à quâ ipſe Amorum nefarius Magiſter Ovid. juventuti cavet:

Eloquar invitus, teneros ne tange Poëtas,
Submoveo dotes improbus ipſe meas.

6. *Veſtitu*, exemplo Rebeccæ, Gen. 24. 65. quæ velata aſpexit ſponſum ex more gentium pudoris & reverentiæ causâ. Ideò capitis velum omnibus mulieribus mandat Paulus 1. Cor. 11. 5. cujus neglectum repudio punivit C. Sulpitius Gallus, autore Valer. Max. VI. 3. Confer. Tertull. integro tract. de virginibus velandis.

§. 10. Poſtrema *impuritatis ſpecies eſt impuritas in opere*, quæ iterum in varias ſpecies ſubdividitur, prima eſt fornicatio ſimplex, quam pro indifferenti habuit, 1. *cæca gentilitas*; ut liquet 1. ex conjunctione Apoſtolicâ fornicationis cum re indifferenti, Act. 15. 20. ob cujus abſtinentiam Chriſtianos mirati ſunt gentiles. 1. Pett. 4. 34. 2. *ex teſtimonio auctorum Chryſoſt.* hom. 12. in 1. Corinth. teſtatur, arbitratos ipſosmet ſapientes legislatores, malum non eſſe ſcortari, nec pœnâ dignum. Idem de Cynicis tradit Hieron. ad cap. 5. Eph. Demoſthenis certè notum dictum: *meretrices voluptatis, concubinas famulatus, Vxores prolis causâ natas.* 3. *ex lupanarium conceſſione*, de quorum nequitia infra. Imò eò furiæ hoc ſcelus aſcendit apud quoſdam, ut inter ſacra fuerit, an inter Moabitica Baalis Phegorii, quem Hieron. ad Oſe. 4. 8. 9. cum Priapo Latinorum eundem facit? dubium eſt ob ea, quæ de hoc Idolo diſputat *Selden.* Syntag 1. de D. S. c. 5. Illud certius quod de Succoth Benoth, 2. Reg. 17. 30. tradidit idem auctor Syntag. 2 c. 7. *Exploſis*, cum ſcribit, *omninò Rabinorum liris, Succoth Benoth non tam Deum aliquem Deamve, quam fanum ipſum ritusq; circa illud ſacros denotare cenſemus. Ipſiſſimum enim erat Babyloniæ Mylittæ ſive Veneris Vraniæ templum, ubi puellæ corollis revinctæ, & ſedentes ſingulis in ſpaciis, quæ funiculis erant diſtincta, hoſpites operiebantur, qui ritè implorata Venere Mylitta, pecuniaq; quantulacunq; data, (quæ Dea ſacra) cum eis à fano ſubductis rem haberent. Nec cuiquam fas erant prius diſcedere, quam ad hunc ritum fuerit ad res Venereas electa; unde fiebat, per biennium nonnunquam & triennium expectarent, quæ deformes, miſeræ. Lege verò patria omnibus fœminis erat commune, ut ſemel in vita ita deſidentes cum advenis conſuetudinem haberent. Cæterum beatiores*

Digitized by Google

vehiculis cameratis tecta, relicta à tergo magna famulitij turba pro fano conſiſtebant. Hac planè Filiarum ſeu muliercularum tabernacula, id eſt, Succoth Benoth. Ubi ſimul locum Baruch 6.43. dilucidè ſatis exponit. De Corinthiis teſtatur Herod. in Clio & Strabo l. 8. fanum Veneris illîc loci ita fuiſſe locuples, ut plures quam mille habuerint ſacrorum famulas meretrices, quas Deæ Viri mulieresque dedicabant, hinc Κορινθιάζειν. Confer Eraſm. in adag. p. m. 133. ad Prov. non cuivis homini contingit adire Corinthum. Græcis quibuſdam Chriſtianis eundem de indifferentiâ ſcortationis errorem imputarunt Rabbini nonnulli, vide Lorin ad Lev. 20. de quibus tamen cauſæ ſunt cur dubitemus. Illud ut certius ita intolerabilius eſt, è Theologis Pontificiis fuiſſe, qui exiſtimârunt, non eſſe hæreticum; ſi quis crederet ſimplicem fornicationem non eſſe mortale peccatum, quia teſtimonia ſcripturæ ſacræ non ſunt expreſſa, id quod de Martino de Magiſtris & Durando teſtatur Lorin. ad Deut. 5.28. Act. 15. 20. refutatos vide à Leſſ. l. 4. c. 3. E Canoniſtis itidem, qui idem ſcelus elevârunt, cum diſt. 8. Can. maxim. in gloſſa, dicunt pro ſimplici fornicatione aliquem deponi non debere, quia pauci ſine eo vitio reperiuntur, & diſt. 82. Can. presbyter, in gloſſa; repetunt neminem pro ſimplici fornicatione hodie eſſe deponendum, niſi in ea perduret, ideò quod corpora fragiliora ſunt hodie quam olim erant. Juris etiam civilis quædam macula eſſe videtur concubinatus permiſſus, ut meritò miretur D. Mentz. diſp. de Matrim. 15. c. 4. quod legibus illis Epiſcopi eorum temporum non contradixerint, vide Gerh. tom. de conjug. p. 917. & ſeqq. & Arniſæ. de jure connub. c. 4. ſect. 5. Nota eſt vox Campegii apud Sleid. l. 4. quâ Legatos Argentinenſes allocutus eſt, quod Sacerdotes fiant mariti, multò graviùs eſſe peccatum, quàm ſi plurimas domi meretrices alant: nec abludit Corn. à Lap. ad 1. Cor. 7. p. 244. Voto caſtitatis obſtrictis, eamque profeſſis, æquè ut maritis, ſatius eſt uri, & fornicari, quàm ſecundo nubere. Nuptiæ enim hæ, permanens ſacrilegium ſunt, vel adulterium, quod pejus eſt fornicatione, vel ſacrilegio tranſeunte: ſicut ſatiùs eſt peccare, quàm eſſe in ſtatu continuo peccati, & peccare ex obſtinatione & contemtu. Confer Coſter. in Ench. tr. de Cœlib. Idem clamant lupanaria in regno Papiſtico impunè tolerata.

§. 11. Con-

§. 11. Contrarium evidenter probatur *ex interdictis divinis*, Lev.19.29. Deut.23.17. c.22.28. 1.Cor.6.19.& ſeqq. Rom.13. 13. Eph.5. 3. Col.3.5. 1. Theſſ.4.3. Hebr.12. 14. 2. *Ex ipſo naturæ dictamine*, οὐ γὰρ δεόμεθα μαθεῖν ὅτι κακὸν ἡ πορνεία, τὸ συνειδὸς ἡμῶν διήρθρωσε, Chryſ.12. ad pop.Antioch. Quoties ſcortatus es, toties damnaſti temetipſum. Scholaſtici & nominatim Leſſ.l.4.c.3.dub.7. naturalem illam malitiam ex fine conjugii deducunt, quæ rectiùs deducitur ex ipsâ naturali fœditate & injuriâ in DEUM, ſeque metipſum, de quâ mox.

§. 12. *Scortatio triplex eſt.* 1. *Voluntaria*, cum mutuò pars utraque conſentit, nullo mercedis reſpectu, ſolius libidinis ſatiandæ cauſa, id quod bifariam fieri ſolet, vel ſpeciosâ perſuaſione & nuptiarum promiſſione alliciendo, de quo caſu ſermo eſt, Exod. 22.16. Vel apprehenſione & præſenti impetu, quô velut occaſione acceptâ vitium infertur, non tamen vis, de quo Deut. 22. verſ. 29. 2. *Quæſtuoſa*, lenonia, meritoria, quæ in lupanaribus exercetur, de quibus infra. 3. *Coacta ac violenta*, quæ vulgò raptus & ſtuprum dicitur. aliàs ſic differunt, quod raptus eam vim includat, quâ puella abripitur à domo ſuâ, & locum habere poteſt in corruptâ, Stuprum autem in integrâ & poteſt fieri ſine omni raptu: ſicut & raptus poteſt fieri ſine violatione. Ita Leſſ. l. 2. de juſt. & jur. c. 10. dub. 1. & l. 4. c. 3. dub. 9. De hâc violentiâ lex extat Deut. 22.23. Exempla Gen.34. Jud.19. 2.Sam.13. pertinet ad hujuſmodi violentiam omninò etiam philtrorum ſeu chariteſiorum maleficium, de quo prolixè Mart Delrio.l.3.diſquiſ.Mag.q.3.p.m.362 & ſeqq.

§. 13. Eſt verò hoc *peccatum* I. *Abominabile*. 1. DEO, utpote comparatum idololatriæ, quæ præ reliquis DEO extremè odioſa, Sap.14.12. & alibi ſexcenties, quis peccati hujus fœtor? Sodomæorum fœtor cælo aſſurgens adhuc teſtatur, de quo Brocard. part. 1. c.7.n.36. in deſcr.terr.ſanct. 2. *Angelis*, quos perinde ut fumus apes, fœtor columbas, hujuſmodi impudicitia fugat. 3. *Hominibus piis. Fornicator namq; eſt in ædibus fugiendus, in congreſſibus abominandus, contumelia appropinquantibus, inimicis opprobrium, cognatis probrum ac dedecus, iis qui ſimul habitant execrandus, dolor parentibus, familiæ publicum ludibrium, vicinis ridicula narratio, ſi velit uxorem ducere rejiciendus.* Gregor. *Nyſſen.* ad 1.Cor.6. Eſto enim culpa fornicationis per pœnitentiam fornicatori condonetur à DEO, manet tamen apud homines memo-

memoria, & memoriæ pediſſequa infamia. II. *Injuſtum*, affecit enim injuriâ, 1. *DEUM creatorem*, ſalvatorem & ſanctificatorem, de quâ injuſtitiæ ſpecie paulò ſuperiùs. 2. *Familiam*, 3 perſonam cum quâ nolente in unum corpus coaluit (aliàs volenti non fit injuria) Maximè verò 4. *liberos* ex infami concubitu natos, quibus hâc in vitâ nihil miſerius. Extat de illis à publicis honoribus arcendis lex Deut. 23. 2. Conf. Serar. ad Jud. 11. q. 3. III. *Damnoſiſſimum* 1. Ipſi fornicatori, cui libido improba expectorat mentem, ingenium & dotes animi, Gen. 19. 11. Oſe. 4. 11. Eſt enim ut ira furor brevis, ita libido brevis epilepſia, Clem. Alex. l. 2. pædag. 10. Imò [illegible] ſtultitia Deut. 22. 20. hinc Alex. M. cum DEUS à multis prædicaretur, ſe, quod mortalis eſſet, depræhendere dicebat ſomno & concubitu, ſomnus enim mortis imago, concubitus ſpecies eſt morbi comitialis. Plutar. in Alex. M. 2. Corpus morbis emaciat, Syr. 19. 3. tanquam perpetuis notis conſcientiæ, quos inter eminet lues Neopolitana: quam DEUS huic præcipuè malo caſtigando oppoſuit. Hi (inquit Chryſoſtom.) qui in deliciis & luxuria vitam degunt, reſoluta quidem corpora & omni cerâ molliora circumferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta: quibus ad cumulum malorum podagræ tremor, & immatura ſenectus ſuccedit, & eſt eis vita ſemper cum medicis, medicamentis, ſenſus autem ipſi tardi, graves, obtuſi, & quodammodo jam ſepulti. Idem hom. 56. ad Pop. Antioch. ipſis primis verbis: Non tàm vehementer pluvialium aquarum curſus ipſas ripas corrodere ſolet, ſicut deliciæ & luxus omnia valetudinis noſtræ firmamenta facilè ſubruere. 3. Emungit fortunas Job. 31. 10. Prov. 5. 8. c. 6. 26. 4. Famam auffert, Syr. 23. 36 libido animi & corporis vires dejecit, eumque qui hoc vitio captus eſt, omnibus illudendum proponit, quemadmodum excæcatus Samſon docet. Iſid. Pelus. l. 135. hinc Joſeph noluit Mariam παραδειγματίσαι, Matth. 1. 19. id eſt, traducere in exemplum publicè exſibilandam, quo ſenſu Sueton. dixit in Tito, hos aſſiduè in foro, flagellis ac fuſtibus cæſos ac noviſſimè traductos per Amphitheatri arenam, partim ſubjici in ſervos, aut vænire imperavit, partim in aſperrima inſularum avehi. ut ad Martial. epigr. 4. annot. Laurent. Ramiretz. 5. Iram DEI in ſe armat, mortem primam accelerat, in ſecundam inducit, 1. Cor. 6. 19. Gal. 5. 21. Eph. 5. 5. Col. 3. 6. Apoc. 21. 8.

hinc

hinc meretrix fovea, Prov.23.27. id quod veteres reſpexiſſe videntur cum ad monumenta & buſta ejuſmodi lupas rejecerunt, hinc buſtuariæ mœchæ apud Martial.l.3.epig.93.

Abſcondunt ſpurcas & monumenta lupas.

Ibid.l.1.ep.35. vide Turneb.l.13.19. Quid, ait Chryſoſt. hom.29. in Matth. luxuriâ correptus à dæmoniaco differt? quo fit, ut nunquam ſit in ſeipſo, ſed in ſepulchris verſetur. Sepulchra ſunt meretricum diverſoria, II. *Toti poſteritati*, Deut 22. 2. III. *Toti reipub.* Gen. 6.2. c.19.2. c.34.26. Jud.20.46. Id quod ſcivit Bileam, ideòquos armis inexpugnabiles æſtimavit, venere tentandos eſſe, atque penitus fundendos judicavit, Num.25. quem Origenes hunc in modum loquentem inducit. *Non virtute militum ſed mulierum decore pugnandum eſt, nec armatorum vigore, ſed mollitie fœminarum, procul amove armatorum manum, & electam congrega ſpeciem puellarum, forma vincit armatos, ferrum pulchritudo captat, vincentur ſpecie, qui non vincuntur prælio.* Conf. Joſeph, 4.antiq.5. De fractâ Hannibalis per libidinem Capuanam fortitudine, vide Val.Max.l.9.c.1.

DISPUTATIO DECALOGICA DECIMA QUINTA.

DE PRÆCEPTI SEXTI PARTE ALTERA.

§. 1.

HActenus *ſcortatio ſimplex*, ſequitur *compoſita*, quæ eſt ipſum adulterium; nefaria ſcilicet atque perfida vinculi conjugalis ſolutio: ad quam judicis divortium jure meritoque ſequitur; divortium autem non ſolum quoad thorum & menſam, ſed & quoad vinculum conjugale, ſecus quàm tradidit *Concil. Trident. ſeſ.* 24. can. 7. & ejus interpres *Bellarm.* l. 1. de Matrimonio cap.16. Nimis

enim clara & ſolis quodam radio ſcripta eſt 1. *Deciſio Chriſti*; Matth. 5.32. c 19.9 ubi phraſes παρεκτὸς λόγου πορνείας, εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, non poſſunt niſi exceptivè accipi, ita quidem ut à Phariſæorum *(quavis de cauſa)* exceptum ſit Chriſti *fornicationis cauſa*. Fingit quidem Bellarmin. illa verba etiam poſſe accipi *vel negativè*, tanquam neget quidem Dominus licitam eſſe talem dimiſſionẽ ſine cauſa fornicationis, ſed non dicat licitam eſſe, ſi adſit fornicatio; vel ut habet ejus inſtantia ad argumentum à contrario ſenſu, *comparativè*, quaſi hoc tantum inferri poſſit, minus graviter mœchari, qui ob fornicationem uxoris aliam ducit: quemadmodum ſi quis diceret, *Qui niſi ob inopiam furatur* peccat, non poteſt inferri, ergò qui ob inopiam furatur non peccat; ſed qui ob inopiam furatur, minùs peccat; *vel 3. adverſativè*, ut Apoc.21.27. non intrabit in eam aliquid coinquinatum, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ. Nihil horum veritati conſentaneum. Nam ſi 1. tantum *negativè* voluiſſet definire hunc caſum, potuiſſet Dominus generatim & facilius dicere, omnis qui dimittit uxorem & aliam ducit, mœchatur, ut rectè colligit *Cajetan.* in c.3. Matth. & qui ejus aliàs Ariſtarchus, *Ambroſ. Catharinus*. l.5. Annot. in Com. Cajet. Confer *Sixt. Senenſ.* lib.6. Bibl. Sanct. annot. 51. *At, inquis*, ſic generaliter ſine exceptione locuti ſunt Marcus c. 10. 11. Luc.16.18 qui deceperint, ſi generalem regulam propoſuerint omiſſa exceptione. R. 1. Marcum & Lucam ex Matthæo explicandos. 2 non eſſe contrarios Matthæo, negant illi dimiſſionem uxoris fieri poſſe ex quacunque cauſa, non negant poſſe fieri ex aliqua cauſa; hæ enim duæ ſibi non contradicunt, *Non eſt licita dimiſſio ex quacunq; cauſa. Et eſt licita in aliqua cauſa.* ſicut homo non eſt in omni loco, & homo eſt in aliquo loco. 3. *non decipere*, quia generali regulæ non opponunt exceptionem, aliàs tot in Script. S. eſſent decipulæ, quot ſententiæ illimitatæ. Non 2. *comparativè*, quia quæſtio erat de re ipſa, non de gradu rei, de peccati exiſtentia, non quantitate, & rectè omninò infertur per expoſitionem logicam. Qui niſi ob inopiam furatur non peccat. E. qui ob inopiam furatur non peccat, alius autem qui ob aliam cauſam furatur peccat: hoc verò omnium minimè ſequitur. E. minus peccat. Non 3. *adverſativè*, quia 1. ejuſmodi expoſitio non habet locum, niſi negatio præceſſerit, ut non periit ex iis quos dediſti mihi Johan. 17. v. 12. niſi filius perdi-

perditionis periit, ut expoſuit hunc locum D. Hunnius in h.l.eſt igitur Exemplum ex Apocalypſi prolatum diſſimile,quia 2.cauſam deploratam nil juvat hujuſmodi effugium. Finge ſenſum adverſativum, is æquè Bellarmino erit adverſus; ſenſus enim erit: Qui dimiſerit uxorem peccat, ſed ſi fornicatio intervenerit non peccat.

§. 2. Quod ſi igitur exceptivus ſenſus manet, *quæritur de conſequentia à contrario ſenſu*, an ſequatur, qui dimittit uxorem niſi ob fornicationem, non mœchatur? Reſpondeo λογικωτάτως ſequi, quemadmodum, omnia ſunt à DEO, excepto peccato E.peccatum non eſt à DEO, alia Entia ſunt à DEO. Ita dimittens uxorem ob fornicationem non peccat. *Dices*, hoc ſolum ſequi, 1.mœchari dimittendo, quia mœchari facit. 2.Mœchari non dimittendo, ſed ducendo aliam, licere quidem ob fornicationem dimittere & repudiare à thoro & menſa, non à vinculo, cum poteſtate aliam ducendi: verba illa *& qui dimiſſam duxerit mœchatur,* vel universè eſſe accipienda, vel cum exceptione fornicationis, ſi priùs. E.etiam qui duxerit fornicantem mœchatur; id ſi ſit, ſequitur vinculum per fornicationem non fuiſſe ruptum. Si poſterius E. qui fornicariam à viro diviſam ducit, non mœchatur. Ergò melior eſt conditio fornicariæ, quam innocentis, cum illa nubere poſſit non item iſta. Reſp.ad 1.utrumque ſequi, & mœchari & mœchationis cauſam eſſe. ad 2. Mœchari non ſolum ducendo, ſed & dimittendo, non mœchari alium, qui ex juſta fornicationis cauſa dimittit, ſive dimittat tantum, ſive etiam ducat, quia jus dimiſſionis poteſtatem ductionis neceſſariò poſt ſe trahit, vi regulæ, qui uritur nubat, quod jus pars innocens per nocentis culpam non perdit. Adde de eo divortio reſpondiſſe Chriſtum, de quo Phariſæi quærebant; at quærebant de divortio Judaico, quod jus novæ uxoris ducendæ poſt ſe trahebat, de quo argumento Deut.24.1. ad 3. manere nihilominus conditionem innocentis potiorem, quia 1. ex lege Moſis adultera debebat capite puniri, injuſtè dimiſſa non item; quia ſi capite fuiſſet non punita, is, qui ducebat adulteram, infamiam ſuam, innocens contra non nubendo, innocentiam teſtabatur. quia 3.innocenti uxori jus in maritum manebat, quale nulla habebat adultera. Manet igitur divortium à thoro non à vinculo-

Digitized by Google

lo, nomen ſine re, ut recte ſentit *Eraſm.* in annot.ad cap.19. Matth. *Luth.*tom.5 Jenenſ.f.252. Ein Ehe ſcheiden die nichts iſt/vnd Seelengeſpenſt. videatur Chemnit.in Exam.Concil. Trid. part.2. p.m.450. & ſeqq. D.Gerh.de conjug.p.931.& ſeqq. Arniſæus de jure connub. c.5.6. Rivet.Cathol.orth.p.115.& in Oſe.p.43.

§. 3. Eſt verò adulterium duplex vel 1.conjugati aut etiam deſponſati cum ſoluta,& ſoluti cum conjugata,aut etiam deſponſata, cui capitis pœna indicitur, perinde & adulteræ. Deut.22.mœchatur namque qui ſeparat carnem à DEO conjunctam, tàm autem eam ſeparat conjugatus, etiamſi ſcorto tantum aut virgini ſe agglutinet, quam ſi ad alienam tranſeat uxorem, Arniſ.c.5. de jure conn. vel 2.conjugati cum conjugata, aut deſponſati cum deſponſata. Atque huc etiam omninò pertinent polygamiæ, cùm ea, quâ vir plures habet uxores cohabitantes, tùm illa, quâ una retenta, alteram ex injuſta cauſa res ſuas habere juſſit. Hujus interdictum adducitur ex primæva conjugii inſtitutione, quæ ſic habet. *Idcircò, relinquet vir Patrem ſuum & Matrem ſuam, & adhærebit in uxore ſua, & erunt in carnem unam.* Quatuor advertenda ſunt. 1. *Legulator.* 2. *Actus præceptus.* 3 *Legis ſubjectum.* 4.*Prædicatum.* I.*Legulator* eſt is qui maſculum & fœminam fecit eos. Matth.19.4. unde verſus 24. connectendus eſt cum verſu 22. ita quidem ut verſus 23. per parentheſin injectus à Moſe videatur. II. *Actus præceptus, adhærebit, & erunt (non narrativè quia ſæpè contrarium evenit) ſed imperativè.* III.*Legis ſubjectum eſt duo tantum, Mas & Fœmina,* id probatur 1.*ex conſequenti determinatione* שניהם ambo ipſi verſ. 25. 2.*Chriſti infallibili explicatione.* Matth.19. v.5. Marc.10.v.8. cujus hoc eſt Argumentum, omnis actus dividens unionem conjugalem duorum in plures eſt legi divinæ Gen.2. contrarius; repudiatio Judaica eſt actus dividens unionem conjugalem duorum in plures. E. eſt legi divinæ contraria. Ad hanc Majorem ſubſumi omninò poteſt *polygamia,* quæ perinde dividit unionem conjugalem duorum in plures. Finge unionem conjugalem eſſe duorum, ſed non excluſivè, ut *Ochinus* arbitrabatur, jam argumentum Chriſti nihil concluſerit. Reſpondiſſent enim Phariſæi, legem DEI repudio non obſtare, quæ hoc requirit, ut duo ſint in carne una, non tamen obſtare, quò minus plures in eandem unionem venire queant. 3.*Ex ratione è conſilio*

Digitized by Google

lio DEI fluente, quam hunc in modum proponit Tertullianus in Exhort. ad Caſt. c. 5. cum DEUS hominem figuraſſet, eique parem neceſſariam proſpexiſſet, unam de coſtis ejus mutuatus, unam illi fœminam finxit, cum utique nec artifex nec materia defeciſſet: plures coſtæ in Adam, & indefatigabiles manus in DEO, ſed non plures uxores apud DEUM. Quod Argumentum etiam urgere videtur *Malach.* 2. 15. ſi verſio & ſcholion Piſcatoris admittendum, quod ſic habet: *quamvis reliqui ſpiritus ipſius eſſent)* verto, *quamvis reſiduum ſpiritus ipſi eſſet*, id eſt, *quamvis plures animas creare poſſet, quas indicet pluribus mulieribus Adamo jungendis.* Quaſi dicat: *Quum DEUS potuerit plures uxores Adamo creare, id autem non fecerit; argumento hoc eſt, quod nolit uni viro plures uxores jungere.* Caducæ igitur ſunt inſtantiæ, quas Ochinus excogitavit ex iis locis ſcripturæ, in quibus τὸ Duo non excluſivè ponitur. IV. *Prædicatum duplex eſt.* 1. *adhæſio* ἐξαίρετος, quæ importat relictionem Parentum, non quoad amorem & obedientiam, ſed quoad œconomiæ inſtitutionem, nominis tranſcriptionem, cohabitationem, jus corporis mutuum. 2. *Unio in carnem unam*, id eſt, ut eſſet una caro; quæ unitas ſolvitur, quamprimum intervenit commixtio cum carne alia, tum enim fit una caro cum ſcorto, 1. Cor. 6. 16. Idem interdictum confirmant nonnulli ex Levit. 15. 18. *Uxorem ad ſororem ejus non accipies ad affligendam eam.* Ubi per ſororem poſſe intelligi quamvis aliam ejusdem ſexus perſonam, ſive mulierem ex collatione plurium exemplorum, & hebrææ linguę ingenio, tradidere D. Haffenreffer l. de conjug. p. 640. *Tarnov.* exercit. bibl. p. 573. *Rivet. exercit.* in Geneſ. 45. Porrò ex N. T. Argumenta ſumuntur *à definitione Chriſti*, Matth 5. 32. c. 19. 9 Marc. 10. 11. Luc. 16. 18. de quibus locis videndus D. Gerh. tom. de conj. p. 312. præcipuè verò *ex deciſione Paulina* 1. Cor. 7. 2. quo ex loco tale ſtruitur Argumentum. *Omnis ſtatus* ἰδιότητα incommunicabilem, reciprocam, adæquatam convertens in communionem, peccaminoſus eſt. At Polygamia talis eſt ſtatus. E. Dico 1. *Incommunicabilem*, quia ea proprii natura eſt. 2. Reciprocam, quia jus *reciprocum* urget Apoſtolus. 3. *Adæquatam*, quia omne jus maritale exhaurit uxor & contra. Confer argumenta alia apud Gerhard. tom. de conj. pag. 319. & ſeqq.

§. 4. Cæterum obſtare videntur *cum teſtimonia Scripturæ*

Deut. 25.5. 2. Sam. 12. 8. *Tum Exempla* ſanctiſſimorum Patriarcharum. Utrique nodo quærendus eſt cuneus; in Deuteronomio agi de *fratre* cœlibe, probabile fit 1. ex Phraſi יחדו quæ vel ſolitudinis nota, hinc ▭ יחיד unici ſolitarii Pſal. 68.7. vel unionis pariter adhuc in domo Patris habitantium. 2. Ex ἀναλογία Lev. 18.18. ſi non licet ſororem uxori ſuperinducere, ne uxor affligatur. E. multò minùs fratris defuncti uxorem, quia ab hac major rixarum materia metuenda, quàm ab illa. Ex 3. *conſuetudine Iudaica*, cujus aliquod veſtigium in hiſtoria Ruth extat, in qua negat cognatus Ruth ſe ducere poſſe mulierem affinem, quod jam uxorem haberet & liberos, ut expreſsè tradit Joſephus l. 5. 11. Confer Druſ. ad ill. oc. & D. Tarnov. Exercit. bibl. p. 578. *dices*, contrarium patere ex hiſtoria N.T. Matth. 22. 24. ubi Sadducæi ponunt caſum de viro ἐπιγαμβρεύοντι, qui ἐπὶ quaſi ſuperinducat uxori fratriam. Reſp. ἐπιγαμβρεύειν uſurpari etiam de cœlibe Gen. 35. v 8. ἐπιγαμβρεῦσαι αὐτῷ, LXX. & explicari abſolutè per λαμβάνειν. Marc. 12. 19. II. ad 2. Sam. 12. 8. non eſſe ſermonem de datione matrimoniali, alioquin DEUS author fuiſſet inceſtuoſi thalami, ſi enim uxores Saulis in thalamum dedit, Ergò & matrem Michol: ſed de datione ſubjectiva in ſervitutem, in ſubditionem. *Nec obſtat Phraſis. 1 in ſinum, id eſt, conjugium. 2. Scopus Parabolæ*, quia ut ovis pauperis reſpondet uxori Uriæ quà uxori; ita oves divitis uxoribus Saulis in conjugium datis. Reſp. ad 1. τὰ in ſinu eſſe notare etiam in genere eſſe in alicujus poteſtate, vide Luc. 6. 38. ad 2. reſpondere ovem uxori Uriæ non ſolum ratione conjugii, ſed etiam ratione poteſtatis, peccârat enim David non ſaltem adulterii libidine, ſed & ejusdem injuſtitia.

§. 5. De Patribus V.T. difficile ſemper fuit ſententiam ferre: nos rejectis iis opinionibus, quæ minus ſunt probabiles, ei ſubſcribimus quæ probabilior videtur, non tamen abſolutè damnatis illis prioribus; ſed ut in trutina propendemus in ſententiam probabiliorem. Eſt igitur opinio. 1. *Auguſtini* XXII. contra Fauſtum 47. Polygamiam non fuiſſe in V.T. crimen, quia nec contra naturam ſit inſtituta, ſed prolis creandæ cauſa, nec contra mores, quia illo tempore paſſim terrarum iſte mos invaluerat, nec contra præceptum, quia nulla lex erat, quæ id prohiberet.

2. P. Mar-

Digitized by Google

2. *P. Martyris* in l. 2. Sam. 25. 48. DEUM diſpenſaſſe, ſed in lege tantum poſitiva, quæ intrinſecè peccatum non ſit. 3. *Scholaſticorum*, diſpenſaſſe etiam in lege naturali, quoad paritatem juris conjugalis, minuendo jus uxoris & ampliando jus Mariti propter ampliorem ſobolis procreationem, cum corporum noſtrorum Dominium ſit DEI, noſter ſit tantum uſusfructus; Atque ſic diſpenſaſſe DEUM in ſpoliis Iſraëlitarum, parricidio Abrahæ, & inceſtu filiorum & filiarum Adæ. *Reſp. ad* 1. fuiſſe omninò Polygamiam crimen, quia contra naturalem & æquitatem & juſtam zelotypiam pugnat, quicquid ſit de bonitate finis: contra morem rationabilem, quicquid ſit de conſuetudinis vitioſæ obreptione: contra Præceptum DEI, ut ſuperiori §. oſtendimus. Ad II. non videri fuiſſe tantum legem poſitivam, ſed videri probabiliùs naturalem, immutabilem ac indiſpenſabilem, quia perinde ut ſcortatio, in qua nunquam legimus DEUM diſpenſare voluiſſe, pugnat contra ſanctitatem DEI; adeoq; intrinſecam DEOq; exoſam habere malitiam; pugnare contra ipſam eſſentiam conjugii, ipſam ſcilicet materiam, quæ duabus tantum Perſonis conſtat; & formam, quæ unionem adæquatam & prorſus indiſſolubilem requirit. III. Probandam eſſe, non ex ſolo facto Sanctorum, benedictione divina & ſilentio Prophetarum, ſed ex ſcriptura ſacra ejuſmodi diſpenſationem, id quod hactenùs præſtari non potuit. 2. Potuiſſe ſic etiam Chriſtum reſpondere in quæſtione repudii, DEUM diſpenſaſſe, h.e. obligationem in V.T. ſuſtuliſſe & jus Mariti ampliaſſe: at ille reſpondit DEUM permiſiſſe ſcilicet eo modo quo peccata permittere ſolet διὰ τὴν σκληροκαρδίαν. Eadem omninò ratio eſt repudii & Polygamiæ. 3. Non facilè DEUM eripere aut minuere alicui ſuum jus, niſi præceſſerit culpa; qua vero culpa mulier præ viro meruit juris ſui diminutionem? 4. Aut diſpenſaſſe DEUM in ſola ſanctorum Polygamia, aut etiam in Polygamia gentium, ut contendit Bellar. l. de Matr. ſacr. c. 1. non illud, quia reddi ratio non poteſt, ob quam in Polygamia ſanctorum diſpenſare debuerit præ gentibus, an ideò ut poſteritas Abrahæ multiplicaretur? atqui ad hunc finem obtinendum non opus erat Polygamia, aliàs in ipſis mundi primordiis diſpenſandum fuiſſet. Non hoc, an enim ad idololatrarum multiplicationem polygamia permittenda erat? vide

de Arniſæ. de jure conn. pag. 26. 4. *Exempla nihil concludere.* Etenim interfectio Iſaaci, quam ut peccator DEO judici debebat, per quemcunque vel quocunque modo mors irrogaretur, per ſe peccaminoſa non fuit, nec ipſi Iſaaco injurioſa. Neque enim hominis occiſio perinde habet internam malitiam ut impuritas ſexti præcepti. Spolia Iſraelitarum, nec furta fuiſſe nec furtorum diſpenſationes, ſed executiones juſti judicis, qui ut judex humanus creditori ex bonis debitoris ſolvit; ita judex ſummus ſatis fecit Iſraelitis Ægyptiorum mercenariis, ut pro labore mercedem acciperent juſtam. Nulla hic iterum intrinſeca malitia, nulla iniquitas. Denique in conjugio liberorum Adæ facilius fuit Dominum diſpenſare, quia illa pugnat ſolum contra qualitatem aliquam ſubjecti conjugalis, non contra ipſam eſſentiam totam, ut Polygamia. Probabile igitur eſt DEUM toleraſſe ac permiſiſſe ſingulari τροποφορίᾳ in S. Patribus *Act.* 13. 18. ejuſmodi nævos, quos ex inquinamentis ſeculi attraxerant, adeoque Patres illos revera peccaſſe, ſed ex ignorantia. *Dices* ignorantiam talem ſupinam fuiſſe, adeoque inexcuſabilem. 2 Non ſtare potuiſſe cum tantâ, quâ uſi ſunt, DEI familiaritate, revelationum communicatione, & commendata vitæ ſanctitate. Nullum Prophetarum culpaſſe Polygamian. 4. Videri filios ex polygamia natos illegitimos ac ſpurios, ſi polygamia in V. T. fuerit peccatum. Reſp. I. Nego ſupinam fuiſſe, niſi & ſupina fuerit ignorantia concupiſcentiam fuiſſe peccatum, & multarum rerum quæ ſunt circa fidem ignorantiæ. Legem habuerunt, ſed ſenſum ejus excluſivum non animadverterunt, donec in N. T. Chriſtus eum dilucidè expoſuit. II. Stare potuiſſe illam *ignorantiam cum* 1. *DEI familiaritate*, quæ fuit in Chriſto mediatore, per quem habemus aditum in fide, etſi nævis adhuc inquinati eſſent plurimis, præſertim cum non perinde ut gentiles libidinis, ſed prolis ſuſcipiendæ gratia plures uxores aſſumpſerint: *cum* 2. *revelationum communicatione*, quæ tàm claræ, ut Evangelii, ita & legis non fuêre, quam in N. T. Cum 3. *Commendatâ vita ſanctitate.* quæ ut maximè commendata fuerit, intra tamen terminos perfectionis ſubſtitit. Ad III. à negativo Teſtimonio non valere conſequentiam. 2. Moſen damnaſſe, Lev. 18. v. 18. Malachiam culpaſſe, c. 2. v. 15. Sed obſcurius illum

hunc

hunc ſerius. Ad IV. *non videri*, quia tollendæ prolis potiùs, quam libidinis explendæ gratia inſtituta à Sanctis viris fuit polygamia. Quemadmodum nec inceſtuoſus propriè fuit qui ex Thamar natus eſt, nec ſpurius propriè, qui ex conjugio invitis Parentibus contracto prodiit.

§. 6. Quid & quotuplex ſit adulterium vidimus hactenus, ſequitur ejuſdem interdictum, quod, ut ſupra monuimus § 1. expreſsè in VI. præcepto & κατὰ ῥητὸν extat. Accedit lex naturæ, quam manifeſtat juſtiſſima omnibus conjugatis (perinde ut στοργὴ Parentibus atque liberis impreſſa) Zelotypia Prov. 6. 35. Quamquam enim hęc ſua quoque habet extrema, ac propterea cautè tractanda. 1. Cor. 13. 7. Syr. 9. 1. ſæpè ſuperatur affectu alio, ſuſcipiendæ ſcilicet prolis amore, ut exemplum Saræ teſtatur. Gen. 16. 3. tamen hujuſmodi eſt, ut eam extraordinario & quaſi continuo miraculo juvare ſummus legiſlator voluerit. Num 5. 14. & ſeqq. de cujus ritu Fagius in Thargum Onkeli nonnulla annotavit, vide Zepper. in Explan. l. 11. Forenſ. c. 18. l. 4. p. m. 467.

Nec Regna ſocium ferre, nec tedæ ſciunt. Senec. Trag.
Nulla vis flammæ, tumidique venti
Tanta, nec teli metuenda torti
Quanta cum conjux viduata tædis
ardet.

Exempla Zelotypiæ congeſſit pluſcula Tiraquell. in l. 13. Connub. n. 25. Heroica contra ſunt & extra ordinem conſtituta, quæ de Sara ſ. literæ, de Stratonicá Plutarch. l. de virt. mul. c. 42. de Æmilia Valer. M. l. 6 c. 7. de Auguſti Livia Sueton in Aug. maritorum extraneos amores juvantibus prodidêre. II. *Ipſa animalium quorundam indoles*, de Ciconia ſcribit Guilhelm. Pariſienſ. part 1. de univerſo p. 3. c. 8. eam adulterii convictam per olfactum à maſculo à tota multitudine deplumatam ac dilaceratam; confer Ælian. l. 8. 19. & D. Frantz. part 2 hiſt. anim. p. m. 378. Cuculus contra naturæ dedecus & probrum alitum habetur, quod nidos & ova aliarum avium invadat, apud Plin. l. 10. c. 9. III. *Pœnarum gravitas* jure quodam gentium recepta, de quibus Alex. ab Alex. l. 4. c. 1. Arniſæ. de jure connub. c 5. ſect. 5. & Corn. à Lap. Gen. 38. 24. Roſin. p. 1388. Tacit. de mor. Germ. p. m. 131. Monſtroſa igitur planè fuit mulierum

 univ-

Digitized by Google

χειροχ..νοία apud Spartanos, autore Plutarch. in Lycurg. p. 87. & ſeqq. & Anabaptiſtas Sleid. l. 10.

§. 7. Neque adeò leve eſt hoc crimen, ut ferebat olim Canoniſtarum opinio, accuratè eviſcerata ab Arniſæo. c. 5. de jure conn. ſect. 8. n. 60. & ſeqq. Sed unum ex atrociſſimis. Eſt namque I. *Abominabile coràm* DEO, à quo idololatriæ, ultimæ quaſi ſcelerum lineæ, comparatur. 2. *Coram hominibus cordatis*, quibus illa ſpurcities odio eſt, dici de illa ſingulatim poteſt, quod de ſceleribus univerſim Seneca: *etiamſi ſcirem homines ignoraturos, & DEUM ignoſciturum, tamen peccare nollem ob peccati turpitudinem.* II. *Injuſtum*, maximè verò Marito, cui tanquam curruca fœtus ſubventaneus ſupponitur. Syr. 23. 33. & conjugium contra fidem frangitur, ideò furto pejus eſt Prov. 6. 32. Syr. 2. 33. atque ideò capite puniendum Levit. 20. 10. Deut. 21. 22. confer Gerh. pecul. diſput. de pœnâ adult. III. *Malorum fœcundiſſimum.* Mater ſcilicet homicidii, veneficii, crudelitatis. IV. *Damnoſiſſimum*, quia nunquam impunè fert hoc delictum adulter. Jer. 5. 7. Punitur enim ſingulariter & plerumque talione; Jud. 10. 20. I. Sam. 16. 22. Job. 31. 10. 2. *Hæreditariè* exemplo filiorum Eli. 1. Sam. 2 31. 3. *Epidemicè* Exemplo Davidis, cujus adulterium totum regnum gravi paroxyſmo ſeditionis Abſolomicæ luit. 4. *Æternè*. 1. Cor. 6. 10.

§. 8. *Tertia ſpecies impuritatis* in opere complectitur peccata, uti appellari ſolent, muta, *ἐναλλαγὰς γενέσεως*, Sap. 14. v. 26. ſtumme Sünden. B. Luth. Verwandlung der Geburt. Piſcat. quæ contra nituntur naturæ, ſexui, generi atque conſanguinitati. *Muta* dicuntur peccata, non quod planè reticenda (quorum nominationem ſed pudicam Scripturam S. non puduit) aut quod ſine ſcandalo legi ab imperitis non debeant, de quibus metuendum, ne provocentur ad imitationem, uti quidem perversè philoſophatur Bellarm. l. 2. de V. D. caſtigatus à D Gerh. Exeg. p 540. ſed quod caſtiſſimo ſtylo, non ea *ἀκριβείᾳ*, iis minutiis, & caſibus, ſine exemplo excogitatis, tractari & explicari debeant, quibus in papatu conſcientiarum examinatores ac tortores indulgent, atque eo ipſo impuritatem ac mentem non virginem produnt. Hic quoque verum *non amo nimium diligentes.* Nominatio, ait D. Bald. q. 11. ad part. 3. Rom. 1. impuritatis quoad delectationem eſt prohibita, quoad deteſtatio-

teſtationem non item. Primum inter illa locum obtinet *Inceſtus, graduum prohibitorum violator*, qui nec inter gentes nominatus. 1. Cor. 5. 10. à cujus, ut facto, ita & nomine gentes honeſtiores abſtinuerunt; *Quod negat inter gentes* (ait *Pare.* in h.l.) *audiri tale ſcortationis genus, non hoc vult, quaſi nihil unquam tale quid inter gentes extiterit, vel in gentium hiſtoriis memoretur: ſed quod flagitium ſit ipſis etiam gentibus honeſtioribus deteſtabile, non ſecus ac fœdum & horrendum, portentum, quod ipſum naturæ pudorem belluina libidine tollit.*

§. 9. Ad materiam inceſtus rectè intelligendam, duo neceſſaria ſunt. 1. *Graduum ſupputatio.* 2. *prohibitio.* Quod primum attinet, gradus duplex eſt. 1. *ſυγγενείας.* 2. affinitatis. *ſυγγενείας* lineæ vel rectæ, vel collateralis: rectæ vel aſcendentis, vel deſcendentis: collateralis vel æqualis, vel inæqualis: ſic affinitatis gradus vel primus eſt, mediante una tantum perſona, qualis eſt inter Iſaacum & Labanem mediante Rebecca: vel ſecundis mediantibus Ruth & Mahalone, & ſic deinceps. Ubi advertendum ſolum primum affinitatis gradum conjugio moram injicere, non ſecundum aut tertium; non itaque licet mihi ducere uxoris meæ ſororem, licet tamen id fratri meo. *Quid de affinitate* ex ſponſalibus orta ſtatuendum, videndus D. Gerhard. pag. 534 & ſeqq. Quid de Canonicæ computationis præ civili prærogativâ, alibi diximus in fine auct. qq. moralium, quæ recudi non opus eſt.

§. 10. Præcipuum caput eſt de prohibitione ipſa, circa quam tria conſideranda veniunt 1. *Prohibitionis amplitudo.* 2. *Ratio.* 3. *Conditio.* *Amplitudo* vel eſt expreſſa, vel analogica, & per conſequentiam elicita, vel humanâ autoritate definita. In expreſſa potiſſimum ad exempla Sanctorum reſpexiſſe videtur ſummus legiſlator, ne quis eorum auctoritate abuteretur; ſi quis enim, verba ſunt D. Gerh p. 413 diligenter advertit, pleraſque prohibitiones legis exemplis inceſtuoſæ commixtionis à Sp. S. annotatis oppoſitas eſſe intelligit. His illa regulis abſolvitur, *Vir ad omnem carnem carnis ſuæ non accedet ad revelandam nuditatem.* Subjectum legis eſt omnis homo, bis enim repetitum איש איש univerſitatis nota eſt, obſervante Buxtorff. l. 2. theſ. p. 16. Ideò nulli Regum hic privilegium conceſſum, id quod Johannes Baptiſta Herodi in os objecit, & pœna divina in Heraclio probavit, de quo, ut loquitur Niceph.

ceph.Conſtant. ad m.633. ἡ δίκη ἐθριάμβευε, ὅτι ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ διὰ παντὸς, videre coacto, & filios ex inceſtuoſo thoro natos, alterum cervice, alterum auditu læſum, & urinam in oculos atque os emiſſam; *Prædicatum* eſt *acceſſus*, in quo perpendenda ſunt tria 1. *Acceſſus ipſe.* 2. *Acceſſus objectum.* 3. *Acceſſus finis.* Acceſſus ipſe exprimitur verbo קרב תקרבו in genere eſt appropinquare, per εὐφημισμὸν conjugalem συνουσίαν ſignificat Gen. 20. 4. Eſa. 8. 3. ut apparet ex addita determinatione finali. *Objectum acceſſus eſt caro carnis ſuæ* שאר à שאר reliquus fuit, cum zerepunctatum carnem notat, ut Pſal. 37. 26. Prov. 11. 17. *Eſt igitur caro carnis tuæ.* 1. *Proximè propinquus, aut propinqua*, quæ vel ex carne mea, vel ex cujus carne ego, vel quæ mecum ex carne eâdem prognatâ eſt, ne vel in univerſum de omni homine qui בשר caro appellatur Eſa. 58. 7. vel de omni homine ejuſdem gentis, quo ſenſu Apoſtolus vocat Judæos carnem ſuam Rom. 11. 14. Vel infinitè ad omnes cognatos extendatur, vide Chemnit. part. 3. loc. de conjug. p. 545. 2. *Affinitate junctus*, quo ſenſu uſurpatur de filio privignæ, Lev. 18. 17. fit enim per conjugium ex Marito & uxore una caro. *Finis* eſt *revelatio nuditatis* ערוה nuditas per antiphraſin verenda notat, quæ non cynicè nudanda, ſed pudicè tegenda ſunt, de quo pudendorum tegumento nonnulla legas licet apud Auguſt. XIV. C. D. 18. & ſeqq. l. 2. de pec. merit. & rem. c. 22. l. 4. contra Julian. c. 4. & 5. Perer. ad Gen. 9. Eſt igitur revelatio nuditatis retectio pudendorum, adeoque ipſe concubitus, ut apparet ex collatione Lev. 18. 8. & 20. 11. vide de hac phraſi plura apud Martin. de Roa. in adverſ. ſacr. p. 420. Regulæ ſpeciales ſunt tres I. *in linea recta* inter aſcendentes prohibita ſunt matrimonia, in omnibus quotquot annumerari poſſunt, gradibus, *cum ob expreſſam declarationem* Legis Lev. 18. v. 10. *tum ob reverentiam majoribus debitam.* Ab hac regula abiverunt filiæ Loth. Gen. 19. v. 30. non tàm libidine, quàm ſtulto propagandæ prolis deſiderio inflammatæ, quas potius fuerat nunquam fuiſſe Matres, quam ſic Patre abuſas. Aug. l. 21. contra Fauſt. c. 43. confer Gerhard. de Conjug. p. 395. II. *In linea collaterali* prohibita ſunt Matrimonia, in gradu primo lineæ æqualis, & gradu ſecundo lineæ inæqualis. Prohibetur ergò ſoror ex altero & utroque Parente Lev. 18. 9. 11. c. 20. 17. Deut. 27. 22. item amita & mater-

materterа Lev.18.12.13. c.20.19. III. Quæ prohibitio locum habet in conſanguinitate, eadem in affinitate, prohibetur igitur 1. *Noverca* Lev.18 8.c.20.11. Deut.22 30. c.27.20. Amos 2.7. id quod violarunt Ruben Gen.35.22. Abſolom.2.Sam.16.22. Corinthius ille 1.Corinth. 5. 1. 2. *Filia novercæ.* 3. *Vxor Patrui* Lev.18.14. c.20.20. *Nurus* c 18.15.. 4. *Vxor fratris* c,18.16. c.20.21. *Vxoris Mater.* c.20.14. Deut.27.23. *privigna.* c.18.17. *Soror uxoris* c.18.18. *Amplitudo per conſequentiam elicita* è gradibus & perſonis expreſſis colligit non expreſſas per argumentationem 1. *à genere ad ſpeciem.* Nullus homo ad carnem carnis ſuæ accedat. Ergò avunculus non accedat ad ſororis filiam, quanquam hoc verbis non ſit expreſſum. 2. *à Minore ad majus. Videtur,* ait Aug. q. 59. ſuper Levit. *Moſes tantum prohibuiſſe ſororem ex altero parente cognatam, & prætermiſiſſe ſororem ex utroq; parente. Verùm quis non videat etiam hoc prohibitum eſſe multò maximè; ſi enim non licet ſororis turpitudinem revelare ex quolibet parente natæ, quanto minus ex utroque. Ambroſ.ep.166.* 3. *à rationis paritate.* 4. *à ſecutura abſurditate.* vide D.Gerh.p.409.& ſeqq. *Deniq; amplitudo humana autoritate definita* obſervatur 1.in honorem Magiſtratus. 2.Horrorem vicini illiciti. 3. Ut eſſet πρόθυρον & προτείχισμα quoddam divinæ prohibitionis, à qua illa humana prohibitio quid differat, videatur D. Gerh p.509 & ſeqq. Sunt, antequam porrò progrediamur, quædam dubia enodanda. 1. *An hæ prohibitiones etiam pertineant ad cognationes ex fornicatione?* 2 *Annon impedimenta illa per mortem poſt conjugia intermedia ſolvantur; ſive, an quis defunctæ uxoris ſororem poſſit ducere?* 3. *Quid ſentiendum de filiis & filiabus Adæ?* 4. *Quid de Lege Deut.* 25. 5. 5. *An viduus gloris ſuæ, h.e. defunctæ uxoris filiam ducere poſſit?* 6. *An privignus vitrici ſui viduam poſt germanæ Matris obitum ab ipſo in thori ſocietatem aſſertam ducere poſſit?* 7. *An vitricus viduam defuncti privigni ducere poſſit?* 8. *An viduus ducere poſſit viduam fratris defunctæ uxoris?* 9. *An privignus & privigna* zuſammen gebrachte Kinder/ *poſſint contrahere?* 10. *An Pater & filius duas ſorores ducere queant?* 11. *An fas ducere eam, quam quis per adulterium prius polluit?* Ad illa nos breviter & quidem *ad I. pertinere* ad eaſdem quoque cum ob expreſſam Legem Lev. 18. 9. tum ob legis rationem 1.Cor.6.16. Neque enim prohibitiones iſtiusmodi nituntur generationis qualitate, ſed generantium copula. *Ad II. non ſolvi* per mortem illa impedimenta, adeoque fieri non

 poſſe

Digitized by Google

poſſe, ut quis uxóris defunctæ ſororem, etiam poſt multa conjugia intermedia ducat ob regulam ſupra allegatam. *Dices* 1. *ex* verbis legis poſſe duplex formari argumentum. 1. *à contrario ſenſu.* Uxoris ſororem non licet ducere ipſa uxore adhuc vivente, Ergò uxore non vivente licet ducere. 2. *Ex* ratione Legis, ceſſante legis ratione ceſſat lex ipſa. At ratio legis eſt anguſtatio quæ defuncta uxore ceſſat. Ergò. 3. *Sublata affinitate* tollitur etiam affinitatis impedimentum. At per mortem tollitur affinitas & conjugale vinculum, ut liquet ex Rom. 7. 1. Reſp. ad 1. Negando conſequentiam, quia in bona Logica ex unius contrarii affirmatione, ſequitur alterius contrarii negatio, non item ex unius contrarii negatione alterius affirmatio, ut non ſequitur homo ſanus, vel homo non eſt beſtia cum ſanus eſt. Ergò cum ægrotat beſtia eſt. Ita non ſequitur uxoris viventis ſoror duci non poteſt. E. poteſt defunctæ. Ad ſecundum negando iſtam rationem eſſe conditionalem, ut ea ſublata lex cadat; & ſi maximè eſſet, non eſſe adæquatam ac ſufficientem rationem. Ut enim anguſtatio defuncta uxore locū non habeat ampliùs haberet tamen generalis ratio ex carnis unitate deducta. 3. Concedendo tolli quoad fœdus conjugii, non tolli. 1. quoad ſanguinem: quia probabile eſt etiam paternitatem & filiationem in altera vita habituram locum. Certè Naitica vidua vocatur adhuc Mater filii reſuſcitati Luc. 7. 15. etſi mors intervenerit. 2. quoad affinitatis reſpectum, quia non obſtante morte, ſummus legislator vetat fratris defuncti uxorem ducere Levit. 18. v. 16. ideò quanquam injuria nulla fiat defuncto, ſi ab alio ejus uxorem duxerit; tamen defuncto Patri fit injuria, ſi Filius ejus uxorem duxerit. 2. Cor. 7. 12. *III.* Illud ſentiendum eſſe quod memoriæ Auguſt. reliquit. l. 15. C. D. 16. *Cum Genus humanum poſt primam copulam viri facti ex pulvere & conjugis ejus ex viri latere, marium fœminarumq; conjunctione opus haberet ut gignendo multiplicaretur, nec eſſent ulli homines niſi qui ex illis duobus nati fuiſſent, viri ſorores ſuas conjuges acceperint, quod profectò quantò antiquius compellente neceſſitate, tantò poſtea factum eſt damnabilius religione prohibente.* Ad 4. fuiſſe illam legem peculiarem à lege exceptionem, ac in illo gradu diſpenſationem, Confer D. Gerh. 469. & ſeqq. Ad 5. non poſſe ób rationis paritatem. Quia ob quam vicinitatem prohibita mihi eſt patrui uxor. Levit. 19. v. 14. ex eadem uxoris-ſororis filia: quanquam enim majus peccatum ſit ducere patrui uxorem,

quæ

quæ mihi inſtar matris eſſe debebat, tamen non ideò nullum eſſe ducere affinem in ſecundo gradu lineæ inæqualis. Ad 6. non facile id concedendum ob reſpectum, qui eſt inter Novercam & privignum, non tamen repugnare legi divinæ, quæ ſecundum affinitatis gradum non damnat, aliàs in ſimili non liceret me defuncto, meæ ſecundæ uxori ducere meæ primæ uxoris fratrem: id quod hactenus nulla jura damnarunt. Ad 7. iterum non facile id permittendum ob nominum turbationem, diceretur enim eadem mulier uxor & filia: ſoror & mater. Monet autem *Ambroſ.* l. 8. Ep. 66. *Cavenda eſſe conjugia ex quibus appellationis Confuſiones oriuntur.* Non tamen eſt cauſa cur abſolutè prohibendum; diſtat enim vitricus à privigni uxore gradu affinitatis ſecundo. Ad 8. eandem eſſe rationem cum caſu priori, vide Dn. D. Mentz. de conjug. p. 80. Ad 9. nec illi caſui legem divinam adverſari, vid. D. Gerh. p. 530. Ad 10. nullum itidem extare interdictum, τὸ εὔφημα tamen obſervanda. vide D. Gerh. p. 532. Ad 11. nodum iſtum gladio ſecandum non ratione, qui ſi legi divinæ aſſurgerent judices, Lev. 20. 10. neminem unquam teneret perplexum. Exemplum Davidis Bathſebam ducentis conſcientiæ non ſatisfacit. Hactenus prohibitionis amplitudo.

§. 11. *Sequitur prohibitionis ratio,* quæ potiſſimum duplex. 1. *reverentia* parentibus debita, *nuditatem Matris tuæ non revelabis*; Quia Mater tua eſt, *ſi Mater tua.* E. tibi non ut *uxor ſubjicienda. Si pater tuus.* E. *tibi in ejus corpus nulla poteſt competere poteſtas.* 2. *Charitatis in genere humano dilatandæ, non in anguſtum arctandæ ſtudium,* quod ſerpere illa debeat ad alios, non fugitiva revocari, relinquet homo Patrem & Matrem ſuam, Gen. 2. 14. E. ſerpet iſte amor foràs; addit *Ambroſius* evitationem ſuſpicionis: *Quid tàm ſolenne* ait, l. 8. p. 66. *quàm oſculum inter avunculum & neptem, quod iſte quaſi filiæ debet, hæc quaſi parenti? hoc igitur inoffenſæ pietatis oſculum ſuſpectum facies de talibus cogitando nuptiis, & Thomas* 2. 2. q. 154. art. 9. ardorem fore nimium ſi ad στοργὴν accedat zelus. Deniq; *prohibitionis conditionem* quod attinet, *quæſtio eſt: an hæ leges inter naturales ac morales & conſequenter humanitus indiſpenſabiles, an forenſes tantum & Iudaicas, adeoq; humanitus diſpenſabiles* referendæ? Diſtinguendum hic ante omnia opinamur inter legem moralem, cujus peccata ex ſeipſis ita juſtitiæ & ſancti-

tati

tati divinæ ſunt contrariæ, ut ea divinitus etiam ſint indiſpenſabilia, ut blaſphemia, deſperatio, & legem moralem poſitivam, quæ quidem humanitus eſt indiſpenſabilis, omnes homines obligat, abſolutè tamen non eſt immutabilis, talis eſt lex de ſeptimo die ſanctificando, non quidem præcisè Judaico-ſeptimo, ſed poſt dies ſex abſolutos ſeptimo, undecunque ſex dierum initium capias, qui ordo in altera vita mutabitur, cum æternitas ſine intervallo ſabbathum trahet è ſabbatho. Poſita hac diſtinctione dicendum I. leges de prohibitione graduum non eſſe naturales primo modo, quia non ita repugnant ſanctitati ac juſtitiæ DEI, quin in illis de facto diſpenſarit, ut Exemplo liberorum Adæ, & lege Deut. 25. liquet. II. Leges illas non fuiſſe merè forenſes, quia 1. ſingulæ obligarunt gentes extra Judaicas cùm ad culpam. Etenim *qui tranſgreſſionis rei aguntur, Lex obligat*. Rom. 4. v. 15. Gentes extra Judaicæ non ſolum adulterii, Sodomiæ rei, ſed & immediatè præcedentis inceſtuoſæ commiſtionis reæ aguntur, Lev. 20 23. Confer Levit. 18. 24. tùm ad pœnas v. 25. Quia 2. obligarunt in N. T. Matth. 14. 4. non licet tibi habere ſc. in conjugio, ἐγάμησεν γὰρ αὐτὴν. Marc. 6 v. 18. uxorem fratris tui, quo in loco Joh. Baptiſta (N. Teſtamenti inchoator, in quo & Lex & Prophetæ terminati, Matth. 11. 20. cui Locuſtæ lege Levitica prohibitæ non fuerunt nauſeæ,) invehitur in Herodem, qui fratris ὁμοπατρίου uxorem & abduxerat & duxerat, Fratris, inquam, vivi, an mortui, non multum intereſt, (vivum videtur innuere Joſeph. l. 18. c. 7. antiq. *Herodias*, ſcribit, *in contemtum legis Patriæ, denuò nupſit Herodi, mariti* Germano, τῷ ὁμοπατρίῳ ἀδελφῷ ζῶντος, *relicto priori adhuc ſuperſtite.* Eſto fuerit vivus cum abduceretur Herodias, tamen veriſimile poſt ejus demum obitum, qui mox ſecutus, nupſiſſe Herodi. Unde Johannes non tam initium nefandi concubitus, ſed ipſum τὸ ἔχειν conjugale caſtigat. Si fuiſſet nudum adulterium, tantoperè τὸ ἔχειν non arguiſſet, ſicut nec Nathan in David culpavit τὸ ἔχειν Bathſebææ, Uriæ ſuperſtitis: de concubina non conjuge τὸ ἔχειν negatur Joh. 4. 17.) Si Philippus defunctus fuit, cum abduceretur Herodias, σύγχυσις τῶν πατρίων, adeoque inceſtus eſt caſtigatus, quod volumus, ſi ſuperſtes, tùm adulterii Elenchus non excludit inceſtus Elenchum. 2. 1. Cor. 5. 1. in quo loco iterum non adulterium, ſed inceſtus culpatur, probabile

bile enim eſt Patrem jamdum diem obiiſſe, num enim aliàs Corinthii ad illud ſcelus connixuri erant? quia 4. inſculptæ cordibus hominum radios ſuos ſpargunt, horrore ante factum, pudore poſt factum. (*ineſt*, inquit Auguſt. l. 15. C. D. c. 16. *neſcio quomodo humanæ verecundiæ quiddam naturale atq; laudabile, ut cum debet cauſa propinquitatis verecundum honorem, ab ea contineat, quamvis generatricem, tamen libidinem*,) licet ἀπηλγηκότες nonnulli inter gentiles fuerint, qui hoc quoque naturæ convitium fecere. Relinquitur igitur iſtas leges omnes eſſe naturales, ac morales, univerſales ratione ſubjecti, & ratione temporis, humanitus indiſpenſabiles. Fruſtra eſt Bellarminus cum de aliquibus gradibus, utpote conjugiis in primo gradu conſanguinitatis tàm in recta, quàm transverſa linea, & in primo gradu affinitatis in linea recta concedit, negat de reliquis. Nulla enim evidens ratio diverſitatis dari poteſt. *Dices* 1. has leges vocari חקות משפטים quæ voces forenſem, non moralem, legem indicant. 2. Non omnia eſſe moralia in Lev. 20. ſed miſceri etiam ceremonialia. 3. Diverſitatem pœnarum arguere diverſitatem delictorum, aliis mortis pœnam indici, aliis ἀτεκνίας. 4. Si ante Moſen omnes hæ leges obligaſſent, Sancti viri contra non feciſſent, at fecerunt contra Jacob Geneſ. 29. Amram & Jochabed. Exod 6. 20. Abraham & Sara. Gen. 20. 12. Othoniel. Joſ. 15. 16. Thamar cum fratre conjugium pro licito haberi. 2. Sam. 13. 13. Reſp. 1. iſtas voces abſolutè poſitas legem divinam notare, quamnam? ex circumſtantiis textus intelligendum eſſe. Ad 2. diſcrimen ciborum mundorum & immundorum appendicis potius loco addi, & ad populum Iſraëliticum ſolum per ſequentes determinationes evidenter aſtringi. Ad 3. ex illa pœnarum diverſitate colligi quidem diverſos peccatorum gradus, non diverſam juris ſpeciem. Ad 4. Jacobum retinuiſſe Leam defloratam jam, per miſericordiã, in ea retinenda perſeverantiam excuſari, aut per peculiarem DEI diſpenſationem, aut per legis ignorantiam. Probat enim Rivetus reſponſionem B. Luth. in ill. locum. Exempla alia eſſe heroica, alia moralia: leges & mores ſimpliciter eſſe ſervandos, nec ferendam illam tranſgreſſionem, ne fiat confuſio; heroica eſſe exempla, quæ cum legibus non congruunt, ſæpè enim virum heroicum, quem DEUS ſingulari nomine afflavit, perrumpere & frangere

regulam, ſed poſt ſe exemplum non relinquere; ad exempli Amram vocem דודה aut latius accipi pro patruele, ut habet vulgata θυγάτηρ ἀδελφοῦ τοῦ πατρός LXX. aut dicendo illo tempore rebus perturbatis, etiam viros, alioqui ſanctos, abreptos fuiſſe communi gentium more, quibus DEUS pepercit, donec omnia eſſent melius conſtituta per innovatam legem; ad exemplum Abrahæ, Saram vel neptem fuiſſe ex fratre vel ſororem ὁμοπατρίδα, vel ut ſtatuit B. Luther. privignam Harani à Thare adoptatam, ſi primum & ſecundum, aut diſpenſationem aut ignorantiam excuſare. Si Tertium, omne dubium faceſſere; ad exemplum Othonielis, credibilius eſſe eum fuiſſe conſobrinum Achſæ; reddi poſſe אחי כלב per genitivum *fratris Caleb*, *non frater Caleb*; ad exemplum Thamaris Bellarminum ipſum concedere, non poſſe firmum argumentum duci ab opinione & verbis unius puellæ, quæ etſi nunquam videat tale conjugium, & ipſa etiam abſolutè id horrebat: tamen exiſtimavit, minus malum eſſe à fratre duci in uxorem quàm vi ſtuprari, præſertim ſi regis aſſenſus accederet. Confer Sanct. ad ill. loc. & Schickard. de jur. reg. hebr. p. 138.

DISPUTATIO DECALOGICA DECIMA SEXTA.

DE

PRÆCEPTI SEXTI PARTE TERTIA.

§. I.

HActenus Inceſtus, ſequitur è mutis peccatis alterum *Mollities ac manſtupratio*, 1. Cor. 6. verſ. 9. ut exponit Pareus in h. l. ἀτιμία σωμάτων ἐν ἑαυτοῖς Roman. 1. v. 24. ἀκαθαρσία Eph. 5. v. 3. *niſi enim*, verba ſunt *Hieron. Philoſophorum quidam Cynicus extitiſſet, qui docet omnem titillationem carnis, & fluxum*

xum

xum ſeminis ex qualicunq; attritu tactuq; provenientem in tempore non vitandam, & nonnulli ſapientes ſeculi in hanc turpem & erubeſcendam hæreſin conſenſiſſent, nunquam ſanctus Apoſtolus ſcribens ad Epheſios ad fornicationem etiam omnem immunditiem copulaſſet. *Toleti* impiam opinionem l.5.inſtruct. ſacerd. c.13. *ſi quis deſideret habere pollutionem ob bonum finem, ut ob ſanitatem, aut ob levandas tentationes carnis, quibus affligitur, non eſſe peccatum,* vide obtritam non ſolùm à D.Gerh. tom. de leg.p.168. ſed etiam à Leſſio l.4 de juſt. & jur.c 3. dub.14. n 95. confer de hujuſmodi mollibus, qui hymenæum manu canunt, cenſuram auctoris à D. Gerh. citati tom. de conjug. p. 875. comparantis eos, iis, qui ſemen ſuum Moloch conſecrant, *Si juxta Ezechielis prophetiam* (verba ſunt Bernhardi à D.Gerh. tom. de conj.p.876.citata) *parietem fodiamus, ut in domo DEI videamus horrendum, peſſima forte apparebit inter parietes abominatio, ſiquidem poſt fornicationes adulteria, poſt inceſtus, ne ipſæ quidem apud aliquos ignominiæ paſſiones & turpitudines opertæ deſunt.* Huc pertinet fœminarum τριβαδικὴ ἀσέλγεια, de quâ Lucian.

§. 2. Tertium è mutis peccatis eſt *Sodomia* κατ' ἐξοχὴν ſic appellata, quia populus Sodomorum viſâ eleganti angelorum ſpecie ad eos cognoſcendos confluxit, immani pæderaſtiæ concupiſcentia inflammatiſſimus, vocatur à D.Paulo πάθος ἀτιμίας Roman.1.26. cùm marium ἀρσενοκοιτῶν, cujus enorme exemplum extat apud Sueton. in Nerone, tùm mulierum præpoſtero uſu ſe maribus ſubſtituentium D.Bald.in h.l. confer exempla in populo DEI 1.Reg.14.24 c.15.12. c.22.47. c.23.7. 2.Maccab.4.12. canes appellantur hujuſmodi Cinædi Deut.23.18. Apoc.22.15. ut obſervat Piſcator q.464 in Deut. & Taubm. in Ciri p.25. ineptè contra Lorin. ad h.l. per canem primogenitum canis non dedicandum; aliudenim docet συγγένεια mercedis meretriciæ & cinædicæ. Quartum eſt *Beſtialitas*, de quâ Deut.27.21. Lev.18.23. Quintum & atrociſſimum *commixtio Dæmoniaca cum ſuccubo aut incubo,* de quâ Auguſt. l. 15. d. C. D. c.23. An ex congreſſu hujuſmodi homo naſci poſſit, non quidem vi propriâ, ſed alienâ ac mutuò petitâ? ajunt Scholaſticorum plerique apud Mart. Delr.l.2.diſq.mag.q 15. Zanch.l.4.d.oper.Dei, c.16. Zepper. in explan.ll.forenſ.l.4.c.18.p.461. Bodin.l.2.dæmon. c. 7. Valleſ. l. de ſacr. Philoſ. c.8. Negant, vel certè ambigunt

Ggggg 2 Thum.

Thum. de ſagar. imp. p. 35. & ſeqq. Peret. ad c. 6. Geneſ. Rivet. ib. exerc. 50. p. 258. quibus nos ſubſcribimus.

§. 3. Hactenus peccata VI. præcepti; ſequuntur Remedia & arma contra uſtiones, quarum certamina Auguſtino ſola dura viſa, ubi quotidiana eſt pugna, rara victoria. Neque ſoli martyres pugnant in Eccleſiâ, ſed & concupiſcentiæ debellatores, Wann nicht mehr Werck gebotten wären/ ait Luth. Tom. Jen. p. 252. dann die Keuſchheit allein/ wir hätten alle zuſchaffen gnug dran/ ſo ein fährlich wütend Laſter iſt das/ dann es in allen Gliedmaſſen tobet/ im Hertzen mit gedancken/ in den Augen mit dem Geſicht/ in den Ohren mit dem hören/ in dem Mund mit Worten/ in den händen/ füſſen vnd gantzem Leib mit den Wercken. Solches alles zuzwingen/ will Arbeit vnd Mühe haben/ vnd lehren vns alſo die Gebott Gottes/ wie groß Ding es ſey vmb rechtſchaffene gute Werck/ ja daß vnmüglich ſey/ auß vnſern Kräfften ein gut Werck zugedencken/ ſchweig dann anfahen vnd vollbringen. S. Auguſtinus ſpricht/ daß vnter allen Streitten der Chriſten ſey der Keuſchheit Streit der aller härteſt/ allein darumb/ daß er täglich währet ohn auffhören/ vnd ſie ſelten oben ligt. Es haben alle Heiligen darüber geklagt vnd geweinet/ wie S. Paulus zun Röm. am. 7. Jch finde in mir/ das iſt/ in meinem Fleiſch/ nichts guts. Illa ſunt vel falſa ac uſtionibus extinguendis & cavendis minus idonea, vel ſincera & apta. Inepta ſunt & falſa 1. LUPANARIA, *publicarum libidinum conſiſtoria*, ut loqui amat Tertull. l. 3. ad Uxorem, Rerump. peſtes, permiſſa olim à gentilibus, ut pudicis matronis ſua conſtet caſtitas, hinc apud *Valer. Max. l. 8. c. 3.* pater quidam, cum filium ſuum amore inſano nobilis matronæ correptum videret, & filium de vitâ periclitari animadverteret, ſummis precibus ab eo contendit, ut priuſquam ad illam accederet, promiſcuâ in lupanari Venere uteretur. Paruit filius & vitam ſic eripuit. Sic apud *Diog. Laërt. l. 5. cap. 6.* cum Crates Cynicus Philoſophus filium ſuum uxori inſidias ſtruentem vidiſſet, manu prehenſum in lupanar deduxit, & hîc, inquit, ibi patrius thorus eſto, ubi citra offenſionem cuiuſdam cupiditatibus tuis indulgere poſſis. Remedium hoc eſt morbo ipſo peius, quia 1 *in Scripturis S. prohibitum* Deut. 23. 17. 2. in rep. Iſraëliticâ, normâ ſc. omnium Rerump. non permiſſum, bonæ Eccleſiæ fragrantiæ, de quâ Cant. 4. 10. infeſtum. *Nulla in eâ fœminâ*, ait

ait Orig. contr. Celſ. l. 5. *vendentes florem ætatis*, confer Philon. l. de Joſepho. Thamar in portâ oculorum, h. e. in bivio ſedens non Hebræorum, ſed gentilium imitata morem fuit; quanquam poſteà cum idololatriâ etiam meretricius ille quæſtus irrepſerit atque ad iram DEUM provocârit 1. Reg. 3. 2. Reg. 27. 27. 2. Maccab. 7. 3. luſtra huiusmodi potius ſunt libidinum incentiva, flammam oleo ſuffundunt, malæ inclinationi peiorem addunt habitum, hinc Mariana opuſc. de ſpectr. c. 16. de ord. c. 4. (cuius contra proſtibula argumenta veretur Lorin. ad c. 23. Deut. ne quantum deberet, non perſuadeant, pluſque deſiderii quam ſpei ingerant, adeò adultum ſcorti Babylonici, adeò inveteratum vitium) ubi lupanaria non ſunt, multò ſcribit contentiores juvenes eſſe, libidinis flammam copiâ licentiâve voluptatum non extingui. *Nec obſtat* vulgare argumentum ob evitationem maioris mali tolerandum eſſe minus, quo momento tractus Loth filias quam hoſpites proſtituere maluerit: quo commotus Auguſtinus ſcripſerit omnia libidinibus turbatum iri, ſi de rebus humanis meretrices auferantur l. de ord. c. 4. Etenim hæc ſtramina comburit fulmen Apoſtolicum, *eorum damnatio juſta eſt, qui dicunt, faciamus mala, ut eveniant bona* Rom. 3. Lothi factum ut culpabile fuit, ita elevatur ac excuſatur, ingenti animi perturbatione, & flagrantiâ amicitiæ hoſpitalis; *Aliàs ſi hanc aperimus peccatis*, ait *Auguſtin.* de hoc ipſo agens facinore, *viam, ut committamus minora, ne alij majora committant, lato limite, imò nullo limite, ſed convulſis & remotis omnibus terminis infinito ſpatio cuncta intrabunt peccata.* Quantò igitur natura ad libidinem eſt profligatior, tantò coërceri illa arctius debet in iis præſertim locis, in quibus nulla lex hominibus eſt ſervatu impoſſibilis. Ideò quæ catechumenus prius ſcripſerat l. de ordine, poſteà correxit doctiſſimus pater l. 11. C. D. 20. l. 14. 19. *Tu*, verba ſunt Claud. Eſpenſæi, l. 3. d. continent. c. 4. *Sancte Pater Auguſtine, cum gentiles improperas tres Veneres, unam virginum, conjugatarum alteram & meretricum aliam, non advertis, ne hanc quidem tertiam Chriſtianis deeſſe.*

§. 4. Vera remedia ſunt vel *Generalia* I. *Jugis oratio* Syr. 23. DEUS meus accende me! continentiam jubes, da quod jubes, & jube quod vis. Aug. l. 19. conf. c. 29. II. *Iudicis omniſcij ac omnipræſentis timor*, qui Joſephum ab illicito thalamo abſterruit Gen. 39. ut

quanquam יום יום pelliceretur, & tandem prope caperetur, *quomodo*, dixerit, *ego poſſum* הרעה *hoc* (emphaticè) *tantum malum facere, & peccare in DEUM?* III. *Recordatio agni*, flammis divinæ iræ uſtulati, Chriſti crucifixi. IV. *Angelicæ cuſtodiæ reputatio.* V. *Noviſſimorum*, & maximè ignis infernalis, *metus.* VI. *Spiritualis membrorum offendentium amputatio* Matth. 5.29. *vel Specialia* tria ſc. potiora. I. *Temperantia*, quæ duplex eſt, vel abſtinentia ab abuſu, vel omninò ab uſu. Illa propriè & ſpeciatim temperantia vocatur, mandata omnibus omni tempore Luc. 21.34. 1. Petr. 4.8. medium illa obſervat cum in quantitate, ne nimium, tùm in qualitate, ne nimis delicatè corpus aut oneret homo, aut titillet, aut luxu faciat diffluere, tum in varietate obiectorum, ne indiſcretè. Hîc verò certa menſuræ regula præſcribi nequit, ſed ὡς ἀνὴρ φρόνιμος ὁρίσειεν, prudentia Chriſtiana hîc moderatrix eſto, quæ reſpicit 1. *Indigentiam naturæ*: Parvo, ait Seneca, contentus erit venter, ſi des illi, quod debes, non quod potes. Hinc Cyrus apud Xenophontem, Do primo operam, inquit, ut nunquam nimium me expleam, deinde ut in ventrem demiſſa benè digeram, hinc eſt, quod ſemper valeo. 2. *Virtutis digeſtivæ quantitatem*, quæ maior eſt in Septentrionalibus populis, quam meridionalibus, in illis enim calor nativus concentratus ab ἀντιπεριστάσει frigoris, eſt voracior; maior in iis, qui magno labore calorem ſibi pepererunt acutiorem ac intenſiorem; maxima fuit in Milone Crotoniata & Theragene, quorum uterque die uno taurum quadrimum integrum ſolus comedit, teſte Athenæ. l. 10. c. 2. & Solin. c. 4. item in Phagone, quem uno die ante menſam Aureliani Imp. aprum integrum, centum panes, vervecem & porcellum comediſſe, ſcribit Flav. Vopiſc. in Aureliano ſub fin.

§. 5. At abſtinentia ab ipſo uſu, eaque vel cibi, per delectum determinati, vel omnis, & cuiuſcunque. Eſt hæc virtus 1. Divinæ αὐταρκείας æmulatrix, id quod Socrates etiam agnovit apud Diog. Laërt. lib. 2. cap. 5. Diis ſimillimus eſt, qui pauciſſimis eget, cùm Dii nullius egeant rei, ideò & Religionis ſanguinea à Tertull. dicitur. 2. Simpliciſſima, quia & mundi & Rerumpubl. originibus conſentanea, quæ à frugalitate orſæ felices fuere, poſt in luxum degenerantes peſſum ivere. 3. Utiliſſima publi-

publicè, quia gula cum peregrinis cibis exhaurit Reip. nervos, privatim animo, cuius temperantia eſt, σώζουσα φρόνησιν, precum & pietatis promotrix. 1. Petr. 4. v. 8. virtutum altrix, hinc paratiores ad bellum, qui abſtinentiores Jud. 7. 4. corpori, cui ſanitatem præſtat. Syr. 31. 23. c. 37. 34. Johannes Saresburiens. l. 8. de nugis Curialium & veſtigiis Philoſophorum. c. 6. *Ferunt, ait, Galenum ſemper decimæ diei abſtinentiam, loco efficaciſſimæ & ſaluberrimæ medicinalis curæ indixiſſe: nec facilè poſſe, niſi corruptioris naturæ fuerit, morbis gravioribus ſubjacere, qui decima quáq; die ab omni cibo abſtinet, aut ſimpliciſſima diæta tranſigit vitam.* Et Cælius Rhodiginus l. 3. Antiq. Lect. cap. 22. *Memoriæ, ait, proditur, Galenum centum & quadraginta annos vixiſſe, tantaq; in cibo & potu abſtinentia uſum, ut ad ſocietatem nunquam comederit, aut biberit, nec crudum quicquam unquam guſtarit: unde ſit factum, ut odoriſicum ſemper anhelitum ſpiraret, & citrà ullam omninò affectionem ſola deficeret ſenectute.* Ideò de Athletis Stadiodromis, & Acrochiriſtis Corinthiorum prædicat Apoſtolus 1. Cor. 9. 25. quod abſtinentes ſint ἀναγκοφαγία, & panibus coliphiis (ἀπὸ τοῦ κώλου & ἶφι à robore membrorum) contenti, hinc athleticè valere proverb. vid. Eraſm. Chiliad. ad quorum exemplum dicit Apoſtolus, ſe corpus ſuum ὑπωπιάζειν, non quidem per cilicia, flagella, & alia ſuperſtitionis papalis arma, ſed ita curare corpus, ne laſciviat. Pulchrè Tertull. ad Martyres c. 4. *Si tantùm terrenæ gloriæ licet de corporis & animæ vigore, ut gladium, ignem, crucem, beſtias, tormenta contemnant, ſub præmio laudis humanæ, poſſum dicere, modicæ ſunt iſtæ paſſiones conſecutionem gloriæ cœleſtis, tanti vitrum, quanti verum margaritum? Quis ergò non libentiſſimè tantum pro vero habeat erogare, quantum alij pro falſo?* Hæc Tertull. Denique Fortunis, quas hoc quisque Oeconomus habet lautiores, quò gulæ abſtinentior. Idem Tertull. de Chriſtiana agape hæc ſcribit. apolog. 39. *Non prius diſcumbitur, quàm oratio ad DEUM prægustetur, editur quantum eſurientes cupiunt, bibitur quantum pudicis eſt utile: Ita ſaturantur, ut qui meminerint, etiam per noctem adorandum DEUM ſibi eſſe: ita fabulantur, ut qui ſciant, Dominum audire. Poſt aquam manualem & lumina, ut quiſque de Scripturis ſanctis, vel de proprio ingenio poteſt, provocatur in medium DEO canere: hinc probatur quomodo biberit. Atq; oratio convivium dirimit: inde diſceditur, non in catervas cæſionum, neque in claſſes diſcurſationum, nec in eruptiones laſcivi-*

laſciviarum, ſed ad eandem curam modeſtiæ, ut qui non tàm cœnam cœnaverint, quàm diſciplinam. Utile fuerit hîc conferre conciones Matheſ. in Syrac. 30. p. 56. & ſeq. D. Dietrich. in Eccleſ. 2. p. 331. & p. 569. Lact. Catech. part. 2. p. 458. Lutheri hæc ſunt Tom. 12. Witt. p. 163. f. 2. So hat GOtt auch gebotten/daß man ſolle frölich ſeyn für ihm/vnd will kein trauriges Opffer haben/wie das in Moſe offt geſchrieben ſtehet/vnd Eccleſ. 9. Frewe dich Jüngling in deiner Jugend/vnd laß dein Hertz guter ding ſeyn / Es glaubt niemands was Schaden es thut einem jungen Menſchen / Freude wehren / vnd zur Einſamkeit oder Schwermuth weiſſen. E. F. G. haben Magiſter N. vnd andere mehr / mit denen ſeyen ſie frölich / dann Freude vnd guter Muth (in Ehren vnd Züchten) iſt die beſte Artzney eines jungen Menſchen / ja aller Menſchen. Jch / der ich mein Leben mit trauren vnd ſauer ſehen hab zubracht / ſuche jetzt vnd nehme Freude an / wo ich kan / Jſt doch jetzt / GOtt lob / ſo viel Erkäntniß / daß wir mit gutem Gewiſſen können frölich ſeyn / vnd mit Dancksagung ſeiner Gaben brauchen/vnd darzu er ſie geſchaffen/ vnd wolgefallen dran hat. Multiplex autem eſt, eaq; vel 1. *Negativa*, orta vel ex ſubjecti ἀδυναμίᾳ, qualis eſt in ſfore caſei, abſtemio: vel defectu objecti, cum carnes, quas edas, non habes, vel vinum, quod bibas præſtò non eſt, *vel* 2. *privativa*, eaque iterum vel *coacta*, aut conſilio medici, aut lege ſumtuariâ, vel *heroica*, qualis fuit in Daniele & ſociis, abſtinentia à dapibus regiis delicatioribus, Dan. 1. & c. 10. 3. quorum ſanitatem ac pinguedinem fuiſſe ſupernaturalem fatetur Corn. à Lap. ad Dan. 1. 12. & Johanne Baptiſtâ locuſtarum (quas orientalibus & meridionalibus in cibum fuiſſe teſtatur totus autorum chorus Diodor. Sicul. l. 3. biblioth. n. 29. Hieron. l. 2. adv. Jovin. Nicol. Clenard. l. 1. epiſt. ad Jac. Latomum, Ælian. l. 12. hiſt. animal. c. 6. Athenæ. l. 4. Δειπνοσοφιστῶν. Plin. l. 11. c. 26. c. 30.) & lactis ſylveſtris alimentis contento: quod proinde exemplum Chriſtus diſcipulis ſuis ad imitationem proponere noluit, eapropter à Phariſæis audivit, homo vorax, & potor vini. Cum enim Phariſæi proponerent quæſtionem, quare non illud Baptiſtæ exemplum diſcipulis ſuis imitandum proponeret, ſi maximè Phariſæorū traditiones de jejuniis probare nollet? Chriſtus reſpondet: Filios nuptiarum non eſſe hujusmodi legibus ad jejunia adigendos (hoc enim verba Lucæ volunt: μὴ δύνασθε ποιῆσαι νηστεύειν) & rationem addit, vetu-

vetuſtatem ſive diſciplinæ legalis, ex quâ Baptiſta aliquid retinuit; ſive traditionum humanarum, unde Phariſæi jejunabant, non eſſe aſſuendam novitati Evangelicæ, talem mixturam non prodeſſe, ſed obeſſe. Ita enim Hieronymus ſimilitudinem de veſtimento veteri, & aſſumento novo interpretatur. Vel 3 *Ceremonialis pædagogica,* eaque vel ordinaria, abſtinentia à ſanguine (non ſolum crudo, à quo natura humana niſi brutalis, ferina interdicto admonita, abhorret ſed & cocto) & ſuffocato à ſanguine inquam, non ſolùm crudo & palpitante adhuc, ſed & cocto, ſive eo qui effluxerit, qui nominatim hîc ſanguinis nomine venit ſive intra animal carni commixtus, qui nomine ſuffocati continetur. Valuit quidem hæc lex ab Apoſtolis ipſis (ut ἐθνικοὶ gentiles facilius coaleſcerent, ſicut ſæpe amicus in gratiam alterius ab aliquo cibo abſtinet, ut exponit Lyran. ad h.l.) præſcripta, diu in Eccleſ. N. T. ſervata, tempore Aurelii Veri, ut patet ex verbis Biblidis apud Euſeb. l. 5. c. 1. male tamen pro lege morali ac perpetuâ habita à græcis, à Leone Imp. diſtrictè prohibita in novell. conſtit. 58. *Sciat, inquit, quicunq; ſanguinem in cibum convertere deprehenſus fuerit, ſe bonorum publicationi ſubjiciendum, & ubi acerbum in modum flagris cæſus, ac cute tenus fœdè tonſus erit, perpetuò patriæ exilio multandum eſſe.* Parem errorem erravit inerrabilis controverſiarum Judex Zacharias Papa interdicendo cibos Judaicos, quos Apoſtoli adiaphora reliquerunt, in Epiſtola ad Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinenſem, quæ extat Tom. 2. Concil. inter alia ſatis inepta, hoc etiam præſcribit: *De quibus flagitaſti à nobis quæ recipienda, quæ reſpuenda ſunt; inprimis de volatilibus, id eſt, graculis, & corniculis atq; ciconiis, quæ omninò cavendæ ſunt ab eſu Chriſtianorum, etiam fibri, atq; lepores, & equi ſylvatici, multò amplius cavendi.* quod decretum Concilii Vormacienſis Canone 65. aliud ſecutum eſt ejuſdem farinæ, non licere aves & alia animalia, ſi in retibus ſtrangulantur, comedere. Pari cenſura afficiendus, qui Græcos Baronius, cum ageret adverſus Græcos, qui in ſexto Concilio Conſtant. in Trullo, novo decreto abſtinentiam à ſuffocato & ſanguine ſanciverant, *Canonem,* inquit, 67. *ſtatuerunt de ſuffocatis non comedendis, vel ex hac parte Iudaiſantes, dum quod in primitiva Eccleſia illa, ad conjungendos ſimul credentes cum Iudæis, jam Chriſtianis Apoſtoli præceperunt, iſti in perpetuum ſervandum eſſe ſanxerunt, non ſecus, ac*

 ſi quis

Digitized by Google

ſi quis virum quemlibet ſemper lacte eſſe nutriendum ea ratione contenderet, quod eidem infanti ſugendum fuerit propinatum. Quod ſi dicunt id ipſum reverentia Apoſtolorum obſervandum eſſe: Certè univerſam Eccleſiam Catholicam jam ſeneſcentem iis vinculis modo obligare, quis non cenſeat eſſe dementia? Cum præſtet Apoſtolico Spiritu libertatem indictam ſequi, ut manducans manducantem non ſpernat, non manducans minimè ſpernere debeat manducantem Rom. 14. paulatim poſt ex ceſſatione cauſæ, ob quam Lex Apoſtolica erat lata, antiquata, quia inquit Auguſt. l. 32. contrà Fauſt. Manich. c. 13. *Eligere voluerunt, pro tempore rem facilem, neq; obſervantibus oneroſam, in qua cum Iſraelitis etiam gentes propter angularem lapidem duos parietes in ſe condentem, aliquid communiter obſervarent, ſimul & admonerent in ipſa arca Noa, quando DEUS primum hoc juſſit, Eccleſiam omnium gentium fuiſſe præfiguratam, cujus facti prophetia, jam gentibus ad fidem accedentibus incipiat impleri, tranſacto autem illo tempore, quo duo illi parietes; unus ex circumciſione, alter ex præputio, quamvis in angulari lapide concordarent, tamen ſuis quibusdam proprietatibus diſtinctius eminebant, & ubi Eccleſia Gentium talis effecta eſt, ut nullus Iſraelita carnalis appareat, quis jam hoc Chriſtianus obſervat, ut turdos, vel minutiores aviculas non attingat, niſi quorum ſanguis effuſus eſt? ſi qui fortè pauci adhuc tangere iſta formidant, à cæteris irridentur.* 2. Abſtinentia à certis animalibus tanquam vitiorum hieroglyphicis e. g. *De lepore quidem* (Ita Voſſ. Theol. gentil. p. 1081.) *cur interdixerit DEUS, ratio hæc fuit; quod animal id ſit libidinoſum, imò ſubinde unum idemq; ineat, & ineatur: Non quaſi omnes lepores ſint androgyni, ut à multis traditum eſt; ſed quia non pauci utrumq; habeant ſexum. Hanc rem Clemens Alexandrinus pluribus explicat in ſecundo pædagogi ſui libro. Ubi, cur leporina à Moſe ſit interdictum, haſce adfert cauſas; quod lepus omni coeat tempore, ſingulis concipiat menſibus & ἐπικυίσκηται ſive ſuperfœtet, nec uno contentus ſit matrimonio, & lactens etiam concipiat: quibus fuſius enarratis, tandem ſubjungit, ἀπέχεσθαι τοίνυν σφοδρῶν τε ὀρέξεων, καὶ ἐπαλλήλων συνεσιῶν, καὶ τῆς πρὸς τὰς ἐγκύους ὁμιλίας καὶ ἀλληλοβασίας, καὶ παιδοφθορείας, καὶ μοιχείας, καὶ λαγνείας, ἡ τοῦ αἰνίγματος τοῦδε ἀπαγόρευσις παρήνεσιν. A vehementibus ergo abſtinere appetitionibus, mutuiq; congreſſibus, & coitu cum fœminis prægnantibus, & initu alterno, & puerorum ſtupris, & adulteriis, laſciva ſeminis profuſione, hujus nos ænigmatis adhortata eſt prohibitio. Altera fortaſſis etiam ratio acceſſit, eaq; petita à natura: quando veteli lepores planè*

ſin-

ſint inſalubres; temperamenti quippe frigidi & ſicci; de quo ante ſatis diximus. Cur verò Iudæis ſuilla fuerit prohibita, triplex inprimis ratio fuit. Una eſt, quod animal hoc nec humanis abſtineat carnibus: quâ de cauſa & Ægyptios ab ea abſtinere, Ælianus judicat lib. X. de animalibus, cap. XVI. Ac DEUM quoq; eo attendiſſe hoc veriſimilius eſt, quoniam Gen. IX. 4. ſimiliter interdixerit eſu ſanguinis, & ſuffocati, quo magis deterreret homines à ſanguinis effuſione. Altera eſt ratio quod animal hoc gaudeat cœno ſe volutare. Quare voluerit DEUS hominem abſterrere à cœno ac volutabro peccatorum. Ac duæ iſtæ cauſæ reſpiciunt mores. Tertia ad naturam pertinet: Quia in Iudæa, uti & aliis quibusdam Orientis terris, item Ægypto, eſus ſuillæ conciliaret lepram, ac Vitiligines, ut eſt apud Plutarchum in Sympoſiacis lib. IV. quæſt. V. Lev. 11. cujus ſeparationis animalium ratio redditur ab ipſo Legislatore Lev. 20. 25. 26. vide Chemnit. exam. part. 4. p. 164. D. Pappum ad Daniel. 1. p. 206. Ex animalibus terreſtribus ſolùm illa licita erant, quæ biſulcas habent ungulas & ruminant. Probibita contra erant, & πολυχιδῆ ſive πολυδάκτυλα & ἀχιδῆ ſive μώνυχα ſolidas habentia ungulas. Ex piſcibus, qui pennas & ſquammas habent, liciti erant: Cæteri verò, qui corio vel cute teguntur, erant prohibiti. Ex avibus interdictæ erant γαμψώνυχοι roſtris aduncis, rapaces atq; etiam nocturnæ. Quod quidem diſcrimen & de noſtræ naturæ immundicie, & de virtutum officiis admonebat; non eſſe debebant tenaces injuriarum, ut Cameli; non timidi ut lepores; non labefactare doctrinam rectè explicatam, ſicut cuniculi fundamenta ædium convellunt, non volutare ſeſe porcorum ritu, in cœno flagitiorum: abhorrere à crudelitate, quam rapaces aves exercent, & ab ἀστοργίᾳ Strutionis, quæ deſerit ova & pullos ſuos; non eſſe cuculi ingrati ergà benè meritos: non upupæ contaminantes nidum Eccleſiæ, non hirundines garrulæ, id eſt, arguti ſine vera virtute. Quis noſtrûm tàm arroganti fiducia (ſcribit non ineptè Cunæ. l. 2. de Rep. Hebr. c. 24. p. m. 317.) eſt, uti ſe poſſe ea explicare omnia exiſtimet, quæ poſita vel in ipſorum hominum inſtitutis ſunt? Olim Lacedæmonum legibus vetabantur Ephori ſtatim ut magiſtratum inierant, barbæ alas paſcere: & Solonis ſanctio eum, qui ſeditionem & motus civicos quietus ſpectaviſſet, ignominiâ notabat. Non dubitat Plutarchus, quin utrunq; optimo conſilio factum ab illis ſit, ſed tamen mens, inquit, autorum ignoratur. Et nos igitur idem in his contingere putemus, quæ ſummus Legislator DEUS juſſit. Doceat me quiſpiam cur edicto Numinis impuræ ſint quadrupedes, quarum fiſſæ ungulæ non ſunt? Non cuniculos qui-

dem leporesq; inter cibos habere apud cunctas hercle nationes fas & jura ſinunt, at ſolis Hebræis haud licitum eſt; vide eundem diſquirentem ibid. cur ſuem magis anxiè vitaverint ſemper Iudæi, quàm cætera omnia, quorum odium pariter fugamq; lex indixerat; adde Schick. de jur. reg. Hebr. theor.18. pag.148. Hæc abſtinentia in N.T. aliquandiu adhuc tolerata, quoad uſum, cùm ut honeſtè ſepeliretur ſynagoga, tùm ne offenderentur infirmi in fide Rom.14.v.5. qui veſcitur, Domino veſcitur, cui novit non diſplicere libertatem Chriſtianam, qui non veſcitur, Domino non veſcitur, i.e. in honorem legis divinæ, quia novit DEUM ſic olim præcepiſſe, etſi de abrogatione nondum rectè informatus; quoad jus verò abrogata Act.10.15. Rom.14.14. 1.Cor.10 25. Col.2.20. Vel II. extraordinaria abſtinentia erat votiva illa Nazareorum, de quo Num. VI. quorum inter alia votum fuit abſtinentia à vino & ſicerâ, ut vini uſu ademto Spiritu S. inebriarentur, quem ordinem religioſis in Papatu comparat prolixè Seb. Barrad. refutatus à Pelargo in ill. loc. p. m. 61. & ſeqq. *vel 4. abſtinentia affectata & ſuperſtitioſa*, quæ obſervat certum & ciborum delectum, & temporis rationem aſtrictam ſuperſtitioſè, qualis in Papatu viget. *vel 5. libera* (non ab obligatione, ſed ab objecti & circumſtantiarum neceſſitate) & pædagogica, inſtituta ob eos fines, quos etiam jejunium ſibi habet propoſitos, ut ſunt flagellum carnis indomitæ; cicuratæ frenum: devovendæ illicium: Prima abſtinentia temperantia non eſt, ſed potius *ἀδυναμία* aliqua, alioquin mendico nemo eſſet temperantior, virtuoſa tamen ſi patienter ſuſtineatur. non 2. quia ex quâ causâ Philoſophus l.3. Eth. c.8. civilem fortitudinem fortitudinis nomine dedignatur, quia cives, quod agunt, ex lege agunt, & quodammodo coacti; ex eâdem etiam abſtinentia illa coacta à temperantiæ dignitate excidit. Heroica abſtinentia eſt quidem aliqua temperantia, ſed altioris ordinis, non ordinaria omnium omni tempore obligatrix. *Quartus abſtinendi modus*, qui in Papatu titulo jejunii fucum facit, ſed jejunii rationem non præſtat, ut infrà videbimus, adeò non eſt aliqua temperantia libidinis extinctiva, ut potius impia ſit ac intolerabilis, qualis verò illa ſit, & quo fine inſtituta breviter oſtendendum.

§. 6. I *Ratione cauſæ efficientis* inſtituta eſt non à Chriſto & Apoſto-

Apoſtolis, ſed ab Eccleſia Romanâ Apoſtaticâ, per varias vias id Satanâ primùm tentante, aliquoties repreſſo, ut per omnia ſecula demonſtrat noſter Chemn.in exam.concil.part.4. p.m.230. & ſeqq. uſque ad fin. com. d. jejun. frigidiſſimè refutatus à Bellarm. l. 2. d. bon.oper.in partic. c.24. donec tandem ſceptro potitus Antichriſtus libertati Chriſtianæ compedes injecit; *paulatim irrepſit conſuetudo,* ait *Eraſm.* in epiſt.ad Epiſc.Baſileenſem, *quæ diem Veneris piſculentum nobis reddidit; deinde ubi hoc ſucceſſit, adjuncta eſt & Sabbathi dies, nunc etiam Mercurij periclitatur, ob idq; genus obſervatiunculas videmus homines affligi, & deniq; mori, ſibiq; Chriſtianos videri, cum ſint Iudai.* II. *Ratione objecti eſt abſtinentia à cibis,* non potu. Bellarm. l.2. de bon. oper in partic.c.1.cibis illis, qui ſementivam trahunt originem, lacte, caſeo, ovis, Leſſ.l.4.c.2.dub.2. maximè verò cibis carneis, Bellarm. l. cit. c 5. III. *Ratione formæ* reſtricta ad certa tempora præcipuè quadrageſimæ, cuius rationes collegit Bellarm.l.cit.c.16.feriæ itidem quartæ & quintæ c.17. aliorum cap. ſeqq. IV. *Ratione finis prodeſt* ad carnem edomandam, animam diſponendam, colendum DEUM, non quidem ex opere operato (quemadmodum baptiſmus eſt cultus DEI, etſi miniſter ſit peccator) ſed ex opere operantis, ut diſputat Bellarm. ad ſatisfactionem pro peccatis, ad merendum beneficia DEI temporalia & æterna Bellarm. l. cit. c. 11. Quæ abſtinentiæ Papalis deſcriptio arguit illam eſſe I. *Tyrannicam,* utpote raptricem libertatis Evangelicæ divinitus conceſſæ, repugnat enim locis ſupra citat. Actor.10.15. Rom. 14.14. Col.2.21. objicit nonnulla Bellarm. ad hæc loca, quæ ſatis doctè obtrivit Chamier. l.19. c.5. panſtrat. cathol. verit. Libertatem hanc primitiva Eccleſia ſtudioſiſſimè tenuit, de quâ ἀξιομνημόνευτος locus extat apud *Socrat.l.5.c.21. Chriſtiani de abſtinentia à cibis variam ſequuntur rationem, nam alij omninò ab omni animantium genere abſtinent, alij inter animantia piſces ſolos comedunt, alij cum piſcibus volucres etiam manducant, eaſq; ex aquâ naſci aſſerunt, alij à fructibus duris integumentis involutis* (græcè ἀκροδρύων in hiſt.tripart. Caſſiodori, caulibus, & in margine, caſeis, baccis) *& ab ovis temperant. Alij arido pane ſolo veſcuntur, alij ne illo quidem.* Sunt *qui cum ad horam nonam jejunaverint, διάφορον ἔχουσιν τὴν ἑστίασιν ſine diſcretione ciborum reficiuntur,* (interprete Caſſiodoro) *alia ratione apud alias gentes jejunatur, cujus rei ſunt cauſæ pro-*

Digitized by Google

pè infinita. Ac quoniam nemo præceptum de ea literarum monumentis tra-ditum, poteſt oſtendere, perſpicuum eſt Apoſtolos liberam pote-ſtatem in eadem cuiusq; menti & arbitrio permiſiſſe. Quæ major Tyrannis eſt, quàm eripere liberis id, quod Pater cœleſtis clementer indulſerat? II. *Abſurdam & rationi diſſentaneam.* Num enim temperans ſit, qui cum abſtineat à cibo uno vel altero licentiam habet aliis ſe ingurgitandi? an enim neſciunt olim inter *προσφάγια* & obſonia piſces principem habuiſſe locum, quod in maioribus quàm carnes deliciis eſſent, ut ex Athen.l.7.c.1. tradit ipſe Maldonat.in c.21.Johan.v.5. confer, Gerh.Voſſ.l.4. de orig.Idol. c.23. pag. 1372. *Quid prodeſt oleo non veſci, & moleſtias quaſdam difficultatesq; ciborum quærere, caricas, piper, nuces, palmarum fructus, ſimilam, piſtacia, mel? tota cultura hortorum vexatur Hieron.ad Nepotian.* III. *Κακοζήλαντον* præſertim quod quadrageſimam attinet. *In quo imitaturi ſumus vias Chriſti?* (ſunt verba Auguſtini in Pſ.90.) *Nunquid in eâ magnificentiâ, in quâ DEVS erat in carne? Aut ad hos exhortatur, aut hoc à nobis exigit, ut talia miracula, qualia fecit ipſe, faciamus? Non hoc dixit, non eris diſcipulus meus, niſi ambulaveris ſuper mare, aut niſi ſuſcitaveris mortuum quatriduanum, aut niſi oculos cæci nati aperueris, nec hoc. Quid eſt ergò intrare per januam: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Imò verò contrà, cum Apoſtolos ad Evangeliſandum mitteret non dixit, jejunate, ſed quod vobis apponitur, comedite*; & idem inquit l. 30. contr. Fauſt.Manichæ.c.5. *Chriſtiani non hæretici, ſed Catholici edomandi corporis causâ propter animam ab irrationalibus motibus amplius humiliandam, non quod illa immunda credant, non ſolùm carnibus, verum à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent, vel ſemper, ſicut pauci, vel certis diebus atq; temporibus, ſicut per Quadrageſimam FERE omnes, quantò magis quisque vel minus VOLVERIT SEV POTVERIT.* confer ejuſdem doctiſſimam epiſtolam 86.ad Caſulanum. IV. *Varia ac ludicra*, quia fines illos, qui aliàs in propriè dictis jejuniis intenti ſunt, illa pontificia abſtinentia non aſſequitur, quos inter carnis eſt mortificatio. Vino quid luxurioſius? Prov.20.1. 1.Epheſ.5.18. ipſa incontinentia apertè ex vino velut ex fonte quodam manat, quæ brutorum omnem in fœminas inſaniam longè ſuperat, ſiquidem animantia bruta naturæ terminos non excedunt, at hi, *qui vino obruuntur, in maſculis feminam, in feminâ rurſus maſculum quærunt*, verba ſunt Baſi-

Digitized by Google

ſii homil.d.ebriet. Sic Chryſoſt de ebrietat. *Quid enim non mali facit ebrietas? porcos facit ex hominibus, ac porcis etiam deteriores, nam porcus quidem in luto volutatur ac ſtercore paſcitur, illa verò abominabiliori, quam illa eſt, menſâ veſcitur, illicitos concubitus excogitans & exleges amores. At verò illud temperantia Papalis non prohibet, cum prohibeat carnes.* Cur non ibi remedia contra carnis illicia quærunt, ubi Encratitæ, de quibus Hieronymus, *Hæreſin ſuam Tatianus Encratitarum Princeps ſtatuere nititur, vinum aſſerens non bibendum, cùm & lege præceptum ſit ne Nazaræi bibant vinum; & nunc accuſentur à Propheta, qui propinant Nazaræis vinum.* Cur veterum Xerophagias non exercent, de quibus Corn.à Lap.ad Daniel. p.1372. *Sicut enim potus, quia liquidus & ſubtilis, ac penetrans intima, intimiùs ſingulas corporis partes afficit & recreat, ita abſtinere à potu & à liquidis, veſciq; atritis, major eſt pœnitentia, quam veſci liquidis, & abſtinere aridis. Sic ſitis magis affligit hominem quam fames, ac proinde facilius eſt eſurienti abſtinere à cibo, quam ſitienti abſtinere à potu.* Magnus Septentrionalium Fautor Bellarm. l. ſæpè cit. c.5. in fine, à vino ideò non interdictum cenſet, quia illius abſtinentia ſine valetudinis periculo tolerari potuiſſet, caro, inquiens, parit materiam generationis in luxuriam deſpumantem, vinum non item; & flamma, quæ ex vino concipitur, ſi materia generationis non ſuppetat, non difficulter extinguitur. Qui igitur fit, quod Meridionalibus & calidioribus nationibus vinum non prohibeatur? aut quale periculum valetudinis iis nationibus, quæ cereviſiæ magis quàm vino aſſuetæ, aut iis hominibus, qui ob rerum inopiam perpetuò vini defectu laborant? num putabimus, ſi in carnes piſcium eadem vini flamma incidat, eosdem effectus non ſecuturos? annon vini flamma ſaltem ad libidinoſos concitandos motus ſufficit, quicquid ſit de materiâ ſeminis? quâ arte perſuadebunt, qui carnium uſum nullum fuiſſe contendunt ante diluvium (contendit autem ex Hieron. Bellarmin. l.cit. c.8.) ablatis carnibus minui concupiſcentiam? Niſi forte nullus tunc fuit Cain, nullus Lamech, nulli filii DEI concupiſcentes filias hominum. Cur denique in Hieronymo, *cum ſe ita maceraſſet in eremo* (adeoque procul dubio tàm vino quàm carne abſtinente) *ſola tamen libidinum incendia bulliebant?* in ep. Euſtoch. Rectè igitur Proſper. l.2. d.vit. contempl. c.23. *ſi à quadrupedibus abſtinentes phaſianis altilibus*

tilibus

tilibus vel aliis avibus pretioſis aut piſcibus perfruantur, non mihi videntur reſecare delectationes ſui corporis, ſed mutare, nec pro abſtinentia, ſed velut pro neſcio qua immunditia, vel certè quod verius eſt, pro ſtomachi nauſeantis teneritudine delicatas (malim delicata, & omninò id ſenſus poſtulat) *illas communes ac viles carnes abjicere, quo poſſint aliis non ſolùm carnibus, ſed etiam delicatioribus, ac pretioſioribus carnibus ſuas voluptates explere.* Digna ſunt quæ integra deſcribantur verba ludibrium hoc jeiunii mirificè confirmantia Pereſii & Lindani citata à Chamier.l.19. panſtrat.c.1.Pereſius. *Pudet me loqui de hac virtute ſacroſancta, quæ nomine tenus hodie in Eccleſia obſervatur, nam neq; apud eos ſolùm, qui jejuniorum præſcriptiones damnant, neq; apud nos, qui meritò eas defendimus, in uſu ſunt ſancta jejunia, niſi tantùm ſecundum quandam externam ceremoniam. Putamus enim nos jejunare, ſi ſemel in die uſq; ad ingluviem prandium faciamus probè poti & melius paſti, ſumentes cibos non pro naturæ ſuſtentatione, aut unius diei duntaxat, ſed in tanta quantitate, ut vel Miloni olim pro tribus diebus poſſet ſufficere. Taceo qualitatem & differentiam cibariorum & condimentorum, jam enim neq; mare, neq; terra, neq; aër, neq; ſalſamentarij ſufficiunt gulæ noſtræ. Sed utcunq; tolerabile eſſet, ſi hæc ingluviei contagio ſolos laicos comprehenderet, & non potius multos noſtri ordinis ſacerdotes, religioſos & prælatos Eccleſiæ pervaderet, quos video huic rei tantum invigilare, ut potius ad ventris voracitatem natos eſſe dixeris, quàm ad imitandam Apoſtolicam modeſtiam, in fraudem pauperum & deſtructionem caſtitatis, quæ cum ſanctis jejuniis terras jam videtur reliquiſſe. Quid enim expectabitur à ventre mero, piſcibus variisq; aliis cibariis & irritatoriis pulmentis diſtento, niſi ut ſtatim in fœdam libidinem deſpumet, & vini copiâ natant abundantiaq; redundant, & piſcium varietate carnium ſuperant delicias, adeoq;* (quod & D.Hieronymus de ſuæ ætatis moribus conquerebatur) *cum DEO ludere videntur, dum pro intercepto, qui ex ovis oritur, calore flammas olei, æſtum vini omniuq; aromatum generis ignes belluoni infarciunt ſtomacho, veteribus Chriſtianis omninò fuiſſe non modò incognita, ſed & intolerabilia atq; adeò abominanda omnibus piis vetera cogitantibus, arbitramur notius, quam ut eâ de re ulla ſint verba profundenda.* V. *Superſtitioſa*, quatenus Phariſaicâ opinione cultus Divini turget Luc.18.12. contra expreſſa Scrip.S. oracula Rom.14. 17. 1.Tim.4.8. 1.Cor.8.8. Hebr.13.9. cum potius ſit ancilla cultus: non virtus, ſed gradus ad virtutem, ut ſtatuit Hieron. non bonum morale,

morale, ſed medicinale, poſt lapſum, ut placet Thomæ ad 1.Tim. 4. atque hinc loca in ſpeciem Pontificiis faventia Matth. 6.17. Luc.2.37. metonymicè explicanda ſunt, quatenus itidem opinione meriti ſuperbit exemplo hypocritarum V.T. Eſa.58. 2. VI. *Demoniaca*, 1.Tim.4.3. Mirum quantum laborant ex hâc naſſâ ut eluctentur Pontificii. Coſterus ad hominem reſpondet, & negat indocto antecedens, atque argumentum in ipſos retorquet hæreticos. *Doctrinam Dæmoniorum profitentur, qui prohibent abſtinere à cibis. At id hæretici faciunt, Catholici enim jubent abſtinere, hæretici prohibent abſtinentiam.* *Corn. à Lap.* in h.l. reliquorum quaſi Epitomator vult Apoſtolum loqui contra Simonianos, Saturninos, Ebionem, Manichæos, Marcionitas, Encratitas, à continentiâ ciborum ſic appellatos, qui dicebant nuptias, vinum, carnes non eſſe à DEO bono ſed malo, ac proinde naturâ ſuâ mala & cavenda, idque ait patere 1.ex ratione ſubjunctâ, quia omnis creatura DEI bona, q.d. errant igitur qui aliquas creaturas naturâ ſuâ malas dicunt. 2. ex Patrum conſenſu Auguſt. Irenæ. Epiphan. Omnem reliquorum ſubtilitatem ſuperare ſibi viſus *Turrianus* hoc ipſo in loco contendit ciborum adiaphoriam rejici, cum addit Apoſtolus, nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione, id eſt, juſtè percipitur. E. ſi quis cibus cum gratiarum actione, i.e. juſtè non percipiatur, tunc rejiciendum. 4. Alii putant ſe effugere poſſe diſtinctione inter prohibitionem temporariam ac ſtatam & perpetuam: ſe non prohibere perpetuam carnium abſtinentiam. Reſp. ad 1. Bezæ videri uſitatam ellipſin, ſed ei non ſubſcribere Chamierum l. 19. c. 5. Rectius dici, eſſe Atticam dicendi rationem, ut primus obſervavit *Oecumenius*. *Sicut*, verba ſunt Oecumenii, *prohibuit eum non facere indigna*, ἐκώλυσε μὴ ποιεῖν τὰ ἄτοπα, *non dixit impuliſſe ad aliquid indignum. Dehortatus eſt non offendere amicos, non ut offenderet amicos, ſed contrà: & rurſus, prohibuit non furari, non quod permiſerit furtum, &, prohibuit abſtinere infandis factis, pro eo, quod eſt, avertit ab ejuſmodi actu.* ὅπως καὶ ἐκώλυον ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἀντὶ τοῦ ἐκώλυον ἀπὸ τῆς βρώσεως: *ad eum modum, prohibuerunt abſtinere cibis, pro, prohibuerunt eis cibos.* Ad eundem modum Nicæni Concilii canon 3. ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος, μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν κλήρῳ ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν. Latinè apud Gratianum diſtinct.

32. Interdixit per omnia ſancta Synodus non Epiſcopo, non Presbytero, non Diacono, vel alicui omninò, qui in clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem. Neque aliter *Elibertinus* canon. 33. *Placuit in totum prohibere Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus ac Subdiaconibus poſitis in miniſterio abſtinere ſe à conjugibus ſuis & non generare liberos.* Chryſoſtomus contra eos, qui ſubintroductas habent, *Εἴ τις πολυτελῆ τράπεζαν παραθεὶς πολλῶν καὶ ἡδίστων γέμουσαν ἐδεσμάτων ἀπαγορεύοι μετὰ σφοδρότητος τῆς ἀπειλῆς, μὴ ἅψασθαί τινος τῶν προκειμένων,* Si quis menſâ ſumptuoſâ appoſitâ variis dulciſſimisque plenâ eduliis prohibeat ſummis minis non attingere quicquam appoſitum. Reſp. ad 2. negando conſequentiam. Hæretici allegati damnantur. E. non Pontificii. Nam & Tertull. ac Hieronymus ſolos nominârunt Marcionem & Tatianum, at Auguſt. prætereà Manichæos. Næ ſi Manichæi non fuiſſent Jeſuitis minus Sophiſtæ, excepiſſent eodem jure agere Paulum de Marcione & Tatiano, teſtibus Tertulliano & Hieronymo, itaque non de ſeipſis, ſed Auguſt. contrà certum erat, etſi Manichæorum non meminiſſet Tertullianus Manichæis antiquior, etſi eorundem oblitus eſſet Hieronymus, tamen Pauli verbis etiam contineri Manichæos propter communionem dogmatis. Item: Hæretici citati damnantur ex eâ causâ, quâ ſtatuerunt carnes eſſe per ſe malas. E. Pontificii non damnantur, qui carnes prohibent ex aliâ causâ. Perinde ac ſi concludas. Scriptura damnat, qui ſolvunt Jeſum eo modo, quo Arius. E. non damnatur Neſtorius, qui alio modo & ex aliâ ratione. Imò perinde ac ſi concludas: homo eſt animal. E. bos non eſt animal. II. Negando antecedens, Apoſtolum loqui contra illos ſolùm hæreticos, ſed reſpicere morem gentilium à dæmoniis profectum, quo Apim, Iſidem, magnam Matrem, certorum eduliorum exceptione coli volebat, ut auctor eſt Tertull. adverſus Pſychicos, quâ initiandi ad myſteria ethnica interrogati fuerunt, an legitimum cibum comederint & ab illegitimo abſtinuerint? teſte Libanio in Corinth. confer Chemnit. exam. Concil. part. 4. p. m. 202. At illi gentiles certos cibos prohibuerunt, non quod eſſent per ſe mali, ſed quod parùm ſancti, religionis impeditivi, reſpicere porrò eos, qui ad ſpeciem externæ ſanctitatis à cibis abſtinuerunt potiſſimùm ad Eſſæos, quibus ut ovo ovum ſimiles ſunt hodierni

dierni Sophiſtæ; vide Chemnit l. cit. p. m. 203. III. Damnari in Manichæis, quia Pontificii perinde ut illi carnes prohibent, ex eâ ratione, quia terra à DEO maledicta (verba ſunt D. Balduin. ad h. l.) legitur, & per conſequens etiam animalia in terris viventia, non autem piſces in aquis: & cum in conſecratione ciborum orant, ut omnis exercitus diaboli, omnis poteſtas inimici, omnis incurſio dæmonum eradicetur & explantetur ab hâc creaturâ. Hoc nimirum eſt cum Tatianis & Manichæis ſentire, creaturas illas temporibus illis, quibus nondum conſecratæ ſunt, à poteſtate diaboli infectas eſſe. Damnari in Euſtathio Encratitâ, quem οὐκ αὐθαδείας ἕνεκα, ἀλλὰ τῆς κατὰ θεὸν ἀσκήσεως inſtituiſſe ejuſmodi ἐγκράτειαν, auctor eſt Sozom. l. 3. 13. vide Chemnit. p. 226. confer ejuſdem examen p. 168. Ad rationem deniq; Pauli, quà pro ſe abutitur Corn. reſpondetur I. ex illâ non ſolùm ſequi ciborum bonitatem formalem contra Manichæos, ſed & finalem contra Pontificios. Quia omnis creatura DEI bona eſt. E. non debet prohiberi, ut incentiva libidinis. Ad III. negando conſequentiam. Si quis cibus juſtè accipitur, rejiciendus non eſt, E. ſi injuſtè accipitur, eſt rejiciendus. Perinde ac ſi ſic concludas: Si quæ eleemoſyna juſtè accipitur prohibenda non eſt. E. prohibenda, ſi injuſtè à quopiam accipitur. 2. Negando Lutheranos juſtè non accipere, ſi accipiant diebus à Romanâ Eccleſiâ prohibitis. Si enim nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione accipitur. E. nullo tempore rejiciendum aut prohibendum, quod cum gratiarum actione accipitur. Ad IV. Paulum abſolutè loqui, non de certo tempore, imò Chartuſianos perpetuò à carnibus prohiberi, ſanctius & generoſius facturos, ſi vel in extremâ neceſſitate & periculo vitæ à carnibus abſtineant, & fame moriantur, ut poſt Victor. relect. de temper. num. 8. & Azor. lib. 5. moral. cap. 6. in fine definit. Corn. à Lap. ad 1. Cor. 10. p. m. 280. Hactenus abſtinentia affectata Pontificiorum; ſequitur Libera & Pædagogica. Conſiſtit hæc temperantia in alimentorum quoad quantitatem, qualitatem & varietatem legitimo uſu. Græcè νηστεία dicta à νὴ & ἐσθίειν, Hebræis צום à צום mulgere, ipſo ſtatim nomine Pontificia jejunia damnat, vide Chemnit. exam. p. 150. & Meiſn. part. 3. phil. ſobr. c. 5. q. 2. Flac. part. 2. tract. 6. p. 306 Eſt verò jejunium, quod homonymiam attinet. 1. *Neceſſarium*, ipſa ſci-

ſicet fames 2.Cor.11.27. quæ ſi patienter feratur, omnibus jejuniis Pontificiis potior eſt. 2.*Singulare* ac ἰδιωτικὸν Matth.4.2. 3.*Miraculoſum, typicum & Propheticum*, Exod.24.18. 1.Reg.19.8. 4.*Leviticum & ceremoniale*, Lev.16.v.29. 5.*Phariſaicum*, Matth.6.v.16. 6.*Spirituale*, 1.Petr.2.11. Eſa.58.5. vide de hoc jejunio Aug.tract.17.in Joh. Bernh. ſerm.3.de jejun. cui repugnat jejunium impium, Eſai.58.4.& ſeqq. Syr.34.30. ſuperſtitioſum opinione neceſſitatis, cultus & meriti turgidum. 7.*Indiſcretum*, Col.2.23. contra præceptum Apoſtolicum, Rom.13.14. & indulgentiam Chriſti, Luc.5.34. 8.*Pium, Chriſtianum, atq; liberum, inſtitutum* in magnis Eccleſiæ calamitatibus Jud.20.26. 2.Sam.1.12. 2.Paral.20.3. Eſdr.8.21. Nehem.9.1.& 2. Eſth. 4.3. Joël.1.14. Jon.3.5. vel privatim ſuſceptum, 2.Sam.12.16. Nehem. 1.4. Dan.9.3. Eſther.2.2. Matth.9.14. Luc.2.37. Actor.10.30.c.13.2. Et hoc demum eſt illud jejunium, quod noſtræ Eccleſiæ probant, ut prolixè docet Luther. Tom.4. Witt.p.59. Es ſind zweyerley Faſten/ die da gut vnd löblich ſind/ eine mag heiſſen weltliche oder bürgerliche Faſten/ durch die Obrigkeit gebotten/ wie ein ander Ordnung vnd Gebott der Obrigkeit/ nicht als ein gut Werck oder Gottesdienſt gefordert/ dann das wolte ich gern ſehen/ vnd darzu rathen vnd helffen/ daß Keyſer oder Fürſten ſolch Gebott macheten/ daß man einen Tag oder zween in der Wochen nicht Fleiſch ſpeiſete/ noch feil hätte/ als ein gute nützliche Ordnung für das Land/ damit man nicht ſo gar alles auffreſſe/ wie jetzt geſchicht/ biß zu letzt theuer Zeit muß werden/ vnd nichts zubekommen iſt. Darnach wolte ich auch/ daß man zu etlichen Zeiten/ die Wochen einmahl/ oder wie ſie es gut duncket/ deß Abends nicht ſpeiſete/ ohn ein Biſſen Brods vnd ein Trunck/ damit man nicht ſo mit ſtätem freſſen vnd ſauffen alles verzehret/ wie wir Deutſchen thun/ vnd ein wenig meſſig lerneten leben/ ſonderlich was junge/ volle/ ſtarcke Leut ſind/ aber das ſolt gar ein weltliche Weiſe ſeyn/ der Obrigkeit vnterworffen. Darnach were über dieſe Faſten noch ein geiſtliche gemeine Faſten/ die wir Chriſten ſolten halten/ vnd were auch wohl fein/ daß man noch etliche Tage vor Oſtern/ Item vor Pfingſten vnd Weynachten/ ein gemeine Faſten behielte/ vnd alſo die Faſten ins Jahr theileten. Aber bey leib auch nicht darumb/ daß man ein Gottesdienſt darauß machet/ als damit etwas zuverdienen/ oder GOtt zuverſühnen/ ſondern als ein äuſſerliche Chriſtliche Zucht vnd übung für das junge vnd einfältige Volck/

Volck / daß ſie ſich lerneten in die Zeit richten vnd vnterſcheiden durchs gantz Jahr / wie man bißher viel Weyh- oder Fronfaſten hat gehalten / da ſich iederman nachrichtet / dann es muß ja ſeyn / daß man etliche Zeit vnterſcheide vnd außmahle / als Faſten vnd Feyertage / dem groben gemeinen Hauffen vmb der Predig vnd Gedächtnus willen / der fürnehmlichen Geſchicht vnd Werck Chriſti ꝛc. Alſo daß damit kein ſonderlicher Gottesdienſt geſucht werde / ſondern allein ein Wercktag ſey / darnach man künte das gantz Jahr faſſen / vnd wiſſe wie man in der Zeit ſey. So möcht ich auch leiden / daß man auff dieſe Weiſe durchs gantz Jahr alle Feyertag Abends faſtete / als an einem mercklichen Tag außgeſondert. Et ibid. p. 500. f. 2. Chriſtus aber redet viel anders vom rechten Chriſten faſten Matth. 9. Da die Jünger Johannis zu ihm kommen vnd fragten / warumb ſie vnd die Phariſeer viel faſteten / vnd ſeine Jünger faſteten gar nichts? Da gibt er eine kurtze Antwort / vnd ſpricht: Es reime ſich nicht / daß man einen alten Rock mit einem newen Lappen flicke / oder Moſt in alte Schleuche faſſe / ſondern newer Wein vnd newe Faſſe / newer Rock vnd newes Tuch gehören zuſammen ꝛc. Als wolt er ſagen: Ihr rühmet ewer ſelbſt erwe[illegible] faſten ſehr hoch / aber es iſt ein loſes faſten / daß ich wohl möchte einem zerriſſen vnd geflickten Peltz vergleichen. Meine Jünger aber ſollen mir nicht alſo faſten / weil ich bey ihnen bin / ſie werden aber faſtens gnug bekommen / wann ſie mich nicht mehr haben. Da deutet er / was er eine rechte Faſte heiſſe / nehmlich / nicht die Kinder Faſten / ja Lügen Faſten / die nur den Namen hat / weil man nicht deß Abends das Tiſchtuch auffgelegt / oder nicht Fleiſch oder Eyer iſſet / vnd doch gleichwohl den Bauch füllet mit den beſten Fiſchen vnd guten Wein / daß manchem ein ſolcher Faſtentag lieber were / dann ſein Eſſetag / vnd nur mit ſolchem faſten / beyde GOttes vnd der Leute geſpottet wird. Auch nicht die Heuchel Faſten / ſo die Phariſeer ihnen ſelbſt erwehleten / ohn alle Noth vnd Gebott / nur darumb / daß ſie für heilige Leute / für andern (die nicht alſo faſten) gehalten würden. Sondern das heißt er eine rechte Chriſtliche Faſten / ſo er daſelbſt nennet / trauren vnd Leyd tragen / das iſt allerley Ungemach vnd Unglück (von GOtt auffgelegt) leiden / ſo dem Menſchen wehe thut / vnd er viel lieber ſolches überhaben were. Als einer muß mit Weib vnd Kinder Hunger vnd Kummer leiden / verjagt oder gefangen ſeyn / da er offt mit guten Zänen übel eſſen muß / oder auch auff dem Bet-

te kranck ligt/ vnd hätte wohl zu eſſen/ vnd doch nicht eſſen kan/ welcherley S. Paulus erzehlet 2. Cor. 6. In Trübſahlen/ in Nöthen/ in Aengſten/ in Schlägen/ in Gefängnuſſen/ in Auffruhren/ in viel arbeiten/ in wachen/ in faſten ꝛc. Solch faſten wolt ich loben/ da man Mangel vnd Noth vmb Gottes willen gedultiglich leidet/ dann alſo hat Chriſtus hie auch gefaſtet/ da er nicht auß ſeinem eigen Rath oder Fürnehmen/ durch den H. Geiſt in die Wüſten gefuhret ward/ da er muſte faſtē/ weil er nichts zu eſſen hatte. Das ander faſten/ ſo nichts anders iſt/ dann ein lauter Heucheley/ ja ein Lügen vnd Spott/ iſt nicht werth daß man in der Chriſtenheit davon ſagen ſoll. Et Tom. 7. Witt. p. 85. Darumb laſſe ichs geſchehen/ daß ihm ein ieglicher erwehle Tag/ Speiſe/ Menge zu faſten/ wie er wil/ ſo fern daß ers nicht da laſſe bleiben/ ſondern hab Achtung auff ſein Fleiſch/ wie viel daſſelbige geil vnd muthwillig iſt/ ſo viel lege er faſten/ wachen vnd arbeit drauff/ vnd nicht mehr/ es habs gebotten Papſt/ Kirchen/ Biſchoff/ Beichtiger/ oder wer da wil. Dann der Faſten/ deß Wachens/ der Arbeit Maſſe vnd Regel/ ſoll je niemand nehmen an der Speiſe Menge oder Tagen/ ſondern nach Abgang oder Zugang deß Fleiſches Luſt vnd Muthwillens/ vmb welcher willen allein/ ſie zu tödten vnd dämpffen/ daß Faſten/ Wachen/ Arbeit eingeſetzt iſt/ wo dieſelbige Luſt nicht were/ ſo gilte eſſen ſoviel als faſten/ ſchlaffen ſo viel als wachen/ müſſig ſein ſo viel als arbeiten/ vnd were eines ſo gut als das ander/ ohn alle Unterſcheid. Wo nun iemand fünde/ daß von Fiſchen mehr Muthwillens in ſeinem Fleiſch/ dann von Eyern vnd Fleiſch ſich erhube/ ſoll er Fleiſch vnd nicht Fiſch eſſen/ widerumb ſo er befünde/ daß ihm der Kopff wüſt vnd toll/ oder der Leib vnd Magen verderbet würde von faſten/ oder nicht noth iſt/ noch darff zu tödten ſeinen Muthwillen im Fleiſch/ ſoll er das faſten gantz laſſen anſtehen/ vnd eſſen/ ſchlaffen/ müſſig gehen/ ſo viel ihm Noth iſt zu der Geſundheit/ ohnangeſehen/ ob es ſey wider der Kirchen Gebott/ oder Ordens vnd Stände Geſetze. Dann kein Gebott der Kirchen/ kein Geſetz einiges Ordens/ mag das faſten/ wachen/ arbeiten höher ſetzen oder treiben/ dann ſo viel vnd weil es dienet/ das Fleiſch vnd ſeine Lüſte zu dämpffen oder tödten/ wo diß ziel wird übergangen/ vnd das faſten/ Speiſe/ ſchlaffen/ wachen höher getrieben/ dann das Fleiſch leiden mag/ oder zu Tödtung der Luſt Noth iſt/ vnd damit die Natur verderbet/ der Kopff zubrochen wird/ da nehme ihm niemand für/ daß er gut Werck gethan

habe/

Digitized by Google

habe/oder ſich mit der Kirchen Gebott/oder Ordens Geſetz entſchuldige/ er wird geacht werden/ als der ſich ſelbſt verwahrloſe/ und ſo viel an ihm iſt/ ſein ſelbſt eigen Mörden worden. Dann der Leib iſt nicht darumb geben/ ihm ſein natürlich Leben oder Werck tödten / ſondern allein ſein Muthwillen zu tödten. Auß dem mögen wir ermeſſen/wie weißlich oder närriſch thun etliche Weiber / wann ſie ſchwanger gehen / und wie man mit den Krancken ſich halten ſoll / dann die Närrin am faſten ſo hart hangen/ daß ſie ehe der Frucht/ und ihr ſelbſt groſſe fährligkeit wagen/ ehe ſie nicht mit andern gleich faſten ſolten/ machen ihnen Gewiſſen/ da keines iſt/ und da ſie iſt / machen ſie keine. Das iſt alles der Prediger Schuld/ Maß/ daß man das faſten ſo hinplaudert/ und ſeinen rechten Brauch/Frucht / Urſach und End nimmer anzeigt. Alſo ſolt man die Krancken laſſen eſſen und trincken alle Tag/ was ſie nur wolten/ und kurtzumb/ wo auffhöret Muthwill deß Fleiſches/da hat ſchon auffgehört alle Urſach zu faſten / wachen / arbeiten / diß oder das zu eſſen / und iſt gantz kein Gebott mehr da / daß da bindet. Widerumb ſoll man ſich fürſehen/ daß nicht auß dieſer Freyheit wachſe ein nachläſſige Faulheit/ den Muthwillen deß Fleiſches zu tödten/ dann der ſchalckhafftige Adam gar liſtig iſt / ihm ſelbſt Urlaub zu ſuchen/ und deß Leibs oder Haupts verderben fürzugeben/wie etliche hinein plumpen und ſagen/es ſey nicht Noth / noch gebotten zu faſten oder caſteyen / wollen diß und das eſſen ohne Schewe / gerad/als hätten ſie ſich lange Zeit mit faſten ſehr geübt/ ſo ſie es doch nie verſucht haben. Idem in Tiſchreden p.272. Wann ich nur das könte zuwegen bringen / und helffen / daß die Obrigkeit für ſich/ als ein äuſſerlich Ding/ umb guter Diſciplin und Zucht willen ordnete/ daß man die Wochen zween Tag nicht Fleiſch eſſe / doch nicht eben am Freytag oder Sonnabend/ doch nicht umb Papſts willen/ ſondern ſonſt an andern zweyen Tagen / nicht die Gewiſſen damit zu beſchweren/ ſo were eine feine äuſſerliche Zucht. Conf. Chemnit. exam.part.4.p.m. 158. Profectum 1. à libertate, vel cum ipſa temperamentorum varietas, ſanitatis ratio, & aliæ circumſtantiæ univerſale aliquod onus ſuſtinere nequeant. *Parcus cibus & venter ſemper eſuriens triduanis jejuniis præfertur, & multò melius eſt quotidiè parùm, quàm rarò ſatis ſumere.* Hieron. ep. ad F[illegible]iam. 2. Conſiſtens in omnimodâ cibi & deliciarum abſtinentiâ uſque ad veſperæ horam nonam, ad exemplum veteris jejunii, de quo Chemnit. l. cit. p.151.

Nona

Nona ſummiſſum rotat hora ſolem
Partibus vix dum tribus abſolutis;
Quarta de vexo ſupereſt in axe
Portio lucis. *Prud.*

Nos brevis voti dape vindicata
Solvimus feſtum, fruimurque menſis
Affatim plenis, quibus imbuatur
Plena voluptas.

Improbant contra jejunium Pontificium (juxtà Canones deſcriptum à Corvin. in jure Canon. explic. l. 2. tit. 22. p. 117.) tanquam non verum, ὁμωνύμως tale, dum concedunt refectiones varias (cum tamen Thomas 2.2.q 147. art. 6. ſtatuat ſolvi jejunium per quemlibet potum aquæ, poſt quem non liceat Euchariſtiam ſumere) comeſtionem ordinariam ſtatim circa meridiem uſque ad ſummam ſatietatem, quam & Nepotes ac Apicii dicerent αὐτάρκειαν eſſe, longè degeneres ab Eccleſia prima. Primos Chriſtianos (ſcribit Cornel. à Lapid. ad Matth. 8. pag. 191. *uſque ad veſperam jejunaſſe, docet Tertullianus lib. de jejuniis cap. 10. & alij, quos ibidem citat Pamelius, imò adhuc tempore S. Thomæ Aquinatis, qui floruit anno Domini 1270 jejunabant uſq; ad nonam; nam in jejunio non niſi poſt officium veſperarum, puta poſt tres horas à meridie, quando Chriſtus in cruce expiravit, licebat cibum ſumere, & qui prius ſumſiſſet, cenſebatur non jejunaſſe, idq; ex decreto Concilij Cabilonenſis, ut habetur de conſecrat. diſtinct. 1. Cap. ſolent.* Crebram potus ſumtionem, collatiunculam veſpertinam, abſtinentiam quidem à carnibus, ſed non à cibis reliquis & potu vini, ſic Curios ſimulant & Bachanalia vivunt Luth. Tom. 8. Witt. p. 355. Wahr iſt es / die Papiſten eſſen an ſelbſt erwehlten vnd vom Papſt eingeſetzten Faſttagen / kein Fleiſch / vnd halten auff den Abend kein ordentliche Mahlzeit. Aber das Mittagsmahl iſt auff das allerbeſte vnd herrlichſte von allerhand guten Fiſchen vnd köſtlichen Eſſen beſtelt vnd zugericht / da füllen ſie die Bäuche ſo voll / daß ſie dunen möchten / daß ſie deß andern oder folgenden Tags Mahlzeit ohn Hunger vnd alle Beſchwerunge wohl erwarten können. Ja ihr Karfreytag iſt beſſer / dann manches armen Manns Oſtertag. Iſt das nicht ein ſchöner herrlicher Gottesdienſt! 2. Hypocriticum, quia jejunii obſervatores camelos deglutiunt, culices excolant. Piaculum eſt, carnes illicito tempore

por edere: peccatillum contrà eodem tempore inebriari. Id quod Scherer. in Poſtill. Conc. vom Leiden Chriſti. p. 149. conqueritur. Alſo mancher Catholiſcher entfrembdet ehe einem ein Roß auß dem Stall / oder ſüffe ſich blind voll / oder begienge ein Todſchlag / als daß er im Nothfall / mit Erlaubnuß auch der geiſtlichen Obrigkeit Fleiſch an verbottenen Tägen eſſen wolt / förchtet ſich weniger Sünden / wann er Gottes Gebott überſchreitet / als wann er die Kirchiſchen Satzungen und Ordnungen bricht / da doch zwiſchen Gottes vnd der Kirchen Gebott ein groſſer Unterſcheid von allen Gelehrten billich gehalten wird / dann der Kirchen Gebott laſſen in fürfallender Noth ein diſpenſation zu. In Gottes Gebotten aber kan man auff die weiſe / wie in jenen / nicht diſpenſiren. Alſo machtens (ibid.) die Phariſeiſche Heuchler / die hatten enge Gewiſſen / wo entweder gar keine oder kleine Sünde waren / in groſſen vnd groben Sünden aber waren ihre Gewiſſen ſo weit / daß ein Fendrich Raum genug darinnen hätte / ſein Kriegsfahnen auff alle Seyten / ohn anſtoſſen / ſchwingen. 3. Superſtitioſum, quia 1. conſcientiarum coactivum. 2. reſtrictivum ad certum tempus, cum tamen omni tempore pœnitentia agenda & caro ſubigenda ſit. 3. pro meritorio habitum. vide Luther. Tom. 4. Witt. p. 53. & ſeq. Lact. Catech. part. 2. p. 476. prolixè de his D. Meiſn. part. 3. Philoſ. ſobr. c. 5. q. 1. & 2.

§. 7. Alterum amuletum contra impudicitiam eſt *evitatio occaſionum*, quæ cum multæ eſſe poſſint, utpote luxus veſtiarius, de quo ſupra in exerc. 9. actum, prava ſocietas Syr. 9. v. 3. & ſeq. & ſimiles, eminent tamen duæ potiſſimum: *Intemperantia ac Ebrietas & Otium luſorium.* Intemperantiam maximè verò ebrietatem ſcortationis eſſe occaſionem & cauſam moralem, ad quam ut ad abſentiam naucleri, aut ſomnum Palinuri naufragium, ita ad defectum rationis, quem vinoſitas inducit, ſequitur omne ſcelerum genus: ut ad poculum Circæum metamorphoſis, ita ad vinum omnis ἀσωτία, Eph. 5. 18. (quanquanquam de hujus vocis ſenſu variæ ſint ſententiæ. Aſotus Ciceroni l. 2. de fin. is eſt, qui in menſam vomit, & de conviviis aufertur, & ſecundus iterum ingurgitat. Martiali prodigus, vide ſis Ramirez de prado ad ejus l. 4. epig. 9. Theophylacto ἀσωτία eſt luxuria & libido. Ariſtot. l. 4. Ethicor. deſperatio ſalutis, ejus qui ſalutem ſuam ſusque deque ha-

bens per ſeipſum perit) maximè verò libido ac laſcivia. Patet 1. ex oraculis divinis, Jer.5.7. Proverb.23 Syr.26. 2. teſtimonio *S. Hieronymi* in c.1. ad Tit.7. qui, *Vbicunq; ſaturitas ac ebrietas*, inquit, *ibi libido dominatur, ſpecta ventrem & genitalia, qualis ordo membrorum talis & vitiorum. Nunquam ego ebrium caſtum putabo, qui etſi vino conſopitus dormiverit, tamen potuit peccare per vinum. Dicat quiſq; quod volet, ego loquor conſcientiam meam. Scio mihi abſtinentiam & nocuiſſe intermiſſam & profuiſſe repetitam.* ejuſd. ep.83. ad Oceanum; *Vinolentia*, inquit, *ſcurrarum eſt & comeſſatorum, venterq; mero æſtuans citò deſpumat in libidines.* Et inferius: *Noë ad unius horæ ebrietatem nudat femora ſua, quæ per ſexcentos annos ſobrietate contexerat. Loth per temulentiam neſciens libidine miſcet inceſtum, & quem Sodoma non vicit, vina vicerunt.* 3. exemplis *Lothi*, qui *flammis mulierum uſtus, cum ſulfurea flamma non uſſiſſet.* Orig. homil.5. in Geneſ. ſunt qui ad excuſationem Lothi vinum medicamentum ac ſoporiferum à filiabus Patri propinatum contendunt, quos refellit *Auguſt.* l.22. contra Fauſt. c.44. *An* (inquit) *aliqua Sodomitarum arte peſſima etiam paucis poculis patrem ſic inebriare potuerunt, ut illud peccatum cum ignorante vel potius de ignorante committerent? Sed mirum ſi hoc ſcriptura divina tacuiſſet, vel ſervum ſuum DEVS ſine aliquo voluntatis ejus vitio perpeti ſineret.* 2. Iſraelitarum Num.25.1. 1.Cor.10.3 quotidianæ experientiæ. Committitur *Intemperantia* excedendo 1. *in appetitu.* Eſau certè non ob altilem gallinam aut capum, ſed ob lentis edulium avidè nimis appetitum reprehenſus eſt, hinc fieri poteſt, ut iſte fungis edendis gravius delinquat, quàm ille perdice: peſſimè certè hìc impegit Apicius, qui gruis collum optâſſe fertur, ut delitias diutiùs ſentiret, & Clarentiæ ille Comes, qui vino malvatico ſuffocari, quàm alio vitæ genere maluit. 2. *In objectorum luxu*, ſeu quoad varietatem & copiam, ſeu quoad exoticorum ciborum appetentiam, faſtidium domi natorum. Famoſiſſima cœna fuit quam Sueton. in Vitellio deſcribit in eâ duo millia lectiſſimorum piſcium, & ſeptem avium appoſita traduntur. Caligula (ita Bernegg. ad Tacit. q 97.) *nudis pedibus ſuper immenſos aureorum acervos ſpatiatus, & toto corpore grunnientium porcorum inſtar volutatus eſt, uno die centies ſeſtertio (hoc eſt 750000. Philippicis) cœnavit; ex auro etiam panes & obſonia appoſuit. Sueton. in ejus vita & Seneca de Conſol. ad Helviam cap.9.* Contrà Corn. ad Eſther. p.137. *Magni*, inquit,

inquit, Seneca, ep 39. *animi eſt magna contemnere, ac mediocria malle, quàm nimia; illa enim utilia, vitaliaq; ſunt, at hæc eo, quo ſuperfluunt, nocent. Si ſegetem nimia ſternit ubertas, ſi rami onere franguntur, ſi ad maturitatem non pervenit nimia fœcunditas, idem animis quoq; evenit, immoderata felicitas rumpit,* & *paucis interjectis*: *Neceſſe eſt etiam in immenſum exeat cupiditas, quæ naturalem modum tranſiliit: Ille enim habet ſuum finem; inania, & ex libidine orta ſine termino ſunt, neceſſaria metitur utilitas, ſupervacua quo rediges? voluptatibus utiq; ſe immergunt, quibus in conſuetudinem adductis carere nos poſſunt, & ob hoc miſerrimi ſunt, quod eo pervenerunt, ut illis, quæ ſupervacua fuerant, facta ſint neceſſaria. Serviunt voluptatibus ſuis, non fruuntur, & mala ſua (quod malorum ultimum eſt) amant.* videſis Dempſter. ad l. 5. antiq. Roſin. c. 29. & ſeqq. 3. *In nimia ſagina*, cum venter nimiis beneficiis occupatus farcitur, obruitur, opprimitur, id quod potiſſimum fieri ſolet inebriando apud (proh nationis pudendum) Germanos, qui non ut Græculi ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι clamant, ſed ſæpè fores ac obices abituro occludunt, ut & bibat & maneat, vel, ſi bibere non poſſit, maneat tamen; apud quos Κυλίκων ἐρέτας, jus brutorum (das Ochſenrecht) nequicquam implores, quorum Deus venter eſt, pulmo templum, aqualiculus altare, ſacerdos coquus, *quibus tota charitas in cacabis fervet, tota fides in culinis calet, tota ſpes in ferculis jacet*, Tertull. contra Pſych. In hoc gentilium peccatum B. Luth. ut ſolet, graviter invehitur, tom. 6. fol. 163. Es muß ein ieglich Land ſeinen eigenen Teuffel haben / Welſchland ſeinen / Franckreich ſeinen / vnſer Teutſcher Teuffel wird ein guter Weinſchlauch ſeyn / vnd muß Sauff heyſſen / daß er ſo durſtig vnd heldig iſt / der mit ſo groſſem ſauffen Weins vnd Biers nicht kangekühlet werden / vnd wird ſolcher ewiger Durſt / vnd Teutſchlands Plage bleiben (hab ich ſorge) biß an den Jüngſten Tag. Clemens Alexandr. hunc Diabolum *ventridæmonem* appellat. 4. In ἀσιτίᾳ & valetudinis tormentis, corpori (inquit Chryſoſt. de Moſe) *Frænum intendit, ut nec immodicè ſtringendo equum ſibi ad miniſterium redderet inutilem: neque ſupra modum factus obeſus, rurſum erigeret ſeſe adverſus rationum habenas: Sed ſimul & ſanitatis illius & malæ rationis curam habuit.* Nec malè Allophylorum nonnemo, *multi enim ſanitatem lædunt ob ſanctitatem, quam quærunt per macerationem carnis: alij eam lædunt ob ſapientiam, dum ſcilicet, nimio ſtudio ſpiritus conſumunt, ac ſtomachum caputq;*

 debili-

debilitant *Quare licet primum bonum ſit ſanctitas, ſecundum ſapientia, tertium ſanitas: tamen quoad uſum & opem aliorum, praſtat habere mediocrem ſapientiam cum firma ſanitate, quam magnam ſapientiam cum infirma; hic enim ea uti, eamq; alios docere nequit. Sanctitas autem cum ſanitate retineri poteſt, & à prudentibus diſcretiuq; retinetur: hi enim moderantur jejunia, aliasq; corporis caſtigationes, magisq; vacant internæ virtuti, puta charitati, humilitati, orationi, quieti, patientiæ, in quibus anima ſanctitatis conſiſtit.*

§. 8. Eſt verò *Ebrietas* hujusmodi, præſertim habitualis, inq; conſuetudinem pertracta, ſcelus I. *Ignominioſum*, quod vel unius Noachi liquet exemplo, ad unius horæ ebrietatem femora nudantis, quæ per ſexcentos annos ſobrietate contexerat Hieron. ep. 83. ad Ocean. Ad infamiam *Neronis* pertinuit, quod pro Tiberio Claudio Nerone dictus fuerit *Biberius Caldius Mero*, quam multa ebrii faciunt, de quibus ſobrii erubeſcunt? Senec. II. *Monſtroſum*, quia ſupra beſtiale. Quantò melior aſinus ebrioſo eſt? quantò canis præſtantior? omnes certè beſtiæ cum bibunt, aut comedunt, ultrà quam ſatis eſt non ſumunt, etiamſi mille homines cogerent. Chryſoſt. hom. 59 in Matth. III *Injurioſum* 1. *DEO*, in quem ceu vini auctorem ſumma committitur ingratitudo, Deut. 32. 15. 2. Ipſi vino, quod congemiſcit Rom. 8. 3. Reip. cui tempus in uſus publicos collocandum vino eripitur, quæ civium vinoſitate ſalutem perdit, *hæc namq; acerrimas gentes bellicoſasq; hoſtibus tradidit, hæc multorum annorum pertinaci bello defenſa mœnia patefacit, hæc contumaciſſimos & jugum recuſantes in alienum egit arbitrium, hæc invictos acie mero domuit.* Senec. ad Lucil. 4. *Familiæ*, quam defraudat & ſpoliat gulæ petulantia. 5. *Proximo* cuivis, cujus honorem, vitam, ſalutem, pudicitiam, famam inceſtat Bacchea lingua, manus, malitia; *maximè* 6. *egeno Lazaro.* Denique damnoſum *animo*, quem viribus ſuis exarmat, furorem inducit, & in præſentiſſimum æterni exitii diſcrimen adducit ſuum clientem, ita ut pœnitere non ſinat, pulcrè *Baſil.* in aureâ de ebrietate orat. *Cum multum*, ſcribit, *meri infuſum fuerit, quaſi tyrannus quidam arcem petit, & à ſummo vertice ingentes tumultus animæ præbet, nulli rei ne principali quidem parcens, ſed ipſam primùm rationem in ſervitutem captam adducit, deinde eam diſpoſitionem ac ornatum, qui doctrinæ partus eſt, confundit ac perturbat riſu indecoro, voce horrendâ*

Digitized by Google

rendâ, irâ præcipiti, libidine effrenatâ, œſtro ac furore in omnem inhoneſtam voluptatem. 2. *Corpori*, quod morbis fœdat, onerat, necat & tandem æternâ ſiti compenſat inexhauſtam gulę libidinem, exemplo divitis epulonis. 3. *Fortunis*, quas exhaurit vini gurges, hinc Diog. apud Laert. prætericns cujusdam heluonis domum vendibilem proſcriptam, ſciebam, inquit, domum iſtam vino ebriam dominum evomiturum, jam eructat.

§. 9. Altera libidinis occaſio remis velisque fugienda, eſt *Otioſitas* Sodomææ laſciviæ irritatrix, Ezech. 16. 49. Dinæ corruptrix, Gen. 34. 1. pronuba atque fax adulterii Davidici, 2. Sam. 11. 2. notum illud Naſonis; Otia ſi tollas, &c. Duplex illa eſt, vel perpetua, de quâ in ſeptimo præcepto prolixius, vel temporaria, quæ dum rei licitæ dat operam, tàm in vitiis cenſenda non eſt, quàm ſomnus interpoſitus vigiliæ. Ubi ſtatim quæſtio in controverſiam venit I. *An ludi recreatorij liciti quæſtuoſis oppoſiti, ut ſunt ludi progymnaſtici bellorum, quale eſt Romanorum quinquertium, de quo & ſimilibus* abundè Dempſter. ad antiq. Roſin. l. 5. c. 1. p. m. 674. & ſeqq. *Sanitatis conſervatores, ut pila, venatio: Reſp iſtiusmodi ludos non eſſe illicitos per ſe,* quia 1. nuſpiam leguntur prohibiti. 2. Gaudent exemplis probatis 1. Sam. 18. 7. 3. In beneficiis pacis numerantur, Zach. 8. 5. 4. Illorum ſimilitudinibus Spiritus S. utitur Prov. 8. 30. Job. 40. 15. Matth. 11. 17. 5. Habent ſalutares uſus. 6. Otii quædam ſunt q. negotia. Nec obſtat damnatus Iſraelitarum ludus Exod. 32. 6. 1. Cor. 10. 7. militum electorum 2. Sam. 2. 14. Jaſonis 2. Maccab. 4. 12. c. 14. 19. Etenim ludus Iſraelitarum vel Venereus fuit, ut Tertull. l. de jejun. contra Pſych. vel ceremonialis, ita ut ludere nihil fuerit aliud quàm cultum exhibere vitulo, ut vult Auguſt. l. 8. qq. q. 61. vel ſaltatorius cum jubilo, riſu & cantu idololatrico, qualem à Samſone popoſcêre Philiſtæi Jud. 16. 25. uno verbo talis, à quo nos toto pectore abhorremus. ad 2. illum ludum vel fuiſſe velitationem & belli quoddam præludium ſtratagematicum, diei protractivum, ne bellum poſſet totis viribus committi (cujusmodi præludia ſuadet Veget. l. 3. de re milit. c. 9. ſibi utilia cenſuit Cęſar. l. 2. bell gal.) ut Sanct. ad h. l. vel divinatorius, ut Mart. del Rio l. 4. Mag. c. 4. q. 4. ſ. 2 & Nicolao Serar. in h. l. vel gladiatoribus gymnaſticus in oblectationem ducum inſtitutus, ut Abulenſi placuit q. 14. in h. l. Si præ-

Digitized by Google

ludium fuit bellicum, ejuſdem conditionis fuit & qualitatis, cujus fuit ipſum bellum. Si divinatorius aut gladiatorius, illicitus, adeoque iterum talis non fuit qualem nos probamus. ad illos quoque ludos noſtris non fuiſſe ſimiles, ſed damnatos ob *κακοζηλίαν*, & adjunctas circumſtantias vitioſas. II. Fieri autem illicitos ex circumſtantiis temporis, loci, modi, intentionis, perſonarum, &c.

§. 10. Definitâ ita in genere materiâ ludorum, in ſpecie quid judicii ferendum I. *de choreis & ſaltationibus mixtis*, in quibus adoleſcentes cum virginibus, aut viri cum mulieribus ad inſtrumenti ſonum ſaltant quæritur (nam de ſaltationibus *πολεμικοῖς*, religioſè *εὐχαριστικοῖς*, qualis fuit Davidis coram arcâ, de quâ Greg. Nazianz. *Quod ſi te etiam*, inquit, *ut lætæ celebritatis & feſtorum amantem ſaltare oportet, ſalta tu quidem, ſed non inhoneſtæ illius Herodiadis ſaltationem, quæ Baptiſtæ necem attulit, ſed Davidis ob arcæ requiem, quã quidem* DEO *gratam inceſſionem agilitate præditam & verſatilem myſticè deſignari exiſtimo*; denique de ſolitariis, quæſtio non eſt inter nos & eos, qui contrariam ſententiam amplectuntur) Reſp. has ipſas quoquoque, perinde ut converſationes cum ſexu alterutro, per ſe illicitas non eſſe. quia 1. nuſpiam in S. literis leguntur prohibitæ. 2. numero, ordine & menſurâ conſtant. 3. uſus habent non contemnendos in juvandâ ſanitate, corpore vegetando, in ebrietate, ludo, & aliis vitiis evitandis, in hilaritatis, civilitatis, & matrimoniorum promotione. Eſſe tamen illicitas ex circumſtantiiis perſonarum, ætatis, ſtatus, temporis, finis, modi. abſit thymelica laſcivia, impudica circumgyratio: ſint arbitri & morum cenſores conſtituti. Nec obſtat 1. Τὸ Per se abſtrahere tantùm mentis operatione, in effectu nunquam reperiri ſaltationes ſine vitio. 2. non ſolùm impudicitiam damnari in ſcripturis, ſed & levitatẽ, ſtultitiam ac ſuperbiam in inceſſu Eſai. 3. 17. 3. in præceptis Decalogi etiam occaſiones peccandi prohiberi. 4. ſcandalizari ſpectatores. 5. exitus hujuſmodi ſaltationum tragicos nobis terrori eſſe debere, qualis fuit Exod. 32. & Matth. 14 decollatio. Joh. Baptiſtæ *πορνικῆς ὀρχήσεως μισθὸς*, Chryſoſt. 6. Rom 13. 13. prohiberi *κώμους*, qui Suidæ nihil aliud ſunt quàm *μέθη καὶ ὀρχηστικὰ*. 7. Concilii Laodicæi interdictum extare can. 13. 8. Patrum auctoritates non eſſe levipendendas.

Digitized by Google

das. Reſp. ad 1. ad eundem modum omnes actus humanos damnandos eſſe, in quibus abſtrahitur vitium ab actu, ſine quo ſaltem quoad originalem infectionem & actus imperfectionem in effectu nullus eſt, omnes enim actus hominum etiam ſanctiſſimi originali labe polluti ſunt: aliàs quod actualem malitiam attinet, nego in effectu illam ſemper ſaltationi adhærere, hæreret aliàs etiam in pueris ac puellis inter ſe choreas agitantibus. Ad 2. levitatem, ſtultitiam, ſuperbiam inceſſus improbari concedo, nego mathematicam inceſſus proportionem. Ad 3. concedo de occaſionibus cauſalibus, qualis eſt ebrietas; nego de non cauſalibus, ſi enim ſaltatio eſſet per ſe cauſa libidinis, ſemper & in omni ſubjecto libidinis flamma arderet, ſicut quia ebrietas per ſe eſt occaſio variorum peccatorum, illa ſemper ſequuntur, ſi non hæc, tamen illa, ſi non omnia, tamen aliqua. Ad 4. ſcandalum illud non eſſe datum, ſed acceptum. Ad 5. fuiſſe illos exitus earum ſaltationum, quas nos toto animo averſamur. Ad 6. quid per κῶμοι intelligendum, accuratè docuit Scal. l. 2. de re poët. c. 5. ludum ſcilicet à ſaltatione longè diverſum. Ad 7. Concilia & Patrum teſtimonia ex cauſis dicendi dijudicanda. Aliqua eo rigore in choreas dicta, quo in juramenta & bella alibi ſcripſerunt.

§. 11. Vel II. *Perpetua, eaq; primum* Superſtitioſa in Monachatu Papali, quem peculiari libr. de oper. Monach. perſtrinxit olim Auguſt. damnavit Johannes Brevis ſive Nanus apud Ruffin. l. 3. n. 56. hodie Jeſuitarum placida diſceptatio & juſta defenſio, quæ hæreticorum (ut hæretici ipſi peſſimi cavillantur) argumenta contra Monachorum deſidiam vera & laude digna eſſe, non ex eâ parte, quâ inſtituta Monaſtica condemnant, ſed tamen ex eâ, quâ contendunt, melius eſſe bona illa applicare iis, qui publicam Eccleſiæ utilitatem melius & efficacius procurant, aſſerit. 2. *Malitioſa, conſiſtens* in labore quidem aliquo, ſed inutili, alieno, perfunctorio, infideli, vel planè nullo.

§. 12. Poſtremum contra libidinem remedium eſt *Conjugium*, 1 Cor. 7. 2. quem locum Bellarm. l. 1. de Cler. c. 21. & Cornel. à Lap. in ill. loc. depravant, πὲχέτω explicando vel de conſilio vel de præcepto; de conſilio ita quidem, ut reſtringatur ad homines voto

ſolutos

ſolutos q. d. Unus quiſque niſi per votum impediatur, liberè ducat uxorem; de præcepto verò, ut reſtringatur ad ſolos conjugatos, hoc ſenſu: Unus quiſque uxorem ſuam habeat, i. e. habere pergat, retineat. Τὸ enim habeat, ait Corn. ſignificat actum non inchoatum, ſed continuatum, utpote 2. Tim. 1. 13. Luc. 19. 26. Reſp negando eſſe conſilium, qui dicit ἐχέτω imperativè. Et ſi *hoc conſilium tale ſit*, verba ſunt *Arniſæi* c. 1. d. jure connub. ſ. 6. p. m. 40. *quod ſequi liceat & non ſequi, cum duæ tantùm pateant viæ, ut aut uramur, aut ineamus conjugium, qui poſterius detrectant, ex conceſſione Bellarmini, licitè agunt, ſi urantur & non contineant, ſed liberis luſtris liberè ſtudeant.* Quando verò alterutrum vitioſum eſt, alterum neceſſariò ſequendum eſt, quia honeſtum & virtutem in ſe continet vitio oppoſitam. 2. negando, ad ſolos conjugatos pertinere hoc præceptum, quia 1. de conjugatis demum q. ex profeſſo agetur, v. 10. 2. quæſtio erat inſtituta non de conjugis aſſumtæ retentione, ſed de aſſumtæ tactu atque ductione, v. 1. 3. eadem cœlibum & conjugatorum ratio, ubi idem periculum. At idem periculum fornicationis imminet, qui continere non poſſunt, atque nuptis, qui tabulas matrimoniales divortio violant. Si, inquies, præceptum eſt. E. omnes homines etiam inhabiles ad conjugium obligat. Reſp. Paulum ipſum limitare. Unus quiſque fornicationis periculo ſubjectus, uſtus; Quis autem ille ſit, qui uritur, qui neceſſitatem habeat, aut poteſtatem propriæ voluntatis, accurato κριτηρίῳ docet Chemnit. part. 3. exam. c. 4. p. m. 37. Perperam igitur Hieron. egit, quod remedio neglecto DEUM tentavit cum in eremo conſtitutus putavit ſe Romanis intereſſe deliciis, ſedebat ſolus, horrebant ſacco membra deformia, & ſqualida cutis ſitum æthiopicæ carnis obduxerat, ſcorpionum tantùm ſocius & ferarum, ſæpè choreis intererat puellarum. Pallebant ora jejuniis, & mens deſideriis æſtuabat, in frigido corpore & ante hominem jam carne præmortuâ ſola libidinum incendia bulliebant, ad Euſtoch. de cuſtod. virg. ep. 23.

§. 13. Quis igitur ſenſus dicti Paulini, bonum eſt mulierem non tangere? *Subjectum* propoſitionis eſt, *non tangere*, non in ſenſu proprio, q. abſolutè bonum non ſit mulierem tangere, uti quidem exponit Hieron. l. 1. contra Jovinian. Non dicit Apoſtolus,

lus, Bonum eſt uxorem non habere, ſed bonúm eſt mulierem non tangere, q.& in tactu periculum ſit, quod, qui illam tetigerit, non evadat, nempe quæ virorum pretioſas animas rapit, & facit adoleſcentium evolare corda. Alligabit quis in ſinu ignem, & non comburetur? aut ambulabit ſuper carbones ignis, & non ardebit? Quomodo igitur, qui ignem tetigerit, ſtatim aduritur: ita viri tactus & feminæ ſentit naturam ſuam & diverſitatem ſexus intelligit. Narrant & Gentilium fabulæ Mithram & Erichthonium, vel in lapide, vel in terrâ de ſolo æſtu libidinis eſſe generatos. Quo etiam refert Corn. à Lap. illud Poëtæ:

> Regulus ut viſu, Siren Achiloïa cantu,
> Et necat affrictu Theſſala ſaga levi.
> Sic oculis, manibus, ſic urit fœmina cantu,
> Sic trifidum fulmen Væjovis eſſe queat.

Quæ ſi illimitatè accipiantur, ne quidem auxilii ferendi gratiâ & procurandæ ſanitatis licebit mulierem tangere, id quod contra Chriſtianam charitatem fuerit: ſed in ſenſu ſynecdochico, de ipsâ συνουσίᾳ γαμικῇ, quam ipſe Spiritus S. voce tactus exprimit Geneſ. 20. 4. confer D. Balduin. ad h. l. *Prædicatum* eſt: *Bonum eſt.* Quale bonum? Id quæſtioni eſt, honeſtum, an utile? Corn. à Lap. negat in h. l. intelligi utile, ſed morale & ſpirituale, quod per ſe facit ad concupiſcentiæ victoriam, pietatem & ſalutem, v. 32. & ſeqq. Contra bonum utile intelligi patet 1. ex ſcopo quæſtionis. Urgebant Corinthios rationes non è malitiâ, ſed moleſtiâ conjugii natæ, ut ſunt ſervitus, malitia mulieris, ſollicitudo pro liberis, eorum degeneratio, electionis difficultas, quæ omnia illuſtrata videas ab Arniſæo l. cit. ſ. 3. patet 2. ex abſurdo, quia ſi moraliter bonum eſt non ducere, ſequitur moraliter malum eſſe ducere; at quomodo moraliter malum, quod inſtitutioni divinæ conſentaneum? diſtinguit quidem pro Hieron. Corn. à Lap. inter malum & peccatum, verba ſunt, infert hinc rectè S. Hieron. l. 1. contra Jo- „
vinian. E. malum eſt homini mulierem tangere, non dicit pecca- „
tum, ut Jovinian. & alii calumniati ſunt, ſed malum eſt. quia hoc „
tangere actus concupiſcentiæ eſt, & carnalis pravæq; delectatio- „
nis, quæ tamen excuſatur per bonum conjugii, ſed planè tollitur „
per bonum cœlibatus. Diſtinctio eſt vaniſſima, quia omne ma- „
lum pravæ delectationis, aliunde excuſandum, peccatũ eſt, quan-

quam, quod rem ipſam attinet, *τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος*, Hebr. 13. 4. 3. ex additâ adverſativâ limitatione, v. 2. & collatione, v. 26. confer Jerem. 16. 2. Luc. 23. 29.

§. 15.* Repugnat huic remedio cœlibatus votivus, impius ratione 1. *Cauſæ efficientis, quia horribiliter* (verba ſunt noſtri Chemnitii) *regnum Pontificium contra Canonem 1. Timoth. 5. 9. per electum DEI organum promulgatum, peccat, & communicat nefandis aliorum peccatis, quod votum cœlibatus, non expectato anno 60. in juvenili lubricâ ætate, conſcientiis vel imponit, vel voluntariè oblatum non tantùm recipit, ſed fieri conſulit, ſuadet, hortatur, & hoc laqueo innumera animarum millia in barathrum æternæ damnationis præcipitat.* Miſera eſt inſtantia Bellarm. cum excipit, viduas juniores excipi à numero viduarum, quas Eccleſia alebat, non à voto continentiæ. 2. Miſerior altera Corn. à Lap. in h. l. Apoſtolum non loqui de virginibus, ſed viduis, in quibus ob experientiam & conſuetudinem conjugii difficilior & periculoſior eſt caſtitas. Reſp. ad 1. fratrem fratri committendo; Expreſsè enim fatetur Corn. à Lap. loqui hîc Apoſtolum de cœtu viduarum Eccleſiaſticarum, quæ q. moniales erant, vovebantque caſtitatem. vide D. Gerh. tom. de conjug. p. 842. ad 2. invertendo. Si periculum incontinentiæ majus eſt cauſa impeditiva voti, ſequitur aliquod eſſe incontinentiæ periculum, quod votum impediat, tantum abeſſe, ut cœlibatus ſit remedium incontinentiæ. II. *Ratione materiæ,* quia aſtringit ad votum perpetuum eos, qui à continentiæ dono non ſunt inſtructi, quod commune non eſſe omnibus clariſſimè patet 1. ex oraculo Chriſti, Matth. 19. 11. *οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον.* Ubi *λόγος* notat rem ipſam, *τὸ μὴ γαμῆσαι, τῇ αἰτίᾳ* oppoſitam; quam vocem è foro Rom. petitam Caſaub. opinatur, ubi cauſa idem quod conditio, ut cum dicitur publicanorum cauſa melior l. 1. §. 4. ff. de public. & vectig. Sic ex eodem foro manavit aliud loquendi genus, Græcis diſertioribus ignotum *λαμβάνειν τὸ ἱκανὸν*, Act. 17. 9. accipere ſatisfactionem; hæc ille. *χωρεῖν* non notat 1. capacitatem intellectus theoricam q. d. non omnes intelligunt mea verba, quia nec Chriſtus quicquam ad diſcipulorum quæſtionem reſpondiſſet, nec ſententia Chriſti *μυστηριώδης* erat, aut obſcura, ut intelligi non potuerit, revera enim intellexerunt diſcipuli. non 2. practicam, q. d. non omnes approbant hoc dictum,

non omnes experti ſunt moleſtias conjugii, ideo ſe non omnes perſuaderi ſinunt ad cœlibatum, quia hâc moleſtiarum experientiâ libri etiam gentilium ſunt referti, adeoque omnes approbant *οὐ γαμῆσαι*, & promiſcuâ Venere uti malunt, quam determinatâ. non 3. in ſenſu inchoativo voluntatis captationem q.d. non omnes captant, quærunt, aut deſiderant *τὸ οὐ γαμῆσαι*, quia omnes hoc quærunt, ſi conſiderent moleſtias conjugii, & ipſi Apoſtoli reſpondent, ſi res ſic ſe habet, non expedire *τὸ γαμῆσαι*. q.d. ſic nemo quæret vel deſiderabit *γαμῆσαι*. Sed 4. capacitatem ſeu capiendi poteſtatem, q.d. Sicut vas anguſtum non poteſt rem ſe majorem capere: Ita homo continentiæ dono non præditus non poteſt ſuſcipere cœlibatum, aliàs licitum, viribus ſuis ſuperiorem, idque confirmatur ex collatione Marc.2.2. Joh.2.9. c.21.25. & h l.v.12. atque ſic h.l. exponere Patres ac Interpretes ferè omnes fatetur Maldon. in h.l. quanquam prævaricator antiquitatis. II. Ex experientiâ, qua impuritas cœlibatus Pontificii toti jam olim mundo fœtuit, vide Chemnit. exam. l. cit. p.123. Ideò rectè Bernhard. ſerm. 66. in Cant. *Tolle de Eccleſiâ honorabile conjugium, & thorum immaculatum, nonne reples eam concubinariis, inceſtuoſis, ſeminiſluis, mollibus, maſculorum concubitoribus, & omni deniq; genere immundorum?* At, *inquies*, quanquam non omnes habeant hoc donum, poſſe tamen à DEO petere, ut obtineant. *Reſp.* non poſſe magis, quam ſi Ruſticus rogaret ſapientiam regni adminiſtratricem Salomonis: Imò rogare dona præſtandi rem, ad quam vocatus non ſis, id eſſe tentare DEUM. Dona communia omnibus piis promiſſa ab omnibus rogari poſſunt, Luc.11.13. non item particularia 1 Cor.12.4. quæ Sp.S. diſtribuit, ut vult v.11. quale chariſma etiam eſt donum continentiæ 1. Cor. 7.7. vide Chemn. l c.p.35. confer Chamier. l.20. Panſtrat. c.18. p.m.594.

§. 15. Impium eſt votum cœlibatus *ratione formæ*, quia continendi neceſſitatem injicit in perpetuam, utcunque caſus inciderit, non obſtante fragilitate vaſis teſtacei, quo dona divina continemus, adeoq; laqueo conſcientias obſtringit, de quo è Polluce D. Gerhard. hæc annotat: *Pollux* dicit *βρόχον ſignificare in aucupum ſeu venatorum retibus foramina, quæ quaternorum funiculorum nexibus efficiuntur, per quæ animalcula ſi caput exerant, q. elapſura fortius conſtringuntur, & ita capiuntur.* Ergò Paulus non vult cœlibatum ali-

cùi imponendum vel injiciendum velut laqueum, quo ita conſtrictus teneatur, ut ſi vel maximè uſtiones ſentiat & conjugii neceſſitatem ſibi injectam videat, tamen ex cœlibatu liberari & eluctari non poſſit. Jam verò talem laqueum injicit cœlibatus, quia voto illo ſemel emiſſo homo ita tenetur conſtrictus, ut quicunq; etiam caſus acciderit, conjugium tamen contrahere non poſſit. Prudentiùs contrà ſibi conſuluerunt, qui votorum ſuorum temeritate agnitâ mentem mutârunt, & conjugio ſe aſſeruerunt, vide Gerh.p.897. & Rivet.Cathol.Orthod. tract.2. q.13. p.m.465. *Deniq; ratione finis*, qui planè ſuperſtitioſus illo in regno, & in Chriſti merita ſummè injurius, de quâ re alibi.

§. 16. Cæterùm quia frequenter pro votorum hujusmodi inviolabili ſanctitate urgeri ſolent verba Pauli 1.Tim.5.11. νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ, ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσι ἔχουσαι κρῖμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν, coronidis loco illud oraculum explicabimus. In illo veniunt notanda. I. Regula Paulina. II. Regulæ ratio. III. Peccati reatus. Regula eſt νεωτέρας χήρας παραιτοῦ, i. e. non admitte in collegium viduarum eleemoſynariarũ miniſtrantium Eccleſiæ, Act.6.1. 1.Tim.5.10. Ratio triplex eſt, 1. καταστρηνιασμὸς τοῦ χριστοῦ, i.e. contra Chriſtum, qui ut rectè notat Corn.à Lap.in h.l. non ſignificat fornicationem, ſed luxum deliciarum. Græcum enim καταστρηνιάσωσι, propriè non ſignificat fornicari, ſed ſe benè paſcere, indeq; hilarius, quam decet, exultare, laſcivire, ac ferocire, στρηνιᾶν eſt luxuriari, id eſt laſcivire, Apoc. 18. 7. inde ἀποστρηνιάω dicitur, ἀπὸ τοῦ στερεῖν καὶ ἀποσπᾶν τὰς ἡνίας, i.e. ab excutiendo frenos, ſumtâ metaphorâ, à jumentis, quę, cum pabulo benè ſaginata ſunt, ferociunt, avellunt habenas, & ſuopte arbitrio feruntur, confer Deut.32.15. ὅταν καθυπερηφανεύσωνται τοῦ χριστοῦ μὴ καταδεχόμενοι αὐτὸν νυμφίον, Oecum. eo modo (non ſolæ Nonnæ ſed) univerſa Eccleſia Chriſtum ſponſum amplectitur. 2. θέλησις γαμεῖν voluntas nubendi, non abſolutè nubendi, id enim non damnat Apoſtolus, ſed vult ut faciant, v.14. ſed limitatè, voluntas nubendi contra Chriſtum, per apoſtaſiam & ἐκτροπὴν ὀπίσω τοῦ σατανᾶ, v.15. quæ ipſa eſt à fide defectio. Hebr.12.13. 1.Tim.4.4. Matth.10.38. Joh.6.66. Ingerebant enim ſe iſtæ viduæ, cum adhuc juniores eſſent, in collegium viduarum Eccleſiaſticarum, recenti luctu ob maritorum obitum permotę, ac viribus

ribus ſuis nondum ſat exploratis, ac in hoc vitæ genere ſingularis pietatis perſuaſionem ſibi fingebant, ſed cum poſteà animadverterent, ſe donum continentiæ non habere, ſed conjugii remedio indigere, ne levitatis & inconſtantiæ inter Chriſtianos notarentur, ſi ab illo viduitatis propoſito reſilirent, & ex Eccleſiaſtico illo miniſt. ad curas rei privatæ redirent, prorſus à Chriſtianiſmo deficiebant ad gentiliſmum. Hinc rectè Chamier l cit. c. 6 p.m. 392. „fidem facere, irritam nubendo, dupliciter exponi poteſt vel materialiter, ut ipſum nubere ſit primam fidem irritam facere, & „hic ſenſus negatur ex hoc Paulo eſſe, vel per occaſionem, ut per „nuptias inductæ ſint ad fidem irritam faciendam. „ 3. ἀθετεῖν πρώτης πίστεως. Ubi πρώτη πίστις non eſt votum cœlibatus: illud enim δεύτερα πίστις eſt, non πρώτη, ſed votum baptiſmi, à quo per peccata contra conſcientiam excidere, id eſt ἀθετεῖν τὴν πίστιν, confer 1. Tim. 1:19. c. 4. 1. c. 6. 21. 2 Tim. 2. 18. c. 3 8. 3: Reatus eſt Κρίμα ξία damnatio niſi reſipiſcant, vide Chemnit. p. 56. & ſeqq..

GYMNASIUM CONSCIENTIÆ..

Q. I..

An liceat convivia lautiora inſtituere, iiſq; intereſſe?

Utique, idque exemplis Sanctorum probatur. Gen. 21. 8. Luc. 5. 29. & alibi. Adde more Hebræorum, de quo Sanct. ad Samuel. p. 451. *Commune fuit Hebræis, cum fructus perciperent ſive ex agris & vineis ſive ex pecore, habere lætos geniales dies. De meſſe eſt illud Iſaiæ c. 9. lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda.. Hoc idem de vindemia dicit Iſaias cap. 16. v. 10. Auferetur lætitia, & exultatio de Carmelo & in vineis non exultabit, neq; jubilabit, vinum in torculari non calcabit, qui calcare conſueverat, vocem calcantium abſtuli. Eodem modo in ovium tonſione, quando major è pecude capitur fructus, dies genialibus celebrantur conviviis, uti Nabalis & Abſolonis hiſtoria teſtatur.* conf. Lact. Catech. p. 460. ſeq..

Q. 2.

An alimentis delicatioribus, lautioribus, adq; hilaritatem compoſitis, ſuprà neceſſitatem liceat uti?

Negant Photiniani. Oſtorodi Unterrichtung cap. 30. p. m. 223. menſuram temperantiæ præſcribit: Dieſelb aber iſt/ nemblich daß ein Chriſt nur zur Nothdurfft/ nicht aber zur Wolluſt vnd Hoffart derer Ding ſich gebrauche. & ibid. Wo das wol zumercken iſt/ daß nicht allein das vnflätige freſſen vnd ſauffen/ auff welche die Zerſtörung der Sinne erfolgt/ einem Chriſten verbotten iſt/ ſondern auch alle Bancketerey vnd Gaſtgebotten ſchlecht an ihnen ſelber/ wie auch aller Zechen/ wie klärlich zuerſehen iſt auß den Worten Pauli Rom. 13. 13. Gal. 5. 21. da die/ welche ſolche Ding thun/ vom Reich Gottes außgeſchloſſen werden. Dann das Griechiſche Wort μέθαι, welches der Apoſtel an beyden Oertern gebrauchet/ bedeut eigentlich ſolche Trüncke/ ob wol ſchon die Zerſtörung der Sinnen nicht darauff erfolget. & id. Endlich muß auch ein Chriſt im Eſſen vnd Trincken kein delicias noch Wolluſt ſuchen/ nur ſo fern er ſie bedarff zur Erhaltung ſeiner Geſundheit. videntur hæc fluxiſſe è veteri Stoà, de quâ *Seneca* ep. 120. *Quicquid*, ſcribit, *naturam excedit, ſcias eſſe precarium, non neceſſarium: eſurio, edendum eſt, utrum hic panis ſit plebeius, an ſiligineus? ad naturam nihil pertinet. Illa ventrem non delectari vult, ſed impleri. Sitio, utrum hæc aqua ſit, quam ex lacu proximo excepero, an ea, quam multâ nive eliſero, ut frigore refrigeretur alieno, ad naturam nihil pertinet, illa hoc unum jubet, ſitim extingui. utrum ſit aureum poculum vel cryſtallinum, an vitreum, an Tiburtinus calix, an manus concava, nihil refert. Finem enim rerum ſpecta, & ſupervacua dimittes. Fames me appellat, ad proxima quaq; porrigatur manus. En ipſa mihi commendavit, quodcunq; comprehendero, nihil contemnit eſuriens.* Atqui verò pia hilaritas mandata Deut. 12. 12. c. 14. 26. c. 26. 14. commendata Eccleſ. 3. 12. c. 7. 15. c. 9. 7. Prov. 17. 22. Syr. 9. v. ult. cujus etiam inſtrumenta à DEO ad licitam recreationem facta ſunt. Damnata contra ſuperſtitioſa corporis ἀφειδία Coloſſ. 2. 23. exemplo Joſephi Geneſ. 43. verſ. ult. ut enim Græcorum μεθύειν aliquando in bonam partem accipitur, pro ſatietate & modorato vini uſu à μετὰ θύειν poſt ſacrificia ſumto Joh 2. ut rectè omninò in ill. l. caſtiget ſuum Nonnum Heinſius. p. m. 112. & ſeq. Ita Hebræorum Schachar

chiat in bonam quandoque partem uſurpatur. Hag 1.6. omnia ad exemplum primitivæ Eccleſiæ, de quâ *Tertull.* c.39. Apologet. *Audi eum & nota, qualia priſcorum Chriſtianorum convivia fuerint. Non prius, ait, diſcumbitur, quam oratio ad DEVM prægustetur, Editur, quantum eſurientes capiunt, bibitur, quantum pudicis eſt utile: ita ſaturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum DEVM ſibi eſſe. Ita fabulantur, ut qui ſciant Dominum audire. Poſtquam manualem & lumina, ut quisq; de ſcripturis ſanctis vel de proprio ingenio poteſt, provocatur in medium DEO canere, hinc probatur, quomodo biberit. Æquè oratio convivium dirimit, inde diſceditur non in catervas cæſionum, neq; in claſſes diſcurſationum, nec in eruptiones laſciviarum, ſed ad eandem curam modeſtiæ & pudicitiæ, ut qui non tàm ad cœnam convenerint, quàm diſciplinam.*

Q. 3.

Lex Levitica & Apoſtolico-Synodica an adhuc hodiè Chriſto merentes obliget?

Non deſunt objectiones, quibus obligatio conſcientiæ ad abſtinentiam Levitico-Apoſtolicam videtur ſuaderi poſſe. Quia 1. Quod in illa Lege morale eſt, omnes gentes ſemper abſterret à vitiis porcinis, leporinis &c. Quia 2. obligavit ante Moſen, eiusq; legem latam. Quia 3. Ratio Apoſtolici decreti adhuc hodiè obtinet: facilius adhuc ad fidem ducerentur Apellæ, ſi cibis inviſis abſtineretur, quia 4. pari licentia ſcortationis interdictum ſolvi poſſet. Reſp. Si prima objectio valet, omnis beſtiarum caro nobis prohibita eſſet, nulla enim eſt, in qua non ἴχνη, (ut loquitur Philoſophus) ut vitiorum, ita & virtutum, deprehendas. Unica ratio reddita eſt à Domino ipſo. Lev.20.26. Segregatio τῇ κοινότητι oppoſita, ſc. gentis Judaicæ ab aliis gentibus, quæ nunc maceriâ ruptâ in S. Unionem eſt redacta. Si ſecunda valet objectio, etiam hodiè ſacrificia eſſent continuanda, quæ ante legem Moſis obligarunt. Si tertia valet, omnia alia ſcandala accepta Judæis inviſa eſſent removenda, nullæ imagines in templis habendæ; ſi quarta, Polygamia eſſet revocanda, gentibus ac Judæis adiaphora habita.

Q. 4.

Q. 4.

Aequumne, ut Clerici & Religioſi præ Laicis vivant edantq́; lautius?

Ait Corn. à Lap. ad Ole 2. p. 77. non id eſſe iniquum, ſed ſecundum ordinem rerum, forte hinc in carne aſsâ præcipuum à Germanis vocari ſolet, der Pfaffen ſchnitt/ oder Pfaffen biſſen/ pergit Corn. p. 77. *DEUS enim creavit creaturas, ut ſervirent piis, non impiis, non hoſtibus. Quocirca, inquit, ſi panis, ſi vinum, ſi ova, ſi perdices loqui poſſent, clamarent; comedant nos viri ſancti, ſervi* DEI *noſtri, ſubſtantia noſtra, caro noſtra incorporetur ſanctis, ut in iis ad gloriam reſurgat, non peccatoribus: in illis enim reſurget ad gehennam. Quæ enim creatura non malit eſſe in cœlo & gloria, quam in inferno & igne?* Eſto, ſi liquidò conſtaret omnes ejusmodi Epulones ſacros beatos fore; an ſi vident otioſum hoc genus hominum in eleemoſynis Eccleſiæ, potius gemunt adq; liberationem ex hac vanitate anhelant. Ordo divinus eſt, ut non niſi laborantes veſcantur, & quo quis enixius ſudat, eò delicatius etiam refocilletur, at quis labor miſſę deblaterandæ ad operas manuarias, agrarias, literarias?

Q. 5.

An licitum poculum hilaritatis?

Affirmatur. Quia 1. mandatum, Deut. 12. v. 18. Prov. 31. v. 6. 1. Tim. 5. 23. Ex cauſa Phyſica, quia Timotheus, ſtudiis ſacris operatus, ſpiritus ſtomacho ſubduxit, ideò ſpiritu vini ſtomachus iterum confortandus. Sic vinum lac ſenum, quia in id vinum eſt creatum, ut exhilaret. 2. Quia in ſimili licuit Danieli edere panem deſiderabilem, Dan. 10. 3. Ex 3. Exemplis Sanctorum, Abrahæ, Joſephi, Joſiæ, Jer. 22. 15. agaparum, vid. Corn. à Lap. ad Judith. p. 109. ſed ὡς δεῖ, intra legem conſcientiæ, quæ dictitat, quantum ſalva ſanitate & ratione bibendum, cum gratiarum actione, ſicut Job. Job. 1. 5. & precibus, ne voluptas ſit τὸ οὗ ἕνεκα, ac ideò poſt actos labores horum coronis. Contrà Ebrietas & abuſus in luxu mater flagitiorum, præſertim libidinis, aſotiæ, Eph. 5. Luc. 15. 13. quæ non σώζει, tuetur bona fortunæ, non bona animæ, Sp. S. & ὑγιείαν, non bona corporis, ſanitatem. Exempla ſunt Antediluviani, Sodomitæ,

mitæ, qui biberunt, non ſicut Joſias, Jer.22. ſed ut μοσχολάτραι, Exod. 32. biberunt ut pecora, ἐκ ἐγνώσαν, cum rationis jactura & precum impedimento, & onere cordium. Luc.21. ut Epicuræi Sap.2. biberunt copioſè, precioſè, furioſè, uti Epulo.

Q. 6.

An homo Orthodoxus, ſive habitans inter Pontificios, ſive per ipſorum ditiones iter faciens, poſſit debeatq́ tempore jejunij abſtinere à carnibus, ne offendiculo ſit Pontificijs.

Variant hic ſententiis Theologi. Certiſſima videtur ſententia, nihil hac in parte concedendum eſſe Pontificiis. Nam primò: Jejunia Pontificiorum plane impia ſunt; Jam verò Spiritus DEI rotunda aſſertio eſt, *ne trahamus jugum cum infidelibus* 2.Cor.6. 14.15.16. *Sed ut anathema dicamus cuivis doctrinæ alienæ ab Evangelio Chriſti.* Galat. 1. v.8. Secundo. Spirituum deceptorum & Dæmoniorum certa nota eſt delectus ciborum, teſte D.Paulo 1.Tim.4. v. 1.2.3.4. Quocirca, qui in gratiam Pontificiorum abſtinet tempore jejunii Pontificii à certis cibis, hoc ipſo teſtatur, ſe probare deceptricem doctrinam, & quæ Dæmones ipſos habet autores. Tertiò: clara Spiritus DEI vox eſt, *omnia munda eſſe mundis.* Tit.1. v.15. & quod ingreditur per os non inquinare hominem, Matth.15. v.11. Qui itaque abſtinet à certis cibis, ut Pontificiis placeat, præfert edicta hominum divinis mandatis, atque ita homines majoris facit, quam DEUM & Chriſtum, Matth.10. v.57. Quartò: Qui res in ſe differentes urgent ut neceſſarias, his Chriſtus eſt inutilis, monitore Paulo, Gal.5. v.1.2. Quapropter qui abſtinentiam à certis cibis æſtimat, ut cultum DEI ſingularem & ad ſalutem neceſſarium, excidit gratia ipſi à Chriſto parta. Sed obſtare videtur noſtræ aſſertioni D.Paulus, cujus hæc ſunt verba, Rom.14. v.14. 15.21. *Si propter cibum tuum frater tuus contriſtatur, jam non ſecundum charitatem ambulas: noli cibo tuo perdere illum, pro quo Chriſtus mortuus: Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, neq́ in quo frater tuus offenditur, aut infirmatur.* Et 1.Cor.8. v.13. *Si eſca offenderit fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.* Verùm loca illa Pauli,

 planè

Digitized by Google

planè non faciunt ad noſtrum inſtitutum. Etenim Paulus agit de infirmis fratribus, hoc eſt iis, qui idem nobiſcum ſentiunt de fundamentalibus religionis Chriſtianæ capitibus, in rebus tantum adiaphoris, ſeu indifferentibus, à nobis diſſidentes. Cujusmodi non ſunt Pontificii: quippe qui (1) in ipſo religionis Chriſtianæ fundamento à nobis quam graviſſimè diſſentiunt, 2. Delectum ciborum ut rem neceſſariam fervidè propugnant. Cujusmodi hominibus ne ad momentum cedendum eſſe, clariſſimè docet Dei Spiritus. Gal. 2. v. 4. 5.

Q. 7.

An neceſſariò obligati ſint Chriſtiani obſervare quovis anno ſtata jejunij tempora?

Pontificii ſervari jubent à Chriſtianis ſtata jejunii tempora: quod adverſari libertati Chriſtianæ, & vero jejuniorum fini, argumentis, quæ ſubjungemus, efficaciſſimè evincemus. Primò urgemus indifferentiam dierum, Coloſſ. 2. v. 16. 17. *Ne vos judicet quiſquam ob cibum aut potum, aut ἐν μέρει ἑορτῆς, quæ ſunt umbra rerum futurarum, corpus autem Chriſti,* Gal. 4. v. 10. 11. *Dies obſervatis & menſes & annos: vereor ne fruſtra fatigatus ſim apud vos.* Quibus & ſimilibus teſtimoniis clarè docetur, diem non eſſe dignum præ die, qui jejunio & ſimilibus religioſis exercitiis colatur. Pontificii & inter eos Peresius, reſpondent, damnari dictis à Paulo adductis obſervationem dierum Judaicam. Concedo: ſed ita, ut addam, quod judaicent, qui aut ciborum aut dierum delectum curioſè obſervant. Deinde opponimus adverſariis veram jejunii naturam. Etenim non niſi triſtitiæ tempora expoſcunt jejunium. Unde & illud Chriſti, Matth. 9. v. 15. ſeq. *Unde non poſſunt filij thalami lugere, quamdiu cum eis eſt ſponſus. Aderunt autem dies, quum tolletur ab eis Sponſus & tunc jejunabunt.* Quæ etiam cauſa eſt, cur jejunium, planctus & afflictio animæ jungantur in ſcripturis, Pſ. 35. v. 13. & 69. v. 11. Joel. 2. v. 12. Quocirca cum iiſdem temporibus, idem non recurrat luctus, non poſſunt, nec debent ſtata ſervare jejunii tempora, vel ipſo Chriſto monitore, Matth. 9. v. 15. quippe qui docet, abſurdum eſſe, lætis temporibus jejunare. Fruſtra objiciunt adverſarii

ſtata

ſtata jejunii apud Judæos tempora. Nam nos ab iſtis Ceremoniarum Moſaicarum obſervationibus liberati ſumus, Col.2.v.16.17. imò qui iſtas ceremonias, tanquam neceſſarias, jam obſervare volet, huic Chriſtus non eſt utilis, teſte Paulo, Gal.4.10.11.

Q. 8.

An corrupta ab alio ſit repudianda?

Gueinz. part. III. div. Evang p. 216. *Non videtur*: 1. quia nec Joſeph repudiavit ſuam, Matth.1.19. 2. Nimium ſerò accuſat maritus mores in uxore, qui illos ducendo tacitè probare videtur, ſi uxor. 13.§.fin. ff. ad L. Jul. de adult. l. cùm mulieres 47. ff. ſolut. matri. prius explorare debuiſſet. 3. Si propter animi labes uxorem ductam quis repudiare non poteſt, c.2.X. de divort. neq etiam propter corporis vitia eam debet: prius verum ex l. penult. circ. fin. C. de repudiis, & c. 19.c.1. etiam in Jure Canonico c.2.X. de divort. ſiquidem matrimonium, quod ſubſequitur, omnia purgat c. ſuper. X. de eo qui cogi, conſang. Gloſſ. c. venient ad nos X. de ſponſal. Weſenbecius de ritu Nupt. num. 8. 4. Et in c. unica in fine 205. q. 1. expreſsè habetur; qui ducit corruptam, quam putat eſſe caſtam vel virginem, non poteſt eam dimittere. 5. Si Sponſa Sponſum ob amiſſum pudorem repudiare nequit c. 23. q. 6. neque Sponſus Sponſam: Siquidem quod quiſque juris in alium ſtatuit, eodem ipſe utatur, ff. l. toto tit. & conjuges ad paria judicantur c. 32. q. 1. & 5. 6. Habemus exempla in factis, ubi tale matrimonium contractum non reſciſſum, uti de Oſea c.1.2. conſtat, de Salomone, qui vitiatas ab aliis retinuit. 7. Si quis eum agrum, quem putavit uberrimum, ſterilem inveniat, non reſcinditur emtio c, 29. q. 1. *Videtur* 1. quia Scriptura vult, ut fœmina talis lapidibus obruatur, Deut. 22.21. 2. Quia Joſeph propterea commendatur, quod voluerit deſerere ſuam, uti habet Oſiand. Matth.1.19. 3. Jus Canonicum inquit: qui retinet adulteram fatuus eſt, c. dixit 32. q. 1. in Sponſa autem etiam adulterium committitur, l. ſi uxor §. divi. 3. ff ad l. Jul de adult. 4. Nulla eſt maritalis affectio, quia forma rei defuit Novell. Leonis 93 in fin. Et ut maritus cum polluta, ita amguis cum cane c præterea cum locum. X. de Sponſ. 5. Etiamſi quis mulierem emit pro virgine

 con-

contractus nullus ex l. emto 11. §. ſi quis ff. de actio. emti. Dolus enim malus vitiat contractum. Si legitimè probatur in judicio l. & eleganter ff. depoſiti. matrimonium autem eſt bonæ fidei contractus Jaſon §. fuerat. n.13. inſtit. 4. de actio. 6. Etiam ſcelera ſic manerent impunita, quod contra ll. & juſtitiam Gentil. lib. 6. de nuptiis c.13. Arumæus exercit. 2. q.15. 7. Etiam illa repudianda Sponſa, quæ vi de virginata arg. c. quemad. X. de jure, uti & propter vitia corporis etiam à juratis ſponſalibus recedere licet. At longè gravius quod ex violata pudicitia c. raptor. 27. q. 2. & ibi gloſſ. Cucus lib 5. inſtit. major. tit. 10. 62. Bocer. claſſ. 1. diſſ. 19. th. 78. ad finem. Kizzel. Synt. matrim. c. 8. theor. 13. lit. B. Speckhan. cent. 2. claſſ. 2. q. 2. Schneid. in inſtit. part. 4. de divortio q. an ratione erroris n. 59. c. 4. ſeqq. Reus. conſ. 5. Ad contraria 1. Fall. cauſæ, illa etiam virgo fuit & manſit. Unde admonitus ab Angelo non debuit deſerere. Hoc loco non de virgine quæritur, ſed de ſcorto. Et tamen voluit eam deſerere, niſi etiam admonitus fuiſſet, non retinuiſſet. Retinuit verò, cum non haberet cauſas ſuſpicionis certas. Ad 2. Fall. ſecund. quid. Si eam nimirum lenocinio adulteravit l. 47. ff. ſolut. matrim. aut ſi conniveat ad ejus ſtuprum, quam poſtea duxit. l. ſi uxor. 13. §. in fin. ff. ad L. Juliam de adult. ſecus verò, ſi non probavit. Etenim alteri fraus ſua prodeſſe non debet l. 1. ff. de dolo malo. Ad 3. Fall. cauſæ alia ratio labium animi, quæ emendari poſſunt, ſed vitium corpori illatum non itidem. l. un. in fin. C. de rapt. virginum, & plura ſunt conjuncta, quia corpus corrumpi nequit, niſi prius animus c. non poteſt 32. 4. 5. Ad 4. Jus Canonicum hac in parte liberum relinquit, nec cogit. Penes Papam quidem eſt mandandi autoritas, ſed alios manet obſequendi neceſſitas C. c. Eccleſia 7. Mariæ X. de conſtit. &c. quamvis 21. diſt. c. cuncta 9. q. 3. Error enim eſt, non ſimplicis qualitatis, ſed ſubſtantialis, Hemming. in tract. de matrim. Ad 5. petitio principii. Nam omninò poteſt accuſare auth. ubi Salicetus & Dd. C. de repudio & à viro penitus abſtinere. Novell. 117. c. 9. Carol. conſt. V. art. 120. quia æqualia delicta æqualibus pœnis punienda l. viro atque uxore ff. ſolut. matrim. quomodo tol. Ad 6. Fall. Cauſæ, illi retinuerunt quod ipſis integrum, ſed tamen potuiſſent, ſi voluiſſent, repudiare. Sunt præterea conſilii ff. de R. I. conſilium non eſt neceſſitatis

c. quod

c.quod præcipitur 14 q.1.l.2.in fin ff.mandati. Et facti talia exempla, non juris. Ad 7. Fall.conſ. Nullum ſimile idem, & tantum dicit ex parte c. cauſis X. de re judi. ex quo nihil referri poteſt l. Papinius ff.de minori 25.annis.l.penul.ff.de pactis.

Q. 9.

An cognatio Spiritualis jure numeretur inter impedimenta Conjugij.

Cognationis ſpiritualis nomine intelligitur à Pontificiis affinitas inter baptizantem, baptizatum & baptiſmi teſtes. Et hanc cognationem impedire conjugium Bellarm. aſſertio eſt l. de Sacr. Matr tom 3.c.30 Col.1438. ita ut baptizans, & baptiſmi teſtes non poſſint conjugium contrahere, aut cum baptizato, aut cum baptizati patre vel matre: quæ eſt rotunda Concilii Tridentini aſſertio, ſeſſ.24. c.2. T.5.con. p.472.a. quæ ſcholæ Pontificiæ theſis non poteſt nobis probari: tum quia caret ſcripturarum auctoritate: tum quia omni deſtituitur fundamento: tum denique quia hoc argumento conficeretur, non licere ulli Chriſtiano coniugium inire cum homine ejusdem religionis, idque quia omnes Chriſtiani, regeniti per baptiſmum, ſunt ſpirituales fratres & ſorores. Cæterum Trullenſis ſive ſextæ Conſtantinopolitanæ Synodi can. 53. vol.5. Concil. p. 401. a. hanc affert cauſam ob quam neceſſitudo ſpiritualis impediat coniugium: Nimirum quia ſpiritualis coniunctio maior eſt carnis ac corporum conjunctione. Quocirca cum carnis propinquitas impediat coniugium teſte Jehova Levit. 18.& 20. quidni impediet coniunctio ſpiritualis, quippe, quæ multo arctior eſt? Cui argumento ſi ullum ſtatuendum eſſet pretium; non liceret ullo Chriſtiano ducere fœminam eiuſdem ſecum religionis: Nam ſumus omnes membra unius corporis Chriſti, & ſinguli, qui fide inſiti ſumus Chriſto, unum ſumus in Chriſto.

Q.10.

An donum continentiæ à DEO petendum?

Pontificii quidem promiſcuè & ſine diſcrimine hoc donum petere jubent, cuiuscunque ordinis & conditionis homines, licet

aliis in rebus dubitare jubeant precantes, num preces ipſorum ſint exauditæ: hoc tamen in genere eos certos eſſe volunt, DEUM hoc donum petentibus ſe non denegaturum, ut videre eſt inter cætera ex Concil. Trident. ſeſſ 8. can. 9. unde Bellarminus ſcribit, *neminem eſſe, qui continere non poſſit, ſi velit, modo remedia neceſſaria non negligantur, vid. licet, oratio, jejunia & periculorum evitatio*, lib. 1. de Monach. c. 21. Sed hoc pacto conſcientiis non conſulitur. Certum enim eſt, donum continentiæ eſſe non ex vulgaribus DEI beneficiis, quæ omnibus obtingere poſſunt, ſed ſingulare, quod non omnibus conceditur, perinde ac donum prophetandi, miracula edendi, variis linguis loquendi, non eſt datum omnibus, ſed iis qui vocationem à DEO habent, in qua dono iſto carere non poſſunt. Idcircò Chriſtus, cum de dono continentiæ ageret, addit: *Non omnes capiunt verbum hoc, qui poteſt capere capiat*, Matth. 19. *unusquiſq; proprium donum habet, alius quidem ſic*, 1. Cor. 7. v. 7. Neque ſemper hic proficiunt jeiunia, periculorum evitatio, exercitia corporis. Etſi enim his & ſimilibus adminiculis externam corporis contaminationem, per DEI gratiam, evitare poſſumus, non tamen facilè exſtinguuntur interna animi incendia, quibus adhuc æſtuantibus, deperdita eſt virginitas, quam Paulus noſter in corpore & Spiritu conſiſtere ſcribit. Conquerebatur utique Hieronymus in Epiſtola ad Euſtochium de libidinum ſuorum incendiis, quæ ebulliebant, licet ipſe corpus ſuum inedia ita maceraſſet, ut vix oſſibus hæreret. Idcircò ſcripſit Paulus 1. Cor. 7. 9. *nonnullos continere non poſſe*, quibus proinde ſecundas etiam nuptias concedit, ut remedium libidinum. Neque verò oratio donum continentiæ omnibus impetrare poteſt. Certiſſima enim regula eſt, nihil eſſe petendum à DEO extra vocationem & contra verbum, & voluntatem ejus. *Si quid enim petierimus ſecundum voluntatem ejus, audit nos.* inquit D. Johannes 1. Joh. 5. 14. Jam verò quemadmodũ voluntas DEI non eſt, ut omnes prophetent, aut miracula edant, ita voluntas DEI etiam non eſt, ut omnes donum continentiæ habeant, & in cœlibatu vivant: *Non enim omnes capiunt verbum hoc*, ait Chriſtus, Matth. 19. & repugnaret talis voluntas inſtitutioni conjugii, cui adnexum eſt mandatum: *Creſcite & multiplicamini*, Gen. 2. & 9. Idcircò temerarium eſſet, à DEO petere hoc donum, cum aliud habeas,

beas remedium caſtè vivendi, & libidines reſtinguendi, ſi nimirum vivas in coniugio, quod *τίμιον* & *ἀμίαντον* vocatur ab Apoſtolo Hebr. 13. verſ. 4. & officina caſtitatis eſt multarumque aliarum virtutum, propter ordinationem, ſanctificationem & benedictionem DEI. Quod ſi verò vocationem habes à DEO, in qua præſtanda eſt continentia, tum demum tempus eſt, ut eam precibus impetres: tales enim preces ſecundum voluntatem DEI, qui te in iſta ſtatione collocavit, funduntur. Eiusmodi verò vocationem habent 1. qui juſtam ætatem ad nuptias nondum ſunt aſſecuti. 2. qui de neceſſaria ſui & ſuorum ſuſtentatione nondum proſpexerunt. 3. qui ratione officii domo abeſſe coguntur. 4. qui diuturno coniugis morbo vel abſentia, quaſi in viduitate vivunt. 5. qui obitum coniugis propter honeſtatem & leges publicas ad tempus coguntur lugere. Hi & ſimiles habent vocationem à DEO: non enim ſponte ab uſu coniugis ſe abducunt; ſed ita volente Domino: à quo etiam petant donum continentiæ, nec polluant ſe impuris cogitationibus, aut occultis peccatis aliis, ſed corpus ac animum caſtum conſervent, donec, juvante Domino, ex iſta, quaſi viduitate ſua eluctati fuerint. Et hi demum ſpem certam habere poſſunt, DEUM id quod petunt, ſibi non denegaturum: facit enim Dominus voluntatem timentium ſe Pſal. 145. Eiusmodi verò vocationem à DEO non habent juniores viduæ, quarum vocationem conſignavit Apoſtolus 1. Tim. 5. 14. *volo, ut juniores viduæ nubant.* Neque miniſtri Eccleſiarum, quorum vocatio extat 1. Tim. 3. 2. *Oportet Epiſcopum eſſe unius uxoris virum*: neque nubiles puellæ, quibus Siracides mature *jubet proſpici de maritis*, Sir. 7. 27. quod ſi ergo talium perſonarum aliqua vel vovet, vel petit à DEO donum continentiæ præſertim ſub opinione perfectioris meriti, ea certè contra vocationem ſuam facit, ac graviſſimè peccat, dum medium caſtitatis conſervandæ à DEO deſtinatum, coniugium videlicet, contemnit.

Digitized by Google

Q. II.

An quis cum propria uxore adulterium committere poſſit, & quid de liberis, juxta propoſitum caſum procreatis, ſentiendum ſit?

Ad quæſtionis huius deciſionem obſervanda ſunt ſequentia: I. In foro interno eſt adulterium, ſaucians conſcientiam, quia actus internus efficax voluntatis benè vel malè agendi, opere ſanè, ob defectum opportunitatis, vel perficiendi facultatis, non completus, alioquin tamen certiſſimè perficiendus, æqualem bonitatem, vel malitiam eſſentialem & internam habet, ac perinde laudem ac vituperationem ſortitur, ac ſi opere completus eſſet: Nam *voluntas pro facto reputatur, ubi factum excludit neceſſitas.* Bernhard. Ep. 77. ad Hugonem de S. Victore. Quia tamen internus actus opere externo conſumatur, ideoque externo opere actus interni bonitas vel malitia extenſivè ac materialiter augetur, Gabr. Biel. in 2. d. 42. q. unic. in foro verò externo adulterium non ex propoſito, quamvis firmo, adulterandi, ſed ab actuali adulterii commiſſione denominationem ſortitur. II. Adulterium equidem eſt in oculis DEI, quoniam *quicunq; aſpexerit mulierem, ut concupiſcat eam, jam adulteravit eam in corde ſuo*, Matth. 5. 28. Non ita in oculis hominum. III. Diſtinguendum eſt inter animum adulterandi, qui ſe foràs non prodit, & accedentem connatum: Hic pœnæ politicæ ſubiacet, cum primis ſi conjunctus eſt cum violentia, falſa accuſatione, vel innocentis infamatione, ut ex Hiſt. Suſannæ v. 61. patet, add. Geneſ. c. 39. v. 14. 19. 20. ille verò ſecus. IV. Aliter ſe habet, quoad liberorum conditionem, adulterium ex propoſito cum alterius uxore commiſſo, aliter adulterium ex errore cum propria uxore intentum: Illud hunc habet effectum, ut liberi inde prognati ſpurii dicantur: Adulterium verò intentum, ſed actu ipſo alio cadens, ejusmodi effectum non habet, alias toties ſpurii procrearentur, quoties alteruter conjugium in actu matrimoniali, ſe cum alia perſona rem habere, intenderet, qua ratione familiæ ferè tot ſpurii, quot genuini liberi ſupponerentur. V. Ejusmodi autem cogitationes vagæ, imaginationes alienæ, & intentiones libidinoſæ, & fornicatiæ propenſiones, quibus ardentius indulgetur, tenello

Google

fœtui imprimantur, vid. Andr. Laurentius in Hiſtoria Anatomica l.8.quæſt.20.p.650.

Q.12.

An liceat in viri ſalutem, viro conſentiente, adulterare fœminam?

Reſp. Auguſtinus l.22.c.23. contra Fauſt. dicit: *Scrupuloſius diſputari poſſe, utrum illius mulieris pudicitia violaretur, etiamſi quiſquam carni ejus commixtus eſſet, cum id in ſe fieri pro mariti vita, nec illo neſciente, ſed jubente permitteret, nequaquam fidem deſerens conjugalem & poteſtatem non abnuens maritalem, &c.* id olim accidiſſe narrat tempore Conſtantini Imperatoris Antiochiæ. Ubi, cum Accindinus præfectus quendam ſervaret in carcere occidendum, quia libram auri, quam fiſco debebat, non haberet, unde ſolveret; uxor mariti charitate commota, unius noctis concubitum, ipſo conſentiente marito, vendidit diviti cuidam id anxiè flagitanti, ac libram auri pro mercede promittenti, ut eo pretio mariti vitam à præfecto redimeret. Quo facto Accindini explicato, liberum unicuique permittit Auguſt. æſtimare quod velit, quamvis in eam partem propenſior videbatur, quod id fieri non liceat. Qua in re mirum eſt talem ac tantum virum potuiſſe dubitare, cum ex Sacra Scriptura conſtet apertiſſimè, malum aliquod pœnæ nunquam eſſe redimendum malo culpæ, & vitam potius eſſe deponendam, quàm ut eam nobis aut aliis ſervemus, id facientes, ex quo DEUS offenderetur. Nullo modo itaque cenſendum eſt licitum eſſe adulterii remedium vel marito vel uxori, vitandæ alterutrius necis cauſa; quin potius mortem expectare convenit, imò verò ultrò expetere, quàm alterutrius caſtitatem prodere, ob cujus conſervationem multæ pudiciſſimæ fœminæ non ſolum ab aliis occidi ſuſtinuerunt, ſed etiam (quod tamen probare nolim) ſibi ipſis vim intulerunt, non ſolum inter Ethnicas, ſed etiam inter Chriſtianas. Euſeb. enim lib. 8. Hiſtoriæ refert, de Sophronia præfecti Romanæ urbis uxore, quod cum animadverteret, maritum metu mortis perterritum, prodidiſſe pudicitiam ſuam Maxentio Tyranno, cum prius defixis genibus DEUM oraſſet, tanquam pudicitiam ſuam Chriſto immolaturam, pectus coram eo ferro transfixiſſe: Cujus

Nnnnn exem-

" exemplum nonnullæ Sanctæ virgines ſequutæ ſunt poſteà, quæ
" martyrum Catologo ſunt adſcriptæ. Non negandum eſt gravem
" fuiſſe neceſſitatem, ſed tamen factum illud probari non poſſe, niſi
" quis recurrat ad motum extraordinarium & revelationem divi-
" nam, de qua tamen conſtare non poteſt. Quicquid ſit, ex talibus
" exemplis apparet, pudicitiam & honeſtatem, eſſe vitæ huic tem-
" porali præferendam. vid. Rivet. in Geneſ. Exerc. 73. in c. XII.

Q. 13.

An aliquis fratris ſui defuncti ſponſam ducere poſſit?

" Extra dubium eſt, non licere ducere fratriam, docente Je-
" hovah Levit. 18. v. 16. Quæſtio autem eſt de Sponſa fratris, con-
" jugio per carnalem commixtionem non conſummato. Beza lib. d.
" Divort vol. 2. pag. 87. & ſeq. Hemmingius tract de Conjug. 125.
" ajunt, uſi hoc fundamento, ex Auguſtino petito: Illa mulier, cum
" qua commixtio ſexus non docetur fuiſſe, non pertinet ad matri-
" monium. Sed adverſantur huic ſententiæ Joachimus à Beuſt.
" & Profeſſores Theologi Academiæ Roſtochienſis, in cenſura ſua
" de hac quæſtione anno 1626. referente Dedekenno tom. 3. Conſil.
" 351. 352. Fundamentum aſſertionis eſt, & quidem ſolidiſſimum:
" Sponſum judicio DEI, maritum cenſeri, ac ſponſam pro uxore
" haberi Devt. 27. v. 24. Matth. 1. v. 19. 20. ac Sponſam violantem fidem
" datam, adulteram judicari, ac eâdem affici ſponſam proſtituentem
" ſe pœna, qua in adulteras animadvertitur Deut. 23. v. 24. Hoſ. 4. v. 13.
" Sponſalia itaque ac ea propter ſequi videtur, non licere, ut quiſ-
" quam ducat fratris defuncti ſponſam, cum fratriam ducere non ſit
" permiſſum Lev. 18. v. 16. Brochm.

Q. 14.

Georgij Zurlini literæ ſub dato 24. Junij 1642. quærunt: An viduus ἔπικυ uxoris ſuæ & defunctæ fratris filiæ imprægnator & ductor ſit inceſtuoſus. 2. an hæ nuptiæ ſint ſolvendæ. 3. an niſi ſolvantur, in ſtatu gratiæ, vel capax gratiæ eſſe poſſit?

Reſp. Si ut nodus gordius gladio fuiſſet ſectus, h. e. Magi-
ſtratus

ſtratus atrociori, quàm mulctæ pecuniariæ & carceris pœna notaſſet, dubium faceſſeret. Nunc ad quæſitum: Eſt inceſtus lege divina prohibitus, quia 1. eſt caro carnis meæ. 2. eſt eadem proportio & gradus cum uxore patrui, tantum differentia eſt in ætate. Quia 3. in remotiori gradu prohibitum, Heshuſius in confutatione cenſuræ illius Hoffmannianæ refert, quendam Zaſevitzium in Archiepiſcopatu Mageburgenſi gloris ſuæ filiam matrimonio ſibi copulaſſe. Cumque miniſtri Eccleſiæ Halenſis illud non tantum improbarent, ſed etiam ad uſum Euchariſtiæ eum admittere recuſarent, priusquam ab illicita illa commixtione abſtineret, in celebrem quandam Academiam profectus, reſponſum impetravit, conjugium hoc non eſſe diſſolvendum. Superintendente autem Halenſi ejusdemque in Miniſterio Symmyſtis nihilominus in ſententia ſua perſiſtentibus, conjugium hoc illicitum eſſe, Lipſiam cogitans, ut aſſenſum Conſiſtorii & Scabinatus impetraret, è curru delapſus cervicem fregit, & hac ratione quæſtioni finem impoſuit.

Q. 15.

An Lothi & filiarum inceſtus poſſit quodammodo excuſari?

" Vivaldus in Candelab Supplem. c. 5. de lege æterna pag. 250.
" *Credamus filias Lothi Spiritus Sancti impulſu & motione impulſas fuiſſe.*
" Joſephus, Chryſoſtomus, Ambroſius &c. filias Lothi à peccato
" excuſant. 1. quia peccarunt ex ignorantia invincibili. 2. quia ſi
" illæ ſolæ manſiſſent ſuperſtites, licitum ipſis fuiſſet patri nubere
" ad ſervandum genus humanum. Irenæus lib. 4. cap. 51. pag. 287.
" allegoricè hunc inceſtum explicat. Sed rectius dicitur, & Lothum
" & filias graviſſimè peccaſſe. Interim Lothum mœror ſingularis,
" ſenilis ſtupor, laſſitudo corporis, ebrietas involuntaria, profun-
" dus ſomnus, filias falſa opinio de interitu omnium regionis illius
" incolarum, deſiderium prolis & muliebris imbecillitas ex parte
" excuſant. Aug. lib. 22. contra Fauſtum c. 44. *peccavit*
" *Loth non quantum meretur inceſtus, ſed illa*
" *ebrietas.* Ex Gerh. in Gen. p. 404.

Q. 16.

Eſt, qui cum fœmina aliqua ſponſalia celebrat, ſed poſt ſponſalia concumbit cum ſorore iſtius ſuæ ſponſæ, conſummat matrimonium cum ſua ſponſa, & cum ea aliquot liberos progenerat, quæritur, an propter coitum priorem cum ſorore ſuæ uxoris hi liberi, in matrimonio prognati, inceſtuoſi dicendi ſint?

Inceſtuoſi non ſunt, quia I. ſunt in legitimo matrimonio à parentibus, conſanguinitate & affinitate, matrimonium inhibente, non conjunctis progenerati: Inceſtuoſi autem liberi illi ſunt, quorum parentes ea conſanguinitate, & affinitate ſunt conjuncti, quæ jure divino, & naturæ matrimonium inter iſtas perſonas, ita conjunctas, non admittit. Per conſenſum enim, in ſponſalibus editum, jamdum matrimonium inter iſtorum parentes initum erat, poſt quod coitus iſte inceſtuoſus cum ſponſæ ſorore contingit, ex quo ſi liberi progeniti eſſent, inceſtuoſi meritò dicerentur. II. illud quod juxta ordinem Dei prius conſtitutum eſt, non poteſt, nec debet tolli per illud, quod poſtea contra ordinem DEI fit. Sunt tamen, qui contenderunt, liberos iſtos inceſtuoſos eſſe, idq; hiſce rationibus 1. Quivis prior, etiam fornicarius & adulterinus, coitus introducit affinitatem, per quam uni ita coeuntium inhibetur matrimonium cum fratribus, ſororibus &c. alterius coeuntis, e.g. Anaſtaſius per fornicationem carnaliter cognovit Annam, ergò ex fornicatione iſta talem affinitatem contraxit cum Margaretha, Annæ ſorore, ut eam non poſſit in uxorem ducere, niſi in inceſtu vivere velit. Eodem modo, qui ſponſæ ſuæ ſororem prius, quam ſponſam ſuam carnaliter cognoſcit, per fornicationem iſtam fit affinis ſponſæ ſuæ, ut eam non poſſit in uxorem ducere. Si de facto eam ducit, inceſtum committit. Ex inceſtu autem non niſi inceſtuoſi liberi progenerantur. Reſp. 1. procedit de eo coitu priore, quem ſponſalia vel nuptiæ non anteceſſerunt: Non de eo, qui ſponſalia vel nuptias ſequitur, conſuetudinem tamen matrimonialem prævertit. Ex hoc ſi eſſent liberi, utique inceſtuoſi meritò dicerentur. Conſenſus enim, non coitus, facit nuptias. Conſenſus autem editur in ſponſalibus & nuptiis. Sic Jacobus, à ſoce-

Digitized by Google

à ſocero ſuo deceptus, concumbit cum Lea, ſuæ ſponſæ ſorore, ſuppoſita, de jure, non obſtante priore coitu, ſuam, ſibi legitimè deſponſatam, Rahelem, ſine metu notæ liberis inde naſcituris inurendæ, poſtulare potuit, ex ſententia Lutheri ſuper Gen. cap. 29. Inſtes: Quid ſi quis fœminam prius cognoviſſet & poſtea ſororem iſtius fœminæ matrimonio ſibi jungeret, an tum liberi iſti, ex hoc matrimonio prognati, inceſtuoſi dicendi? Reſp. Nefas eſt, ut quis tum hoc matrimonium appetere auſit. Si tamen de facto tale quid contigerit, macula patris liberis adhærebit, dandum tamen nonnihil eſt favori matrimonii, in cujus gratiam, quicquid ſine conſcientiæ læſione tegi poteſt, non detegatur, qua de re alibi ex profeſſo. II. David decem concubinas ſuas, cum quibus Abſolon, filius ipſius, concubuerat 2. Sam. 16. 21. tradidit in cuſtodiam, & cum eis non congrediebatur, ſed manebant revinctæ viduatu uſque ad mortem 2. Sam. 20. verſ. 3. Reſp. Non abs ratione David iſtas ſuas concubinas à ſe remotas eſſe voluit, ut publicè deteſtationem hujus ſceleris teſtaretur, ſcandalum averteret, calumnias amoliretur, factum Abſolonis non approbare videretur, neve illę, inceſtu pollutæ, eodem ſanguine, quo ab Abſolone, à patre itidem irrorarentur. Sed hoc non probat, quod liberi in propoſito caſu inceſtuoſi dicendi ſint, ſed tantum, quod conjunctio cum iſtis perſonis, quæ pari modo ſe habent cum concubinis Davidicis, declinari debeat. III. Gen. 38. v. 26. legitur de Juda, quod cum nuru ſua Thamare, poſt rei cognitionem, non amplius concubuerit. Reſp. Nec debebat, nec poterat ſine inceſtu, quia erat nurus, quæ duos filios Judæ maritos habuerat, & tertio jam dudum in uxorem promiſſa erat; ſed quid hoc ad illud: An liberi ex matrimonio, undiquaque legitimè inito, per ſubſequentem inceſtum à patre cum matris iſtorum liberorum ſorore commiſſum inceſtuoſi dicendi ſint? IV. In caſu propoſito maritus debitum conjugale uxori, cujus ſororem prius cognovit, reddere tenetur, ſed à ſua conjuge repoſcere nequit. Reſp. Paulus 1. Cor. 7. 3. Conjugibus utrinque & utrobique æquale jus debitam gratiam reddendi & repoſcendi ſtatuit. Quapropter nefas eſt, ut conſcientiæ, diverſitate juris, reddendi & repoſcendi debitum conjugale, turbentur, qua de re alibi.

Q. 17.

An adulterium, vel inceſtus committi poſſit ab una parte, non commiſſo adulterio vel inceſtu parte altera?

" Peccavit Loth, ait Auguſtin. l.22. contra Fauſt. cap.44. non
" quantum meretur inceſtus (quem ebrius, & ſui impos, præter o-
" mnem opinionem & ſuſpicionem, admiſit.) ſed illa ebrietas, quæ
" puellis audaciam injecit, ut ad patrem accederent, & cum eo con-
" cumberent, c. inebriaverunt 15 q 1. Ob conjugis, omniumque bo-
" norum privationem conſternatus Lothus paulo largius ad lenien-
" dam mœſtitiam bibit vinum, quo tamen ſe inebriatum iri, non
" putavit. Sed vinum, ipſi forſan inſuetum, & opinione fortius,
" mox cerebrum, anguſtia, pavore, & itineris feſtinatione debilita-
" tum, occupavit & oppreſſit: Triſtes enim ilico capiuntur vino.
" Ita temulentia victus, uxorem ſuam ſibi accubare arbitratus eſt,
" immemor, illam in ſtatuam ſalis converſam fuiſſe, atque ex igno-
" rantia & præter propoſitum inceſtum committendi, patravit id,
" quod ſobrius, ſciens & ex propoſito non patraſſet. Secunda tamen
" ebrietas Lothi, qui jam ex priori actu vini potentiam expertus fu-
" erat, minus à culpa excuſari poteſt. Sed quis, adeò afflictus, o-
" mnia proſpicere poteſt? Putaverint ſanè filiæ Lothi, omnes mor-
" tales conflagratione iſta extinctos eſſe, ut à patre audiverant, di-
" luvio periiſſe, & aliquando incendio mundum periturum (juxta
" Origenis ſententiam) ſeque ſolas cum patre ſuperſtites relictas
" eſſe, unde ad reparandum genus humanum ſibi licere commiſtio-
" nem cum patre, ſicut olim Eva, quamvis ex coſta Adami deſumta,
" ejusque adeò quaſi filia, ipſi Adamo, & Adami liberi inter ſe co-
" pulati fuerint. Ita Joſeph. Chryſoſt. Theodor. & Ambroſ. l.1. de
" Abraham. c. 6. filias Lothi excuſant: Sed tamen ignorantia hæc &
" error erat vincibilis, tempore vel patre docente, deponendus,
" easque à congreſſu cum patre reverentia naturalis abſterrere po-
" terat, vid. Aug. l 22. contra Fauſtum c.42. & 43. Luth. in cap. 19. Ge-
" neſ. fol. 240. 6. Juda (Gen. cap. 38. v. 16) ingrediens ad nurum ſuam
" Thamarem, peccavit ſimplici fornicatione: Non enim agnoſce-
" bat ſuam nurum, & ipſe eo tempore matrimonio ſolutus erat v. 12.

Tha-

Thamar verò peccavit fornicatione, adulterio, (quia Selæ, filio Judæ deſponſata erat v.11.) & inceſtu, quia agnoſcebat Judam, ſocerum ſuum. Chryſoſt. & Theodoretus, non laudant hoc factum, ſed facti intentionem in Thamare, quæ non libidinem, ut Judas, ſed prolem, intendebat, & referunt ad DEI promiſſionem & directionem, quâ factum eſt, ut ex fornicatione naſceretur Phares, & ex Phares Chriſtus Matth.1.v.3.16. Luc.3.v.13.33. vid. Luth. in Geneſ. 525. b. 526. a. Sic DEUS reſpexit ignorantiam Abimelechi, Regis Gerarenſium, qui Sara, uxore Abrahami, quam ſororem ipſius eſſe putabat, abuti cogitabat, eumque pronunciavit innoxium, ab adulterio, ſed non ab injuria, quia Saram invitam cupit pro imperio, ita illum Gen.20.v.6. affatus: Ego ſcio, quod in integritate cordis tui feceris hoc, vid. c. nemo 32.q.4. Pari in caſu Jus Canonicum crimine abſolvit virum, qui cum uxoris ſorore concumbit, quæ lectum ipſius ingreſſa, & uxor eſſe ipſi viſa fuit, c. in lectum 34. q 1. c. 1. § quod autem, 29 q.1. Idem ſtatuit de ea, quæ viro nubit, quæ cœlibem eſſe putat, quum aliam uxorem habeat, c. ſi virgo, 24. q. 1. Sic Papinianus mulierem abſolvit, quæ, vi compreſſa, marito ſcelus non ſtatim præ pudore revelavit l. vim paſſam de adult. Quin & imperator famam caſtæ matronæ ſartam tectam ſervari vult l. fœdiſſimam C. de adult. Conſentit Auguſt. l.1. de Civit. DEI c.25. dum ſcribit, *virgines, vi ſtupratas, vim quidem corpore pati, animum tamen ipſorum impollutum & intemeratum manere.* In foro etiam externo is, qui alterum pro altero hallucinatus capit, cum in animo non habeat, quenquam lædere, excuſationem meretur l. 3. §. fin. & l. ſeq. ff. de injur. l. unic. C. de emend. ſervor. Concludendo dicimus: à parte nocentis & ſcientis eſt formaliter; à parte verò innocentis & ex invincibili ignorantia tale quid committentis eſt materialiter duntaxat adulterium & inceſtus.

Hæc Steuber.

DISPU-

DISPUTATIO DECALOGICA DECIMA SEPTIMA.

DE PRÆCEPTI SEPTIMI PARTE PRIMA.

לא תגנב

Οὐ κλέψεις.

LXX. *Non furaberis.*

Du ſolt nicht Stehlen.

§. I.

ORdinariæ & hactenus uſitatæ methodi memores quatuor capita iterum in hoc præcepto obſervamus. I. *actum prohibitum* in verbo גנב à גנב quod propriè eſt *clam ſubducere*, quo ſenſu Laban Jacobo exprobrat, quod furatus eſſet cor ipſius Gen. 31. 26. id eſt, ut optimè *Pagninus* exponit, *opinionem Labanis, quatenus clam ipſo, ipſo inſcio aufugerat*, Sic Abſalon dicitur furatus cor populi (id eſt, bonum populi in patrem affectum, favorem) 2.Sam.15.6. conf.2.Sam.19.41. Prov.9.17. in Græcâ quoque linguâ κλέπτειν eſt quaſi καλύπτειν. Hinc Seneca in Herc. furent. Act.3 ſe tegmine ingenti clepit, id eſt, clypeo occultat, oculorum ſcilicet fure, de qua originatione Iſidorus lib.18. 12. & Serv. ad 2. Æn. adverſ. mutemus clypeos, &c. *Furis* itidem apud Latinos notatio ſimilis eſt, de fucis apum generi infeſtis, qui furtim mella devorant. Hinc Plaut. in Bachid. ædepol! feciſti furtum in ætate malum, qui iſthæc me celaſti Patrem. Hinc furta Veneris Laurent. Ramir. ad illud Martialis l.1. Epig.88. *deprehenſaq; furum*, notat, quodcunque vitium aut ſcelus quod cum cura tegitur

tur

tur, appellari furtum. Unde liquet in fronte ſtatim ſubtilia Lacedæmoniorum furta (de quibus hunc in modum Plut. in Lycurgo p.m.89. ſcribit: Adferunt autem ea furto, & ex hortis ſubrepta, vel ex virorum Syſſitiis, in quæ ſe clanculum, admodumque id acutè & aſtutè inſinuant, qui enim deprehenditur, ea flagro multa verbera ingeruntur, quod negligenter & imperitè ſit furatus. Cibos etiam, quoſcunque poſſunt furtim auferunt, diſcuntque in hoc ſcitè obſervare dormientes, aut ſua negligentius cuſtodientes: ſed deprehenſus plagis & inedia pœnas ſolvit) ſuâ ſubtilitate aciem judicii divini non ſubterfugiſſe, nec hodiè Zonarum ſectores impunè laturos, de quibus memorabile exemplum extat apud Staplet. in vita Thomæ Mori. cap. 13. Etſi enim ſana ratio intelligit furta craſſiora peccata eſſe, in occultis autem & ſubtilibus fraudibus conſcientiam alligari non exiſtimat: Ideò ſapientiſſimus Legislator omnem excipiendi rimam verbo גנב occludere voluit. Latius tamen pro omni rei alienæ ſublatione invito Domino, tàm apertâ quàm clanculariâ in hoc præcepto vocem accipi confirmatur I. *Ex regula bonæ* interpretationis, quæ ex minore majus, & contra colligere jubet. Quanquam clandeſtinum an apertum furtum majus ſit, non facilè quis dixerit. impudentius hoc, callidius illud. *Furti nominè intelligitur benè omnis illicita alienæ rei uſurpatio: non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit, ſed utique à parte totum intelligi voluit*, ait Auguſt. q. 71. Exod. II. *Ex Legis divinæ perfectione*, quæ non obtinebit, niſi etiam furta aperta ſint prohibita. III. *Ex collatione oraculorum aliorum* paulò inferius ad ſingulas furti ſpecies adducendorum. IV. *Ex ſanæ rationis aſtipulatione*, de qua hunc in modum Gellius lib. 11. c 18. quàm caſtè, ſcribit, & quàm religioſè à prudentiſſimis Viris, quid eſſet furtum; definitum ſit, prætereundum non puto: ne quis eum ſolùm furem putet, qui occultè aut clam ſurripit. adducit ibi verba Sabini, ubi inter alia, meminiſſe debemus, furtum ſine ullâ quoque attrectatione fieri poſſe, ſola mente atque animo, ut furtum fiat, annitente.

§. 2. Fundamentum hujus interdicti eſt fundata in jure naturæ dominiorum diviſio, *jure naturæ* dico (non poſitivo tantum humano ex Gentium libero, aperto tacitóve conſenſu inſtituto, eventuali poſt lapſum, ut corruptæ naturæ remedio.) Nam I. Le-

gem de furto eſſe juris naturalis ac moralis nemo facilè iverit infi- cias. Quod igitur nititur præcepto naturali & morali, id ipſum juris naturalis eſt & moralis ac perpetui. Diviſio bonorum nititur illo jure: inde enim atque ideò furari & concupiſcere rem alienam prohibemur, quia rerum proprietas hominis animalis ſtatui naturaliter competit. Finge in ſtatu innocentiæ omnia futura fuiſſe communia, nihil alienum, nihil proprium, tum fruſtra lex lata eſſet, de objecto alieno, quale nullum futurum erat. *Inſtat Rivet.* in explic Decal. p. 361. eſſe quidem furtum contra jus naturæ propriè dictum, non tamen inde ſequi, dominium competere alicui jure naturæ immediato: quemadmodum jus naturæ jubet ſuperioribus eſſe obediendum, quocunque tandem jure ſit ſuperior. Sic quamvis adulterium contra jus naturæ ſit, non ſequitur tamen electionem uxoris non eſſe ex libertate. Reſp. Diſtinguendo inter diviſionem ipſam in genere, & diviſionem in individuo, hujus vel illius boni, hæc pendet & pependit omni tempore ex inſtituto humano, ſicut & ſubjectio inferioris, (ſubditi, ſervi) & electio uxoris. Quemadmodum verò ſubjecto ipſa ſubditorum reſpectu ſuperiorum juris naturalis eſt, habitura etiam certâ ratone locum in ſtatu innocentiæ. Item conjunctio conjugalis naturalis eſt: Et quemadmodum abſurda eſſet lex de honorandis ſuperioribus, ſi in ſtatu innocentiæ ſuperiores nulli fuiſſent. Lex de conjugio ineundo, ſi aliæ uxores non fuiſſent: Ita Lex de non concupiſcendo naturalis eſt, ac eâdem abſurditate videretur laborare, ſi aliena bona nulla fuiſſent. II. *Dictamen rectæ rationis idem firmat*, quemadmodum naturale eſt & rectæ rationi per ſe conveniens in vita hominis animali conjugium, ob propagationem ſpeciei, & mutuum adjutorium, tametſi poſt lapſum tertius finis acceſſerit, remedium libidinis; Ita tametſi poſt lapſum acceſſerint fines alii diviſionem bonorum ſuadentes, ut remedia negligentiæ, rixarum: tamen erant adhuc alii fines ſtatui etiam innocentiæ competentes; quæ naturalem convenientiam aſſerunt, ut 1. ἀυτάρκεια familiarum, quas fateri neceſſe habent qui Politiam aliquam & Rempubl. in ſtatum innocentiæ collocant. Omnis enim, ait Ariſt. lib. 1. Pol. c. 2. Civitas eſt conjunctio non immediatè hominum, ſed immediatè plurium familiarum ſpecie differentium. Quid alioquin intereſſet inter domum & civi-

& civitatem? At εὐταξία familiarum ſupponit earundem proprietatem. 3. Exercitium virtutum liberalitatis & juſtitiæ commutativæ, quæ virtutes nulli ſunt uſui ac fruſtraneæ prorſus, ſi communio bonorum ullo in ſtatu hujus vitæ admittatur. 4. ἀρχῆς & amicitiæ conſervatio, qui finis maximè repugnat Platonicæ conjugum confuſioni, ſed ex qua ratione diſtinctio familiæ quoad conjuges, liberos, &c. rectæ rationi per ſe competit ac juris naturalis eſt, ex eadem etiam colligitur diviſionis bonorum neceſſitas. Ut enim ibi τὸ ἴδιον ἀγαπητὸν, & ideò amatur conjux, filius, &c. quia proprius eſt: Ita hîc res quoque impenſius curatur, quo magis propria eſt. 5. Diviſionis origo, quod apud omnes gentes obtinuit à primâ ſtatim origine ſine peculiari gentium conſenſu aut conventione receptum: id ex inſtituto non pendet humano, ſed ex ipſis juris naturalis poſitivè quaſi urgentis viſceribus. Atqui talis diviſio eſt bonorum. Certè in primis ſtatim mundi cunabulis citra deliberationem gentium, ex ipſâ naturâ fluxit, imò ex naturali inclinatione, ut diviſio artium, agriculturæ in Caino, & pecuariæ in Abele; Ita diviſio bonorum per iſtas artes tractandorum. Excipies gentes barbaras, Americanas, alias quæ ex naturæ dictamine comunionem fovent. Reſp. Τινα τῶν ἐθνῶν ἐξηγείωται, καὶ ὅτι φύσει θηριώδη, ἐξ ὧν ἐστέρηκε τὲς ἐυγνώμονας τῆς ἀνθρωπίνης καὶ ἀψευδέσας φύσεως, Porphyr. Quibus præſtructis cadit κοινοκτησία, & communio bonorum, eorum quæ ſub partitionem cadere poſſunt, Platonico-Anabaptiſtica. Omnis univerſim κοινοκτησία triplex eſt. *Supernaturalis, contranaturalis, & præternaturalis. Supernaturalis* eſt illa quam ſperamus in alterâ vitâ. *Contranaturalis,* monſtroſa, barbarica, beſtialis, eſt illa cui barbari melioribus moribus non politi aſſueverunt, quæ quidem naturalis eſt, quoad naturalia prima (ut diſtinguit Gell. XII. 5.) quo pacto homini naturale eſt vim vi repellere, generare prolem, &c. non item quoad naturalia ἑπόμενα, quoad naturam à Lege DEI & rectâ ratione caſtigatam. *Præternaturalis* & extraordinaria denique eſt communio ex aliis cauſis, maximè neceſſitatis ad tempus inſtituta, qualis fuit illa Actor. 5. quæ in Eccleſia ſola Hieroſolymitana obtinuit, tradente Auguſt. III. doctr. Chriſt. cap. 6. quæ agrorum & bonorum poſſeſſionem tantò potuit minoris facere, quantò certior fuit de venturis

ſuper Hieroſolymam calamitatibus & bonis in prædam hoſtium ceſſuris. Duo potiſſimum fuerunt quæ Platoni communionis τὸ συνιὸν ſuadere viſa ſunt. 1. *Rixarum evitatio* quæ è diviſione bonorum naſcuntur. 2. *Summa unitas & concordia* civium quam adjuvat communio. Ad I. Reſpondit olim Ariſtot l. 1. Pol. 2. id non fieri διὰ τὴν ἀκοινωνησίαν ἀλλὰ διὰ μοχθηρίαν, non ex proprietate, ſed improbitate, adeoque contentiones quæ è meo & tuo oriuntur, iniquas eſſe, juſtas contra quæ è communione naſcuntur. Quid enim juſtius quam de fucis aliena ad pabula aſſidentibus conqueri. Confer querelas è communione natas, quotidiè ad Pſeudo-Regem Sarcinatorem Leidenſem allatas apud Sleid. l. X. ad II. Iterum reſpondit præceptori diſcipulus l. cit. diſtinguendo inter unitatem abſolutam, ſimilem concentui univoco & verſui βάσιν μίαν ἔχοντι: & legalem ac harmonicam, quæ lege tanquam animâ civitatis diverſa hominum in unâ civitate genera ac ſtudia copulat. Priorem ut ineptam negat in civitate ſtare poſſe: poſteriorem aſſeverat ad unitatem ſufficere.

§ 3. *Objectum prohibitum eſt res aliena*, quæ explicatius in præcepto nono & decimo proponitur. Nulla hic exceptio ex materiæ parvitate, cujus peccatum inter venialia ex naturâ ſuâ refert Bellarm. lib. 1. de amiſſ. grat. & ſtat. pec. cap. 3. in fine. *Ex materiæ parvitate*, ait, *ea ſunt, quæ in re parva & levi committuntur, quale eſſet furtum unius oboli* (vel ut Guilhelmo Bailio lubet ſophiſticari, *unius* aciculæ, confer Molan. pract. tract. 2. c. 7. concl. 1. prop. 6.) *quod neq; proximum notabiliter lædit, neq; ejuſmodi eſt, ut apud æquos homines amicitiam tollere queat.* Nos quanquam gradus delictorum & nominatim furtorum non negamus (qui ſciamus bovis furtum atrocius eſſe, quam ovis ex Exod. 22. v. 1. non tàm ob quintuplicem bovis uſum, præ quadruplicis ovis, ut ineptè Thomas 1. 2. 105. art. 2. quam ob bovis præ ove. 1. precium, quem ſervo veteres compararunt, unde ad familiam poſt γυναῖκα, requirit Heſiodus, βοῦν ἀροτῆρα. 2. Jacturam majorem, bove namque ſpoliatus, inſtrumento arandi & conſequenter pane privatur, pane ſcilicet præ lacte neceſſario. 3. magnitudinem difficilius regendam. Valdè namque audacem oportet eſſe Cacum, qui bovem abigit, tamen omne furtum etiam rei minimæ revera mortale peccatum aſſerimus, quod

quod non tantum ſit præter, ſed & contra legem. Hinc Vaſquez in l. 2. Tom. diſp 145. c. 3. *Si, verbum otioſum, vel furtum parvum non eſſet contra præceptum aliquo modo, ſed præter illud, ſequeretur fore contra judicium rationis rectæ, neq; diſconveniens creaturæ rationali. Hoc autem eſt falſum. Rurſus, qui contra legem operatur, nec ei aliquo modo opponitur, potius videtur opus indifferens ex ſe operari, quàm peccatum: Ergò vel omnia peccata ex ſe dicemus eſſe mortalia, vel venialia etiam contra legem eſſe fatendum eſt.* Quid quod in re minima ſæpè maxima committi injuria queat. Melampum accuſat Calliſtratus, quod eos, qui templum extruebant, fraudaſſet ſemiobolis ſacris: quam enim reformidabit injuriam, qui tam exigui lucri causâ eſt injurius? Addimus adhortationem Philonis de Decalogo: Ἐκ πρώτης οὖν ἡλικίας ἐκδιδασκέσθω τις μηδὲ λάθρα τῶν ἀλλοτρίων ὑφαιρεῖσθαι, κἂν βραχύτατον ᾖ· διότι ἐγχρονιζόμενον ἔθος, φύσεως κραταιότερόν ἐστι, καὶ τὰ μικρὰ μὴ κωλυόμενα, αὔξεται, καὶ ἐπιδίδωσι πρὸς μέγεθος ἐπαυξανόμενα.

§. 4. III. *Prohibitionem ipſam* voce לא iterum propoſitam. Non furaberis. Eſt iterum ex præceptis negativis quod ſemper obligat. Excipit *Ameſius* l. 5. de conſc. c. 50. *ſeptem caſus* quibus ſine crimine furti aliena auferri poſſint. p. 400. 1. *Si quis rem alienam ſurripiat, ſine animo vel rem ipſam retinendi, vel uſum ejus aut poſſeſſionem pecuniâ æſtimabilem: ut ſæpè inter amicos per jocum fieri contingit. 2. Si ablatio rei alienæ fiat in pœnam, ab eo qui poteſtatem habet pœnam talem infligendi. 3. Si (abſq; [illegible] ſcandalo) fiat in commodum & utilitatem ejus, à quo aufertur: ut cum aufertur Enſis ab amente; & pecunia viri prodigi ab uxore provida, in familiæ ejus neceſſarium uſum. 4. Si fiat ex charitate, adverſus quàm injuſtè alter ſtomacharetur: ut ſi quis aleas alterius abjiciat, aut chartas corrumpat, ne ullo ſuo luſu vel peccaret, vel in periculum aliud incurreret. 5. Si fiat in recompenſationem certi & liquidi debiti, quod ordinariâ via juris recuperari non poteſt, modò ita fiat, ut damnum infamiæ & ſcandalum proximi vitetur. 6. Si probabilis ſit conſenſus, vel ratihabitio à quo aliquid aufertur: ut quando tam exigui momenti eſt, quod aufertur Patri à filio, viro ab uxore, &c. ut communiter pro nihilo habeatur* Deut. 23 24. 25. 7. *Si irrationabiliter cenſeatur* Dominus *invitus: ut in eis quæ [illegible] aliquis ex alieno, ad extremam & præſentem ſuam neceſſitatem ſublevandam, cui aliâ ratione ſuccurrere non poteſt. Hoc enim videtur eſſe ex jure naturali, diviſione rerum antiquiore & ſuperiore, quod jure*

humano, quo facta eſt diviſio rerum, non potuit abrogari: quo ſenſu non malè dicitur, omnia fieri communia extremâ neceſſitate. De quibus judicium noſtrum eſt partim aſtipulatorium, partim improbatorium. *In primo* furtum propriè non committitur, ſupponit enim definitio furti malitioſam ac injurioſam ablationem rei alienæ. *In ſecundo* iterum furtum non eſt, ſed actus juſtitiæ. Quo omninò referimus *ſpolia Ægyptiaca capta* ab Iſraelitis, nec invito Domino principali DEO, quo jubente id fecerunt Exod.3. v. ult. & prophetante Gen.15.14. Conf. Matth. 20.15. Neque Domino ſecundario, quia coram gratioſis Ægyptiis acceperunt, *qui donis Hebræos ornabant* (verba ſunt *Ioſephi* l.2. c.5.) *alij quo celerius diſcederent, alij propter vicinitatis conſuetudinem, atq; hoc pacto exitum eſt flentibus Ægyptiis & pœnitentibus ob præteritam malam tractationem.* *Cajetanus* obſerv. ad Exod. 12.36. verbum וישאלום ſignificare & *fecerunt petere eos*, ita ut quaſi induxerint ad petendum, ultrò & benignè offerendo & incitando ut libenter peterent. Nec ſecundò aliena, quia ea merces pro ſervitute ac laboribus debebatur à ſummo judice aſſignata, c.10 17. quod adverſus Marcionem Vet. T. DEO iniquum, urget. l. 2. Tertull. *Hoc fecerunt*, ait *Philo*, de vita Moyſis, *Hebræi, ut diuturni laboris neceſſariam mercedem reciperent: Deinde ut pro acceptis tempore ſervitutis injuriis, ſi non pro merito, ſaltem aliquid damni reponerent: Quæ tamen*, verba ſunt *Auguſtini* XXII. cont. Fauſt. 7. *Si Moyſes ſua ſponte feciſſet, profectò p*[illegible] At, *inquies*, commodato illa bona petierunt non in poſſeſſionem perpetuam, ſed temporarium & ſacrum uſum, ſaltem igitur fraudulenter egerunt. *Reſp.* In Hebræo non extare verbum de petitione commodati vel mutui, ſed verbum שאל generatim notare petitionem quamcunque. *Quanquam fieri etiam potuit*, ait Aug. loc. cit. *ne ſint aliæ cauſæ occultiſſimæ, cur hoc illi populo divinitus dictum ſit, ſed divinis imperiis cedendum eſt obtemperando, non reſiſtendum eſt diſputando.* dicente Apoſt. Rom. 11. *Quis cognovit ſenſum Domini; aut quis conſiliarius ejus fuit? Sive ergo iſta ſit cauſa quam dixi, ſive alia, quæcunq; in ſecretâ & abditâ diſpoſitione DEI lateat, cur per Moyſen illi populo dixerit, ut ab Ægyptiis ſibi commodanda peterent, quæ auferrent: Hoc tamen confirmo, nec fruſtra, nec iniquè dictum illum fuiſſe, nec licuiſſe Moyſi aliter quam DEVS dixerat facere, ut penes Dominum conſilium eſſe jubendi, penes familiam autem obſequium peragendi.*

In III.

Digitized by Google

In III. caſu iterum furtum non eſt, quia amens ac prodigus propriè ac de jure bonorum Dominus non eſt. Sunt qui ut *furtum Rachelis* excuſent Gen. 31. eandem cauſam prætendunt, voluiſſe ſcilicet filiam patri inſtrumenta Idololatriæ auferre, atque adeò ipſi commodare. Nos licet iſtam intentionem Rachelis fuiſſe negemus, (quæ ſciverit patri facilè eſſe alia Idola fabricare: debuerit ea fuiſſet intentio potius iſta idola in profluenentem abjicere, quam cuſtodire clàm marito) conjiciamus poſt alios alium fuiſſe ablationis ſcopum, ſeu 1. cautionis, ne à Teraphim rationem ſuſcepti itineris pater explorare poſſet, ut ominatur Aben-Ezra, conf. poſt Auguſtin. q. 44. in Geneſ. Selden. Syntag. 1. Dîs, Syr. cap. 2. Seu 2. cultus ut exemplo patris omnia felicia à cultu iſtorum Idolorum expectaret. Seu 3. avaritiæ ob materiæ precium: tamen ſi maximè ea fuiſſet intentio, excuſationem nihili futuram, quia nec jus habebat defraudandi patrem, nec clam marito id facere debebat. In IV. caſu itidem furtum non committitur, ſi qui jus in alterum habet: committitur, ſi ab alio qui jus non habet. In V. Non quidem committitur furtum, ſed peccatur tamen aliâ ratione, quia ſententia Legis adverſus ejuſmodi iniquum poſſeſſorem nondum eſt executioni mandata, ut in caſu non adeò dum diſſimili contendit Ameſius loc. cit. cap. 41. num. 7. In VI. caſu iterum furtum nullum eſt, ſi non tam probabilis, quàm ipsâ Lege divinâ mandata ſit ratihabitio, id quod de Lege Deuter. 23. verſ. 24. omninò aſſerendum, concedente non tantum bovi trituranti, hoc eſt, laboranti in vinea aut agro, vindemiatori aut meſſori conducto, ut exponit Emanuel Sa in annot. h. l. ſed & aliis, quam etiam ob cauſam non reprehenſi diſcipuli Chriſti, Matth. 12. v. 1. Vide Lorin. ad illum locum.

§. 5. Sed de ſeptimo caſu maxima controverſia eſt, quam in ſuperiori quadam exercitatione tantum tetigimus, hîc uberius explicandam. Quæſtio igitur eſt, *An in extremo neceſſitatis & famis caſu liceat homini privato aliquid auferre iniquo ac avaro Domino?* Homini *privato* dixi. Etenim quod Magiſtratui in tali caſu liceat, & quantum in avaritiam jus habeat, non diſceptamus. Fatemur enim avaritiam hominum in tali caſu caſtigari, & ſi neceſſitas ſumma ferat extra ordinem etiam aliquam temporariam bonorum communionem, vel certè ſtante proprietate communicabilitatem

tatem

Digitized by Google

tatem induci poſſe, cum eleemoſynarum elargitio, non tantum ſit pars ſpontaneæ libertatis, ſed etiam juſtitiæ, Prov. 11. v. 18. & 2. Cor. 8. v. 9. Vid. Glaſſ. tract. 1. l. 1. Phil. can. 35. pag. 122. Elegans locus eſt *Baſilij* orat. in illud, *Deſtruam horrea mea*; *at tu*, cum ſcribit; *nonne ſpoliator es, qui, quæ diſpenſanda accepiſti, propria reputas? Eſt panis famelici, quem tu tenes; nudi tunica, quam in conclavi conſervas; diſcalceati calceum, qui apud te marceſcit; indigentis argentum, quod poſſides; quocirca injuriam tot pauperibus facis, quot dare valeres.* Hac poſitâ limitatione in negativam inclinamus cum noſtris Dn. Doct. Gerhard. tom. de Leg. num. 170. & Meiſn. part. 3. Phil. Sob. ſect. 1. cap. 6. q. 2. nixi I. *Legis immutabilitate*, quæ, utpote nixa dominiorum diviſione, naturalis eſt ac moralis, ut ſupra traditum, & conſequenter humanitus indiſpenſabilis, ac ſi vel maximè diviſio bonorum ex ſolo gentium conſenſu fluxiſſet, communio contra juri naturæ conſentanea eſſet, non tamen à quovis privato mutari aut in ea diſpenſari poſſet, quemadmodum in jure naturæ hoc ſemper fuit; quod obſervatur in menſa & convivio ordinato, ut quamvis fercula omnia in communi proponantur, portiones tamen ab aliis occupatas, nemo ad ſe transferre debeat, ſine conſenſu eorum, à quibus fuerunt occupatæ. II. *Conſcientiæ dictamine*, quæ monet in dubiis id ſequendum quod tutius, hoc eſt, in quo minus pecces. Sic enim *Ameſius* ipſe lib. 1. de conſc. cap. 5. *In dubiis tutior pars eſt eligenda. Tutior autem pars eſt illa, in qua ſequenda certum eſt nullum ineſſe peccatum, e. g. dubitet aliquis an uſura ſit licita nec ne? tutiſſimum eſt abſtinere: in hoc enim nullum periculum peccandi.* Atque hæc etiam eſt cauſa, cur non obſtante dicto Proverb. 17. verſ. 15. ſæpè nocens abſolvatur, εἰ δέοι τι ἁμαρτεῖν, ait Antiphon. τὸ ἀδίκως ἀπολύσαι ὁσιώτερον, καὶ τὸ ἀδίκως ἀπολέσαι: τὸ μὲν γὰρ ἁμάρτημά ἐστι, τὸ δὲ ἀδίκως ἀποκτεῖναι ἀσέβημα. Confer Ariſtot. prob. ſect. 29. q. 13. Jam verò FAME MORI certum eſt nulla lege prohibitum, ut furti interdictum expreſsè extat. III. *Caſus ipſius morali impoſſibilitate.* Aut enim valet, qui ſic pauper eſt, aut decumbit, ut ſe loco movere nequeat. Si decumbit non poteſt rem alienam auferre: Si valet, non debet, cum nulla tanta famis neceſſitas ſit; quin poſſit vel labore, vel regionis & patriæ mutatione, exemplo Patriarcharum ſanctiſſimorum, aut levari, aut evitari. *Dices* 1. Inferior lex ſi pugnet adverſus ſuperiorem vigorem

non

non habet. At lex de non auferendo alieno inferior eſt lege quâ terrena ad hominum ſuſtentationem ordinantur. 2. Invito Domino nihil auferendum, ſi ex certâ ratione ſit invitus, non item ſi contra rationem. 3. Jure introductam bonorum diviſionem, ſed cùm hac tacitâ conditione, ne quis proximum fame perire ſinat. Reſp. ad 1. Legem de conſervandâ ac ſuſtentandâ vitâ non eſſe abſolutè intelligendam, alioquin miles ſubditus ex eadem ratione poſſet detrectare militiam, in qua periculum mortis iminet: ſed limitatè ad certum ordinem, quo terrena ad ſuſtentationem hominis ordinantur, qui ordo alienæ rei ablationem cavet. Ad 2. Infideles ac impios homines atque tenaces nimis, bonorum poſſeſſores, quamvis de jure obnoxii ſint hujus dominii privationi (lubens ipſius Ameſii verbis utor è cap. 41. num. 7.) & deſtituantur altiori titulo, quem fideles in Chriſto ſunt conſecuti, quia tamen ſententia Legis adverſus illos nondum executioni eſt *mandata*, & corporalium rerum dominium aliquod humanæ naturæ in iſtâ vitâ eſt debitum à DEO, in Lege & ordine naturæ annexum, idcircò juſtum ac liberum uſum habere iſtiuſmodi rerum temporalium. Ad 3. iſtam quoque conditionem non abſolutè intelligendam, quia aliàs etiam à quovis privato Tyrannus interimi poſſet; cum lex de ſubjectione ſubditorum cum eâ conditione videatur lata, ne tyrannicè ſubditi tractentur: liceret in proximi conſervationem mentiri, cum eadem lex de non mentiendo videatur lata, ne proximus periret: ſed limitatè ad certum ordinem, qui magiſtratus judicio ac prudentiæ relinquitur.

§. *6.* Denique ſubjectum interdicti, vel Is Cui, iterum homo eſt ſecundum omnes ſuas vires conſideratus, præcipuè quoad cor, fontem ac ſedem injuſtitiæ & avaritiæ, quæ inter præcepti hujus vitia regnat, Marc. 7. v. 22 Luc. 16. v. 14. 15. Mich 5. v. 1. & ſeqq. 2. Petr. 2. v. 14. Effundit verò hoc ſe poſtea virus in membra externa, in *Oculos*, Prov. 23. v. 5. cap. 27. v. 20. in *Linguam*; blandiloquentiâ numos emulgentem, prodigalitatis miniſtram à qua Tyri mercatura שירת הזונה canticum meretricis nonnullis appellari videtur Eſa 23. v. 15, confer. Jerem. 9. v. 5. Mich. 6. v. 12. Jac. 3. verſ 6. *Manum & opus*, id quod fit vel apertè, impudenter, omnium etiam ſaniorum gentilium conſenſu malitioſè. I. *Rapinâ violentâ* cujus

 exem-

Digitized by Google

extant Geneſ.21. v.25. Jud.17. v.2. 1.Chron.7.v.21. cujuſmodi rapinæ ex famis urgentis neceſſitate elevatur quidem in comparatione adulterii, Prov.6.v.30. non tamen prorſus excuſatur. Excuſatur non à malitiâ actus, ſed ab ignominiâ, ſic enim habet textus Hebræus לא־יבוזו לגנב non ſpernent furem, cum aliàs furtum ſervile ac infame peccatum habeatur. Hinc fur & ſervus *συνώνυμα* apud Latinos, vide Lorin. Deut.5. p. m. 236. adde Auguſtin. confeſſionem de ſui furti malitiâ, quæ extat l.2.conf.cap.4. II. *Violenta impoſitione & exactione tributorum.* Tributa in neceſſitatem ac ornamentum Reipubl. impoſita ſuo omninò jure gaudent, dummodò non ſint tributa ſordida, Heliogabalæa, Veſpaſiana, Tyrannica, adeoque ſeditionum incentiva, Rehabeamica, confer Mich.3. v.1. quorum exempla & tragicos exitus videas licet apud Arniſæum lib.2.doct.pol.cap.4. Avara, in ſolius ærarii aut principis non Reipubl. commodum inventa. Satius omninò eſſe populum, quam principem diteſcere egregio argumento docuit Cypſelus apud Ariſtot.2. Oecon.1. In numerum contra veniant alii modi augendi ærarii, quos Ameſius loc. cit.5. p.m.448 & ſeqq. recenſet. III *Terminorum tranſpoſitione*, Deut.27.v.37. IV. *Præda injuſta.* De prædæ jure extat lex expreſſa, Num.31. v.27. (quæ inter alia partem aliquam DEO vult dedicatam. Sic Abraham decimas Geneſ.14. David gladium dedicaverat, 1.Sam.19 v.9. Sic gentiles ſuis deaſtris manubias obtulere, 1.Sam.31.v.10.) Deut, 20. v.14. Exempla Jacobi Gen. 48. v.22. ex eorum ſententiâ qui propriè verba *in gladio & arcu* intelligunt, (& vel ad cædem Sichemitis illatam ob raptum Dinæ, quam tamen ut perfidam improbaverat Jacob cap. 34. v.30. cap. 49. v.6. Conf. Aug. q.167. in Geneſ. vel cædem aliam, contra Amorhæos iniquos invaſores agri Sichemitici, eô temporis intervallo, quô verſus Hebronem abiverat, factam trahunt, ut hiſtoriæ digito indice deſtitutus, ſtatuit Maſius in cap. ult. Joſuæ. Vel denique duriuſculè per prolepſin ad tempus futurum referunt, ita ut cepi pro certò capiam, ſumtum videatur, ut ſibi Hugo Grotius perſuaſit, lib.3. jur. bell. cap.6. n. 1. ita Jacob gloriam uni cœleſti numini debitam Pſ.43. v.4. præripuiſſet. Voluit omnino Jacob legare Joſepho, quod poſſideret proprio titulo, non illo communi, quo poſtea totam illam terram occupaverant Iſraelitæ) quan-

quanquam impropriè & figuratum illud à Jacobo dictum, probabilius cenſeamus, cum Hieronymo, ut quemadmodum Latini dicunt, *meu copiis, meo marte*, id eſt, nulla alienâ operâ aut impenſâ adjutus, à Jacobo eodem ſenſu dictum fuiſſe meo gladio & arcu. Rubenitarum Joſuæ 22. verſ. 8. aliorum. ſubſcribit juri divino jus gentium. νόμος ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιός ἐστιν ὅταν πολεμούντων πόλις ἁλῷ, τῶν ἑλόντων εἶναι τὰ χρήματα ait Cyrus apud Xenophontem lib. 5. ὁ νόμος ὁμολογία τίς ἐστιν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναι φασί. Ariſtot. lib. 1. pol. Hactenus prædandi jus. *Caterum injuſta præda eſt* 1. *Promiſcua*, cum ſine diſcrimine Tros Rutulúſve fuat, bona & hoſtium & hoſpitum expilantur. 2. *Iniquè diſtributa.* 3. *Vltra juris bellici debitum extenſa.* IV. *Peculatu.* V. *Falſatione monetæ.* Pertinet autem ad monetæ fâlſationem etiam cuperaria κιβδία, vulgo Kipperey/ ſuperioribus annis à πανούργῳ excitata, de qua videndum conſilium Facult. Theol. Jenenſ. apud Dedekenum, vol. 2. p. m. 227.

§. 7. VI. *Sacrilegio.* In ἱεροσυλίᾳ, ſive ſacrilegio, tria nobis expedienda ſunt. 1. *Quodnam ſit objectum Sacrilegij.* 2. *Quæ criminis atrocitas.* 3. *An & quando admittenda uſuum mutatio?* Objecta Sacrilegii tria, *perſonam, locum & rem* ponit ex Thoma Leſſius 11. Inſtit. cap. 45. dub. 3. alii diſtinguunt inter ſacrum & religioſum. Sepulchra inter religioſa referunt non ſacra. Nobis *objectum Sacrilegij id tantum eſt*, quod vero Numini dedicatum eſt, Hebræis Cherem, Græcis ἀνάθεμα, idque ἀνάθεμα vel ſanctificationis vel abolitionis. Vero numini dico, nam quod Deaſtris dedicatur, id revera Sanctum non eſt, ſed exoſum; requirit namque ſummus Legislator, ut quod ei litatur, acceptabile ſit, Lev. 19. v. 5. לרצנכם quod Tremellius exponit, ad voluntatem veſtram, rectius B. Luth. daß ihm gefallen künde/ juxta regulam Hebræorum: Hebræi nomina nunc activè, nunc paſſivè, exponunt, de qua Corn. à Lap. Conc. 25. ad pentat.) inde ſequitur ſacrilegium propriè non committi. 1. Circa ſepulchra, præſertim hoſtilia. Quamquam contra jus gentium ejuſmodi ſpolia pugnare videantur, propriè tamen ſacrilegia non ſunt. 2. Circa res & loca dæmoniis & numinibus falſis dedicata, cum ea vaſtari lege mandatum ſit, Deut. 6. v. 5. Conf. 1. Maccab. 5. & 10. vide Lactant. lib. 2. de orig. error. cap. 4. p. m. 173. de ſacrilegiis Dionyſii & Verris eruditè diſſerentem. 3. Circa res ſu-

perſtitiosè & ex ἐθελοθρησκείᾳ dedicatas, cum injuria aliorum, quale
quid fuit celebre Phariſæorum Corban. Ex quibus facilè colli-
gitur inanitas querelarum Pont. quibus neſcio quorum ſacrile-
giorum noſtros ſubinde arguunt ipſi ſacrilegi impudentiſſimi,
exemplo Judæ & Demetrii, Actor. cap. 19. Religionem obtentui
ducentes, ſed ventri velificantes. Qui ſi reſtitutionem petant,
id reſponſi loco accipiant, quod B. Luth. tom. 7. Jenenſ. Germ. jam.
olim edidit. Sind daß die Papiſten nicht die Kirchen / ſondern deß
Teuffels Hur / die nicht an Chriſto blieben iſt / ſo iſt gründlich vnd ge-
waltiglich beſchloſſen / daß ſie nicht ſollen die Kirchengüter innen ha-
ben / viel weniger dieſen Zanck (damit ſie bißher Keyſer vnd Reich be-
mühen) erregen / daß man ſie ſolte bey vns wider einſetzen / vnd die Gü-
ter reſtituiren / dann das iſt eben als wann die Teuffel von den Engeln
begereten / man ſolte ſie wider in den Himmel ſetzen / ſo ſie doch wiſſen
vnd bekennen / daß ſie nicht Gottes Engel blieben / ſondern Gottes Feind
worden ſeind / die in daßölliſche Fewr gehören. Oder daß ich von
Menſchen rede / iſt eben als wann ein Dieb vnd Mörder das Gelt vnd
Gut / ſo er geraubet vnd geſtolen / ihm aber abjagt / vnd nun im Gericht
lege / oder den rechten Erben wider geben were / wa nicht / ſo dräwete er
ein Heintz / Mordbrenner zu werden. Confer ex antiquitate Am-
broſ. lib. 5. epiſt. 31. ad Valentinian. Imp. contra Symmachum, ubi
eadem argumenta, quibus hodiè à nobis bona Eccleſiaſtica depo-
ſcuntur, in Symmacho confututa legas. Committi 2. Sacrile-
gium à Pontificiis in πολυεισκλεψίᾳ, ex propriâ Papæ Gelaſii confeſ-
ſione diſt. 2. cap. comperimus. in bonorum Eccleſiaſticorum, ad
pios uſus dicatorum, nefando abuſu. Luth. ibid. Dann das kan
wol ein Kind von ſieben Jahren / ja wol ein grober Narr an den Fin-
gern zehlen vnd rechnen / wiewol der grob Papſt-Eſel / ſampt ſeinen ver-
dampten Heintzen / nichts verſtehen können / daß die löblichen vorigen
Keyſer / Fürſten / Herren / vnd fromme Leuth / ohne zweiffel nicht ge-
meinet noch willens geweſt ſeind / ihre Güter zu geben / damit eitel Teuf-
fels Huren / oder Abgötterey zu ſtifften / zu ſchmücken / vnd zu ehren / viel
weniger / daß ſie damit Seelenmörder / Kirchenräuber / Heintzen vnd
Mordbrenner erziehen oder vnterhalten wolten / ſondern die lieben Kir-
chen vnd Schulen / das iſt / das heilige Wort Gottes / Predigampt vnd
andere Kirchendienſt / Theologen / Pfarrer / Prediger / darneben auch

arme

arme Leuth / Witwen / Wäyſen vnd Krancken zu vnterhalten / GOtt zu Lob vnd Ehre. Lubet querelas de hoc Sacrilegio Monaſtico ipſorum Jeſuitarum audire è bello illo Cadmæo, quod inter illos ordines ſuper reſtitutione bonorum Eccleſiaſticorum in perpetuum inexhauſtæ avaritiæ monumentum, ſuperioribus annis excitatum. *Ordines DEI vineam ſibi commiſſam ipſi exterminarunt, domos orationis in ſpeluncas latronum converterunt: hodie quoq; Monaſteriis Germaniæ, ulcera, vulnera, putredines, homines otioſi, ignavi, inutilia terræ pondera, ventres pigri, ſtupidæ pecudes*, vide Alphonſ. de Varg. Relat. cap. 24. 3. Sanctii hæc ſunt, ad Ezech. XV, p. 300.

Caput hoc in illorum mores benè quadrat, quos DEVS in ſublimem locum & ordinem vocavit, ipſi verò DEI benignitatis, quam toties experti ſunt promptam & effuſam, immemores, & quid munus & nomen illud exigat, nihil habentes penſi, vitam agunt prorſus degenerem & abjectam, & tantum in ambitioſam foliorum luxuriem evaneſcunt, ſicut ſilveſtris illa vitis, in qua hoc loco ſimilitudo ducitur. Hi enim longè pejores ſunt, quam ſeculares alij; qui ſilveſtres vocari poſſunt plantæ, quas non ita large colit, aut rigat divina manus, illæ namq; arbores varios præbent uſus, quibus indiget res communis & publica; ut enim multa habeant, quæ non niſi ad ignem & cineres idonea ſint, at materiam ſuppeditant eadnam, ex qua homines ad domeſticas ruſticasq; functiones inſtrumenta parant, ad columnas nempe, quæ ſuſtinent domos, ad aratra, aut plauſtra, quæ aut ferunt fruges, aut demeſſas comportant. Sic etiam viri ſeculares, dum artem exercent militarem, & ruſticam, dum juri vacant, aut medicinæ, ſuſtentant rempubl. neq; vulgarem afferunt uſum ad commoda, ſive ornamenta pacis. At clerico ſeu religioſo, cui nihil adeſt religioſum & ſanctum, præter nomen, aut deforme & vacuum religioſi viri ſimulacrum, nihil ineſt, quod probes, nihil quod non reſpuas, nihil, quod non judices incendio dignum, cum illud non præſtent, quod ipſorum ordinem & inſtitutum decet, neq; obire ſine rubore queant, quæ utiliter præſtant ſeculares. quâ de re optimè Bernhardus declamatione in illud: Ecce nos reliquimus omnia, & explicans illud Pſalm. 72. In labore hominum non ſunt. Cum cuncti ſtatus hominum aliquid habeant laboris & aliquid voluptatis, clerici inter hæc novo quodam artificio diſcernentes totum quod delectat in quolibet elegerunt, & totum quod moleſtat, reſpuerunt. A militibus acceperunt ſuperbiæ faſtum, amplam familiam, equorum phaleras & nobiles apparatus: à mulieribus dependentes collo pelles rubricatas, vinum, mollitiem, balneum & gloriam, à ruſticis fructus agrorum, horrea plena. Sed benè cavent militaris loricæ pondus, muliebrem declinant verecundiam: Omnes ruſtici & agricolæ victum ſibi labore acquirunt, hi deliciis affluunt, & tamen advenienti fructuum tempore promptuaria eorum plena tritico, & vinum bibunt uvæ meraciſſimum, & inde incraſſantur, impinguantur, dilatantur.

à noſtris hominibus, qui harpyiarum inſtar involarunt in bona ſeu olim vero numini piè conſecrata, ſeu abuſu vindicata novâ dedicatione, DEO litata, eaque profanarunt. *Atrocitas* quod al-

Digitized by Google

retinere contra exempla Sanctorum, Geneſ. 31. v. 39. cap. 42. v. 12. Tob 2. v. 21. 3. Agricolis ſpem ſerendi & colendi in poſterum agri eripere. 4. Saltem denique ſcandalum præbere infirmis, quod adeò cavit Paulus, ut etiam carnem edere noluiſſet, ſi illa comeſtio cum ſcandalo conjuncta foret.

DISPUTATIO DECALOGICA
DECIMA OCTAVA.

DE PRÆCEPTI SEPTIMI PARTE ALTERA.

§. 1.

CRaſſiora furta hactenus, ſequuntur ſubtiliora & tectiora ceruſsâ blandientia: quod peccati genus uno generaliſſimo nomine *avaritia* appellari poteſt (quanquam apertam quoque furandi rationem complectatur) quæ ſua ſubtilitate ita fallit, ut nullum vitium aliud, aut ad actionem definiendi imperſcrutabilius, aut ad excuſationem ſpecioſius videatur. Jhr iſt gar wenig/ ait B. Luth. tom. 1. Jenenſ. p. 254: die die Geltſucht in ihnen ſelbs mercken vnd erkennen. Dann der Geitz hat allhie gar einen hübſchen feinen Schand-deckel/ der da heiſt Leibsnahrung vnd natürliche Nothdurfft / darunder er handelt ohne maß vnd vnſättiglich/ daß/ wer ſich hierinn ſoll rein halten/ muß fürwahr Wunderzeichen oder Wunderthat in ſeinem Leben haben. Hinc fit, ut cum maximè in avaritię odium ac turpitudinem multa dixeris, nihil tamen proficias, quia ſe feriri ejusmodi nominibus ne vel avariſſimus ipſe cenſet. Igitur ad avaritiæ definitionem penetrandam de divitiarum natura & uſu ante omnia conſtare debet. Explicandum itaque prius quid *propriè ſint divitiæ? 2. An earum acquiſitio licita? 3. An poſſeſſio conceſſa?* Divitias olim fortunarum quæſtores acerrimi Stoici definierunt per αὐτάρκειαν, qui ſua ſorte & ſorde diogenæa

næa contentus eum divitem autumantes, etiamſi omnibus fortunæ bonis deſtitutus ac ejectus vulgi judicio pauper habeatur. Sic enim *Cic. in parad. quem enim intelligimus divitem? aut, hoc verbum, in quo homine ponimus? opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter vivendum facilè contentus ſit: qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus enim oportet tuus ſe judicet divitem, non hominum ſermo, nec poſſeſſiones tuæ, qui ſi tibi nihil deeſſe putas, nihil curas amplius, ſatiatus es, aut contentus etiam pecuniæ, concedo, dives es.* Sin autem *propter aviditatem pecuniæ, nullum quæſtum turpem putas, cum iſti ordine ne honeſtus quidem eſſe poſſit ullus: ſi quotidie fraudas, decipis, poſcis, paciſceris, auferes, eripis: ſi ſocios ſpolias, ærarium expilas. Si teſtamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, atq; ipſe ſupponis: hæc utrum abundantis, an egentis ſigna ſunt? Animus hominis dives, non area appellari ſolet.* Quam Stoicorum opinionem ad trutinam veritatis expoſuimus, ac ut leviorem rejecimus alibi in analyſi paradox. Ciceron. p.60.& ſeqq. Αὐτάρκεια quidem eſt virtus circa divitias, ſed in ea formaliter divitiarum natura non conſiſtit. Nobis divitiæ idipſum ſunt, quod in Evangelio *Mammon* appellatur, *quæ vox non præcipuè appellatio eſt diaboli* (verba ſunt D. Chemnit. harm. Evangel. p.838.) *dominantis ſuper theſauros, ſicut quidam fingunt. Sed ſimpliciter ſignificat copiam, multitudinem, cumulum, acervum divitiarum, & arbitror quod græcis eſt theſaurus, idem Syriacè tunc fuiſſe Mammon.* Μαμμωνᾶς χρυσὸς, γήινος πλοῦτος, οὐχὶ ἐκ τοῦ σατανᾶ, ἀλλ᾽ ὁ περιττὸς καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν, Suidas. Mammona ſermone Syriaco divitiæ nuncupatur. Hieron. cap.6. Matth. & Luth. in gloſſ. marg. ad Luc.16. 9. ab Hebræo אמן firmus fuit, tanquam dicas, vermögen oder Unterhalt deß Menſchen. *Vno verbo divitiæ ſunt, quicquid opum quis ſupra victus & amictus neceſſitatem poſſidet.* Id verò, quod hunc in modum *abundat, an acquirere liceat, id quæritur?* Stoici olim ut in definitione divitiarum errarunt, ita etiam in quæſtu earundem. *An parum habet,* ait ex eorum opinione *Seneca* Ep. 120. *qui tantum non alget, non eſurit, non ſitit? plus Iupiter non habet.* Inde Crates Thebanus, ut melius philoſopharetur, opes in mare abjecit, malo, inquiens, te perdere, quam ut me perdas. Diog. Laërt. Stoam è cineribus revocarunt *Photiniani*, quorum hæc eſt ſententia, *quicquid ſupra neceſſitatem, aut acquiſiveris aut poſſederis, id avaritiam eſſe.* Sic en. Oſtorod. in Unter-

 red.

retinere contra exempla Sanctorum, Geneſ. 31. v. 39. cap. 42. v. 12. Tob 2. v. 21. 3. Agricolis ſpem ſerendi & colendi in poſterum agri eripere. 4. Saltem denique ſcandalum præbere infirmis, quod adeò cavit Paulus, ut etiam carnem edere noluiſſet, ſi illa comeſtio cum ſcandalo conjuncta foret.

DISPUTATIO DECALOGICA DECIMA OCTAVA.

DE PRÆCEPTI SEPTIMI PARTE ALTERA.

§. 1.

CRaſſiora furta hactenus, ſequuntur ſubtiliora & tectiora ceruſsâ blandientia: quod peccati genus uno generaliſſimo nomine *avaritia* appellari poteſt (quanquam apertam quoque furandi rationem complectatur) quæ ſua ſubtilitate ita fallit, ut nullum vitium aliud, aut ad actionem definiendi imperſcrutabilius, aut ad excuſationem ſpecioſius videatur. Ihr iſt gar wenig/ ait B. Luth. tom. 1. Jenenſ. p. 254. die die Geltſucht in ihnen ſelbs mercken vnd erkennen. Dann der Geitz hat allhie gar einen hübſchen feinen Schand-deckel/ der da heiſt Leibsnahrung vnd natürliche Nothdurfft / darunder er handelt ohne maß vnd vnſättiglich/ daß/ wer ſich hierinn ſoll rein halten/ muß fürwahr Wunderzeichen oder Wunderthat in ſeinem Leben haben. Hinc fit, ut cum maximè in avaritię odium ac turpitudinem multa dixeris, nihil tamen proficias, quia ſe feriri ejusmodi nominibus ne vel avariſſimus ipſe cenſet. Igitur ad avaritiæ definitionem penetrandam de divitiarum natura & uſu ante omnia conſtare debet. Explicandum itaque prius quid *propriè ſint divitiæ? 2. An earum acquiſitio licita? 3. An poſſeſsio conceſſa?* Divitias olim fortunarum quæſtores acerrimi Stoici definierunt per αὐτάρκειαν, qui ſua ſorte & ſorde diogenæa

Digitized by Google

næ contentus eum divitem autumantes, etiamſi omnibus fortunæ bonis deſtitutus ac ejectus vulgi judicio pauper habeatur. Sic enim *Cic. in parad. quem enim intelligimus divitem? aut, hoc verbum, in quo homine ponimus? opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter vivendum facilè contentus ſit: qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus enim oportet tuus ſe judicet divitem, non hominum ſermo, nec poſſeſſiones tuæ, qui ſi tibi nihil deeſſe putas, nihil curas amplius, ſatiatus es, aut contentus etiam pecunia, concedo, dives es.* Sin autem *propter aviditatem pecuniæ, nullum quæſtum turpem putas, cum iſti ordine ne honeſtus quidem eſſe poſſit ullus: ſi quotidie fraudas, decipis, poſcis, paciſceris, auſers, eripis: ſi ſocios ſpolias, ærarium expilas. Si teſtamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, atq; ipſe ſupponis: hæc utrum abundantis, an egentis ſigna ſunt? Animus hominis dives, non arca appellari ſolet.* Quam Stoicorum opinionem ad trutinam veritatis expoſuimus, ac ut leviorem rejecimus alibi in analyſi paradox. Ciceron. p.60.& ſeqq. Αὐτάρκεια quidem eſt virtus circa divitias, ſed in ea formaliter divitiarum natura non conſiſtit. Nobis divitiæ idipſum ſunt, quod in Evangelio *Mammon* appellatur, *quæ vox non præcipuè appellatio eſt diaboli* (verba ſunt D. Chemnit. harm. Evangel. p.838.) *dominantis ſuper theſauros, ſicut quidam fingunt. Sed ſimpliciter ſignificat copiam, multitudinem, cumulum, acervum divitiarum, & arbitror quod græcis eſt theſaurus, idem Syriacè tunc fuiſſe Mammon.* Μαμμωνᾶς χρυσὸς, γήϊνος πλοῦτος, οὐχὶ ἐκ τοῦ σατανᾶ, ἀλλ' ὁ περιττὸς καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν, Suidas. Mammona ſermone Syriaco divitiæ nuncupatur. Hieron. cap.6. Matth. & Luth. in gloſſ. marg. ad Luc.16. 9. ab Hebræo אמן firmus fuit, tanquam dicas, vermögen oder Unterhalt deß Menſchen. *Uno verbo divitiæ ſunt, quicquid opum quis ſupra victus & amictus neceſſitatem poſſidet.* Id verò, quod hunc in modum *abundat, an acquirere liceat, id quæritur?* Stoici olim ut in definitione divitiarum erraruunt, ita etiam in quæſtu earundem. *An parum habet*, ait ex eorum opinione *Seneca* Ep. 120. *qui tantum non alget, non eſurit, non ſitit? plus Iupiter non habet.* Inde Crates Thebanus, ut melius philoſopharetur, opes in mare abjecit, malo, inquiens, te perdere, quam ut me perdas. Diog. Laërt. Stoam è cineribus revocarunt *Photiniani*, quorum hæc eſt ſententia, *quicquid ſupra neceſſitatem, aut acquiſiveris aut poſſederis, id avaritiam eſſe.* Sic en. Oſtorod. in Unter-

 red.

retinere contra exempla Sanctorum, Geneſ. 31. v. 39. cap. 42. v. 12. Tob 2. v. 21. 3. Agricolis ſpem ſerendi & colendi in poſterum agri eripere. 4. Saltem denique ſcandalum præbere infirmis, quod adeò cavit Paulus, ut etiam carnem edere noluiſſet, ſi illa comeſtio cum ſcandalo conjuncta foret.

DISPUTATIO DECALOGICA DECIMA OCTAVA.

DE PRÆCEPTI SEPTIMI PARTE ALTERA.

§. 1.

CRaſſiora furta hactenus, ſequuntur ſubtiliora & tectiora ceruſsâ blandientia: quod peccati genus uno generaliſſimo nomine *avaritia* appellari poteſt (quanquam apertam quoque furandi rationem complectatur) quæ ſua ſubtilitate ita fallit, ut nullum vitium aliud, aut ad actionem definiendi imperſcrutabilius, aut ad excuſationem ſpecioſius videatur. Jhr iſt gar wenig/ ait B. Luth. tom. 1. Jenenſ. p. 254: die die Geltſucht in ihnen ſelbs mercken vnd erkennen. Dann der Geitz hat allhie gar einen hübſchen feinen Schand-deckel/ der da heiſt Leibsnahrung vnd natürliche Nothdurfft / darunder er handelt ohne maß vnd vnſättiglich/ daß/ wer ſich hierinn ſoll rein halten/ muß fürwahr Wunderzeichen oder Wunderthat in ſeinem Leben haben. Hinc fit, ut cum maximè in avaritię odium ac turpitudinem multa dixeris, nihil tamen proficias, quia ſe feriri ejusmodi nominibus ne vel avariſſimus ipſe cenſet. Igitur ad avaritiæ definitionem penetrandam de divitiarum natura & uſu ante omnia conſtare debet. Explicandum itaque prius quid *propriè ſint divitiæ? 2. An earum acquiſitio licita? 3. An poſſeßio conceſſa?* Divitias olim fortunarum quæſtores acerrimi Stoici definierunt per αὐτάρκειαν, qui ſua ſorte & ſorde diogenæa

næa

Digitized by Google

næa contentus eum divitem autumantes, etiamſi omnibus fortunæ bonis deſtitutus ac ejectus vulgi judicio pauper habeatur. Sic enim *Cic. in parad. quem enim intelligimus divitem? aut, hoc verbum, in quo homine ponimus? opinor in eo, cui tanta poſſeßio eſt, ut ad liberaliter vivendum facilè contentus ſit: qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus enim oportet tuus ſe judicet divitem, non hominum ſermo, nec poſſeßiones tuæ, qui ſi tibi nihil deeſſe putas, nihil curas amplius, ſatiatus es, aut contentus etiam pecunia, concedo, dives es.* Sin autem *propter aviditatem pecuniæ, nullum quæſtum turpem putas, cum iſti ordine ne honeſtus quidem eſſe poßit ullus: ſi quotidie fraudas, decipis, poſcis, paciſceris, auſers, eripis: ſi ſocios ſpolias, ærarium expilas. Si teſtamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, atq; ipſe ſupponis: hæc utrum abundantis, an egentis ſigna ſunt? Animus hominis dives, non area appellari ſolet.* Quam Stoicorum opinionem ad trutinam veritatis expoſuimus, ac ut leviorem rejecimus alibi in analyſi paradox. Ciceron. p.60.& ſeqq. Ἀυτάρκεια quidem eſt virtus circa divitias, ſed in ea formaliter divitiarum natura non conſiſtit. Nobis divitiæ idipſum ſunt, quod in Evangelio *Mammon* appellatur, *quæ vox non præcipuè appellatio eſt diaboli* (verba ſunt D. Chemnit. harm. Evangel. p.838.) *dominantis ſuper theſauros, ſicut quidam fingunt. Sed ſimpliciter ſignificat copiam, multitudinem, cumulum, acervum divitiarum, & arbitror quod græcis eſt theſaurus, idem Syriacè tunc fuiſſe Mammon.* Μαμμονᾶς χρυσὸς, γήϊνος πλοῦτος, οὐχὶ ἐκ τοῦ σατανᾶ, ἀλλ' ὁ περιττὸς καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν. Suidas. Mammona ſermone Syriaco divitiæ nuncupatur. Hieron. cap.6. Matth. & Luth. in gloſſ. marg. ad Luc.16. 9. ab Hebræo אמן firmus fuit, tanquam dicas, vermögen oder Unterhalt deß Menſchen. *Uno verbo divitiæ ſunt, quicquid opum quis ſupra victus & amictus neceßitatem poßidet.* Id verò, quod hunc in modum *abundat, an acquirere liceat, id quæritur?* Stoici olim ut in definitione divitiarum errarunt, ita etiam in quæſtu earundem. *An parum habet*, ait ex eorum opinione *Seneca* Ep. 120. *qui tantum non alget, non eſurit, non ſitit? plus Iupiter non habet.* Inde Crates Thebanus, ut melius philoſopharetur, opes in mare abjecit, malo, inquiens, te perdere, quam ut me perdas. Diog. Laërt. Stoam è cineribus revocarunt *Photiniani*, quorum hæc eſt ſententia, *quicquid ſupra neceßitatem, aut acquiſiveris aut poſſederis, id avaritiam eſſe.* Sic en. Oſtorod. in Unter-

 richt.

retinere contra exempla Sanctorum, Geneſ. 31. v. 39. cap. 42. v. 12. Tob 2. v. 21. 3. Agricolis ſpem ſerendi & colendi in poſterum agri eripere. 4. Saltem denique ſcandalum præbere infirmis, quod adeò cavit Paulus, ut etiam carnem edere noluiſſet, ſi illa comeſtio cum ſcandalo conjuncta foret.

DISPUTATIO DECALOGICA DECIMA OCTAVA.

DE PRÆCEPTI SEPTIMI PARTE ALTERA.

§. 1.

CRaſſiora furta hactenus, ſequuntur ſubtiliora & tectiora ceruſsâ blandientia: quod peccati genus uno generaliſſimo nomine *avaritia* appellari poteſt (quanquam apertam quoque furandi rationem complectatur) quæ ſua ſubtilitate ita fallit, ut nullum vitium aliud, aut ad actionem definiendi imperſcrutabilius, aut ad excuſationem ſpecioſius videatur. Ihr iſt gar wenig/ ait B. Luth. tom. 1. Jenenſ. p. 254: die die Geltſucht in ihnen ſelbs mercken vnd erkennen. Dann der Geitz hat allhie gar einen hübſchen feinen Schand-deckel/ der da heiſt Leibsnahrung vnd natürliche Nothdurfft / darunder er handelt ohne maß vnd vnſättiglich/ daß/ wer ſich hierinn ſoll rein halten/ muß fürwahr Wunderzeichen oder Wunderthat in ſeinem Leben haben. Hinc fit, ut cum maximè in avaritię odium ac turpitudinem multa dixeris, nihil tamen proficias, quia ſe feriri ejusmodi nominibus ne vel avariſſimus ipſe cenſet. Igitur ad avaritiæ definitionem penetrandam de divitiarum natura & uſu ante omnia conſtare debet. Explicandum itaque prius quid *propriè ſint divitiæ? 2. An earum acquiſitio licita? 3. An poſſeſſio conceſſa?* Divitias olim fortunarum quæſtores acerrimi Stoici definierunt per αὐτάρκειαν, qui ſua ſorte & ſorde dioge-

næa

Digitized by Google

næa contentus eum divitem autumantes, etiamſi omnibus fortunæ bonis deſtitutus ac ejectus vulgi judicio pauper habeatur. Sic enim *Cic. in parad. quem enim intelligimus divitem? aut, hoc verbum, in quo homine ponimus? opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter vivendum facilè contentus ſit: qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus enim oportet tuus ſe judicet divitem, non hominum ſermo, nec poſſeſſiones tuæ, qui ſi tibi nihil deeſſe putas, nihil curas amplius, ſatiatus es, aut contentus etiam pecuniæ, concedo, dives es.* Sin autem *propter aviditatem pecuniæ, nullum quæſtum turpem putas, cum iſti ordine ne honeſtus quidem eſſe poſſit ullus: ſi quotidie fraudas, decipis, poſcis, paciſceris, aufers, eripis: ſi ſocios ſpolias, ærarium expilas. Si teſtamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, atq; ipſe ſupponis: hæc utrum abundantis, an egentis ſigna ſunt? Animus hominis dives, non area appellari ſolet.* Quam Stoicorum opinionem ad trutinam veritatis expoſuimus, ac ut leviorem rejecimus alibi in analyſi paradox. Ciceron. p.60.& ſeqq. Ἀυτάρκεια quidem eſt virtus circa divitias, ſed in ea formaliter divitiarum natura non conſiſtit. Nobis divitiæ idipſum ſunt, quod in Evangelio *Mammon* appellatur, *quæ vox non præcipuè appellatio eſt diaboli* (verba ſunt D. Chemnit. harm. Evangel. p.838.) *dominantis ſuper theſauros, ſicut quidam fingunt. Sed ſimpliciter ſignificat copiam, multitudinem, cumulum, acervum divitiarum, & arbitror quod græcis eſt theſaurus, idem Syriacè tunc fuiſſe Mammon.* Μαμμωνᾶς χρυσὸς, γήϊνος πλοῦτος, οὐχὶ ἐκ τοῦ σατανᾶ, ἀλλ' ὁ σωτὴρ καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν. Suidas. Mammona ſermone Syriaco divitiæ nuncupatur. Hieron. cap.6. Matth. & Luth. in gloſſ. marg. ad Luc.16. 9. ab Hebræo אמן firmus fuit, tanquam dicas, Vermögen oder Unterhalt deß Menſchen. *Uno verbo divitiæ ſunt, quicquid opum quis ſupra victus & amictus neceſſitatem poſſidet.* Id verò, quod hunc in modum *abundat, an acquirere liceat, id quæritur?* Stoici olim ut in definitione divitiarum errarunt, ita etiam in quæſtu earundem. *An parum habet*, ait ex eorum opinione *Seneca* Ep. 120. *qui tantum non alget, non eſurit, non ſitit? plus Jupiter non habet.* Inde Crates Thebanus, ut melius philoſopharetur, opes in mare abjecit, malo, inquiens, te perdere, quam ut me perdas. Diog. Laërt. Stoam è cineribus revocarunt *Photiniani*, quorum hæc eſt ſententia, *quicquid ſupra neceſſitatem, aut acquiſiveris aut poſſederis, id avaritiam eſſe.* Sic en. Oſtorod. in Unter-

perſtitioſè & ex ἐθελοθρησκείᾳ dedicatas, cum injuria aliorum, quale quid fuit celebre Phariſæorum Corban. Ex quibus facilè colligitur inanitas querelarum Pont. quibus neſcio quorum ſacrilegiorum noſtros ſubinde arguunt ipſi ſacrilegi impudentiſſimi, exemplo Judæ & Demetrii, Actor. cap. 19. Religionem obtentui ducentes, ſed ventri velificantes. Qui ſi reſtitutionem petant, id reſponſi loco accipiant, quod B. Luth. tom. 7. Jenenſ. Germ. jam olim edidit. Sind daß die Papiſten nicht die Kirchen / ſondern deß Teuffels Hur / die nicht an Chriſto blieben iſt / ſo iſt gründlich vnd gewaltiglich beſchloſſen / daß ſie nicht ſollen die Kirchengüter innen haben / viel weniger dieſen Zanck (damit ſie bißher Keyſer vnd Reich bemühen) erregen / daß man ſie ſolte bey vns wider einſetzen / vnd die Güter reſtituiren / dann das iſt eben als wann die Teuffel von den Engeln begereten / man ſolte ſie wider in den Himmel ſetzen / ſo ſie doch wiſſen vnd bekennen / daß ſie nicht Gottes Engel blieben / ſondern Gottes Feind worden ſeind / die in daß helliſche Fewr gehören. Oder daß ich von Menſchen rede / iſt eben als wann ein Dieb vnd Mörder das Gelt vnd Gut / ſo er geraubet vnd geſtolen / ihm aber abjagt / vnd nun im Gericht lege / oder den rechten Erben wider geben were / wa nicht / ſo dräwete er ein Heintz / Mordbrenner zu werden. Confer ex antiquitate Ambroſ. lib. 5. epiſt. 31. ad Valentinian. Imp. contra Symmachum, ubi eadem argumenta, quibus hodiè à nobis bona Eccleſiaſtica depoſcuntur, in Symmacho confututa legas. Committi 2. Sacrilegium à Pontificiis in πολυειοκλεψίᾳ, ex propriâ Papæ Gelaſii confeſſione diſt. 2. cap. comperimus. in bonorum Eccleſiaſticorum, ad pios uſus dicatorum, nefando abuſu. Luth. ibid. Dann das kan wol ein Kind von ſieben Jahren / ja wol ein grober Narr an den Fingern zehlen vnd rechnen / wiewol der grob Papſt-Eſel / ſampt ſeinen verdampten Heintzen / nichts verſtehen können / daß die löblichen vorigen Keyſer / Fürſten / Herren / vnd fromme Leuth / ohne zweiffel nicht gemeinet noch willens geweſt ſeind / ihre Güter zu geben / damit eitel Teuffels Huren / oder Abgötterey zu ſtifften / zu ſchmücken / vnd zu ehren / viel weniger / daß ſie damit Seelenmörder / Kirchenräuber / Heintzen vnd Mordbrenner erziehen oder vnterhalten wolten / ſondern die lieben Kirchen vnd Schulen / das iſt / das heilige Wort Gottes / Predigampt vnd andere Kirchendienſt / Theologen / Pfarrer / Prediger / darneben auch

arme

arme Leuth/ Witwen/ Wäyſen vnd Krancken zu vnterhalten/ GOtt zu Lob vnd Ehre. Lubet querelas de hoc Sacrilegio Monaſtico ipſorum Jeſuitarum audire è bello illo Cadmæo, quod inter illos ordines ſuper reſtitutione bonorum Eccleſiaſticorum in perpetuum inexhauſtæ avaritiæ monumentum, ſuperioribus annis excitatum. *Ordines DEI vineam ſibi commiſſam ipſi exterminarunt, domos orationis in ſpeluncas latronum converterunt: hodie quoq; Monaſteriis Germaniæ, ulcera, vulnera, putredines, homines otioſi, ignavi, inutilia terræ pondera, ventres pigri, ſtupidæ pecudes*, vide Alphonſ. de Varg. Relat. cap. 24. 3. Sanctii hæc ſunt, ad Ezech. XV. p. 300.

Caput hoc in illorum mores benè quadrat, quos DEUS in ſublimem locum & ordinem vocavit, ipſi verò DEI benignitatis, quam toties experti ſunt promptam & effuſam, immemores, & quid munus & nomen illud exigat, nihil habentes penſi, vitam agunt prorſus degenerem & abjectam, & tantum in ambitioſam foliorum luxuriem evaneſcunt, ſicut ſilveſtris illa vitis, in qua hoc loco ſimilitudo ducitur. Hi enim longè pejores ſunt, quàm ſeculares alij; qui ſilveſtres vocari poſſunt plantæ, quas non ita largè colit, aut rigat divina manus, illæ namq; arbores varios præbent uſus, quibus indiget res communis & publica; ut enim multa habeant, quæ non niſi ad ignem & cineres idonea ſint, at materiam ſuppeditant caduam, ex qua homines ad domeſticas ruſticasq; functiones inſtrumenta parant, ad columnas nempe, quæ ſuſtinent domos, ad aratra, aut plauſtra, quæ aut ſerunt fruges, aut demeſſas comportant. Sic etiam viri ſeculares, dum artem exercent militarem, & ruſticam, dum juri vacant, aut medicinæ, ſuſtentant rempubl. neq; vulgarem afferunt uſum ad commoda, ſive ornamenta pacis. At clerico ſeu religioſo, cui nihil adeſt religioſum & ſanctum, præter nomen, aut deforme & vacuum religioſi viri ſimulacrum, nihil ineſt, quod probes, nihil quod non reſpuas, nihil, quod non judices incendio dignum, cum illud non præſtent, quod ipſorum ordinem & inſtitutum decet, neq; obire ſine rubore queant, quæ utiliter præſtant ſeculares. quâ de re optimè Bernhardus declamatione in illud: Ecce nos reliquimus omnia, & explicans illud Pſalm. 72. In labore hominum non ſunt. Cum cuncti ſtatus hominum aliquid habeant laboris & aliquid voluptatis, clerici inter hæc novo quodam artificio diſcernentes totum quod delectat in quolibet elegerunt, & totum quod moleſtat, reſpuerunt. A militibus acceperunt ſuperbiæ faſtum, amplam familiam, equorum phaleras & nobiles apparatus: à mulieribus dependentes collo pelles rubricatas, vinum, mollitiem, balneum & gloriam, à ruſticis fructus agrorum, horrea plena. Sed benè cavent militaris loricæ pondus, muliebrem declinant verecundiam: Omnes ruſtici & agricolæ victum ſibi labore acquirunt, hi deliciis affluunt, & tamen advenienie fructuum tempore promptuaria eorum plena tritico, & vinum bibunt uva meraciſſimum, & inde incraſſantur, impinguantur, dilatantur.

à noſtris hominibus, qui harpyiarum inſtar involarunt in bona ſeu olim vero numini piè conſecrata, ſeu abuſu vindicata novâ dedicatione, DEO litata, eaque profanarunt. *Atrocitas* quod alterum

terum quæſitum erat, cùm ex eo patet, *quod,* ut habet Hieron. *accepiſſe aliquid pauperibus & eſurientibus erogandum apertiſſimi ſceleris ſit: aliquid nudo ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperet*, ait Auguſtin. de verb. Dom. cap.20. *Si cum Diabolo ardet, qui nudum non veſtiverit, ubi putas arſurus eſt, qui expoliavit? Si,* verba ſunt Fulgentij ſuper Matth.3.verſ.10 *ſterilitas in ignem mittitur, rapacitas quid meretur?* tum ex pœnarum divinarum gravitate, vide exempla apud Thum. tract.de bonis Eccleſ.q.7.n.7.& ſeqq.& q.9.per totum.

§. 8. Tertium caput ſupereſt de mutatione in alios uſus, in quo id nobis dederunt Jeſuitæ (qui ordinibus veteribus per celebrem illum, ut appellari conſuevit, *ſummæ aulæ Mardochæum,* bona Eccleſiaſtica, ereptum voluere, ſibique traditum) non eſſe bonorum Eccleſiaſticorum uſum abſolutè immutabilem, reclament licet Canones ad ravim uſque. Hinc Corn. à Lap. ad verba Lev. 27.28. de eo voto intelligit, quo aliquid vovetur conſecratione omninò abſolutâ & perfectâ: alioquin addit, ex verſ.11.& ſeqq.patet agrum ſimpliciter & nudè votum potuiſſe redimi. Et Sanctius 1.Sam.21.8. vindicat factum Davidis in repetendo gladio ſemel dicato à ſacrilegii crimine, verba integra ſic habent: *Et quidem magis erant Sacri panes propoſitionis, quorum uſum lex, ubi ſublati fuiſſent de menſa, tantum permiſit ſacerdotibus: at in neceſſitate porrecti ſunt Davidi, quod neq; alienum à religione, ut putavit Sacerdos, & probavit Chriſtus, legis illius interpres optimus, & auctor. Quod nemo in lege nova condemnaret, quando in gravi neceſſitate conflari poſſunt ſacra vaſa, & ad pauperum levandam inopiam religiosè conferri.* Et ea de re pulcher locus apud Ambroſ.lib.2. de offic.cap.28. qui citatur 12.q 2.cap. *Aurum. ubi docet, in gravi aliqua neceſſitate, ubi pauperum ſalus, aut vita laborat, licere vaſa etiam initiata conflare, confringere, vendere. Qualis ſine dubio fuit Davidis, cum nullum haberet locum ab hoſte, ſeu à periculo vacuum.* Vix fuit è priſcis Regibus, ait D.Thum.in tractat.de bon.Eccleſ.pag 128.divino cultui intentior, & cui ſacra res curæ magis fuerit, quàm Joas & Ezechias Reges Judæ: tamen uterque horum theſauros Eccleſiæ neceſſitati publicæ adhibuit, quibus emta quaſi & redemta fuit pax & religio; ut ſalva & incolumis maneret, ſubditique ab incurſu hoſtium, vaſtationibus & incendiis tuti eſſent. 2.Reg.12.v.8. 18. *Licita* igitur eſt bonorum Eccleſiaſticorum, 1.*Reformatio & vindi-*

catio

catio ab abuſu ad verum áq; teſtatoribus intentum uſum. 2.*Mutatio materialis de ſpecie in ſpeciem*, ut *Layman*.loc.citando, quæ virtualiter & interpretativè in fundatione teſtationis continetur ſub eodem bonæ intentionis legantium genere, utpote noſodochia, brephotrophia, ſcholarum ornamenta, bibliothecas, quarum olim cura extitit non exigua, ut liquet ex Euſebio VI.21.22.23. VIII.2. *In omni diſpoſitione*, ait *Layman*.cap.4. Inſtitut. de reform. 1. pag. 171. *maximè verò in piis fundationibus conſideranda eſt intentio PRINCIPALIS, quod in his eſt, gloria DEI, Eccleſiæ augmentum, animæ ſalus. Si itaq; judicio eorum, quibus tanquam curatoribus ſeu adminiſtratoribus id competit ad majorem DEI gloriam, majus Eccleſiæ bonum, atq; animarum ſalutem ſtudere videatur, ut bona ad certum uſum divinum deſtinata ad alium cumq; meliorem, & conſideratu rerum ac temporum circumſtantiis, utiliorem convertantur, in tali gloria nihil agitur contra voluntatem teſtatoris. Cum ſervetur eadem ratio principalis, idem effectus: imò in melius commutetur.* Non enim refringit qui in melius mutat cap. 3. de jurejur. 3.*Mutatio* in uſum profanum ſummo urgente neceſſitatis telo. Concludimus verbis B.Luth. è Tom. 2. Isleb. ſi ſalva maneat religio primùm, quæ ſine miniſtrorum operâ conſtare non poteſt: deinde inſtituantur ſcholæ pro informandâ juventute ad ſervitia Eccleſiæ: demùm larga Eleemoſyna in pauperes & calamitoſos conferatur: Juſtum nimirum eſt & conceſſum, ſi pro Republ. fideliter exequendâ de ſuperfluo ſumat Magiſtratus, & reformandis, fundandis vel firmandis pontibus, viis & ſemitis, aliive bono publico inſumat. Modus tamen hîc ſervetur, ne iſtis pauperum ſolatiis divites voratrinam ingurgitent ſuam, atque Evangelium malè per hoc audiat. Confer Ambroſ. l.2.offic.c.28.

§. 9. VI. *Plagio*: cujus exempla & interdicta extant Geneſ. 40.v.10. Exod.12 v.16. Deut.24.v.7. 1.Timoth.1.v.10. *Deniq; furti participatione*, Rom.1.v.31. Epheſ.5.v.11. Pſal.50.v.18. Eſa.1.23. 2.Maccab. 4.23. *Quod ſi Reſpub. ex unâ parte neceſſariis alimentis deſtituta, milites prædarum alimentitiarum venditores ſe offerant, num admittendi? num ſalvâ conſcientiâ ab iis emere licet?* Si prædæ illæ Reipubl. ejusq; civibus ereptæ ſint, licet utique redimere, & ſummæ neceſſitati ſubvenire: ſed non niſi iis licet quibus jactura facta: non item aliis, id enim fuerit. 1. concives ſpoliare. 2. ſpolia in domum inferre ac retine-

retinere contra exempla Sanctorum, Geneſ. 31. v. 39. cap. 42. v. 12. Tob. 2. v. 21. 3. Agricolis ſpem ſerendi & colendi in poſterum agri eripere. 4. Saltem denique ſcandalum præbere infirmis, quod adeò cavit Paulus, ut etiam carnem edere noluiſſet, ſi illa comeſtio cum ſcandalo conjuncta foret.

DISPUTATIO DECALOGICA DECIMA OCTAVA.

DE PRÆCEPTI SEPTIMI PARTE ALTERA.

§. 1.

Craſſiora furta hactenus, ſequuntur ſubtiliora & tectiora ceruſsâ blandientia: quod peccati genus uno generaliſſimo nomine *avaritia* appellari poteſt (quanquam apertam quoque furandi rationem complectatur) quæ ſua ſubtilitate ita fallit, ut nullum vitium aliud, aut ad actionem definiendi imperſcrutabilius, aut ad excuſationem ſpecioſius videatur. Jhr iſt gar wenig/ ait B. Luth. tom. 1. Jenenſ. p. 254: die die Geltſucht in ihnen ſelbs mercken vnd erkennen. Dann der Geitz hat allhie gar einen hübſchen feinen Schand-deckel/ der da heiſſt Leibsnahrung vnd natürliche Nothdurfft / darunder er handelt ohne maß vnd vnſättiglich/ daß/ wer ſich hierinn ſoll rein halten/ muß fürwahr Wunderzeichen oder Wunderthat in ſeinem Leben haben. Hinc fit, ut cum maximè in avaritię odium ac turpitudinem multa dixeris, nihil tamen proficias, quia ſe feriri ejusmodi nominibus ne vel avariſſimus ipſe cenſet. Igitur ad avaritiæ definitionem penetrandam de divitiarum natura & uſu ante omnia conſtare debet. Explicandum itaque prius quid *propriè ſint divitiæ?* 2. *An earum acquiſitio licita?* 3. *An poſſeßio conceſſa?* Divitias olim fortunarum quæſtores acerrimi Stoici definierunt per αὐτάρκειαν, qui ſua ſorte & ſorde diogenæa

næa contentus eum divitem autumantes, etiamſi omnibus fortunæ bonis deſtitutus ac ejectus vulgi judicio pauper habeatur. Sic enim Cic. *in parad. quem enim intelligimus divitem? aut, hoc verbum, in quo homine ponimus? opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter vivendum facile contentus ſit: qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus enim oportet tuus ſe judicet divitem, non hominum ſermo, nec poſſeſſiones tuæ, qui ſi tibi nihil deeſſe putas, nihil curas amplius, ſatiatus es, aut contentus etiam pecunia, concedo, dives es.* Sin autem *propter aviditatem pecuniæ, nullum quæſtum turpem putas, cum iſti ordine ne honeſtus quidem eſſe poſſit ullus: ſi quotidie fraudas, decipis, poſcis, paciſceris, auſers, eripis: ſi ſocios ſpolias, ærarium expilas. Si teſtamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, atq; ipſe ſupponis: hæc utrum abundantis, an egentis ſigna ſunt? Animus hominis dives, non area appellari ſolet.* Quam Stoicorum opinionem ad trutinam veritatis expoſuimus, ac ut leviorem rejecimus alibi in analyſi paradox. Ciceron. p.60. & ſeqq. Ἀυτάρκεια quidem eſt virtus circa divitias, ſed in ea formaliter divitiarum natura non conſiſtit. Nobis divitiæ idipſum ſunt, quod in Evangelio *Mammon* appellatur, *quæ vox non præcipue appellatio eſt diaboli* (verba ſunt D. Chemnit. harm. Evangel. p.838.) *dominantis ſuper theſauros, ſicut quidam fingunt. Sed ſimpliciter ſignificat copiam, multitudinem, cumulum, acervum divitiarum, & arbitror quod græcis eſt theſaurus, idem Syriacè tunc fuiſſe Mammon.* Μαμμωνᾶς χρυσὸς, γήϊνος πλοῦτος, οὐχὶ ἐκ τοῦ σατανᾶ, ἀλλ' ὁ περιττὸς καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν, Suidas. Mammona ſermone Syriaco divitiæ nuncupatur. Hieron. cap.6. Matth. & Luth. in gloſſ. marg. ad Luc.16. 9. ab Hebræo אמן firmus fuit, tanquam dicas, Vermögen oder Unterhalt deß Menſchen. *Uno verbo divitiæ ſunt, quicquid opum quis ſupra victus & amictus neceſſitatem poſſidet.* Id verò, quod hunc in modum *abundat, an acquirere liceat, id quæritur?* Stoici olim ut in definitione divitiarum errarunt, ita etiam in quæſtu earundem. *An parum habet*, ait ex eorum opinione *Seneca* Ep. 120. *qui tantum non alget, non eſurit, non ſitit? plus Iupiter non habet.* Inde Crates Thebanus, ut melius philoſopharetur, opes in mare abjecit, malo, inquiens, te perdere, quam ut me perdas. Diog. Laërt. Stoam è cineribus revocarunt *Photiniani*, quorum hæc eſt ſententia, *quicquid ſupra neceſſitatem, aut acquiſiveris aut poſſederis, id avaritiam eſſe.* Sic en. Oſtorod. in Unter-

 red.

rek. p. 229. Zwar die Theologi pflegen vns nur einen gemeinen vnd groben Geitz zubeſchreiben / nemblich die vnmäſſige Begierde Gelt vnd Gut an ſich zubringen vnd zubeſitzen. Chriſtus aber vnd ſeine Apoſtel haben vns etwas mehr in dem Theil verbotten / vnd derhalben dieſelbe Begierde in viel engere Grentzen beſchloſſen: alſo daß diß / was die Theologi für Geitz halten / nicht der Geitz ſelber / ſondern nur wie eine Frucht deß Geitzes iſt. & pag. 238. Warauß dann nothwendig folgen muß / daß alle die / welche das übrige nicht außſpenden / die Ehre Gottes zubefördern / vnd deß Nechſten Nothdurfft zuhelffen / für Geitzige müſſen gehalten werden. per id autem quod abundat, intelligit quicquid eſt ſupra victum & amictum, laxat tamen illam anguſtiæ fibulam, cum ſcribit p. 244. Derohalben concediren wir / daß es geſchehen könne / daß der Apoſtel vnter dem Namen der Speiſe vnd Decke auch die Dinge begreiffe / welche über dieſelbe irgend auff eine weiſe vnſer Leben zuerhalten / erfordert werden. & ibid. Durchs Leben aber verſtehen wir in dieſer gantzen tractation auch die gute Geſundheit / ſintemal ohne die das Leben wenig nutz iſt / vnd viel mehr für einen Todt / dann für Leben ſoll gehalten werden. Hæc Oſtorodus. Parum abſunt Pontificii, qui in abdicatione bonorum hujus vitæ ſtatus aliquam perfectionem & ſanctitatem collocant, *paupertatem voto præ ſe ferunt, interim ditiores ſunt Monachi*, (ut ad Nepotian. ſcribit Hieron) *quam fuerunt Seculares, & Clerici poſſident opes ſub Chriſto paupere, quos ſub locuplete & fallace Diabolo non habuerunt, adeoq́; DEO & hominibus illudunt.* Quæ pro illa ſua perfectione è N. T. afferunt, vel particularia fuerunt, utpote quod Apoſtoli (ad ambulatoriam provinciam vocati) omnia reliquerint. Matth. 19. 3. quæ ſc. regni Chriſti promotionem impedire poterant: aliàs rete ſuum retinuit Petrus Joh. 21. 3. τὰ ἴδια Johannes c. 19. 26. Paulus ἴδια acquiſivit Act. 20. 34. vel de neceſſitate & caſu perſecutionis, deque affectu renunciandi intelligenda ſunt, utpote cum Servator dicit Luc. 14. Si quis non valedicit omnibus bonis ſuis, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Rectè *Ameſ.* l. 5. caſ. conſc. c. 47. ſcribit. *paupertas* (hujusmodi ſimulata) *eſt ingratitudo erga DEUM, cujus benedictio abnegatur: & injuria erga homines, tàm illos, quibus auxilium debitum denegatur, quam illos qui propterea magis onerantur*, Proverb. 13. 7.

§. 2. Cæterum ipſam divitiarum acquiſitionem per ſe pecca-

Digitized by Google

peccaminoſam non eſſe liquido probatur I. Ex *oraculis* Script. S. in quibus divitiæ benedictio & ſunt & appellantur Deut. 28. per tot. Proverb. 20. 22. Eccl. 5. 18. Corona ſapientiæ Proverb. 14. 24. Eccleſ. 7. 12. debitum parentum 2. Cor. 12. 14. merces pietatis Luc. 6. 38. II. Ex *ſacris Exemplis Abrahami*, Iſaaci, Jacobi, Salomonis & aliorum, qui rerum omnium abundantia affluxerunt. III. *Rationibus deductis ex conditione*, 1. *imperatæ prudentiæ œconomicæ*, Prov. 13. 23. c. 24. 3. & 4. è cujus præſcripto natura arte juvanda, exemplo Jacobi, Gen. 30. 32. Ideò inermis homo inelegans ac implumis naſcitur, ut quæ non ſolum ad neceſſitatem, ſed & ornamentum atque mundum ſpectant, ratione duce & inveniat & acquirat, qua de re etiam Ariſtoteles agit l. 4. de part. anim. c. 10. 2. *Diligentiæ œconomicæ*, Prov. 27. 23. Eph. 4. 28. cujus fructus divitiæ, Prov. 20. 4. cap. 14. 4. Syr. 20. 50. 3. *Conceſſæ mercaturæ*, de qua infra, cujus itidem fructus affluentia bonorum, quanquam ex accidenti non raro contra fiat. Nec *obſtat*. I *Sententia Chriſti*, Luc. 12. 15. φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας, ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ. quo ex loco hunc in modum Oſtorodus colligit. Man ſoll nichts ſuchen/ nur das/ worinn das Menſchen Leben beſteht. In dem aber/ was übrig iſt/ beſtehet das Menſchen leben nicht. Derohalben ſoll man nicht ſuchen was übrig iſt. II. *Sententia Pauli*, 1. Tim. 6. 9. è quâ tale natum Oſtorodo argumentum. Ein ieglicher Fleiß deß Reichthumbs iſt Geitz. Aber die Begierd / welche mehr haben will / dann die Nothdurfft unſer Leben zuerhalten erfordert/ iſt der Geitz. III. *Sententia Agur*, Prov. 30. 8. qui divitias deprecatur. IV. *Mammonæ nomen*, dicitur Mammon iniquitatis Luc. 16. Reſp. ad I. diſting inter quæſtum divitiarum, qui vel ſpectatur ex voto & voluntate quærentis ejus, qui id unicum agit, ut diteſcat, cui divitiæ ſcopus ſunt laborum: & ex re ipſa, ex eventu ac benedictione divina, cum opes contingunt ei, qui res ſuas egit, & eventum commiſit DEO, qui ſuis vel dormientibus benedicere ſolet. Prior quæſtus ſine dubio illicitus eſt, non item poſterior: aliud certè hîc eſt quærere, aliud acquirere: 2. negando Chriſtum argumentari ex definitione avaritiæ, tanquam hæc formaliter conſiſtat in acquiſitione ſuperabundantis copiæ, ſed ex effectu inutili ſic argumentando. Id quod ſpem hominis fruſtratur, tàm anxiè appetendum non eſt. Copiæ rerum ſpem hominis ſæpè fruſtrantur, ut cum quis exiſtimat, ſe è copia ſua vitã

prorogaturum, & voluptates carnales inde percepturum, prius animam amittit, quam genio ſuo ſatisfaciat. Ergò. Id quod oppoſita eleganti proſopopœia Chriſtus confirmat & verſ.22. diſtinguit inter theſauros acquirere & cum & ſine DEO, inter divitias in & cum DEO. Ad II. diſtinguendo inter acquiſitionem divitiarum, & acquirendi cupiditatem. Sicut honores acquirere licet, tanquam virtutis ornamenta, comites, umbras, ſed non appetere per ſe, ut ſcopos, fines, ſummum bonum. acquirere licet (commendat enim 1. Apoſtolus αὐτάρκειαν & ſortis contentionem, quam opulentam DEUS dederit an mediocrem, nihil intereſt, dare DEUS etiam ſolet πλουσίως v.17. αὐτάρκεια etiam aliqua eſt ἐν τῷ πεινᾶν, Phil.4.v.12. cum diverſi ſint ordines hominum, verba ſunt D. Menzeri in exeg art.20. p.m.842. nemo ambigere poteſt opum quoq; dari inæqualitatem. 2. Divitias ipſas non damnat, ſed τὸ ὑψηλοφρονεῖν ἢ ἐλπίζειν, v.7. quemadmodum Johannes Baptiſta militiam non damnat, ſed militiæ vitia, Matth.3. aliàs debuiſſet Apoſtolus dicere. His qui divites ſunt in præſenti ſeculo, præcipe ne acquirant divitias, ut abjiciant, &c) non item, ut Paulus loquitur βούλεσθαι πλουτεῖν, velle diteſcere. Cupiditates accuſat, non facultates: *avaritia eſt velle eſſe divitem, non autem eſſe divitem*, ait *Auguſt. Mercatori licet proponere lucrum non ut finem, ſed ut ſtipendium laboris, Thom.*2.2.q.77. At, *inquies*, Apoſtolus vult v.8. ut in ſolo victu & amictu acquieſcamus, ſi nihil aliud abundet: non autem vult in ſolo acquieſcamus, ſi divinitus copia contingat. hinc ipſe Oſtorod. pag.238 Die Wort Pauli: Wann wir Speiſe vnd Decke haben/ ſo laſſet vns benügen/ ſeind nicht alſo zuverſtehen/ als wann einem Chriſten nicht frey were mehr zu haben dann Speiſe vnd Kleider/ ſondern alſo/ nemblich daß ein Chriſt/ ſo er die Dinge hat/ mehr nicht begeren ſolle: Dann nicht das haben/ ſondern das ſuchen deß Reichthumbs verbotten iſt. Ad III. Agur divitiarum acquiſitionem non damnat, ſed acquirendi cupiditatem ac votum, ut cupere divitias non debemus, ita necà DEO rogare: accipere tamen ab ejus munifica manu illud demenſum, illam ſortem, quam ipſe paterno affectu ex libertate in nos effuſurus eſt. Confer B. Luth. præfat. in c.30. Geneſ. Ad IV. Mammona iniquitatis dicitur non ratione ſubſtantiæ ſuæ, ſed denominatione extrinſeca ob abuſum, cui divitiæ plerumque ſunt obno-

xiæ.

xiæ. *Martinius* in Lexico cenſet ex Hebraiſmo hanc phraſin eſſe explicandam, ut ἀδικία opponatur veritati & ſtabilitati, v.9. *Quemadmodum*, inquit, *injuſti homines fallere ſolent eos, qui fidunt ipſis* (quippe injuſtitiam ſine falſa veri ſpecie exerere non poſſunt) *ita opes mundanæ fallunt poſſeſſores ſuos, qui iis nituntur, & eos habere perpetuos ſomniant.* Quod denique de acquiſitione opum dictum eſt hactenus, id de poſſeſſione quoque earundem verum eſt, id quod infra planius patefiet. Sufficiat nunc pro argumento paupertatis & divitiarum divinitus facta diſtinctio, Syr.11. v.14. Finge nihil de ſuperfluo retinendum, ſed omnia quæ abundant in egenos diſſeminanda, jam cadet paupertatis & divitiarum diſcrimen. vide ἔλεγχον Catholicorum contra Pelagium, docentem divites baptizatos, niſi omnibus abnuncient, non poſſe ingredi regnum cœlorum apud Gerh. Voſſ. hiſt. Pelag. l.5. part.2. p.m.514 & ſeqq.

§. 3. His ita fundamenti loco præſtructis facile eſt *avaritiam* definire, quod ſcilicet *ſit immodica habendi cupiditas*, quæ intemperantia immodica æſtimanda eſt I. *Ex fine*, ſi divitiæ non ut inſtrumenta ac media, ſed ut finis per ſe intendantur, ſi *non propter vitam faciat patrimonia dives, ſed vitio cæcus propter patrimonia vivat.* Juvenal. ſat. 12. quæ intentio binam gignit prolem matre pejorem 1. *confidentiam* in theſauro acquiſito tanquam ſummo bono, Pſ. 62. v.11. Marc. 10. 24 1. Tim. 6. 17. Luc. 12. 29. 2. φιλαργυρίαν & δουλαργυρίαν, Matth. 6. 24. 1. Tim. 6. 9. Quod enim cuique ſummum bonum eſt, id colit, id amat, ei ſervit: utitur DEO, fruitur mundo: nec numum propter DEUM impendit, ſed DEUM propter numum colit: unde etiam metus & gaudium hujusmodi hominis ex ſucceſſu in rebus externis pendet, Luc. 12. v 19. II. *Ex forma & modo*, cum divitiæ fraude aut aliis modis turpibus acquiruntur, quo pertinet αἰσχροκερδία, Tit. 1. 11. 1. Pet. 5. 2. ut quidam memoratur Athenis ſordidus *ac dives, populi contemnere voces* ſit ſolitus: *Populus me ſibilat: at mihi plaudo ipſe domi; ſimul ac numos contemplor in arca.* Horat. libr. 1. ſat. 1. III. *Ex objecto* invendibili, qualia ſunt dona Spir. S. quod avaritiæ genus κατ' ἐξοχὴν Simonia appellari conſuevit. IV. *Ex cauſa efficiente & effectu ipſo*, qui eſt ſollicitudo non officii, laboris & diligentiæ, quæ mandata, 1. Tim. 5. 8. 2. Cor. 12. 14. 2. Theſſ. 3. 11. exempla habet Joſephi, Pauli Galat. 2. 10. formicæ nobis in exemplum

propoſitæ Prov. 6. 6. Confer Matth. 6. v. ult. ſed ſollicitudo diffidentiæ, quæ *μέριμνα* tanquam *μερίζουσα τὸν νοῦν* dicitur, animum nunc huc nunc dividit illuc, & rapit in partes varias, Matth. 6. 28. & quidem (nam *μέριμνα* aliàs in bonam quoque partem accipitur, 2. Cor. 11. 28. 1. Petr. 5. 7. 1. Cor. 7. 34. Phil. 2. 20.) *μετεωρίζεσθε* Luc. 12. 29. ſumpta metaphora aut à navigantibus, qui *μετέωροι* dicuntur, cum fluctibus in altum tolluntur vitæ incerti (ſic enim hac voce ſunt uſi LXX. Pſ. 41. 8. Pſ. 87. 8. Pſ. 92. 4. Jon. 4. 4.) vel à phænomenis in aëre, quæ *παραλλάξει* ſua ac incertitudine viſum fallunt: Quæ enim in ſublimi ſunt poſita facili momento huc illuc impelluntur: Sum *μετέωρος*, ait Tull. 15. ad Attic. ep. 2. & dubiis cogitationibus impeditus. Flatdert nicht mit ewren Gedancken. Piſcat. vide Dn. D. Franz de Interp. Script. S. orac. 130. V. *Egraduum augmento*, cum quis ſua ſorte non contentus plus ſemper ultra quærit, nec modum ſuo appetitui definit, vocatur græcis *πλεονεξία*, Marc. 7. 22. Eph. 4. 29. c. 5. 3. Col. 3. 5. 2. Petr. 2. 3. & 24. *καρδία γεγυμνασμένη πλεονεξίας*, cujus malitiam etiam vidit Ariſt. l. 1. Polit. c. 5. cum negat inſtrumentum (quale quid in rebus agendis divitiæ ſunt) infinitum eſſe debere, cum ſi magnitudine vel multitudine excedat, inutile eſſe judicatur. Inſatiabilis iſta habendi cupido à Diogene hydropi comparatur, quia & hîc quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ, imò inferno à *Chryſoſt. hom.* 29. in Matth. *Avarus*, cum ait, *in omnes ut mors inſiliens, omnes ut infernus deglutiens, communis generis humani hoſtis, quippe qui nullum hominem eſſe vellet, ut omnia poſſideret.* Atque hac de cauſa à Philoſophis quoque malum *ἀνίατον* appellatur. *Avaritia eſt morbus promanans in venas & hærens in viſceribus, qui inveteratus avelli non poteſt.* Cic. l. 4. Tuſc. qq. creſcit cum ætate: & ſenium quo minus vitæ ſupereſt eo plus quærit viatici. Egregiè Baſilius de hoc morbi genere in hom. ad div. ſcribit: *πολλῶν ὑμᾶς ἐνδεεῖς ποιεῖ τὰ τῆς ἐπιθυμίας ἀκόρεστα. τοῖς δέκα ταλάντοις, δέκα ἕτερα προσθεῖναι σπουδάζεις· ἐπειδὰν δ' εἴκοσι γένηται ἄλλα τοσαῦτα ἐκζητεῖς. καὶ ἀεὶ τοι τὸ προστιθέμενον οὐχὶ τὴν ὁρμὴν ἵστησιν: ἀλλ' ἀναφλέγει τὴν ὄρεξιν.* Denique ex adjuncta poſſidendi pertinacia, de qua paulo inferius plura.

§. 4. Eſt vero *avaritiæ peccatum*. 1. *Sataniсum* Johan. 13. v. 2. Act. 5. 3. 2. *Idololatricum* Eph. 5. 5. Col. 3. 5. In quo enim quiſque confidit, cui ut ſummo bono inhiat, id ei DEUS eſt. *Sicut* (verba ſunt

Chryſo-

Chryſoſt. hom. 64. in Matth) *idolum lapideum templo: Sic avari aurum clauſtris & vectibus ſepiunt, pro templo arcam præparantes, deinde adorant ipſi quod concluſerunt, oculosq; & animam malunt, quam theſaurum perire.* *De pecunia Deo & Deo argentino* gentilium legendus *Aug.* IV. C.D. 21. pejores illi qui DEUM ob lucrum colunt. de quibus pulchrè *Aug.* in Pſal. 30. conc. 3. *Quare invocas DEUM? ut det tibi lucrum. Lucrum ergo invocas, non DEUM. miniſtrum lucri tui facis Deum. viluit tibi DEUS. DEUS ſi ad te veniat ſine auro & argento, non vis illum. Quid ergo tibi de his quæ fecit DEUS ſufficit, cui DEUS ipſe non ſufficit? Dic mihi theſaurizas, cui congregabis ea? Dicturus es: filiis meis ſervo. Hæc eſt vox pietatis, excuſatio iniquitatis, ſervas tranſiturus tranſiturum, imò verò tranſiens tranſeuntibus. Scis cum poſſeſſurum cui ſervas, aut ſi nondum natus eſt, ſcis naſciturum? ſervas filiis, incertum eſt an futuris, aut poſſeſſuris: nec reponis theſaurum ubi reponendus eſt. Theſaurizate vobis theſaurum in cælo. O homo, an ignoras quod radix omnium malorum, avaritia eſt, & ſervitus idololatriæ, mater uſuræ, genetrix ſimoniæ, fomes culpæ, æternæ pœnæ avia, nutrix gehennæ? O avaritia abyſſus inſatiabilis! omnia in homine ſeneſcunt vitia, ſola avaritia juveneſcit,* II. *Stultiſſimum* 1. Tim. 6. 9. quia 1. *fruſtraneum* impensè curare ea, quæ in noſtra poteſtate non ſunt, quo argumento à ſollicitudine dehortatur Chriſtus Matth. 6. v. 27. quia 2. *ſtolidum* tam anxiè petere, quæ extemplo ſis perditurus, & hæredibus relicturus. Hinc Horat. II. od 14. *abſumet hæres dignior ſervata centum clavibus, & mero tinget pavimentum ſuperbum Pontificum potiore cœnis.* Sæpè quod avarus ſumma congeſſerit ſollicitudine præcipiti effuſione dilapidat hæres luxurioſus, & diu quæſita turpis helluo, præſentium cæcus, futuri improvidus, quadam abſorbet voragine: inque ventum laboraturus Eccl. 5. 15. confer Jer. 17. *Quid enim aliud hæc vita eſt, quam pernix curſus ad immortalitatem? Quotidiè demitur aliqua pars vitæ noſtræ, & tum quoq; cum creſcimus, vita decreſcit: hunc quem agimus diem cum morte dividimus: mox ut in vitam ingredimur ſtatim aliâ portâ exire incipimus.* Senec. Ep. 59. vide Luc. 12. 29. Syr. 11. 18. Pſ. 57. 7. Jer. 17. 11. quia 3. *inſanum* coli ad ſervitutem uſque ab homine, quæ infra hominis dignitatem longiſſimè abjecta ſunt. *Quid eſt aurum,* ait Bernh. *niſi terra rubra? quid argentum, niſi terra alba? quid ſunt margaritæ, niſi excrementa concharum? quid eſt purpura, niſi ſanguis fœdi oſtrei? quid byſſus, niſi fœdus humor bombycum?*

Divitiæ

Digitized by Google

Divitiæ ſunt hujus ſeculi laqueus diaboli. *Heu* (exclamat iterum Bernh. ſer. 3. in Pſ.) *quam paucos invenimus, qui ab hoc liberati laqueo exultant, quam multos, qui dolent quod parum ſibi videntur irretiti, & adhuc quantum poſſunt, ipſi ſe involvunt, ac intricare laborant.* quia 4. *abſurdum* amare id, quod in maximis neceſſitatibus te proditurum eſt atque deſerturum, ad ſepulchrum nihil niſi interulam relicturum Eccl. 5. 15. confer Saladini verba apud Fulgoſ. VII. 2. quia denique *ſtultum* amore boni caduci perdere bonum æternum, h. e. umbram ſequi, carnes amittere. III. *Turpiſſimum,* quod vel ex comparationibus liquet, avari cum ſue, quæ glande veſcitur vultu declivi, quercum glandium datricem non intuetur, nec unquam prodeſt homini, quam mactata: aſino qui frumenta geſtat in molam, ſed veſcitur paleis; Cani qui gramini inſidet ſterili voluptate, quam aliis invidet: Draconi, gryphi theſaurorum cuſtodibus: vulturi cadaverum liguritori, harpyiæ, hydræ, Briareo Scyllæ apud Iſid. Peluſiot. ep. 233. IV. *Radix omnium malorum,* 1. Tim. 6. *φιλαργυρία πάσης κακίας μητρόπολις* Bias. Quid enim non mortalia pectora cogis auri ſacra fames? radix eſt idololatriæ, perjurii, neglecti Sabbathi, *ſi ſacrificat ſumma Iovi, atq; in manibus exta teneat ut porriciat, interea loci ſi lucri quid detur, potius rem divinam deſerit.* Plaut. bellorum, rebellionum, impuritatis, calumniarum, &c. *Si nares efflaverit uſpiam rubiginoſi aura marſupij, confeſtim videbis illic & oculos Argi & manus Briarei & ſphingarum ungues & perjuria Laomedontis & Vlyſſis argutias & Sinonis fallacias & fidem Polymneſtoris & pietatem pygmalionis adhiberi*, ut ſcitè habet Sidon. Apollin. V. ep. 7. V. *Damnoſiſſimum* 1. Tim. 6. verſ. 9. ipſi avaro, in hac vita, qui in ſemetipſum tyrannus paupertatis fugiendæ gratia miſerias patitur triplo graviores, continuò expoſitus curis aculeatis & mille angorum, vigiliarum, dolorum ſpinis. *In altera vita*, quia exilium à patria cœleſti jamdum indictum eſt, qui diverſorium commorationis loco antehabuit 1. Cor. 6. Eph. 5. 5. Jac. 5. 1. 2. *in publicum.* 1. *foris* in bello, quoties enim avaritia victoriam eripuit, vid. Julium l. 2 Stratag. quoties iis modis pugnatum, quibus Philippus omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quæ aſellus onuſtus auro poſſet aſcendere. Cic. ad Attic. ep. 13. 2. *domi,* quia pœnarum epidemicarum irritatrix eſt avaritia, cui toties væ inclamatur Eſa. 5. 8. Mich. 7. Jer. 22. 13. Hab. 3. Luc. 6. 24.

§. 5. *Ava-*

Digitized by Google

§. 5. *Avaritia* in univerſum duplex eſt, *una rapax, altera tenax.* Illi αὐτάρκεια opponitur mandata Prov. 23. 4. Syr. 29. 30. Luc. 3. 14. 1. Tim. 6. 8. Heb. 13. 5. *Rapax avaritia* per omnes vitæ humanæ contractus diffunditur, complectitur ſub ſe ſpecies varias, quarum I. *eſt avaritia uſuraria.* Uſura ab uſu eſt, ut à fœtu fœtura, à cultu cultura, notat generatim vel omnem rei uſum, ut uſura lucis apud Cic. corporis apud Plaut. vel ſpeciatim fructum ſorti accreſcentem. Synonymum eſt fœnus quaſi fœtus pecuniæ. Varro IV. LL. Iſidor. V. orig. 25. Gell. XVI. N. A. 12. Fœnus & mutuum olim à latinis ſic diſtinguebantur, ut fœnus ad ſolutionem præſtitutum diem urgeret, mutui redditio non item, ſed poterat illa cogi à creditore quo tempore viſum eſſet. Ovid. in conſol. ad Liv.

Vita data eſt utenda: data eſt ſine fœnore nobis
mutua, nec certa perſolvenda die.

Hebræi tribus nominibus appellant, quod nos ſeu uſuram ſeu fœnus vocamus. 1. נשך à Naſchach mordere, quia uſura quandoque mordendo parit, & veneno necat, exſugit ſanguinem (h. e. bona, quibus non aliis vita civilis, quàm ſanguine naturalis vita ſuſtentatur) inſtar ſanguiſugæ, cujus Filiæ clamant affer, affer Prov. 30. 15. de ſerpentum morſu accipitur Num. 21 20. Prov. 23. 30. Amos 5. 19. quam metaphoram evolvunt Lyran. in c. 22. Exod. ut ſerpens, ſcribit, *mordens in ſilentio primum non percipitur vel ſentitur, ſed poſtea homo inflatur & diffunditur effectus illius morſus parvi per totum corpus: ſic uſura malum in principio non ſentitur, ſed poſtea aſcendit in magnam ſummam & devorat totam hominis ſubſtantiam*, & Chryſoſt. in c. 5. Matth. Qui aſpidis morſu percutitur, quaſi delectando in ſomnum vergit & per ſuavitatem lethalis ſoporis moritur, eo quod venenum inter dormiendum per omnia membra graſſatur: ſic qui pecuniam ab uſurario accipit, in præſenti quodam quaſi beneficio affectus gaudet, verum uſura per omnes illius facultates decurrens totum convertit in debitum. hinc epitheta, uſura mordens, uſura vorax apud Lucan. 2. מרבות à Rabah multiplicari, augeri LXX. vertunt πλεονασμός, Dicitur & משה à נשה portare, germanicè ein Laſt / ein Beſchwerde auff einem Gut. Neh. 5. 7. Græci τόκον appellant à τίκτειν: Germani wuchern / vel à Wochen / wochern / quia ſæpè ſeptimanis

etiam uſuræ ſolutio definitur à Judæis & judaizantibus, (*ſic baptizatos Iudæos* Bernh. ep. 322. olim appellavit) velut ominatur Martin. in Lex. à wachen / quod occupata & fœnori expoſita pecunia quaſi vigilet, otioſa à que ciſta flagellata quaſi dormiat.

§. 6. Cæterum uſuraria avaritia adeoque uſura culpabilis non eſt I. *uſura officialis*, quam commendat Chriſtus Matth. 25. 27. quanquam ex eâ ipſâ pro uſurarum licentia aliquod argumentum peti poſſit. Huc, inquit Ameſius l. 5. caſ. conſc. 144. n. 13. referri poteſt, quod maximè probabile ſit ex parabolâ illâ de talentis Matth. 25. 27. non tantum in vulgari uſu fuiſſe apud Judæos menſariorum aliquod fœnus, ſed etiam à Domino non fuiſſe improbatum: quia ſub illa ſimilitudine exigit officium ſpirituale, ſine ulla inſinuatione alicujus improbationis, qualem in aliis parabolis, quæ ab uſu improbato officium illuſtrabant, ſolebat adhibere. ut Luc. 16. 8. Non II. *uſura naturalis*, nata ex pecoribus, terræ ſeminibus, &c. de qua Cic. de Senect. ſcribit, *terra nunquam ſine uſura reddit quod accepit*. Piſc. Eccl. 5. 6. τὸ יתרון ארץ, vertit der Erdwucher / confer Gen. 26. 17. Matth. 13. 23. Non III. *uſura Eleemoſynaria* orta ex Eleemoſynis, quam artem omnium quæſtuoſiſſimam, Chryſ. vocat Prov. 19. 17. ubi in Hebr. מלוה i. e. mutuo dat vel ſimpliciter vel cum uſura, ut patet ex Deut. 28. 12. & 44. In commendationem hujus uſuræ eleganter expatiantur Patres, Baſil. in Pſ. 58. *Cur*, inquit, *non dixit: Qui miſeretur pauperi, dat* DEO? novit Scriptura avaritiam noſtram, *intellexit appetitum noſtrum inſatiabilem, qui ſibi majora ad habendum proponit, redundantiam, ac plus ſemper quærere; ob eamq; cauſam non dixit omninò: Qui miſeretur pauperi, dat* DEO: *ut ne ſimplicem largitionem & retributionem ſortis exiſtimes, ſed fœneratur* DEO, *ut avarus & lucri Cupidus, audito uſurarum nomine, ſeipſum miſericordiæ dederet*. Ambroſius de Tobia c. 16. *Docebo*, inquit, *quomodo fœneratores eſſe poſſitis, quomodo bonas quæratis uſuras*. Dicit Salomon: *Fœnerat Domino, qui miſeretur pauperi, ſecundum datum autem ejus retribuit ei. Ecce bonum fœnus de malo factum eſt, ecce irreprehenſibilis fœnerator, ecce uſura laudabilis. Nolite ergo jam invidentem me veſtris commodis æſtimare. Putatis quod hominem ſubtraham vobis debitorem? Deum provideo, Chriſtum ſubrogo, illum demonſtro, qui vos fraudare non poſſit. Fœnerate ergò Domino pecuniam veſtram in manu pauperis. Ille adſtringitur*

gitur & tenetur, ille ſcribit quicquid egenus acceperit. Evangelium ejus cautio eſt, ille promittit pro indigentibus, ille dat fidem. Quid dubitabitis dare? Si quis vobis dives hujus ſeculi offeratur, qui fide promittit ſua pro aliquo debitore, ſtatim numeratis pecuniam. Pauper eſt vobis Dominus cœli, & conditor mundi hujus, & adhuc deliberatis, quem ditiorem quæratis fidejuſſorem. Chryſoſt. homil. 3. in Geneſ. *Qui miſeretur,* ait, *pauperi fœneratur* DEO. *Vide uſuræ raram & admirabilem naturam. Alius eſt, qui accipit, & alius, qui ſe dandi fœnoris reum facit, & hoc non ſolum nomine, ſed quia in hoc uſuræ genere non eſt locus ingratitudini, neq; ulli alij damno; neq; ſicut hic, ſemel dare, qui pollicetur, ſed centupla dantur, & non ſolùm centupla: nam aliqua dantur in præſenti vita, aliqua in futura, nempe vita æterna. Et in præſenti quidem vita, ſi quis nobis ſolùm duplicia polliceretur pro his, quæ à nobis dantur, parati eſſemus illi omnem noſtram ſubſtantiam afferre. Tametſi ibi magna ingratitudo, multæ & ſtupendæ avarorum fraudes: & multi, qui boni habentur, fœnus non ſolvunt, vel ob malevolentiam nolentes, vel ſæpè & propter inopiam non valentes. Quoniam autem nihil tale omnium Domino imputari poteſt (nam & capitalis ſumma in tuto eſt, & centuplum hic promittitur eleemoſynam expendentibus, & in futurum vita æterna reponitur;) quæ igitur nobis defenſio erit, ſi negligentes fuerimus, non feſtinaverimus centupla pro paucis accipere, & pro præſentibus futura, & pro temporalibus æterna?* confer Luth. tom. 7. Jen. pag. m. 414. Deque hac omnino uſura vel mutuo ſine dubio accipienda ſunt verba Chriſti Luc. 6. v. 35. Δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες, id eſt, μηδὲν παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβόντες. Sic apud Athen. L. XIV. ἀπεσθίειν pro ἀπό τινος ἐσθίειν. Δανείζετε, ait Dominus, non δότε, quia ut diſcrimen eſt inter δώρημα καὶ δάνεισμα, ita vult Dominus, ut quidem fratri pauperi mutuo demus, adq; reddendum, ſi poſtea facultas ſuppetat, obligemus: ita tamen ut nihil inde ſperemus, id eſt, ſi maximè de ſorte periclitemur, DEO rem commendemus, nec propterea nimis angamur, & periculum illud potius ſubeundum proponamus, quam proximo egenti noſtro officio deſimus. Optime B. Luth. παραφράζει, tom. 6. Witt. p. m. 303. Ihr ſolt frey dahin leihen/ vnd wagen obs euch wider wird oder nicht/ wirds wider/ daß mans nehme: wirds nicht wider/ daß geſchenckt ſey/ daß alſo geben vnd borgen kein Unterſcheid habe nach dem Evangelio/ dann dieſen/ das geben nichts wider nimbt/ borgen aber wider nimbt/

wo es kompt/ vnd doch wagt daß es ein geben ſey. Non eſſe hanc regulam univerſaliter accipiendam, ſed limitatè ad eos reſtringendam, qui in ſummo neceſſitatis caſu conſtituti, ſaltem pro illo tempore, facultate reſtituendi carent, qui ut loquitur Plato, prius puteum ſuum fodiunt ἄχρι τῆς κεραμίτιδος ad cretam uſque, nihil tamen ſubſidii ad vitam ſuſtentandam inveniunt, patet ex 1. ratione annexâ v.36. Eſtote igitur miſericordes. E. de objecto miſerabili ſermo eſt, de objecto in quo nihil ſperabile eſt. Ex 2. *collatione* Pſ.37.21. & Deut.15.7. 3. Ex *antitheſi* peccatorum, quam præcipuè urget D.Hunn. in Comm.2.Cor.8. p.m.247. Non III. *Uſura compenſatoria & negotiatoria* lucri ceſſantis, damni emergentis & officii indebiti, collati in homines lautioris fortunæ lucrum aliquod è noſtra pecunia commoda & opportuna emtione rei luxum faſtumve captantibus., es heiſſt hie do ut des ait D. Schnepf. apud Bidembach. Decad.6 conſil.8. Hanc licitam eſſe *D. Gerh.* tom. de mag.pol.p.914.& ſeqq. demonſtrat. 1. *Ex regula Chriſti* Matth.7.12. omne quod vultis ut faciant vobis homines, vos etiam ipſis facite. Jam nemo eſt, qui nolit in lucri participationem admittere, quod ex mutuo à ſe dato acquiſitum erat, nemo velit ſuo cum incommodo, alteri commodare; nemo ſuum ſibi officium fieri damnoſum; latet in hac regula Chriſti etiam gratitudinis præceptum, quod ἀντίδωσιν aliquod reale non ſolum requirit, ſed etiam cautionem aut ſyngrapham admittit, quæ naturalem, quâ homo occupatus eſt, ἀχαριστίαν de qua Syr.29.4. coerceat. 2. *Ex regula Apoſtoli* 2 Cor.8.13 cum beneficentiæ hunc figit terminum, ne nobis ſit θλίψις, alteri ἄνεσις, ἀλλ' ἐξ ἰσότητος, manna eſt (inquit Calvin. ad 2. Corinth.8.p.33.) *Quicquid habemus, undecunq; proveniat: modò verè noſtrum ſit, quia fraude & illicitis artibus quæſitæ opes indignæ ſunt hoc nomine; ſed potius ſunt Coturnices ab ira DEI emiſſæ, & quemadmodum ſi quis vel aviditate nimia vel diffidentia Man ſuppreſſerat, illud repoſitum ſtatim putreſcebat: ita non dubitemus, maledictas eſſe divitias & mox perituras, quæ cum fratrum injuria congeruntur, idq; cum exitio Domini; ne putemus hanc creſcendi eſſe rationem ſi proſpicientes nobis in longum tempus, egenos fratres noſtros fraudamus debita beneficentia. Fateor quidem non præcipi nobis illam æqualitatem, ut nihilo nitidius fas ſit divitibus veſci, quam pauperibus: ſed eatenus ſervanda æqualitas, ut nemo eſuriat, nemo abundantiam ſuam* *ſuppri-*

Digitized by Google

ſupprimat, alios fraudando: Pauperum homer panis erit cibarius, victusq; parcior; divitum homer liberalior quidem portio, prout tulerit facultas, ſic tamen, ut temperanter vivant, neq; deſint aliis. cujus regulæ æquitatem è naturæ lumine perſpexit Cic. cum ſcripſit III. offic. Rei familiaris amplificatio, nemini nocens, non eſt vituperanda, ſed fugienda ſemper injuria. Idem omninò jus eſt in vacatione è pecunia utenda, quæ eſt in vacatione à labore. At hæc compenſanda Exod. 21. 29. 3. *Ex magiſtratus Chriſtiani authoritate* (quam Evangelium non abolet, ſed ſervat,) non διὰ σκληροκαρδίαν permittentis, id enim foret ſcyllam vitare & incidere in charybdin, ſed jure quodam ſuo incerta & lubrica certâ quadam lege definiente. 4. *Ex paritate contractuum aliorum* emphyteuſeos, antichreſeos, emtionis, redituum, contractus ſocietatis. addit deniq; §. 234. cautiones I. quoad objectum, ne uſura petatur ab egeno, qui reſtituere non poteſt, hoc enim ſit nudo veſtimentum detrahere. ne 2. à mediocris fortunæ homine, qui ad vitæ neceſſitatem pecunia uſus eſt, ubi redditio ſortis ſufficere debet. 3. nec ab iis, quos inſperatus aliquis & inculpatus caſus naufragii, incendii, rapinæ, &c. ad inopiam redegit. II. *Quoad ſummæ & temporis quantitatem*, ne in menſes vel ſeptimanas uſuram deſcribas, ne ſupra definitos à magiſtratu limites (h. e. quicunces in ſingula centena, juxta Reichs Abſchied An. 1548.) exſultes, quanquam (quia æquitas compenſationis uſurariæ non conſiſtit ἐν ἀκμῇ ſed ἐν πλάτει, conniventibus magis legibus civilibus quàm præcipientibus) mercatores excipiat & proportionis eos admoneat Geometricæ *D. Hunnius Comm. ad* 2. Cor. 8. p. m. 253. verba ſunt, *quod monui de numero legibus præſcripto, ne videlicet de centum plures petantur aut ſumantur quam quinq;, id non ita ſanctè ſemper obſervatur in negotiatione ſeu inter mercatores, ubi mercator quiſpiam florenis centum aliunde mutuò ſumptis, poteſt beneficio negotiationis anno uno tantum lucrari, ut lucrum illud ſortem adæquet. Hinc ob ſpem tàm luculenti quæſtus, judicatur non iniquum eſſe, ut creditori ſuo de centum paulo etiam plus dependat, quam in vulgari elocatione conſuetum & receptum eſt, præſertim cum lucrum illum cum ſuo creditore non partiatur. Nihilominus autem & mercatoribus attendendum eſt, ut charitatem utrinq; ſinant contractuum eſſe regulam & ſupremam moderatricem.* III. Quoad ſubjecta mutuantia, ne uſura ignaviæ ac otio pulvillos ſubſter-

 nat,

nat, (quam rationem fuiſſe anni jubilæi inſtituti acutè conjicit Cunæ l.1.de rep.hebr.c.3 p.m.11.) ſed iis relaxamento fit, qui negotiari non poſſunt, ut ſunt viduæ, pupilli, ſenes, literati & ſimiles. Denique id etiam cavendum, ne uſura ſit impedimentum charitatis Chriſtianæ, ne ſic eloces, ut juvare non poſſis alios, aut in mutuatione gratuita, aut in Eleemoſyna.

§. 7. Nihil efficiunt argumenta quæ contra *afferri* ſolent petita I. *Ex LL.divinis* Exod.22 25. Lev.25.25. Deut.23.19. II. *Ex rationibus* 1. *mutui conditione*, quod natura ſua gratuitum eſſe debet. 2. *natura numi*, qui natura ſterilis, inventus eſt, non ut eſſet merx vendibilis, ſed venditionis inſtrumentum, à quo uſus eſt inſeparabilis. quàm abſurdum eſt vendere aſinum, umbram vero aſini venditam nolle, (quemadmodum duo illi *Megaram contendentes ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς* contendebant) tam abſurdum videatur ultra reſtitutionem ſortis, vendere pecuniam velle. 3. *Ex natura rei datæ*, quæ de meo tua facta eſt. E. quæcunque illud tuum bonum ſequuntur commoda tua ſunt non mea. III. *Ex B.Luth. auctoritate*, qui in uſuras vehementer invectus tom.6.Witt. & tom.7.Jen. dum ſcribit: Alle die jenigen ſo fünff/ ſechs oder mehr auffs hundert nehmen/ vom geliehen Gelt / die ſind Wucherer / darnach ſie ſich wiſſen zurichten / vnd heiſſen deß Geitzes oder Mammon abgöttiſche Diener/ vnd mögen nicht ſelig werden/ ſie thun dann Buſſe. adde criſin D.Pappi noſtratis; hic nonnihil durioris, ita enim notat ad Ezech.16.p.174.f.2. *Etſi autem leges Civiles inter fœnus & uſuram diſtinguunt, certumq; uſuris modum præſcribunt: tamen de officio mutuationis ſimpliciter regula Chriſti teneatur: Mutuum dantes, nihil inde ſperantes. Itaq; quicquid propter mutuationis officium ſive multum ſive parum accipitur, id ſine peccato non fieri, certò ſtatuendum eſt. Sunt autem præter hanc de mutuatione, quæſtiones etiam aliæ, in quibus quomodo uſura aut fœnus illicitum accipiatur, dubitari ſolet. Vt cum quis in fundo fructificante, aut univerſis, aut certis quibusdam circumſtantiis à vera emptione diſtinguitur: tametſi in hujusmodi caſibus precium ſit æquum, quia illos Reſpublica confirmavit, non debemus laqueos conſcientiis injicere, cùm ſine univerſali aliqua mutatione totius ſtatus publici, tales ſive emtiones ſive emptiones ſive contractus, non poſſint mutari. Quando verò in hujusmodi contractibus emptor poteſtatem ſibi reſervat, renunciandi emtionis & repetendi ſortem. Tùm verò dubium nullum eſt, quin vitioſus ejusmodi contractus ſit, utpote cum ipſa charitate Chri-*

Chriſtiana pugnans. connivere hic videtur bonus Homerus, cum bono publico unum contractum condonat, non item illius parem eidem. Reſp. I. γενικῶς, ut alibi hîc quoque diſtinguendum eſſe, inter legum divinarum morale & forenſe? Morale eſſe interdictum avaritiæ: forenſe interdictum uſuræ abſolutum, idque ex peculiaribus cauſis ad annum jubilæum, in quo χρεῶν τῶν δανειῶν ἀπολυομένων, Joſeph. X. antiq. 24. reſpectum habentibus. vid. D. Meiſn. part. 1. Philoſ. ſobr. c. 6. q. 1. p. m. 363 interdictum ſcilicet non ſolum τῶ Neſchech: ſed etiam marbith, Lev. 25. 36. adeoque interdictum uſuræ etiam non mordentis, id quod evidenter colligitur è Deut. c. 25. 3. è quo loco hoc fluit argumentum: Talis prohibebatur uſura Judæis inter ſe invicem, qualem à peregrino exigere licebat; At vero non licebat cuilibet privato (extra bella Domini, ubi Cananæos devotos etiam occidere licuit) à peregrino miſerabili (cujus ſors infelix etiam in hoſte clementius tractanda) uſuram mordentem exigere (id enim ut peccati rationem habet, à DEO juberi non poterat.) Ergo Judæis invicem interdicta fuit etiam non mordens uſura. II. *In ſpecie* ad Exod. 22. ſermonem eſſe de fratre paupere: prohibere rigoroſam exactionem, quam per dringen / redd. B. Luth dringen in marg. Wann du deinen Nächſten dringeſt zubezahlen mit deinem Vortheil vnd ſeinem Nachtheil. prohiberi denique Neſchech ſeu mordentem uſuram. at Lev. 25. ſermonem iterum eſſe de fratre attenuato, cujus manus nutaverit, ut ſeipſum juvare nequeat inſtar ægroti, ut ne manibus quidem comparare victum & operam tibi locare poſſit, ſicut τὸ ἀδυνατεῖν ταῖς χερσὶν apud LXX. exponit Lorin. ad ill. loc. ad Deut. 23. 3. Junium cenſere inde potius confirmari uſurarum licentiam poſſe, quam infirmari. Concedit enim ſummus legislator uſuras ab extraneis, non tam, quia extranei erant: (nam ne illi quidem erant opprimendi Exod. 22. 21.) ſed quia habebant opes extra terram promiſſam & ἔμποροι, Sidonii præſertim, Tyrii, Ægyptii, aliiq; finitimi, qui ex mercatura magnum quæſtum faciebant, contra Judæi agricolæ erant & opiliones, mitius omninò habendi, erant mercatum venientes adeoque opulenti fænora agitantes. ad II. *rationum primam*, gratuitum tàm non eſſe de eſſentia mutui, quam non eſt de eſſentia commodati. ad III. nummum etſi natura

ſterilis

Digitized by Google

ſterilis ſit, arte tamen in fructum redigi poſſe, perinde ut agri inculti arte ſubiguntur: pecunia quatenus ſubeſt mutuantis induſtriæ, eſt veluti ſemen fœcundum lucri, in quo lucrum ipſum virtute continetur, verba ſunt Leſſii l.2.de juſt.& jur. deinde numum manere inſtrumentum, nec objectum compenſationis uſurariæ eſſe numum, ſed officium indebitum precio exiſtimabile. Diſcrepare denique uſum numi, qui vel eſt ipſa diſtractio à dominio, vel fructus ſeu commodum ex diſtracta pecunia paratum: ille manet inſeparabilis, hic peculiarem compenſationem requirit. ad III. in mutuo meam factam eſſe tuam non abſolutè, ſed conditionatè cum incluſione debiti compenſationis. ad IV. auctoritatem B.Luther. id illi contigiſſe quod patribus, quorum ſeculo, ut loquitur Chryſ. hom 6. in c.2. Matth. nihil uſura fuit crudelius, nihil turpius. 2. excipere den Schadenwacht. Du biſt mir ſchuldig hernach zu geben/ ait tom.7. Jen. p.399. über die 100. fl. alles was der Schadenwacht mit ſeinem Unkoſten darauff getrieben hat. Item den Zwillingſchadenwacht/ duplex intereſſe damni emergentis & lucri ceſſantis pag. ſeq. das Nothwücherlein/ pag. 404. wann der Fall fürkäme/ daß etwa alte Leuthe/ arme Wittwen/ oder Wäiſen/ oder ſonſt dürfftige Perſonen/ die biß daher kein andere Nahrung gelehrnt/ hätten im Handel ein tauſend Flören oder zwey/ vnd ſolten ſie davon laſſen/ ſo hätten ſie ſonſt nichts/ vnd müſten die Hand am Bettelſtab wärmen/ oder Hungers ſterben. Confer B.Gerhard.§.256.

§. 8. Sed uſura culpabilis *adeoq; avaritia uſuraria eſt* 1. ῥᾳθυμικὴ, qua uſurarii otio ſuo aut ſuorum pulvillos quærunt, ſine Deo ſemetipſos curaturi, fœneratoriam artem ex profeſſo exercent, captatores ac inſidiatores aliorum bonorum. 2. φιλαργυρικὴ, qua primo ſpectatur privatum commodum & opum acquiſitio, commodum proximi, aut nihil penſi habetur, aut per accidens tantum attenditur. 3. αἰσχροκερδικὴ, quæ nulla habita perſonarum differentia mordet, earumque abutitur neceſſitate. Tales αἰσχροκερδεῖς plerumquè fuere veterum collybiſtæ. quorum partem è templo expulit templi Dominus Joh. 2.15. Hujus criminis inter *alia Verrem* quoque popoſcit Cic. orat. S. n.180. *ex omni pecunia, quam aratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant; proſpectatione, id eſt, probatione pecuniæ) & collybo, deinde pro neſcis quo cerario.* 4. πλεονεκτικὴ quæ tempo-

temporis & quantitatis definitæ ſepta tranſcendit, qualis fuit illa centeſimæ acceptio à Nehemiâ caſtigata c. 5. v. 11. Ameſ. V. caſ. conſc. q. 44. n. 21. 5. ἀναλιδεικὴ, quæ ita fœnori exponit, ut nihil in eleemoſynam aut mutuum gratuitum retineat. Atque hæc avaritiæ ſpecies interdicta eſt cum locis ſup. cit. tum vel maximè Pſal 15.1. Mundus quidem, qui hoc in malo dudum ἄνικτος occalluit, prætextus varios quæſivit, ſed qui ad verbum DEI ceræ inſtar liqueſcant, utpote prætextum ſervitii, ſpricht Juncker Wucher alſo / Lieber als ietzt die Läuffte ſind / ſo thue ich meinem Nächſten ein guten Dienſt dran / daß ich ihm leihe hundert fl. auff fünff / ſechs / zehen / vnd er danckt mir ſolches leihens / als einer ſonderlichen Wolthat. Bittet mich darumb / erbeut ſich auch ſelbs willig vnd vngezwungen mir fünff / ſechs / zehen gulden vom hundert zuſchencken / ſolt ich das nicht ohn Wucher mit gutem Gewiſſen mögen nehmen. Reſpondet ibi Luth. per comparationem fœneratorum cum Polyphemo. Die Poeten ſchreiben von einem Cyclope Polyphemo, daß er dem Ulyſſe verhieß / er wolt ihm die Freundſchafft thun / daß er zuvor ſeine Geſellen / darnach ihn zu letzt wolt freſſen / ja es iſt auch ein Dienſt vnd ein feine Wolthat geweſt. Prætextum pietatis, ſub quo fallit mons pietatis quem Domin. à Soto de juſt. & jur. quæſt. 1. art. 6. arbitratur neutiquam ab uſuræ ſordibus elui poſſe. De montis illius iniquitate videndus D. Meiſn. part. 3. Philoſ. ſobr. c. 6. q. 1. p. m. 394. & ſeqq. Rivet. in Cathol. orthod. part. 2. tract. 4. q. 15. p. 470. II. *ab ipſis ethnicis è lumine naturæ damnatum*, quorum exempla adducit & exaggerat B. Luth. l. cit. p. 402. & ſeqq. conf. Gerh. lib. cit. §. 232. & theatrum hiſt. p. m. 591. III. *Damnoſiſſimum*, quia 1. otii pulvillus eſt. 2. reipublicæ gurges. 3. pauperum mors Syr. 39. 23. & ſeqq. IV. *Odioſiſſimum* Prov. 11. 26. Syr. 23. 29. Lubet adjicere invectivam *Ambroſ. Cur*, ait, *ad fraudem convertis naturæ indulgentiam, quæ copioſas dat fruges? Cur invides uſibus hominum publicas partus? Cur populis minuis abundantiam? Cur affectas inopiam? Cur optari facis à pauperibus ſterilitatem? Cum enim non ſentiant beneficia fœcunditatis, te auctionante pretium, te condendo frumentum, optant potius nihil naſci, quam te de fame publica negotiari.* Et mox: *Latrocinium hoc, an fœnus appellem? Captantur tanquam latrocinij tempora, quibus in viſcera hominum durus inſidiator obrepas. Lucrum tuum damnum publicum eſt.* Recte Salomon (Prov. 11.) *Qui con-*

 tinet,

tinet, inquit, *frumentum, relinquit illud nationibus non hæredibus: quoniam avaritiæ emolumentum ad ſucceſſorum jura non pervenit, quod non legitimè acquiritur, quaſi ventis quibusdam in extraneis diripientibus diſſipatur.*

§. 9. *Duplex eſt avaritia uſuraria.* 1. *pecuniaria.* 2. *frumentaria.* (quæ omnia alimenta complectitur) dicitur alias *Dardanaria*, de qua hæc annotat *Turneb.* XXI. adv. 4. *flagellare divitias, & flagellare annonam dicuntur, qui magnas arcis clauſas opes tenent, & horreis fruges quas invitas veluti verberib. & carcerib. coercitas erumpere foras non ſinant, quod in annona qui faciunt, eam duriorem reddunt, & onerant coemptis undiq; frugibus & in horreis reconditis, qui & Dardanarij vocabantur, quaſi veneficio in horrea ſua fruges contruderent, & annonam premerent, ut carmine alio meſſes traduci opinio erat. Dardanus namq; celebris magus apud Apuleium; hinc artes Dardaniæ magicæ apud Columell. IX. Dardanarius in vetere Lexico exponitur* παντοπώλης, παντομετάβολος, σιτοκάπηλος, *ut autem flagellari opes dixit Martialis, ita Papinius ſtrangulare, quod verbum confirmat interpretationem meam, quod tanquam invitæ & conſtrictæ retinerentur conſtipatæ, ut quod reſpirare nequirent, ſuffocarentur.* Indoles hujus farinæ hominum quaſi ex arte deſcribitur Amos 8.5. cum adjecta ibidem pœna & publico odio Prov. 11.26. Quia vero formicarum ſe & Joſephi exemplo tueri ſolet tanquam clypeo illa malorum ſentina, breviter tenendum I. Parſimoniam illis nobis exemplis commendari, cùm privatim ſingulorum patrum familias, adeo ut probabile videatur illam ſervitutem, qua ſe Ægyptii mancipatunt, de quâ Gen. 47.13. juſtam fuiſſe pœnam ſocordiæ ac prodigalitatis in ſeptennio ubertatis nimis effuſam: tum publicam in Joſepho auctore conſilii ſapientiſſimo & executore prudentiſſimo, qui non prius aperuit horrea publica, quam conſumpta eſſet privatorum annona, atq; hoc nomine poſt ab Ægyptiis ſi non divinis honoribus affecto (ut poſt nonnullos apud Ruffin. II. 22. Baron. tom. 4. annal. ad ann 7.9. f. 91. perſaſus erat) tamen maximi facto, quod conſilium ſecuti poſtea ſunt Pharao alius. Exod. 1.11. Salomon. 1. Reg. 9.19. 2. Paral. 23.28. II. Uſurariis ab his exemplis nihil lucrifieri, qui alio animo, alio fine, alio modo frumenta diſpenſare ſolent. Audiendus iterum B. Luth. tom. 6. Witt. p. m. 305. Ob iemand wolte anziehen Joſephs Exempel / Gen. 41. wie der heilige

Mann

Mann alles Korn im Lande einſamlet / vnd darnach in der theuren Zeit / dardurch erkaufft alles Geldt / Vieh / Land vnd Leuth dem Könige in Egypten / welches je ſcheinet als ob es ein Monopolion oder eigen Nutz geweſt. Hierauff iſt die Antwort / daß dieſer Kauff vnd Handel Joſeph kein Monopolion, ſondern ein redlicher gemeiner Kauff geweſt iſt / wie er im Land gewöhnlich war. Dann er wehret niemand zur guten Zeit einzukauffen. Es war aber ſeine Weißheit von GOtt geben / daß er deß Königs Korn / da es die ſieben Jahr wol gerieth / einſamlet / da die andern nichts oder wenig einſamleten. Dann der Text ſpricht nicht / daß er alleine habe das Korn eingekaufft / ſondern habe es eingeſamlet in Städten deß Königes. Haben das die andern nicht gethan / der Schade ſey ihr / wie der gemein Mann pfleget ohn Sorg zu zehren / oder auch zu weilen nicht hat / daß er einſamle. nullâ fraude, inquit Rivet. exerc. 170. in Geneſ. p. 837. *nulla violentia adhibita pecuniam extorquet, ſed nomine Regis accipit, tanquam pretium rei venditæ. Quod ſi exhauſta pecunia & venditis pecoribus ſeipſos tandem cum Patrimonio regi ſubjiciant, ſervitutis nomine, volenti non ſit injuria, & quisq; poteſt ſua alienare, & ſeipſum mancipare, ſi ſui juris ſit, ut redimat vitam ſuam. Hæc autem neceſſitas fuit juſta ſocordiæ populi pœna, qui annonam non repoſuit, tempore fertilitatis, ad annos ſterilitatis. Id præterea Ioſephi commendat æquitatem, quod ſervitutem mitigavit, perſonis liberis manentibus, ſubminiſtrato ſemine, & emptis agris gratis reſtitutis, addictâ tantum Regi quinta proventus parte, quæ conditio novis colonis dura videri non debuit, ſatisq; oſtendit Ioſeph, ſe hac ſua adminiſtratione non habuiſſe in animo populum perdere, ſed pro ſua ſapientia humiliandum eſſe judicavit, ita tamen ut neceſſariis non deſtitueretur. Cujus exemplo abuti non debent, qui ſubditos ſuos contrà omne jus & ſine juſto ullo titulo exhauriunt, eosq; rebus ſuis vi ſpoliant. Qui ſi Ioſephi exemplo ſe tueri velint, oſtendere debent, ſimiles eſſe cauſas & circumſtantias, addo etiam, ſe eodem ſpiritu duci, quo Ioſephus hæc omnia ordinavit.*

§. 10. Altera avaritiæ rapacis ſpecies eſt *Fraus*, 1. Theſſ. 4. 6. eaque vel intra vitæ humanæ ordines diffuſa I. *in Oeconomiam*, quò pertinet agricultura, mercatura, opificiaria, mercenaria. *Agricultura* ſtatus eſt extra controverſiam antiquiſſimus, ſimpliciſſimus, tutiſſimus, feliciſſimus, quem tamen fraudes non raro deturpant, quas ſequior ætas, & ejus proxeneta diabolus huic quoque homi-

num generi dictavit, ut ſunt terminorum tranſpoſitio, carior venditio rerum, decimarum, redituum ex agris ſuis Dominis debitorum doli, & ſimiles technæ plurimæ. II. *Mercatura*, quæ quatenus ἀργπωλικὴ ſtatus eſt periculoſiſſimus, Syr. 26. 28. non tamen abſolutè improbandus: quatenus vincula humanæ ſocietatis laxat, regionum inopiam juvat, cum non omnis ferat omnia tellus. Hinc exempla Sanctorum Abrahami Gen. 23. 16. Joſephi c. 47. 16. Jeremiæ 32. 9. Lydiæ Actor. 16. 14. vitium accipit à variis quibus ludit fraudibus, utpote injuſtitiâ mercis, ad quam pertinet occultatio vitii mercis. vide Leſſ. II. juſt. & jur. 21. dub. 11. non audiendus Cicero III. off. *quid ſtultius*, cum ſcribit, *quam venditorem vitia rei, quam vendit, narrare, & quaſi per præconem prædicere, domum peſtilentem vendo.* Injuſtitiâ menſuræ, injuſtitiâ pretii, Deut. 25. 13, Lev. 19. 35. Amos 8. 5. Mich. 6. 11. conſiſtente in viliore emtione, aut cariore quam æquitatis admittit trutina, venditione Job. 31. 39. Gen. 23. 16. idq; ſæpè contra taxationem magiſtratus, de qua mimi cujusdam facecias vide-ſis apud Auguſt. XIII. de Trin. c. 3. in ſimilibus κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, 2. Cor. 4. 2. quæ omniſcientiæ ſuæ lucernis Dominus ſcrutatur Soph. 1. 11. & c. 2. etiam ex parte patefecit ſpiritus Lutheri tom. 2. Jen. p. m. 471. & ſeqq. III. *Opificiaria* itidem ſtatus eſt divinis ad artes varias inclinationibus inflammatus, Exod. 31. 2. & ſeqq. cap. 35. 30. neceſſarius quod ex defectu fabrorum ſenſere Iſraëlitæ, 1. Sam. 13. 19. Jer. 24. 1. c. 29. 2. & Romani apud Plin. XXXIV. 14. exemplis ſacris nobilitatus, Luc. 2. Act. 18. 3. c. 20. 34. hinc crebra opificum mentio Gen. 4. 22. fabrorum lignariorum, 1. Chron. 4. 14. Textorum verſ. 21. figulorum 23. Hurami ingenioſi artificis, 2. Chron. 2. 14. vitium hic quoque ſtatus accipit ab avaritia Demetriana Act. 19. 24. fraudibus variis ac artium arcanis plerumque ſuſpectis. IV. *Mercenaria*, ſtatus itidem DEO gratus & ipſo monaſtico gratior, qua de re locum ſupra citavimus ex B. Luth. exerc. 10. §. 5. veruntamen fraudibus ac furtis clandeſtinis obnoxius cum Herorum in ſervos, Gen. 31. 7. tum horum in illos, ep. ad Philem.

§. 11. *In ſtatu Politico* quoque fraudum abunde eſt. 1 *in Magiſtratibus* ipſis, cum ſe corrumpi prenſantium & litigantium largitionibus ſuſtinent, quo in caſu, ut habet proverbium, *mutnegra cum murya* (argentum & aurum inverſis literis) *faciunt rectiſſima curva:*

væ. exemplum extat 1. Sam. 8 3. 2. *In advocatis cauſarum & rabulis* juſtitiam ſtuprantibus Syr. 20. 4. quos ψηφοπαίκτειν τὸ δίκαιον dicere ſolebat Lyſias. 3, *in teſtibus* albo itidem reti oppugnantibus, atque utinam non etiam in ſtatu Eccleſiaſtico, in quo κυβείαι diabolicæ, Epheſ. 4. ἀπάται, Rom. 14. 18. φρεναπάται, Tit. 1. 10. ἐμπορείαι πλαστῶν λόγων; 2. Pet. 2. 3. & aliæ crumeni mulgæ fabricæ jam olim caſtigatæ: prædictæ de Antichriſto 2. Theſſ. 2. 10. exercitæ in indulgentiarum & emulgentiarum papalium inſtitoribus, apud quos dives melioris conditionis eſt quam pauper. Auguſt. de Anchor. de poteſt. Papæ. q. 3 art. 3. *nota diligenter* (verba ſunt taxæ cancellariæ tit. de matrimonial. fol. 23.) *quod hujusmodi gratiæ non conceduntur pauperibus, quia non ſunt ideò non poſſunt conſolari.* Et hoc eſt illud καπηλεύειν de quo 2. Cor. 2. 17. quo vinum ſanctiſſimorum meritorum Chriſti, aquâ ſatisfactionum humanarum injurioſiſſimè fœdatur, turbatur. Denique extra ſtatum vitæ honeſtum τῶν περιπατούντων ἀτάκτως qui vagantur, furum albo inſcribendi, ut patet ex oppoſitione Eph. 4. 28. 2. Theſſ. 3. 20. confer 1. Tim. 5. 13. homines otioſi, ludiones, mimi, ſcurræ, circulatores, nihil agentes, parum agentes, ſibi agentes, inutilia agentes, peſtes aliæ hominum in Republ. minimè ferendæ, ſed examinandi exemplo Pharaonis Gen. 44. 3. actione ἀργίας urgendi exemplo Areopagitarum, & exemplo Romanorum, cenſorio probro notandi. Confer Cyprian. epiſt. 10. ad Encrat. Camer. hor. ſubciſ. I. 15. II. 32. Otii fratres ſunt 1. prodigalitas, Prov. 18. 9. in luxum ſumtuarium, convivarium. 2. luſus lucroſus, de quo toto videatur Ameſ. V. caſ. conſc. c. 45.

§. 12. Hactenus avaritia rapax ſequitur tenax, græcè γλισχρότης, qua non intelligitur parſimonia numi otioſi retentiva, procedens non ex amore divitiarum, ſed conſcientia erga DEUM, cujus beneficiis uti non abuti debemus, & ex ſtudio noſtris neceſſitatibus proſpiciendi & aliis benefaciendi. Ameſ. V. caſ. conſc. cap. 48. ex prudenti diffidentiâ, ne numus occupatus, incidat in mala nomina. Bene D. Kesler. in theol. caſ. c. 58. p. 323. Das Geld ſoll nicht zu Feyer vnd Ruhe im Kaſten / ſondern zum Gebrauch geſamlet vnd auffgehaben werden. Inſtrumenti vis & natura conſiſtit in uſu. Werckzeug gehören zum Gebrauch / ſagen die Philoſophi, darumb verſündigen ſich die jenige zum höchſten / welche nur Hüter ihres Gedels ſeyen.

ſeyn / vnd vermeinen / Geld werde derentwegen gewonnen / damit es da lige / vnd ihm vom Menſchen wol warten laſſe. Das iſt wol ein miſeria miſeriarum, ein rechtes Elend über alles Elend / vnd der Geldteuffel betrübet vnd verblendet einen Menſchen alſo / daß er meynet / bey ſolchem Zuſtand ſey er ein glückſeliger Menſch / Geld ſoll vnd mag man wol ſamlen / auffheben vnd zurück legen / iedoch zum Gebrauch / auff fürfallende Gelegenheit. & p. 324. Die Alten haben pflegen zuſagen / ein Haußvatter ſoll drey Pfenning im Hauß haben / einen Zehr- vnd Nehrpfenning / einen Ehrpfenning / vnd ein Wehr- oder Nothpfenning. Ein Zehrpfenning / damit er ſein tägliche Nothdurfft habe. Den Ehrpfenning / den er zu Ehren ſoll gebrauchen / den Wehrpfenning / den er zur fürfallenden Noth / als Kranckheit vnd anderem Unfall anzuwenden / in Bereitſchafft habe. Cui inimica eſt prodigalitas effuſa in uſus inutiles Prov. 21. 17. ſtultos verſ. 20. delicatulos Luc. 16. 19. in rei perditionem Joh. 6. 12. emax, *ne mullum cupias, cum ſit tibi gobio tantum in loculis,* Juv. in ſuperflua ſuppellectilia, ædificationis luxurioſa. Ita namque liberalitatis fons temperandus, ne nimia profuſione inareſcat. Plin. 2. ad Calvin. & ib. quod ceſſat ex reditu, frugalitate ſupplendum. ſed illiberalitas in ſe primum Eccleſ. 6. 15. deinde in proximum, retentiva ejus quod alteri ex debito vel juſtitiæ vel charitatis debetur; ad debitum juſtitiæ pertinet ſolutionis aut mora aut malitioſa impotentia. De Henrico Glareano viro doctiſſimo, ſed ære alieno obruto, qui omnes ſolvere quæſtiones, unum expedire nomen non poterat, ut de Valerio Catone Grammatico jocatur Sueton. c. 11. refert Ens l. 2. epidorp. quod rogatus ab amico, quomodo viveret & valeret? reſponderit: Ego principum ac magnatum vitam vivo. Edo, bibo, genio indulgeo, interea omnium in ære ſum ac maneo. *retentio* furti, de qua nonnulla egregiè monet Zepper. l. 4. expl. 11. for. c. 24. rei creditæ Lev. 6. 3. Exod. 22. 10. Tit. 2. 10 mercedis debitæ. Lev. 19. 13. Deut. 24. 14. Jer. 22. 13. Syr. 34. 27. Jac. 5. 4 confer exempla Gen. 31. 41. mutui reſtituendi Pſ. 37. 21. Syr. 29. 2. rei inventæ Lev. 6. 3. confer contrarium exemplum Gen. 43. 12. *Invidia numorum etiam ultra fatum.* meminit Athenæ. l. 4. dipnoſoph. 18. cujuſdam qui morti vicinus, ne numos ſuos aliis relinqueret, aureos deglutivit multos: reliquos in ſago conſuit: ut eo indutus ſepeliretur. Euclionæa μικρολογία & γλισχρότης.

ſtions, ingratitudo Syr.37.6. Luc.6.33. 1.Theſſ.5.17. Ad *debitum charitatis* pertinent officia. 1.*remiſſionis debiti*. Eſa.58.8. Exod.22.25. Levit.25.39. Deut.24.12.Syr.29.11. Matth.18.32. mutuationis Deut.15.8. Pſ.112.5. B.Luth.tom.7.Jen.f.409. Vom leyhen. tom.6.Witt. f.30. fidejuſſionis Prov.22.27. & 28 tamen ne imprudenter. Prov.17.18. eleemoſynæ, cujus intermiſſionem in furtis cenſet eleganter Baſil. orat. in illud: deſtruam horrea mea, ſub finem: Ne cohibeto bonum מבעליו à Dominis ejus: quos indigentia bonorum tuorum Dominos, te diſpenſatorem fecit, Prov.3.27. Unde & Eleemoſyna צדקה juſtitia appellatur Prov.11.18. 2.Cor.8.9. *de illa ſupra* diſp.11.§.3. aliquid actum, id quod hîc fuſius expediendum, & inquirendum. 1. *Quis teneatur eleemoſynas elargiri?* 2.*Vnde.* 3.*Cui.* 4. *Quantum.* 5.*Quomodo.* 6.*Quando.* Reſp.ad I.Omnis homo, quoad effectum vero qui habent unde erogent, Proverb.3.27. Luc.3.11. c.16.9. 2.Cor.8.12. 1.Tim.6.17. 1.Joh.3.17. Act.3.6. ad II. dandum ex propriis. Luc.11.41. 1.Joh.3.17. ex ſuperfluis quoad neceſſitatem ſtatus 1.Cor.8.13. etiam ſi pauperum neceſſitas magna ſit & aliter inevitabilis quoad neceſſitatem naturæ, ita ut vel immobilia vendas ex monito Chriſti, Luc.17.33. exemplo viduæ Marc.12.43. & hoc eſt ſupra vires. 2.Corinth.8.2. ad III.danda eleemoſyna non divitibus. Eleemoſyna dico, dari enim etiam divitibus aliàs poteſt ex virtute gratitudinis, non otioſis mendicis laborare potentibus, 2.Theſſ.3.8. & 12. 1.Tim.5.16. hinc etiam DEUS Deut.15.4. cavit ne ſit mendicus in Iſrael. Sed vel ope juvator vel ad laborem aſtringitor. Es ſolte billich (verba ſunt B Luth. tom.6.Witt.p.298. fac.2. kein Bettler vnter den Chriſten ſeyn / viel weniger als vnter den Juden. Wann man aber das halten will / ſo müſt man auch darfür ſeyn / daß man nicht in einer Stadt allen frembden Außwohnenden gebe / darumb ſetzt er in ſein Gebott das Wörtlein in deiner Stadt / daß in einer jeglichen Stadt die Dürfftigen von derſelben Stadt Einwohner ſollen verſorget werden. Confer Præf.ejusd.in Matth.5. Deque loco Devter 15. Ameſ l.5.caſ.conſc.152.n.21 & ſeqq. & Zepper.l.4.explan.II. forenſ.c.25.) ſed extenuatis Lev.25.25. Deut.15.7. famelicis, nudis, Eſa.58.7.inopibus univerſim 1.Joh.5.17.ſpeciatim Matth.25.35.etiam inimicis Proverb 21.25 omnia cum ordinis differentia, de qua in Diſput.11. confer explicationem dicti Chriſti (da omni petenti)

B.Luth.

Digitized by Google

B. Luth. tom. 7. Jen. p. m. 407. Vom geben. ad IV. dandum non parcè 1. Cor. 16. 2. juxta proportionem bonorum Tob. 4. 9. ſupra Diſp. II. ad V. dandum piè & ex fide Hebr. 11. 6. & affectu erga DEUM Prov. 3. 9. 1. Cor. 8. 3. vide Luth. tom. 1. Jen. p. m. 254. fac. 2. misericorditer ex misericordiæ erga proximum affectu 1. Cor. 13. 3. prudenter non tamen curioſè nimis 1. Cor. 13. 5. 3. ſpontè ac liberè 2. Cor. 9. 7. Rom. 12. 8. 4. ſimpliciter ſine faſtu hypocritico, ex officii conſcientia humili coram DEO Matth. 6. 1. 5. gratioſè cum pauperum honore non dedecore 1. Cor. 11. 22. ad VI. non demum poſt mortem, non demum cum eo divitiarum progreſſus fueris, ut abunde habeas (qui avaritiæ characteres ſunt) ſed ſemper. Pſ. 37. 26.

GYMNASIUM CONSCIENTIÆ.

Q. 1.

Ob bey ietzigen böſen Läufften fünff oder ſechs Gulden Zinß pro centò im Gotteskaſten zufordern ſey?

Deciſio extat in Theol. Caſ. Kesler. c. 53. p. 285. Von dieſer Frag ſind zweyerley Meynung. Etliche ſagen/ 1. Der Kaſten iſt ja ſo viel berechtiget/ als andere Creditorn. Nun aber nehmen andere ungeſcheut 6. pro cento. 2. Es wird in Emptern von weltlicher Obrigkeit auff 6. pro cento geholffen/ und ſolches nicht für einen unverantwortlichen Wucher gehalten. 3. Es verdirbt ſonſten der Gotteskaſten/ in deme viel arme Leute dahin ſterben/ und dero Gütelein ungebawet ligen/ daß man weder Hauptſumma noch Zinß genieſſen mag. Die aber noch geben können/mögen leichtlich 6. pro cento geben. 4. Es iſt billicher / daß man die Einkommen deß Gotteskaſtens erhöhe / als daß man ſie erniedrige und vergeringere. 5. Iſt in der Kirchenordnung 6. pro cento verſehen. 6. Sind Leute gefunden worden/ welche 100. fl. umb 5. fl. auß dem Gotteskaſten entlehnet / und ſolche umb 6. fl. Zinß zu ihrem Vortheil außgeliehen haben. 7. Kan man ander Geld umb 6. fl. genieſſen/ ſo kan man auch der Kaſten Geld gleicher geſtalt genieſſen. Im Gegentheil ſagen andere 1. Der Gotteskaſten ſoll liberal und gütig ſeyn gegen die armen Debitorn, gleichwie die Leute gütig und mild ſeyn ſollen gegen dem Gotteskaſten. 2. 5. fl. pro 100. fl. ſind für alters gewidmet worden/ darbey ſoll man billich bleiben. 3. 6. fl. werden im Land ge-

dultet wegen der Menſchen Hertigkeit/ aber nicht gebilliget 4. 5. fl. pro 100. fl. iſt bißher ein beneficium Eccleſiæ geweſen/ da man ein Hauß oder ander Erbſtück deſto leichter hat kauffen vnd verkauffen können. Weil das Gelt beſtändig auff dem Stück verblieben / vnd nur 5. fl. zur Zinſe gefordert worden. 6. Nach dem man 6. pro 100. in der Kirchenordnung geſetzt / haben wolhabende Leute das Gelt von ihren Gütern/ weil ſie keinen vortheil mehr gehabt / dem Kaſten abgelegt/ vnd die Güter frey gemacht. Darauff ſeind die Güter willig pro 6. fl. angenommen worden. Aber zum höchſten ſchaden deß Gotteskaſtens/ welches jetzo weder Hauptſumma/ noch Zinſe bekommen kan. 7. Anjetzo bey ſo ſchweren Läufften können die Leute kaum 5. fl. geben. vnd iſt manchem Haußvatter ein groſſer Dienſt vnd Wolthat/ wann der Kaſten mit 5. fl. zufrieden iſt/ gibt auch ſolches Gelt deſto lieber. 8. Der mangel am Kaſten durch anlage von den noch wolhabenden Leuten ergänzet werden/ welches billiger iſt/ als das die armen mit 6 fl. beſchweret werden/ dieweil doch mehr Kaſtengeld bey den armen / als bey den reichen ſtehet. Bey dieſer frag ſind in acht zunehmen vnterſchiedliche zinſen/ welche in den Gotteskaſten gefallen : Erſtlich ſind etliche alte zinſe; derer Capital auß dem Kaſten auff die Güter vor zeiten 5. pro 100. ſeind entlehnet worden. Darnach ſind zinſe einzunehmen von denen Capitalen / welche anjetzo vnd vor wenig Jahren auß dem Kaſten vnd auff ligende güter oder Burgſchafft ſind auffgenommen worden. Zum dritten ſeind da Capitalien/ welche die Leute 6. pro 100. zuvor andern außgeliehen haben. Aber auß Chriſtlicher Andacht Kirchen vnd ſchulen zuhelffen/ dem Kaſten vbergeben/ vnd dannenhero die zinß von dem Kaſten einzunehmen. Belangend die Erſte/ iſt nicht vnbillig / das es bey den alten zinſen/ als 5. pro cento bleibet / vnd ob gleich newe Inhaber der Güter folgen/ dennoch ſie bey den alten herkommen gelaſſen werden. Wie auch/ ſo viel den andern fall betrifft / iſt es Chriſtlich / daß nothdürfftige Perſonen das beneficium vom Kaſten empfangen / damit ſie mit deſto weniger ſchaden die zinſe geben können / vnd hieher gehören die gründe der andern Meynung / die anjetzo ſind angezogen worden. Zu welchen auch dieſes gehöret/ daß durch diß mittel die Leute deſto williger werden / etwas in Kaſten zu legiren / damit ihre nachkommen/ welche diß Capital innen behalten/ einen vortheil wegen der zinſen haben. Den dritten fall aber betreffend / bleiben billich 6. pro cento;

Digitized by Google

fellen der Kaſten in das Recht deſſen/ der daß Capital legiret hat / ein tritt. Darbey iſt gleichwol zubedencken diß. Gleich wie billig iſt/ das der Kaſten von den Geldern/ die er außleihet/ nicht mehr als 5. pro cento erinnert/ alſo auch / wann niemand dem Kaſten leihet/ er auch nicht mehr zinß begehre/ wie dannoch in Reichsſtätten der brauch iſt/ das die Räthe vnd Vorſteher von allen Capitaln / ſo in Kaſten/ Spital ꝛc. geliehen werden/ mehr nicht/ als 5. pro cento liefern vnd verrechnen / als welche zinſe den Rechtsſatzungen gemäß ſind. Da dann der Creditor ſich nicht zubeſchweren hat. Dann er erweiſet erſtlich ein Werck der Liebe ad pias cauſas. Fürs andere iſt er verſichert bey guten zeiten/ daß er die zinſe richtig bekomme / vnd deß Capitals wegen auſſer furcht der gefahr ſtehe.

Q. 2.

An miniſter Eccleſiæ alimenta frumenti vinive in ſalarium accepta recondere queat?

Reſp. Spe majoris precii alimenta aliàs emere, recondere, atque artem fœnebrem quaſi facere, clericis interdictum Canone Apoſtolico, ut vocant XLIV. Laodiceno IV. Niceno XVII. Africano V. & XVI. Cauſa fuiſſe videtur, quod hi, qui in ſacro erant ordine, non tantum crimine omni, ſed & ſuſpicione avaritiæ vacare deberent. Ita enim loquuntur Afri Patres dicto Canone V. Τὸ ἐν λαϊκοῖς ἐπιλήψιμον, πολλῷ μᾶλλον ἐν κληρικοῖς ὀφείλει καταδικάζεσθαι ubi, ἐπιλήψιμον eſt id quod reprehendi ſolet, τὸ ἐπίμεμπτον. Quin dicto Canone XVI. ſimul cum fœnore prohibetur Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, procurationem rerum alienarum ſuſpicere, aut aliorum cauſis patrocinium præſtare, addita ratione, quod non deceat eos, qui ſacræ militiæ nomen dederint, ſeculi rebus implicari. Tàm verò hoc poteſt extrà caſum publicæ neceſſitatis, quàm benedictionem divinam expectare, quæ dormienti ſæpè accidit.

Q. 3.

An judæis uſuræ è Chriſtianis concedendæ?

Ex aſſe hanc quæſtionem decidit D Müller in judaiſmo, ut nihil addendum videatur, niſi μνήμη Lutheri Tom. 8. Witteb. p. 186. Dar

186. Darauß wird nun auffgelöſet die frage / wie es doch den Juden geziemet habe zu Wuchern? dann die Antwort iſt/ daß es ihnen geziemet habe/ vnd nachgelaſſen ſey/ nicht durch ihren Verdienſt/ oder auß gemeinem Geſetz/ ſondern auß dem Zorn Gottes vber die Völcker / welchen er durch die Juden als durch ſeine Werckzeuge will vollbringen/ vnd es were ihnen dannoch nicht nachgelaſſen / ſolcher Freyheit ſich zugebrauchen/ wann es ihnen nicht durch ein offentlich Wort Gottes befohlen were geweſen/ vnd ſie nicht dazu erwehlet weren/ dann ſie waren auch nicht beſſer/ dann irgends die Heiden/ wie ich droben geſagt/ dann allein/ daß ſie GOTT durch ſein einige Barmhertzigkeit erwehlet hat vnd angenommen / alſo daß / wann du ihm recht nachdenckeſt/ die Juden nun nicht ſein/ die da wuchern / ſondern GOtt iſts / der durch der Juden wucher die Heyden verfolgt/ welches gnugſam bewehret iſt/ da er die vngehorſamen Juden/ die ſo ſündigten/ den Heiden wider vber antwortet hat/ daß ſie nicht allein mit wucher ſolten beſchwert / ſondern auch mit allerhand ſchmach vmbgetrieben werden/ nicht wenig grauſamer/ dann er die Heyden je den Juden vberantwortet hat / wie er dann auch in dieſem Buch am 28. Cap. verkündigt/ vnd in dieſem Capitel hinzu thut/ daß ſie mit Heiden wuchern werden/ wañ ſie hören werden die Stim̃ deß Herrn/ als ſolt er ſprechen/ wañ ſie die Stim̃ deß Herrn nicht hören/ noch der gehorchen/ werden/ ſo werden ſie nicht allein mit wuchern/ ſondern ſie werden gleich ſein den Heiden / ja elender ſein / dann die Heiden /. wie dann auch geſchehen iſt. Aber heutigs Tags/ weil die Juden nimmer das Volck Gottes ſein/ iſt das Geſetz auffgehaben/ vnd ſie haben durch ihre Gottloßheit vnd Läſterung den Zorn Gottes verdienet / ſo ſoll man ihnen den Wucher nicht geſtatten / ſondern man ſoll ſie zwingen / vnter die Geſetz der Völcker/ vnter denen ſie leben/ wiewol er nicht gebeut zu wuchern/ wann du den Text recht anſiheſt / vnd ſind nicht Wort deß Geſetzes / ſondern vielmehr einer Verheiſſungen/ wann er ſpricht / wann du wirſt hören die Stimme deß HERREN/ ſo wirſtu mit viel Heiden wuchern. Nu gehörets den Menſchen nicht zu die Wort der Verheiſung zuerfüllen/ wie die Wort deß Geſetzes/ ſondern gehöret allein GOtt zu/ der dieſelbige verheiſt/ daß es ein ſolcher Verſtand muß ſein/ wo du wirſt hören die Stimme deß HERRN/ ſo wirds geſchehen/ daß durch Würckung Gottes/ die Heiden in Armuth vnd Elend kommen werden/ das ſie auch wider dein Gedancken vnd Begierd dir den wucher geben / vnd dir gantz

vnterthan ſein werden / vnd du wirſt vber ſie vnd alle ihre Güter herrſchen / daß du nehmeſt vnd forderſt / vnd wucherſt / wie es dir gefällig ſein wird. Der HErr iſts / der die Heiden dir alſo vnterwerffen wird / vnd wird ſie durch dich nidrigen.

Q. 4.

Qua prudentia Miniſter Eccleſiæ in ſuggeſtu de uſuris ſermocinari debeat?

Docet hoc D. Heerbrand, & D. Schnepf. apud Bidembach. Decad. 6. Conſil. 8. p. 247. Wir halten davor vnd ſchreiben / daß die einige Regel vnd Richtſchnur dieſer zinſen / darvon wir jetzt reden vnd handeln / gleich wie auch andere Contract, Handthierung / Händel / in kauffen vnd verkauffen ſolle vnd müſſe ſein die Chriſtliche Liebe / vnd das beederſeits / ſo wol bey dem / der da Gelt entlehnet oder auffnimbt / als bey dem der da leyhet / ſolte gehalten werden / vnd wie man ſpricht: Gleiche Bürde bricht niemand den Hals ab. Wo nun der eine theil für vnd für das ſeine ſolte vergebentlich außleyhen / vnd nichts dargegen empfangen / wie käm er dann darzu? wie bald würde er gar erſchöpfft / vnd wovon wolte er Leben? So were es auch vnbillich / das der ander mit jenes Gelt wolte Handthieren / oder Güter kauffen / von denſelbigen ſeinen Jährlichen oder täglichen Nutzen haben vnd ſchaffen / vnd nicht dargegen widerumb thun vnd geben. Das were wider das Geſetz der Liebe / daß einer mit deß andern ſchaden vnd Gelt ohne Widerlegung ſolte vnd wolte reich werden / ſondern es heißt alſo: Do ut des. Ich gebe dir / das du hingegen auch mir widerumb gebeſt / ſonſt kan man bey niemand nicht bleiben. Dieweil es aber immerzu fehlen will / daß / wann mans dem / der entlehnet / heimſetzt / er ſolte ſich danckbar erzeigen gegen dem jenigen / ſo ihme Gelt gelihen / daß er für vnd an außzug vnd außflucht ſuche / jetzt diß / dann jenes fürwendet / er habe keinen ſolchen nutz mit dieſem Gelt geſchafft ꝛc. vnd wann es zu ſeinem freyen willen ſtünde / wol gar nichts thun oder geben würde: So kompt alsdann der Moderator vnd Recht-Richter / die Röm. Keyſerliche Majeſtät / ſampt den Reichsſtätten zwiſchen dieſe beede / vnd vnterſcheidet ſie / ſetzt vnd ordnet / was man geben vnd nehmen ſoll / damit kein theil beſchweret oder vbernommen werde. Da auch kundlicher ſchad / als wo einer güter vmb das entlehnet Gelt gekaufft / vnd da ein groß Mißge-

wächs

wächs / gefährlicher Hagel / oder ſonſt ein ſcheinbares nachtheil in der Handthierung entſtünde vnd erfolgte / Heiſchet hinwider eben die Chriſtliche Liebe / das der Lehenherr auch ein Chriſtlich erbärmbd vnd mitleiden hätte/ die Lieb erzeigte/ vnd deſſelben Jahrs den zinß/ wo nicht allen / doch zum theil nachlieſe. Da dann keine gewiſſe Regel in dieſem fall kan gegeben werden/ ſonden bleibet hie vnd herrſchet das gemeine Geſetz der Natur : Alles was ihr wollet / das euch die Menſchen thun/ alſo thut ihr ihnen auch/ deßhalben auch die Vnterthanen endlich dahin vermahnen/ daß ſie ſchuldig ſeyen/ deß Heyl. Römiſchen Reichs Abſchied zugehorſamen vnd zugeleben/ vnd das vmb Gottes Gebotts willen / nicht allein von wegen der Straff zuvermeiden / ſondern auch deß Gewiſſens halben : So were es auch billich vnd recht/ vnd erfordert ſolches das Geſetz der Natur/ dahin Chriſtus vns auch weiſet/ deßgleichen die Chriſtliche Lieb / vnd wird hierdurch den Kirchendienern gar nichts benommen / das ſie der Warnung Lutheri nach wider den Wucher predigen/ vnd getroſt/ wo er getrieben wird ſchreien// darneben aber auch will D. Lutherus/ das man von den Juriſten eigentlich lerne/ was der Wucher ſeye/ vnd was wucherliche Contráct ſeyen / damit die Gewiſſen der Zuhörer nicht verſtürtzt werden. : Wie dann gewißlich geſchicht/ die man nicht vnterſchiedlich lehret/ was eygentlich der Wucher ſey/ darzu dann / wie gemeldet / ein rechter Verſtand vnd gründlicher Bericht gehöret vnd erfordert wird :. Darumb ſind ſolche Generalitates, da man ohne allen vnterſcheid ſagt/ vnd lehret/ das alles/ was vber daß Hauptgut genommen werde/ wucher ſey/ vnd daß ſolche Leut weder das Vatter Vnſer betten / noch zu deß HERRN Tiſch mit gutem Gewiſſen gehen/ oder auch bey der Tauff/ als Gevattern ſtehen können/ ſehr gefährlich. Vnd derohalben zuvermeiden / damit nicht ſonſten von vnrühigem Pöfelvolck vrſach gegeben / vnd zu Empörung Lermen geſchlagen werde/ wie dann in der Bäwriſchen Auffruhr geſchehen/ das es ſich auch mit den Zinßen vnd Gülten erhaben/ da man an demſelbigen Blutbad/ vnd erbärmlichen Jammer / auch Verderbung an Leib/ Gut vnd Seel die auffrühriſchen Prediger/ Carlſtadt/ Thomas Müntzer 2c. (eben in dieſer Landsart vnd anderswo / mit welchen ſie auch vnträglich Vrtheil Gottes auff ſich geladen) vnd an allem ſolchem jammer ſchuldig geweſen / darfür Gottsförchtige vnd Friedliebende Seelſorger:

ſorger ſich hüten ſollen/vnd was zu Aufferbawung vnd Beſſerung/Fried/ Ruh vnd Einigkeit der Kirchen dienet/ ſich befleiſſigen.

Q. 5.

An potentiori mutuò danda pecunia?

Negat Syracides c. 8. 15. Grotius ibid. hæc notat p. 113. *Noli fœnerari homini fortiori te.* Ne mutuam pecuniam dederis potentiori. Δανείζειν generale eſt, & tàm merum mutuum, quàm fœnebre ſignificat. *Quod ſi fœneraveris, mutuum dederis, Quaſi perditum habe. Martialis.*

Dimidium donare Lino, quàm perdere totum
Qui mavult, mavult perdere dimidium.

Q. 6.

An liceat defraudare judæum?

Reſp. Balduin. in Epiſt. ad Theſ. c. IV. p. m. 153. Cum Sententia Pauli noſtri aliquid analogi habere videtur ſententia legis, quibus prohibetur uſurarum acceptio ab attenuato fratre Lev. 25. 35. & Nehem. 5. 7. *uſuras ne ſinguli à fratribus veſtris accipitis?* Quod enim de uſuris prohibitis verum eſt, id rectè etiam de aliis modis decipiendi & circumveniendi alios intelligi debet. Videtur autem DEUS ipſe populo ſuo permittere circumventionem alienorum, modò fratribus parcatur. Ita enim ſcribit Deut. 23. 19. 20. *Non fœnerabaeris fratri tuo pecuniam ad uſuram, nec fruges &c. Sed alieno.* Hinc eſt illud Ambroſii in lib. de Tobia. c. 15. *Cui meritò nocere deſideras, cui jure inferuntur arma, huic merito indicuntur uſuræ. Quem bello non potes facilè vincere, de hoc citò potes centeſima te vindicare. Ab hoc uſuram exige, quem non ſit crimen occidere, ſine ferro dimicat, qui uſuram flagitat, ſine gladio ſe de hoſte ulciſcitur, qui fuerit uſurarius, & exactor inimici &c.* Verùm conſcientiæ ſuæ magis conſulit, qui ab omni circumventione proximi abſtinet. Omnes enim fratres ſumus, qui ab uno ſanguine deſcendimus, & Chriſtus jubet etiam diligere inimicos, iisdemque benefacere. Matth. 5. 43. Quod autem DEUS in lege conceſſit uſuram ergà alienos, ſpecialis lex fuit pertinens tantùm ad judæos in terra Canaan habitantes. Cananæorum enim bona aliàs divinitus in manus judæorum erant tradita, peculiari ergò privilegio DEUS conceſſit ipſis, ut Cana-

næorum

næorum bona quoquo modo, etiam per uſuram & circumventio-
nem, in poteſtatem ſuam raperent, ſicut olim Iſraelitis ſpolia Æ-
gyptiorum ex ſpeciali indultu conceſſit, tanquam mercedem labo-
ris, quo in Ægypto erant occupati. Deinde quia judæi à Cananæis,
inter quos habitabant, nihil ſine uſura accipiebant, ſæpè etiam de-
cipiebantur, DEUS idem jus populo ſuo ex lege talionis permiſit.
Nihil autem hoc ad hodiernos Judæos, qui prætext uillius legis li-
citum ſibi putant circumvenire Chriſtianos, tanquam à gente ſua
alienos: non enim amplius ſunt populus Dei, cui illud privilegium
conceſſum, neque in terra Canaan habitant: non ſunt judæi Mo-
ſis, ad quos ſolos lex iſta pertinebat, ſed ſunt Judæi Cæſaris (quem-
admodum B. Lutherus, diſtinguit) quibus ſi lege iſta frui vellent,
in terram Canaan redeundum eſſet. Multò minus ſpectat illa lex
ad Chriſtianos, quibus omnibus fœneratio, circumventio & de-
fraudatio proximi eſt prohibita, juxtà authenticam Apoſtoli no-
ſtri: Hæc eſt voluntas DEI, ne quis ſupergrediatur, aut circum-
veniat in negotio fratrem ſuum Ubi vocabulum fratris non ex-
cipit alienos: unius enim incluſio, non eſt alterius excluſio.

Q. 7.
An inventa reddenda?

Corn. à Lap. ad illud Syrac. c. 19. v. 4. *Multi quaſi inventionem æſtimaverunt fœnus, & præſtiterunt moleſtiam his, qui adjuverunt.* ſcribit: Multi mutuum æſtimant, non ut mutuum, quod tempore condicto reddendum eſt, ſed quaſi rem inventam, quam vulgus rude & avarum cenſet cadere in jus invenientis, nec requirendum eſſe ejus dominum, qui perdidit, ut ei reſtituatur. Imò Dom. Soto l. 5. de juſtitia q. 3, art. 3. ad 2. putat, inventa, ſi poſt diligentem inquiſitionem Dominus non reperiatur, quaſi adeſpota ab inventore licitè poſſe retineri, ſed communis Doctorum ſententia eſt, ea pauperibus, vel aliis piis operibus eſſe impendenda.

Q. 8.
De furto Iſraelitarum quid ſentiendum?

Audi Luth. Tom. 8. Witt. p. 237. Comment. in Proph. Hoſ. Es ſtoſſen ſich faſt alle/ ſo vber dieſen Propheten geſchrieben an dem vnerhörten Gebott vnd Befehl Gottes / ſo zu dem Propheten geſchehen/ daß er jhm zum Weibe eine Hure nehmen ſolte/ darumb etliche der deu-

tung

Digitized by Google

nung folgen/ etliche aber haltens dafür / daß ſich der Prophet alſo gedemühtiget habe/vnd ihm auß dem Befehl Gottes ein Hurenweib zur Ehe genommen. Dieſe aber ſind vnter allen die gröbeſten/ die da meinen/ daß der Prophet ſelbſt mit einer Huren Hurerey getrieben habe/ vnd alſo GOtt ſolcher Hurerey zum anfang machen / der ſolchs den Propheten geheiſſen / vnd entſchuldigen ihn derſelben mit dem Gleichnuß deß Diebſtals oder raubs/ ſo in Egypto geſchach/ da das Volck Iſrael auß befehl deß HERRN guldene vnd ſilberne Gefäß vnd Gerethe von den Egyptern entlehneten / vnd mit auß Egypto nahmen / alſo meineten ſie auch / könte auff dieſe weiß die Hurerey verthädiget werden / damit die Juden entſchuldiget wären / da ſie den Egytern ihr gulden vnd ſilbern Gefeſſe entrugen. Aber hie iſt viel zu ein groſſer Vnterſcheid/ dann die Juden ihrer that halben nicht allein für GOtt entſchuldiget waren/ ſondern es gibts auch die Vernunfft / vnd natürliche Recht ſelbſten/ welches da will / daß alle Arbeiter auch ihren Lohn davon bekommen ſollen. Weil aber die Juden ein lange zeit vnter einer groſſen tyranney waren/ vnd hart mit arbeiten geplagt wurden / ſo hieße ſie GOtt zu letzt ſolcher ihrer ſauren Arbeit Lohn ſelbſt von den vndanckbaren Egyptern nehmen. Es war aber diß kein Diebſtal/ ſondern ein wolverdienter Lohn / ſo die Kinder Iſrael für ihre harte lange vnd ſawre Arbeit wol verdienet hatten / vnd ihnen denſelben ſchuldig war / welchen ihnen GOtt der allerhöchſte vnd gerechteſte Richter ſelbſt zugeeignet hatte.

Q. 9.

Furtum an in extrema neceſsitate licitum?

Lutherus ſuam ſententiam facilè divinabilem dedit Tom. 6. Witt. p. 249 tract. von den geiſtlichen Kloſtergelübden. Wann hie irgend ein verkarter Klügeling ſagen würde/ Ich höre wol/ auß demſelben grund möchte ich auch Ehebrechen/ morden/ ſtehlen/ vnd alle Gebott Gottes vbertretten. Iſt kurtz die Antwort. Es kan ein ſolche noch nicht kommen/ Es ſeind Weiber gnug/ Es ſeind Männer gnug/ darumb werd ehelich/ nimb ein Weib/ oder nimb ein Mann/ Es iſt auch weder Leibs/ noch Guts Fehrlichkeit/ wann du ſanfftmüthig biſt / vnd deines Zorns/ darauß todtſchlag kommen möchte/ dich meſſigeſt/ wann du aber ſageſt/ Man kan auffs wenigſte einen ſolchen Fall der Noth im ſtehlen geben? Iſt die Antwort / wann rechte Noth da iſt / ſo iſts zugelaſſen/

vnd

vnd hat ſtatt das gemein Sprichwort. In der Noth ſind alle Güter gemein. Nun ſihe/ wie es närriſch vnd thorecht Ding were/ wann du dich ſelbſt auß Furcht deß Geſetzes Hunger ſterbeteſt / ſo du auß eines andern Vberfluß vnd Reichthumb ſtehlen könteſt / dein Leben zuerretten? Alſo biſtu ein viel gröſſerer Narr vnd Närrin/ wann du nicht ein Weib oder Mann nimbſt/ wann du vnträglich Brunſt deines Fleiſches fühleſt/ vnd mit groſſer Fehrlichkeit dich enthalten muſt. Darumb gleich wie du das Geſetz der Dieberey außlegeſt/ daß es nicht binde in der Noth deß Hungers / alſo ſoltu auch dem Gelübde der Keuſchheit außlegen / das es nicht binde in der Noth / wann dein Fleiſch wütet vnd brennet. Und es duncket mich/ das habe auch Salomo gewolt / Proverb. 6. da ſeine Wort klar im Ebreiſchen alſo lauten : Sie ſollen den Dieb nicht verrahten / ſo er ſtielt/ das er ſatt werde/ dann ihn hat gehungert. Vnd wird er begriffen ſoll er ſiebenfältig wider geben/ vnd alle Güter ſeines Hauſſes ſoll er dargeben. Aber ein Ehebrecher der iſt vnſinnig/ der wird ſeine Seele zuſtören / als ſolt er ſagen: Ein Dieb ſoll man nicht verdammen/ob er gleich von dem / der ſcharff vnd grauſam fahren will / nach dem Geſetz geſtrafet wird / wann er geſtohlen hat auß der noth/ daß er ſat würde vnd nicht Hungers ſtürbe.

Q. 10.

An otiari liceat?

Nemo omninò otioſus. Otium eſt vel privativum vel negativum. e.g. in ſenectute, otium etiam eſt im Pflantzen/ im Bauen/ im Kauffen vnd Verkauffen. Hoc enim Chriſtus Sodomitis tribuit. Luc. 17. At Ezechiel c. 16. 40. vocat otium haſcket, nimirum quia Sodomitæ alienis, non ſuis, manibus laborarunt, abuſi mancipiis, Servis, colonis, quos adegerunt, angarizarunt, ſie holfen den Armen nicht. Sic Pharao pyramides extruxit, ſic Nebucadnezar Babelem, laborarunt tantùm per ludum, ſicut cheliſta in chelis, aleator in teſſera. At laborandum eſt omnibus Adamigenis labore ſudorifluo, h. e. cruciante, quem ſi conſcienter agere velit, Herculeum ſentiet in omni vitæ ſtatu. Licitum ergò otium, ſed poſt actos labores officii, ne quid nimis (ex abundantia ocii) ne intempeſtivè, ne omiſſivè laborum officiis.

Q. 11.

An infideles ſint Domini ſuorum bonorum?

Infideles & impii homines, quamvis de jure obnoxii ſint hujus dominii privationi, & deſtituuntur etiam altiori illo titulo, quem fideles in Chriſto ſunt conſecuti: quia tamen ſententia legis adverſus ipſos nondum eſt exequutioni mandata: & corporalium rerum dominium aliquod humanæ naturæ, in iſta vita eſt debitum à DEO, in lege & ordine naturæ annexum, idcirco juſtum & liberum uſum habent iſtiusmodi rerum temporalium. Ita Ameſ. lib. de conſc. p. 365.

Q. 12.

Quorſum bona naufragio amiſſa?

Occupatio bonorum ex naufragio perditorum, juſtum dominii titulum non confert occupanti. Nam 1. injuſtitia eſt maximè ſæva & crudelis ſpoliare ſpoliatos & miſerorum miſeriam augere. 2. Charitati maximè adverſatur. Ubi enim ſingularis miſericordia & ſubveniendi ſtudium requiritur, ibi afflictionem addere afflictis, h. e. è regione & poſitivè contra charitatem venire. Perinde revera eſt, ac ſi viatorem, qui in manus prædonum incidit, & bonis aliis ſpoliatus, ab ipſis vivus dimiſſus fuit (ſed vinctus tamen) cum equo & pallio, dominus loci teneret vinctum, & bonis, quæ ſuperſunt, equo ſc. & veſtibus ſpoliaret. Nullam aliam ſpeciem juris ad dominium valentis, habet occupatio bonorum naufragio perditorum, præter illam, quæ oritur ex occupatione bonorum derelictorum, quæ fieri ſolent primi occupantis. At verò bona, quæ naufragio jactantur in aquam, non idcirco habenda ſunt pro derelictis. Derelicta enim talia fiunt vel expreſſo actu Domini prioris, vel ex conjecturis æquivalentibus, ut ſi ſciens volens penitus negligat, & permittat ab aliis occupari, quæ ſua fuerunt. Qui autem invitus patitur naufragium, non magis derelinquit bona illa quæ enatant, vel expreſsè vel tacitè, quam qui propter incendium aut ruinam bona quædam ex ædibus ſuis patitur exportari. Iſtiusmodi bona non de jure, ſed de facto tantum ſunt extra poteſtatem Domini ſui. Non carent Domino: atque adeò inventione vel occupatione nuda dominium ipſorum non poteſt acquiri. Leges ipſæ civiles hanc occupationem damnant.

Sic

Sic enim Conſtantinus Cod. l. 11. tit. 5. *Si quando naufragio navis expulſa fuerit ad littus, vel ſi quando aliquam terram attigerit, ad dominos pertineat: fiſcus meus ſeſe non interponat. Quod enim jus habet fiſcus in aliena calamitate, ut de re tàm luctuoſa compendium ſectetur?* Si autem fiſcus publicus naufragorum bona ſua non facit, multò minus hoc fieri debet à privatis. Rectè igitur Cajet. in ſum. v. furtum. Naufragorum bona juxta leges quorundam littorum confiſcata, ex hoc ipſo, quod ex naufragio ſunt, neſcio qua juſtitia occupentur, niſi illa, qua afflictio additur afflicto. Nulla cauſa eſt cuiquam ex naufragio quicquam acquirendi, niſi quod juſta merces debeatur iis, quorum opera ac induſtria naufragorum bona eripiuntur & conſervantur: Idem ib. p. 369.

Q. 13.

An ludus ſit licitus.

Reſp. 1. Non eſt per ſe illicitus. Quia poteſt conventio talis eſſe in juſta poteſtate convenientium: poteſt ordinari ad finem bonum ex intentione bona, & poteſt eo modo exerceri, ut nullam violationem ſecum trahat vel religionis, vel juſtitiæ, vel charitatis. 2. Intentio notabilis alicujus lucri ex ludo, reddit illum vitioſum. Quia 1. finis ludi eſt recreatio & oblectatio ludentium. Eſt igitur abuſus naturæ ludi contrarius, ſi lucri cauſa inſtituatur, & in unius partis notabile incommodum convertatur. 2. Vel paritas ſupponitur inter colludentes, & ſic prodigalis temeritas eſt, notabilem pecuniæ ſummam tali periculo exponere absque ulla neceſſitate; vel de imparitate aliqua cogitatur, & ſic dolo & iniquitate vitiatur contractus, dum unus vel nullum vel exiguum periculum damni cum ſpe ferè certa lucri alterius maximo periculo opponit. 3. Nemo mortalis tàm abſolutus eſt dominus ſuæ pecuniæ, ut notabilem ſummam vel alienare, vel exponere periculo alienationis poſſit, absque juſta cauſa in verbo DEI probata: quod de ludo per ſe conſiderato non poteſt affirmari. 4. Non licet cuiquam lucrum quærere ex alterius damno: hoc autem fit manifeſtè in ludo lucri cauſa inſtituto: & hoc reſpectu, lucrum ex ludis eſt turpe lucrum: neque magis à vulgo probaretur, quàm aliæ ſpecies avaritiæ, quæ ſordidiores habentur, niſi quod prodigalitatis aliquid habeat conjunctum, cui magnificentia quædam ineſſe vide-

 tur.

Digitized by Google

tur. 3. Modicum illud, in quod ludere licet, pro ratione conditionis ludentium aliquam admittit variationem. Sed certum eſt, non licere cuiquam plus exponere in ludo, quàm juſtam proportionem habet ad finem ludi. i. e. quam homo talis conditionis poſſit ex recta ratione impendere ſuæ recreationi. 4. Illi ludi, qui ſorte conſtant, aut ſorte præcipuè nituntur, ab iſtiusmodi contractibus ſunt removendi. Nam 1. nullum eſt in ſortibus certamen aut exercitium alicujus virtutis, ad quam ſolam excitandam, ſicut præmia debent publicè proponi, ſic etiam conſtitui ex privata conventione. 2. Sors ex natura ſua ſpecialem continet appellationem ad providentiam illam, à quâ gubernatur, atque adeò eſt res ſacra: verum autem vetus verbum: non eſt bonum ludere cum ſanctis. 3. Iſtiusmodi ludi ex natura ſua ſingularem occaſionem præbent luſoribus variorum peccatorum: Ut graviſſimarum perturbationum, execrationum & blasphemiarum, propter adverſam, ut appellant, fortunam, imodicæ pertinaciæ in continuatione ludi propter ſpem fortunæ melioris, cujus abjiciendæ cauſam nullam poſſunt videre. Iacturæ temporis, atque etiam pecuniæ, nullo ſolido fructu inde cuiquam redundante. *Hinc* eſt, quod in Scripturis legamus de aliis exercitiis virtutis cauſa habitis & probatis, ut de arcu tractando 2. Sam. I. 18. Sed ludus aleæ, aut aleatorius in Scripturis nullam habet approbationem, & omnibus ferè legibus prohibentur, quamvis tales leges pravibus moribus cedere cogantur.

Idem ib. p. 389.

DISPU-

DISPUTATIO DECALOGICA
DECIMA OCTAVA.

DE

PRÆCEPTO OCTAVO.

לא תענה ברעך עד שקר

LXX.

οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ

Vulgat.

Non loqueris contrà proximum tuum falſum teſtimonium.

Jun. & Tremell.

Ne proferto contrà proximum tuum teſtimonium falſum.

Ariæ Mont.

Non reſpondebis in ſocium tuum teſtis falſitatis.

Germ. Antiq. Norimb.

Nit rede falſche Gezeugnuß wider deinen Nechſten.

Dietenberger.

Du ſolt kein falſch Gezeugnuß geben wider deinen Nechſten.

Lutherus.

Du ſolt kein falſche Zeugnuß reden wider deinen Nechſten.

Herborn.Piſcat.

Du ſolt kāin falſche Zeugnuß reden wider deinen Nechſten.

Mogunt.

Du ſolt kein falſch Zeugnuß reden wider deinen Nechſten.

Ἐργασία.

§. 1. Eadem quoq; in pertractatione hujus præcepti *οἰκονομίας* ſive ordinis ratio eſt, quæ in ſuperioribus: diſcutiendus enim & enucleandus iterum 1. *Actus prohibitus*, quem complectuntur verba Taaneh & Schaker. Verbi ענה ſignificatio multiplex eſt,

ut videre eſt ex Lexicis R. Mordochai Nathan, Pagnini, aliorum, obtinet tamen hoc loco ſignificatio 1. generaliſſimè, loquendi, reſpondendi. 1. Sam. 9. verſ. 17 Deut. 26. verſ. 5. Proverb. 26. 5. 2. ſpecialius, exaudiendi. Pſ. 22. 22. Oſe. 2, 22. Pſ. 142. 7. 1. Reg. 18. 26. ne non ſolum contra proximum dicatur falſum, ſed ne etiam audiatur. 3. ſpecialiſſimè, adque hunc locum accommodatiſſimè, ubi vox ענה cum beth conſtructa legitur, teſtificationem & ſtationem judicialem, Lev. 10, 16. adverſus aliquem: quo quidem ſenſu accipitur, Deut. 19, 18. Ruth. 1, 21. prohibetur itaque falſa teſtificatio primariò, ſed ſub ea tanquam crimine odioſiſſimo, omne omninò mendacium adverſus proximum, ut ſub adulterio omnis impuritas comprehenditur. Confer. Lev. 19. 11. Matth. 19. 18. Marc. 10. 19. Rom. 18. 9. ut fruſtra iterum ſit Catecheſ. Racov. p. 272 in addendis objectis prohibitis ex N. T. quæ enim cunque illa addita comminiſcitur, utpote mendacium, obtrectationes, calumnias, delationes, ea in V. T. prohibita jam dum fuiſſe, cùm ex voce Schav: mox explicanda, tum ex ſpeciebus ſingulis patebit. עד propriè teſtem ſignificat, עדה & עדות alias teſtimonium eſt, vid. Piſcat. q. 124. in Deut. Nec nihil differunt falſus teſtis & falſum teſtimonium, ut obſerv. Lorin: ad Deut 5. p. m. 238. quemadmodum enim falſum dicere poteſt, qui tamen non mentitur; ita falſum teſtimonium proferre deceptus relatione aut opinione incertâ, qui tamen falſus h. e. mendax teſtis non eſt. שקר propriè mendacii nota eſt, legitur tamen etiam pro fruſtra, gratis, ut Pſ. 38. 20. ubi B. Luth. vertit, die mich unbillich haſſen / quaſi ohn Urſach / gratuito odio, præſertim cum in repetitione legis Deut. 5, 19. pro Schaker legatur Schav, quod & falſitatem & vanitatem Oſe 12, 11. Job. 15. 13. Jerem. 2, 10. ſignificat. atque hinc colligitur hoc præcepto prohiberi non ſolum mendacium, ſed & vaniloquia contra proximum, convitia vera licet, convitiandi animo dicta, deriſiones, imo & ultroneas non quæſitas teſtificationes in judicio, cum teſtis ſe ingerit intruditque. Hinc Prov. 24, 28. ne ſis teſtis contra proximum חנם gratis, temerè, fruſtra, ne non citatus nullaque cauſa cogente teſtem te adverſus ali um offeras, ut exponit Cajet. in ill. loc.

§. 2. *Objectum actus prohibiti* continetur in voce ברעך.רע

eſt

eſt à רעה paſcere adeoque Reah eſt quaſi compaſcuus nobiſcum educatus, σύϖιλος. Atque hinc juxta Judæorum reſtrictionem homo nobis amicus γνώριμος 2. Sam. 3,8. ἀδελφὸς Gen. 43,34, πολίτης Prov. 11.9. c. 24. 28. νυμφαγωγὸς Gen. 26.9. Popularis Exod. 2.13. Sed optimus interpres Chriſtus, vocis hujus latitudinem explanavit ad omnem τὸν πλησίον, ad hominem, qui caſu aliquo aut occaſione, aut quacunque de causâ nobis prope factus eſt, in parabola Samaritani Luc. 10. *Samaritanus* (verba ſunt D. *Chemnit.* harm. p.m. 762.) *in comitatu ſuo non habuerat comitem vulneratum, ſed quia caſu in illum incidit, fuit proximus ejus, licet aliàs inimici inter ſe eſſent Iudæi & Samaritani.* Notat igitur vox רע hoc in loco non tantum conſanguinum, popularem, contribulem, ſed & ἀλλόφυλον, aut officio aliquo Jud. 14. v. ult. aut laborum conjugatione. Geneſ. 11.13. aut judicii experientia, Exod. 18.16. aut caſtrorum ſocietate Jud. 7.13. aut alia aliqua occaſione junctum, ne hoſtibus quidem exceptis, quibus juſtitiæ officia debemus. Ideo in N. T. hæc lex repetitur ſine mentione objecti aut proximi appoſitione. *Clemens Alexandrinus* l. 3. ſtrom. c. 1. contendit per proximum intelligi Judæum, ſed Gentilem, quia proximus non eſt, inquit, Judæus Judæo, verum frater eundemque habens ſpiritum: quoniam verò qui eſt alterius gentis poteſt Spiritus eſſe particeps, & non ſolum Hebræorum, ſed etiam Gentilium pater eſt Abraham, aut propinquum ſeu proximum appellari. quæ omnia contra calumniam eorum, qui in adverſarios maximè in diſputationibus de religione quidvis licere perſuaſi, nefariè cavillantur in ſtatu controverſiæ: tum perfidiam Jeſuitarum, quibus hæretico mentiri, aut fidem frangere pro levi habetur, diligenter obſervanda. Cæterùm quia ordinata charitas incipit à ſeipsâ, ideò ſub proximi appellatione etiam homo ſibi ipſi proximus, comprehenditur, ne aut contra ſeipſum teſtificetur; aut pro ſeipſo falſo teſtificetur. Quærit hac de re *Auguſt.* l. *de Civ.* DEI *c. 20. an hoc præcepto caveatur, ut adverſus ſeipſum quiſpiam ferat falſum teſtimonium?* Reſpondet affirmando, quoniam regulam diligendi proximi à ſemetipſo dilector accipit, ut ſcilicet diligat proximum ſicut ſeipſum. *Interdictum* voce לא expreſſum iterum univerſale eſt, quemadmodum & ſubjectum Cui? nullam habet aut limitationem aut exceptionem perſonarum; nulla

hic

hîc obtinet licentia Poëtica, quæ dentatas Poëtaſtrorum ſatyras, quantumvis ſubtiliſſimas, excuſet.

§. 3. Liquet ex facta præcepti declaratione Cardinale vitium hîc eſſe *Abuſum linguæ*, proximo, vel per vani loquentiam, vel σαπρὸν λόγον εἰς οἰκοδομὴν τὰ Epheſ. 4, 29. vel per mendacium nocivæ; linguæ autem illius ſcilicet furialis ac inferno accenſæ, quam deſcribit Jac. 3, 5. quæ modicum quidem membrum eſt, ſed μεγαλαυχεῖ. Sic Arius in Alexandriâ, parva flamma fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſus eſt, totum orbem populata eſt, Hieron. ad c. 5. Gal. Jenę & conciliatriculæ peccatorum, Baſil. in Pſ. 33. linguæ denique non excluſivè, pertinent enim huc etiam famoſi libelli, falſa inſtrumenta, ſigilla & ſimilia. *Vani loquentiam* dicimus cum in proximum temerè verba dicuntur, ſeu calumnioſa, ſeu nugatoria & ſecreti revelatoria, etſi ſine aut injuria aut mendacio, hinc *Seneca* etiam in Com. in quo diſputat, in ſapientem non poſſe cadere injuriam: *Dividamus ſi tibi videtur, Serene, injuriam à contumelia, prior illa natura gravior eſt; hæc levior, tamen delicatis gravis qui non læduntur, ſed offenduntur, tanta eſt tamen animorum diſſolutio & vanitas, ut quidam nihil aliud acerbius putent. Sic invenies ſervum, qui flagellis quam colaphis cædi malit, & qui mortem ac verbera tolerabiliora credat, quam contumelioſa verba.*

§. 4. Pertinet igitur huc I. *lingua temerè judex & cenſoria*, κριτικὴ διαλογισμῶν πονηρῶν Jac. 2, 4. quæ in vitia aliorum leviora, vel etiam res indifferentes & dubias in utramque partem explicabiles, ſerpente Epidaurio oculatior, eadem cum morſu & delectamento prodit & exaggerat omnibus hominibus aut factis, vel cenſorum Romanorum inſtar, quibus hunc ſenatu movere, alteri equum adimere, tertium capite plectere jus fasque erat; aut auctorum inſtar in auctionibus & venditionibus ex proprio judicio aut precium imponit aut demit; hunc vivum adhuc ad quandam ἀποθέωσιν evehit radiisque exornat & aſtris; alterum in ſentinam pro lubito abjicit, nemini parcit, non faſtigiis principum, non cathedris Doctorum, ſæpè cum grave nihil invenit, quod culpet, in quo genuinum frangat, leviora rodit: quemadmodum Phariſæi, cum in Chriſto nihil reperirent, quod culparent, diſcipulorum intermiſſas lotiones, jejunia, comeſtionem granorum in Sabbatho arro-

arrodebant. Sunt hujuſmodi homines *& ſtultiſſimi & odioſiſſimi & injurioſiſſimi & ſuperbiſſimi*. *Stultiſſimi* quia omnis momus ſtultus, in id enim ſæpè à magnatibus conducuntur moriones, ut habeant liberales vitiorum cenſores & aſſiduos, de quibus videndus Seneca l. 1. de Sapient. Conſtant. c. 11. hinc momi hujuſmodi Cæci dicuntur, Luc. 6. 39. *Odioſiſſimi*, de publico illorum odio vel ſola nomina teſtantur, dicuntur enim *Critici, Cenſores, Ariſtarchi, Syndici, Zoili, Momi*, canes, qui loca plerumque mundiora veſtigant, ubi immingant, verba ſunt *Ioſeph. Scal.* præf. ad elench. trihæreſ. *Iniquiſſimi*, qui DEI territorium quaſi invadunt, & ſervum peregrinum judicant, Rom. 14. *Miſerrimi*, quia fieri non poteſt, ut cui nemo placet, ipſe cuiquam placeat.

Rubiginoſis cuncta dentibus rodit,
Hominem malignum forſan eſſe tu credis,
Ego eſſe miſerum credo cui placeat nemo.
Mart. lib. 5. epigra. 25.

Licita quidem eſt cenſura in proximum, cùm publica Ezech. 34, 17. Exod. 18, 22. tum privata de doctrinâ. 1. Cor. 2, 16. c. 10, 15. 1. Joh. 4, 1. de conſcientia. 1. Cor. 11, 13. c. 13, 5. ſed 1. ab eo, cui judicare ex officio licet 2. ex fine & intentione emendandi 3. ex ſcientia, ne cuculus de cantu philomelæ cenſeat & audire poſtea cogatur illam Apellis legem, ne ſutor ultra crepidam. Optime Rex, ſi me audias, hac de re ſuavius ſilebis, ne pueri, qui colores terunt, te rideant. Plin. l. 3. nat. hiſt. c. 10. & trita illa:

Nam facilis cuivis rigidi cenſura cachinni,
& pueri naſum Rhinocerotis habent.

& illud, quod Baſilius Juliano dixiſſe fertur, *ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως, εἰ γὰρ ἔγνως οὐκ ἂν κατέγνως.* 4. ex affectus puritate, ejice prius trabem ex oculo tuo, & tunc perſpicies. Confer. Levit. 19, 16. & 17. cum Matth. 7, 1. & Chemn. in harm. p. 847.

Ut nemo in ſeſe tentat deſcendere nemo,
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo!
Perſ. Sat. 4.

5. Cum obſervatione graduum emendationis, de quibus B. Luth. in Catechiſ. majori, p. m. 472.

§. 5. Remedia contra hanc linguæ peſtem duplicia ſunt,

alia ex parte læſi, alia ex parte lædentis. Ex parte læſi, *contemtus* heroicus exemplo Pauli 1. Cor. 4, v. 4. *Patientia*, quòd eidem fato omnes mortales ſubjecti; *Abſtinentia* etiam à ſpecie mali, *in multis namque* (ait Hieron.) *etſi conſcientia criminis vulnus non habet, habet tamen fama ignominiam.* Virtutes contrariæ ſunt 1. *εὔνοια* ſive benigna interpretatio, *etiamſi*, ait Bernh. ſerm. 40. in Cant. *perperam quid factum deprehendas, nec ſic judices: proximum magis autem excuſa, excuſa intentionem, ſi opus non potes, puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum.* & *Auguſt.* ad illa verba, nolite judicare, *hoc loco,* ſcribit l. 2. de ſerm. Dom. in mont. c. 18. *nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi ut ea facta, quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur.* *Simplicitate opus eſt*, ait Seneca II. de Ira, c. 24. *& benigna rerum æſtimatione, ut nihil, niſi quod in oculos incurret, manifeſtumque erit, credamus.* 2. *Simplicitas charitatis*, cujus proprium, non eſſe ſuſpicacem 1. Cor. 13, 5. ſed facile credulum in bonam partem. *Alex. Mag.* (verba ſunt *Senecæ* II. de Ira) *cum legiſſet epiſtolam matris, quæ cavit à veneno Philippi medici, acceptam potionem, nihil veritus bibit, plus ſibi de amico ſuo credidit.* Ob aber jemand (ſcribit B. Luth. tom. 5. Jen. p. 109.) ſo voll Argwohns ſteckt / vnd mich wolt verdencken / daß ich D. Carlſtad allzubald glaube / vnd möchte nicht ſein ernſt ſeyn / ſondern anders im Sinn haben / da antworte ich / es will weder mir / noch jemand gebüren / eines andern Hertz zu richten. Zu dem ſagt S. Paulus 1. *Cor.* 13. die Liebe iſt nicht argwöhnig / vnd abermal / die Liebe vertrawet alles / ob ſie nun wol gleich offt betrogen wird vber ſolchem vertrawen / wie man ſpricht / Traw wol reit das Pferdt weg / ſo laſſet ſie doch nicht ab. 3. *Judicij puritas*, ne quod malus in ſe affectus habet autore Seneca, ut in quo ipſe inſanit, omnes furere putet, quemadmodum Bagao ex ſuo ingenio Juditham, Judith. 14. Fratres Chriſti ambitioſi Chriſtum Joh. 7. Nero omnes alios impudicos judicavit memorante Sueton. c. 28. 4. *Certitudo, accurata indagine nixa.* Syr. 10, 13. & ſeqq. Joh. 7, 24. 5. *Repercuſſio*, ſic enim ſuimet cenſuram appellat D. Chemn. l. cit. Matt. 7, 5. Syr. 18, 19. 6. *Provocatio ad judicium divinum*, cui res ambiguæ committendæ 1. Cor. 4. 5. Rom. 14, 10. & ſeqq. 7. *Abſtinentia unguium* ab hac ſcabie, adeoque 1. à credendo Syr. 19, 4. & 13. & ſeqq. *Non enim ille ſolum reus eſt, qui falſum de alio profert, ſed etiam is, qui cito aurem crimini-*

bus

bus prabet. Iſiod. l.3. de ſummo bono. 2. à temerè definiendo; *quanquam & in his,* (verba ſunt *Auguſt.*) *rerum tenebris humanarum, ut & cogitationum alienarum, etſi ſuſpiciones vitare non poſſumus, quia homines ſumus, judicia tamen, id eſt, definitivas firmasque ſententias continere debemus, neque ante tempus judicare, donec veniat Dominus, ut illuminet abſcondita tenebrarum,* &c. 8. Prudens taciturnitas de cujus decoro videndus Ambroſ. lib.1. offic. c. 2.3.4.10.

§. 6. Origo ſuſpicionis, de qua diximus, eſt in corde, in quo cum ſemel mala ſuſpicio vel opinio vel credulitas radices egit, hujusmodi parit fœturam. Gradus hujus veneni (quanquam plures recenſeantur à Leſſio l.2. ſ.4. c.29. dub.2.) tres ſunt, *Dubium* cum in neutram partem inclinat homo, ſed judicium ſuſpendit. *Suſpicio*, cum is, qui prius dubitarat, perſuaſus aliqua aut autoritate humana, aut conjecturâ probabili, ac ſigno aliquo, uni parti aſſentitur, ita tamen, ut cum formidine oppoſiti. *Temerarium judicium*, cum quis ad triſtem partem ſtrenuus, ut loquitur Poëta, ita inclinat in unam partem, ut eam determinatè judicet veram eſſe. Dubium non ſemper peccatum eſt, ſed tum ſolùm, cum rationes dubitandi leves ſunt, e.g. adoleſcens formoſus cum formoſâ virgine loquitur, ergo ſcortandi animo. Suſpicio itidem ſemper mala non eſt, ſed tum ſolùm, cum deſunt rationes probabiles & juſtæ, e. g. Cœlius formoſus cum Clodiâ nudus lavat, ergo adulterandi animo. Judicium non ſemper eſt temerarium. Etenim ſi ſuſpectum Juvenem quis cum ſuſpectâ fœminâ deprehendat in loco infami, aut ſi geſtus vel tactus videat indecoros, non temere judicat, cum ei res iſta ſuſpecta videtur. Exeſto igitur gloſſa Petri Ravenn. extra: de Immun. Eccleſ. *Quamvis*, inquientis, *tactus & oſcula ſint præludia incontinentiæ, in laicis, ſecus tamen eſt in Clericis, nam Clericus præſumitur ea facere pro charitate & bono zelo.* & illa altera cauſa II. q.3. *Si Clericus complectitur mulierem, interpretabitur, quod cauſa benedicendi id faciat.* Peccarant ſuſpicione hujusmodi Abraham, Gen.20.9. Pharao, Exod.1.10. Eli, 1.Sam.1.14. Saul, 1.Sam.22. S. Nabal, 1.Sam.25.19. Joab, 2.Sam 3.25. Hamonis conſiliarii, 2.Sam.10.3. Joram, 2.Reg.5,6.

§. 7. Pertinet huc ſecundò *lingua Deriſoria, Contemtrix, Satyrica,* non illa, quæ ex pio zelo conſilia & machinationes impiorum ridet, exemplo DEI, Pſal.2. Prov.1. Eſa.14. Eliæ, 1. Reg.18

Eſa. 8. Davidis, Pſ. 52. Martyrum, 2. Maccab. 7. Chriſtianorum ἐπινίκιον cantantium, 1. Cor. 15. Sed illa altera, quæ ſugillat homines pios ob vel admonitiones, & caſtigationes, Ezech, 33. Eſa. 58. 2. fidei confeſſionem, Act. 2. v. 17. Act. 25. lingua, qualis fuit Luciani apud Baronium ad annum 66. n. 10. Ciceronis, cui Judaica religio audit ſuperſtitio barbara. Confer. Tacit. 5. hiſt. 5. crucis afflictiones, Pſ. 35. Eſa. 48. 4. *defectus animæ, corporis, fortunæ*, ut eſt calvities Eliſæi, Confer. 1. Sam. 17. v. 44. Ut enim ſagitta feriit Achabum eâ parte, qua tectus non erat: Ita volans ludibrii jaculum, qua quiſque parte patet, lædit, cum, ut habet Proverbium, omni alaudæ aliqua *ſit criſta*, qua vellicetur. 5. *Pietatem & ſanctitatem*, 2. Sam. 6. 29. *ſimplicitatem* ac juvenilem imperitiam, ob quam pennaliſationis monſtrum ex orco extudit Sathanas. Eſt verò hæc lingua 1. *virtutum remora*. Sannis enim non rarò Sathanas impetrat, quod nullis aliis machinis, ut multi ad flagitium ſe animent, his vocibus, ego verò, quam me rideri patiar, potabo potius ad vomitum uſque, & ſimilibus. 2. *ſtultiſſima*, quisquis enim alterius defectus ridet, ignorat ſuos, qui ſæpè in illudente turpiores ſunt, quam in illuſo. 3. *perniciosiſſima*, utpote litium ſeminatrix. Proverb. 22. 10. atque hinc non impunis. Remedium eſt certiſſimum 1. γνῶθι σεαυτόν, *ſi quando*, inquit *Seneca*, *fatuo delectari volo, non eſt mihi longè quærendus, me rideo*. Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus, 2. *charitatis operimentum*, exemplo filiorum Noæ Gen. 9. 23. in infirmitatibus ſcilicet & peccatis privatis, vide dictum Conſtant. M. apud Theodoret. l. 1. c. 11. & judica. aliàs delicta publica retegenda ſunt Eſa. 47. verſ. 3. 2. Theſſ. 2. v. 8.

§. 8. *Lingua Secreti proditoria, ſuſurratoria*, ψιθυριστὴς Rom. 1, 30. & ſeqq, ſecreti, inquam, quod revelari nihil intereſt, ſeu ad gloriam DEI, ſeu ad uſum proximi, tale fuit peccatum Doeg. 1. Sam. 22. Nam quæ Joſephus de fratribus detulit Gen. 37, 2. ea nec animo malo delata, nec apud malevolentem, ſed communem Patrem, non ut fratribus infamiæ notam inureret, ſed ut caveret, tota clamat hiſtoria. Confer. 1. Sam. 3. v. 18. Joſ. 7. v. 19. Alias ſecreti ſeu conſilii publici, ſeu privatim concrediti proditio eſt 1. *iniqua*, non ſolum cum occultandi promiſſio interceſſit, ſed etiam, ut rectè obſervavit Ameſ. V. Caſ. Conſc. cap. 55. cum detectio ſe-

creti

creti nocitura videtur alterius animæ, corpori, honori, fortunis, tum ille, qui abſque cauſa revelat, peccat, tam adverſus juſtitiam quam charitatem; eſto licet peccatum, idque verum, quod detegitur, tamen revelandum non erat. Quanquam enim, qui peccavit conſcientiam coràm DEO læſit, famam tamen coram hominibus non perdidit. 2. *Odioſa,* vel hoc uno nomine, quia hæc Sathanæ indoles eſt. Apocal. 11. verſ. 10. 3. *Damnoſa,* perdit enim ejusmodi loculejus fidem, Syr. 26, 13. amicitiam. cap. 22. v. 27. 4. *Levitatis* argumentum. 5. *Stulta,* præſertim cum poſt effutionem demum os obſeramus, ſilentium imperamus, *declarantes,* ut rectè Chryſoſt. hom. 3. ad pop. *hoc ipſo, quod rem reprehenſione dignam commiſerimus.* Remedium certiſſimum eſt *prudens taciturnitas* (ille ſc. Alexand. Magni annulus ſignatorius, quem Hephæſtionis ori admovit) quam Syracides optat. non audienda excuſatio, ego non prius dixi, quam audivi; neque enim excuſandi ſunt qui incenſam domum ulterius incendunt. *Audiſti verbum adverſus proximum tuum, commoriatur in te,* ait Syracides c. 19.

§. 9. *Lingua Adulatoria,* quaſi adaulatoria, quia malum in aulis familiare, *monſtrabo,* ait *Seneca* VI. de benef. 30. *cujus rei inopia laborent magna faſtigia, quid omnia poſſidentibus deſit, ſcilicet ille, qui verum dicit.* Priori contraria, quæ peccat ſermone vanæ laudis alicui exhibitæ, intentione complacendi, quod fit vel 1. *laudando* non laudanda. Unde Gregorius adulatores comparavit canibus Lazari ulcera lingentibus, refrigerantibus quidem, non ſanantibus, unguibus alii ſcabiem perfricantibus, hoc gratioribus, quo magis lædunt; Equis alii, qui, dum cibus ſapiat, proſit, an obſit, nihil penſi habent. 2. *Tacendo. Adulator etiam eſt,* ait *Beda* l. 7. in Luc. *qui tacet & dat conſenſum, ne offendat illum, quem cupit habere propitium.* 3. *hyperbolicè exaggerando,* quæ mediocri laude conſtant, cujus rei exemplum dedit Pelagius hæreticus, in quem Hieronym. l. 3. contra Pelag. ſcribit *non erubeſcis dicere pietatem, quæ nuſquam reperitur in terrâ, & veritatem, quæ ubique peregrina ſit, in illâ potiſſimum commorari.* & mox, *docere eſt hoc, an occidere? levare de terra, an præcipitare de cœlo? id mulierculæ tribuere, quod angeli non audeant uſurpare? Si autem pietas, veritas, atq; juſtitia non inveniuntur in terris, niſi in una muliere, ubi erunt juſti tui, quos abſque peccato in terra eſſe jactabas.* Hæc linguarum Siren etſi canat ſuaviſſimè, atque ideo ſit gratiſſima, odioſiſſima

 contra

Digitized by Google

contra veracitas, peccatum tamen eſt 1. ſervile, intentum ad proprium commodum venali benevolentia, ſimile garrulæ hirundini, quæ, dum æſtus eſt, & ſol vicinior, amiciſſime vobiſcum habitat, cum triſtis hyems appetit, in terras alio ſole calentes migrat. Fertur Dionyſius habuiſſe ejusmodi aſſentatores, qui non ſolum expuenti faciem obverterent, ſed & ſputa lamberent. Hanc ſervilitatem pulchrè expreſſerunt Poëtæ de Græculis. Juvenal. ſat. 3. Natio comœda eſt, rides majore cachinno, concutitur, flet, ſi lacrymas conſpexit amici

Mentiris credo recitas mala carmina laudo:
Cantas canto; bibis Pontiliane bibo.

2. *Odioſiſſimum ac inviſum* candori germano. De Sigiſmundo Imp. refert Æneas ſylv. 1. Comment. de rebus geſtis Sigiſmund. & Frid. quod cuidam nimias laudes ingerenti alapam inflixerit, atque dixerit, *cur me mordes adulator?* 3. *Damnoſiſſimum*; Eſt enim ſuperbiæ flabellum; Hinc divinum Væ inclamatum Ezech. 13, 18. Confer. Eſa. 3. 12. Prov 29. 5. Amuletum huic veneno contrarium eſt contemptus heroicus, ad hujusmodi aurium inſidias inexpugnabilis. *Reſpue*, ait *Bernh. blandimenta, adulationibus claude aures, & interroga de te, quia tu te melius noſti, quam alius.* Etenim & admiſſio hujus linguæ noxia. Act. 12.

§. 10. Linguæ Adulatoriæ, ut vitium vitio, opponitur *calumniatrix & detrectatoria*, Διαβόλου genuinus fœtus, *arroſiva* iterum pietatis ac virtutum, ſpeciei mali, rei ignoratæ nec ſatis liquidò perſpectæ, noxæ levioris in majus dilatatæ, trabem in feſtuca, elephantem in culice, pyreneos ſaltus in verruca legendo, aut alius alicujus animo conceptæ atque fictæ occaſionis. Lingua damnoſiſſima vereque lancea triſulca, quæ ut loquitur Bernh. tres penetrat uno icto eoque immedicabili, (ut enim vulnus curaveris, cicatrix tamen manet) calumnia læſum, audientem, & detrectatorem ipſum. *Nec verò*, ait inſuper *Bernh. ejusmodi linguam ipſo mucrone, quo dominicum latus confoſſum eſt, crudeliorem dicere verearis, fodit hac quoque Chriſti corpus & membrum de membro, nec jam exanime fodit, ſed facit exanime fodiendo.* Oleum adverſus hunc Scorpionem eſt *veracitas, candor & integritas*, his maxime frenis uſa 1. *ex parte dicentis, ſui ipſius inſpectione*, ſi namque olla fuliginem & atrorem induta in

ſpeculo

ſpeculoſe contemplaretur, non diceret fumoſo cacabo Væ tibi niger. 2. *ex parte audientis prudens diffidentia.* Reflectetur enim telum, quod in petram remittitur, *& ſermonis male cœpti declinatione.* Tigridi ſc. ſpeculum objice, ut obliviſcatur rapti catuli. *Subductione* ſui à perverſo colloquio. *Modeſta infamati excuſatione.* 3. ex parte denique læſi heroico contemtu, patientiâ, abſtinentiâ à ſpecie mali, pœnitentiâ, quam calumniâ ſæpe provocat, ſicut qui Jaſonem Pheræum haſtâ petiit vomicam aperuit prius inſanabilem.

§. 11. Reliquum eſt, ut de judicio publico agamus, adeoque de *lingua judiciariâ,* quæ quadruplex eſt 1. Judicis, cujus virtutes Jethro in celebri ſuo conſilio complexus eſt, Exod. 18, 21. I. Vim animi; requirit enim אנשי חיל *Viros roboris,* quod quidem Fagius latiſſimè extendit ad robur animi, corporis, fortunarum, ad ſapientiam tamen, conſtantiam, magnanimitatem, ſtrenuitatem, autoritatem potiſſimum pertinet. Confer. Deut. 1, 12. 2. *Timorem DEI,* Conf. 2. Chron. 19, 18. qui defuit iniquo illi judici, Luc. 18, 2. Vidit hujus virtutis neceſſitatem etiam Cicero, *Cum judici,* ſcribens. 3. offi. *dicenda eſt ſententia, meminerit ſe DEUM habere teſtem, h.e. mentem ſuam, qua nihil dedit DEUS ipſi divinius.* Qui cogitabit ſe judicem habere ſuperiorem, actiones ſuas veluti in tabella referet, rationem olim ſummo judici redditurus 3. Veracitatem, cujus neceſſitatem Ægyptii quoque conſiderarunt, ideo auctore Diod. Sic. l. 1. hiſt. c. 6. è collo judicis primarii numinis imaginem ſuſpenderunt, è gemmis & auro confectam, quod numen ipſi veritatem appellabant. Comites veracitatis ſunt, diligens in partes & rerum momenta inquiſitio, Deut 13, 14. Job. 29, 16. quo pertinet illa αὐθρωποπάθεια, Gen. 11, 5. deſcendam & videbo. Impia igitur προπέτεια, Act. 5, 33. Juſtitia, Eſa. 10, 1. ἀπροσωποληψία tum quoad reliquos judices, quorum vel auctoritate, vel votorum numero à rectâ causâ ſe dimoveri pati non debet. Exod. 23, 2. ſed potius cum proteſtatione contradicere, exemplo Joſephi Arimathię, Luc. 23, 51. tùm quoad ipſas partes, Deut. 1. v. 18. quarum utramque audire oportet, Act. 25. 16. ἀπάθεια denique, ne juſtitiæ thronum favor ac affectus occupent. Act. 24. v. ult. Non obſtat huic veracitati retractatio injuſtorum judiciorum; quin imò retractare nolle, quæ conſtat injuſtè poſita, tyrannis eſt, Dan. 2, 9. ubi *una ſententia* irre-

vocabili-

Digitized by Google

vocabilitatem decreti regii notat, ut obſervavit Sancti. ad ill. loc. 4. ἀφυλαργυρία, qualis fuit in Samuele, 1. Sam. 12. cui opponitur δωροφαγία, & Demoſthenica argentangina, χρυσοῦ γὰρ λαλοῦντος πᾶς ἀπρακτεῖται λόγος, quod nullæ rationes ſint ad perſuadendum firmiores, quam tinnulæ. *Munera*, inquit Cajetanus ad c.23.Exod. *affectum mutant, & ſic efficiunt, ut ſi non ſpeculativè ſaltem practicè videatur accipienti fovenda, vel toleranda pars, à quâ munera accepit.* Oculus juſtitiæ eſt puritas, huic minimum pulviſculi ſi injicias, perturbabitur. Elegans eſt narratio, quam ad Syracid.20.3. protulit Carthuſianus, *narratur*, cum ſcribit, quod quidam habens cauſam, appropinquante die proferendæ ſententiæ, miſit judici bovem, quo cognito, adverſarius miſit conjugi Judicis pinguem vaccam. Cum igitur conjux maritum ſuum ad partem ſuam traxiſſet, & judex in favorem cauſæ eius, qui miſerat vaccam, loqui cœpiſſet, alterq; admirans clamaret, Bos loquere, Reſpondit judex, bos loqui non poteſt, quia vacca non ſinit.

§. 12. Altera lingua judiciaria eſt, ACCUSATORIS, in quo conſideranda ſunt *accuſationis licentia, neceſſitas, & æquitas.* *Licentiam* primum dubiam facere poſſet Joſephi Juſti exemplum, Matth. 1. 19. qui noluit Mariam παραδειγματίσαι, id eſt, publicè ad ludibrium traducere in totius familiæ dedecus. vide *Chemn. in harm. p. m.* 83. quo tamen exemplo potius diſcimus, juſtitiæ, h.e. æquitatis, de iure ſuo remittentis, eſſe, delicta adhuc occulta premere ſilentio, quod non ſemper quis teneatur crimen occultum manifeſtare. vide *Ameſ.* l. 5. caſ. conſc. c. 54. n. 17. & 19. quod deinde *neceſſitatem* attinet, *quæritur, an accuſatio formalis ſemper ſit neceſſaria?* Reſp. negando, quia dantur æquivalentia accuſationis, ut ſunt *denunciatio, querela, evidentia criminis, inquiſitio generalis, ſuſpicio probabilis, rumor.* *Cavendum tamen* iudici, ne rumorem falſum aſſumat, Exod.23.1. & poroſæ ſpongiæ inſtar imbibat, quemvis fœculentum calumniæ ſanguinem. vid. *Ameſ.* loc. cit. n. & ſeqq. Accuſatoriæ linguæ vitia ſunt *calumnia, prævaricatio, tergiverſatio.* Advocati cauſarum graviter hic impingunt, cum in rabulas degenerant, & ius ad utilitatem ſuam per fraudes ἐυπορίστως nundinantur. Eleganter huius farinæ homines D. *Chemnit.* c. 93. harm. p. m. 1764. comparat cum *mendicis cæcis*, quos canis ducit, canis videt os, ad illud properat, ut

rodat:

rodat: interim ad præcipitium adducit cæcum. Sic iſti canes, (qui tribunalia lambunt) quærunt quo rodant, & quod ſuam culinam & focum lautiorem reddant, interim partes litigantes ad præcipitium ducunt. Gravem contra eos invectivam habet B. Luth. tom. 1. Jen. p. m. 255. in vulgari illo: *Iura vigilantibus ſubveniunt*, partibus imponunt, Wer da wacht dem hilfft das Recht/ gerad als weren ſie nicht ſchuldig ſo viel zu wachen für deß Nächſten Sach/ als für ihr eigen. & mox: Ich beſorge es geſchehe kein Gericht oder Handel/ es ſündige ein Part wider diß Gebott. & in Catech. maj. p. 477. *His omnibus ſuffragantur & opitulantur quoq; Iuriſperiti atq; legum doctores, qui ſi qua ſpes improbi nummi affulſerit, jus per vim torquetur, ac trahunt, prout cauſæ ſervire poſſe videtur, verbula in commodum ſuum excerpentes, poſthabitâ & æquitate & proximi neceſſitate, atq; ut in ſumma dicam, qui hac in re omnium fuerit ingenioſiſſimus & exercitatiſſimus, huic jura omnium fortiſſimè ſuffragantur, ut & inquiunt ipſi: vigilantibus jura ſubveniunt.*

§. 13. Tertia lingua, eſt *lingua Rei*, quæ peccat, cum DEO gloriam non dat, veritatem per viam juris inquiſitam aut premendo, aut æquivocationibus obſcurando, de quibus alibi actum. Vide D. Meiſn. in part. 3. Philoſoph. Sobr. cap. 7. qu. 1. Rivet. explicat. decal. p. 397. & ſeqq. Quarta *& ultima eſt teſtificatoria*, circa quam iterum perpendenda ſunt *Teſtium 1. numerus. 2. aptitudo.* Numerum Teſtium vel binarium vel ternarium conſtituit ſummus legislator, quod ex multis, iisq; ſingulatim auditis, veritas luculentius protrahatur. Quia verò etiam plures in caput innocentis conſpirare poſſunt 1. Reg 21. 13. Matth. 26. 60. Ideò *aptitudo* porro requiritur, atque in eâ perſonæ teſtantis dignitas, conditio, ſexus, ætas, fama, fides & conſtantia; ideò enim teſtes in plectendis ſontibus voluit DEUS primas applicare manus. Deut. 17. 7. ut lingua moneatur, id proferre in judicio, quod ex judicio parata erat exequi. Pœnas hujus linguæ non ſolum lex divina definivit. Deut. 19. 16. ſed & lex gentium; unde falſi teſtimonii convictum Romani de ſaxo dejiciebant, Gell. l. 20 11. Ægyptii morte mulctabant. Diod. Sic. l. 2. c. 3. Indi manuum pedumque digitis & membris extremis decurtabant. Strab. l. 15. Lycii vendebant ſimul ejusdem patrimonia. Heraclid. in Rep. Lycior.

§. 14. Remedium προφυλακτικὸν Univerſale his quatuor

Yyyyy linguis

linguis oppoſitum eſt juſtitiæ tenacitas, à verô ac æquo abduci neſciæ

——— Phalaris licet imperet, ut ſis
Falſus, & admoto dictet perjuria tauro,
Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam vivendi perdere cauſas.
Juvenal. ſat. 8.

De linguæ cuſtodia hanc narrat hiſtoriam, Socrat. l. 4.18. Pambo vir literarum omninò ignarus & rudis ad quendam accedebat, ut Pſalmum diſceret, & cum primum verſum Pſalmi trigeſim. octavi audiviſſet, qui ita ſe habet: Dixi, cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea; ſecundum audire noluit, ſed decedens dixit: Vnus hic verſus ſat eſt, ſi modò eum reipſâ & opere diſcere potuero. Atque illi, qui verſum docuiſſet ei vitio vertenti, quod ſex menſes continuos illum non vidiſſet, reſpondit: Se verſum Pſalmi nondum reipſâ didiciſſe. Poſteà longo ætatis ſpacio percurſo, cuidam ex notis quærenti, utrum verſum didiciſſet, reſpondit. Se decem & novem annis integris vix didiciſſe cum opere explere.

Remedium contra hoc virus eſt prudentia in judice ſolertis indagationis, cujus egregium ſpecimen Salomon edidit 1. Reg. 2. & Daniel. in hiſt. Suſannæ, in accuſatore propoſitionis, in teſte ad interrogata reſponſionis, maximè verò in rei ſuimet defenſionis, qua in re Athanaſius ſpeculi inſtar eſſe poteſt, apud Sozom. l. 2. 24. Theod. l. 30. Socrat. l. 2. c. 21. Confer Apologias pro Chriſtianis Juſtini ad Senat. Rom. & Antonin. Athenagoræ, contra triplicem in Chriſtiános calumniam de impietate, cœnis Thyeſtæis & concubitu promiſcuo Theophil. Antioch. l. 3. ad Autolyc. Orig. contra Celſ. Philoſoph. libris octo. Tertul. apologet. Arnob. l. 7. adv. gent. & Minut. Felicis octav. l. adv. gent. qui vulgò Octavus Arnobii. Apologetica Athanaſ. Baſil. pluries præcipuè ep. 79. Balduin. tract. de diſp. Lutheri cum diabolo, contra Serar. Luth. tom. 1. Jen. an den Bock zu Leipzig. p. 360. & ſeqq. & p. 400. & ſeqq.

§. 15. Quemadmodum in quintum præceptum peccat non is ſolum, qui alios necat, ſed & qui ſibimet manus infert; non is ſolùm in ſeptimum præceptum impingit, qui aliis ſua furto aufert, ſed & qui ſeipſum prodige perdit: Ita falſi judicii reus eſt, qui ſeipſum vel iniquè accuſat, vel excuſat, idque non tantum cum foras progreditur, deque ſe apud alios, aut falſo teſtatur, cujus rei exemplum præbuit ille ſui iniquus proditor 2. Sam. 1. & illi, qui in tormentis ſeipſos injuſtè accuſant, aut falſo ſeipſos excuſant,

tuſant, ſed etiam, cùm intra mentem, ſolo DEO teſte ac judice, ſeipſum, aut iniquis accuſationibus premit, aut excuſationibus ornat, quod iniquum judicium cum propriè ſit *conſcientiæ*, ideò *de conſcientia* univerſim hic agendi locus eſt. Eſſe aliquam hominis conſcientiam etiam gentiles è ſuo lumine videre, *εἰ τοὺς ἄλλους λήσῃς σαυτῷ συνειδήσεις*, ait Iſocrat. de Demoſth. nunquam fides latendi fit etiam latentibus, quia coarguit ipſos conſcientia & ipſos ſibi oſtendit Senec. ep. 97. Ipſa verò conſcientiæ natura & quidditas non perinde certa eſt ac evidens. Nos omiſſis variis cum opinionibus, tum diſputationibus, naturam conſcientiæ quoad fieri potuit, breviter & dilucidè exponemus. Quod igitur τὸ ὄνομα nominis, attinet, dicitur conſcientia, *συνείδησις*, Gewiſſen/ (ubi ge idem eſt, quod latinorum, cum, ut obſervat Martin. in Lexic.) quaſi geminata & duplex ſcientia, vel quia una cum DEO omniſcio teſtatur atque judicat, vel quia per recognitionem teſtatur cum lege naturæ, & memoria in intellectus paſſivi ſinu recondita. Bernhard. de interiori domo c. 22. *Conſcientia*, inquit, *eſt cordis ſcientia: Cor enim & ſe novit ſua conſcientia, & multa alia, quando novit ſe, appellatur conſcientia, quando præter ſe alia novit, vocatur ſcientia.* Hebræis voce לב cordis, Gen. 20. 5. & מדע ſcientiæ, Eccleſ. 10. 20. exprimitur. Vocatur *μετωνύμως*, *Chirographum*, Col. 2. v. 14. quanquam enim propriè & immediatè ibidem notet legem Moſaicam Eph. 2. 15. cùm moralem, mera reatus noſtri ac debitionis teſtimonia continentem, tùm ceremonialem, ex mundationibus Leviticis de interna immunditie, ex ſacrificiis de promeritis pœnis teſtantem, quia tamen (ut libro fœnebri ſive Calendario creditorum reſpondet ſyngrapha debitionis) legis obligationi reſpondet conſcientiæ noſtræ confeſſio. *Ideò rectè etiam* (verba ſunt *D. Balduini* in h. l.) *per Chirographum propria cujusq; conſcientia intelligitur, quæ propriæ manus confeſſio eſt, quod decreta legis fuerimus transgreſſi.* Tobias e. g. apud Gabelum depoſuit argenti ſummam, quam ille in rationale ſuum inſcripſit, & fidem reddendi obligavit chirographo: Sic DEUS Opt. Maximus apud nos depoſuit decem talenta, præſtanda, ſolvenda, lucris cumulanda, ut ſunt decem virtutes decalogo tanquam columnæ curiali expoſitæ; quæ nos devinctos tenent, ſeu ad præſtationem ſeu pœnam, hominis conſcientia atteſtatur, ſe accepiſſe,

ut cùm literas contrarias inſcripſiſſet, nec ſolviſſet debita, eius ſeu admiſſi ſeu omiſſi, illum convincit chirographum conſcientiæ, ſigillo rubro verecundiæ & pudoris obſignatum. *Sunt quadam literæ* (inquit Origenes homilia 13. in caput 16. Geneſ.) *quas Deus ſcribit, quadam literæ, quas nos ſcribimus. Peccati literas nos ſcribimus, audi Apoſtolum dicentem, delens quod adverſum nos erat, peccati chirographum, unusquiſq; etenim noſtrum in his quæ delinquit, efficitur debitor, & peccati ſui literas ſcribit.* De hac rurſus Scriptura idem Origenes homil. 12. in Jeremiam. *Nudabitur pectoris mei conſcientia, & aperto corde videbuntur literæ peccatorum, quæ ſtylo ferreo in ungue adamantino ſculptæ ſunt. Atq; ita univerſa ſpectantium multitudo legat in pectore meo ſignatas imagines peccatorum.* Vocatur itidem *lumen mentis, notarius cordis, legis præco, animæ pædagogus, atq; lectus, in quo homo vel quietem habet, vel crucem, frenum* ante peccatum, poſt peccatum *flagrum*, &c. Dividitur ratione nominis latiſſimè ſumti in *conſcientiam rectam, erroneam, probabilem,* (de quibus paulò inferius) *dubiam & ſcrupuloſam.* Sed diviſio eſt æquivoci in æquivocata; propriè namque & accuratè loquendo, conſcientia dubia & ſcrupuloſa conſcientiæ non ſunt. *Dubia* dicitur, quæ μετέωρος in neutram partem propendet, hæſitabunda inter aſſenſum & diſſenſum, quod dubium duplex eſt, vel ſpeculativum extra exercitium actus in quæſtione infinita, vel practicum in quæſtione finita in exercitio. e. g. ſubditus bello orto dubitare poteſt ſpeculativè, utrius pars, Regis, an hoſtis, belligeratio juſta ſit, certus tamen eſſe practicè, ſibi ut ſubdito licere Regi ſuo bellare, vi obedientiæ Magiſtratibus divinitus mandatæ. Sic viciſſim, qui certus eſt ſpeculativè, juſtum eſſe bellum ſui Regis, dubitare poteſt, an ipſe in praxi obligetur ad pericula bellica die ſabbathi, item ipſo ſuo corpore ſubeunda? *Ita judicium Iacob* (verba ſunt Breſſeri de conſc. p. 32.) *quod ad illam liceret accedere intrinſecè & practicè, verum fuit, extrinſecè tamen & ſpeculativè falſum, quia falſa erat opinio, quod illa eſſet uxor. Similiter dubius, an poſſideas rem alienam, certam conſcientiam tibi formas, quod non debeas reſtituere, ſcilicet privilegio poſſeſſionis, quæ conſcientia extrinſecè, ratione illius dubij poteſt ſoletq; dici dubia.* Non aliter differt ſcrupuloſa conſcientia à dubia, quàm ſecundum magis & minus; cum enim aliquid ſuſcepturum, leve vel in rei veritate nullum (quod melancholicis acci-

dere

dere poteſt) dubium in ſuſpenſionem rapit, quod conſcientiam inſtar lapilli exigui in calceo latentis vexat, ſcrupuloſum appellatur. e.g. an danda eleemoſyna mendico extremè egenti, ſed de quo dubites, annon ſit homo impius? an oratio illa ſit battologica, in qua eandem petitionem bis terve repetas? neutra propriè conſcientia eſt, quia potius eſt ſcientiæ & judicii ſuſpenſio, quam aliqua conſcientia, adſtipulante Clariſſ. Dn. Horneio in l.3. civ. doctr. c.4. num.9. neutra actionum noſtrarum dux aut lumen eſſe poteſt: quin potius graviſſimè peccat, qui dubiam ſententiam ſequitur Rom.14. verſ.ult. Exponit namque ſe periculo peccandi, & quantum in ſe eſt, vult peccare, ſicut contra amicitiæ legem agit (verba ſunt *Ameſii*, l.1. de conſc. c.5. p.14.) qui id ultrò facit, de quo dubitat, an ſit amico gratum? Ita contra legem charitatis in DEUM facit qui id agit de quo dubitat, an ſit DEO gratum, nec ne? *Benè præcipiunt, qui vetant quicquam agere, quod dubites æquum ſit, an iniquum?* l.1. offic. Cic.

§. 16. Quid *verò*, inquies, ita *fluctuanti faciendum? vincenda eſt* dubitatio I. *conſultando* os *Domini*, cùm in verbo DEI, cùm in precibus, quibus mediis hodiè, ut olim Urim & Thumim, nobis uti licet, tutis promiſſione divinæ exaudientiæ, 1. Joh.5.14. qui ſecretis quaſi providentiæ ſuæ fidiculis trahit retrahitve, Proverb.21.11. Is, ſi non verbis, rebus tamen nobis ac effectibus reſpondere ſolet. II. *prudentia propria* vel *ſcrupuli* levioris, aut irrationabilis, omnimoda *excuſſione*, & excluſione à conſultando; attentio namque nimia ad ſcrupulum ratione tollendum, ſcrupulos ſæpè novos parit, aut veteres auget, ſic cum oraturum, aut ad ſacram ſynaxin acceſſurum Indignitatis ſuæ & impiarum cogitationum, quæ precibus obrepere ſolent, memoriam ſcrupulus vexat, excutiendus potius ſcrupulus ille fuerit, & ferro ſecandus nodus. Eſt enim eiusmodi ſcrupulus formido temeraria & ſine fundamento, adeoque non poteſt obligare, imò ex conſuetudine agendi contra huiusmodi ſcrupulos conſcientia ipſa redditur firmior, *Ameſ.* l.cit. p.16. vel 2. *electione tutioris*, (in quo minus pecces) præ minus tuto. Tametſi, ex. gr. uterque ſit abominabilis coram DEO, & qui juſtificat impium, & qui condemnat nocentem, Proverb.17.15. tamen in re incerta τὸ

 ἀθῶως

Digitized by Google

ἀδίκως ἀπολῦσαι ὁπότερον, ἢ τὸ ἀδίκως ἀπολέσαι, ut olim Antiphon dicebat, vid. Juſtin. l. 11. c. 8. 7. Fidendum non rarò in ejusmodi ſcrupulis etiam conſcientiæ alienæ. vide exemplum apud Balduinum. p. 26. caſ. conſc. III. Prudentia aliena. Etenim Plauti de ſententia

Viam qui neſcit quâ deveniat ad mare,
Eum oportet amnem quærere comitem ſibi.

Et *Tullij* l. 7. epiſt. ad Attic. *quid ergo*, inquis, *in re dubia acturus es, idem quod pecudes, quæ diſpulſæ, ſui generis ſequuntur greges, ut bos armenta, ſic ego bonos viros, aut eos, quicunq; dicentur boni, ſequar, etiamſi ruent.* Confer Ambroſ. l. 2. offic. cap. 11. & 17.

§. 17. Alia eſt vocis homonymia, cum conſcientia accipitur vel pro judicio de rebus agendis, aut actis, habituali, vel pro actuali & elicito. Quid ſit conſcientia, habitus, an actus, anxiè in ſcholis diſputatum olim fuit. Nobis videtur utrumque ſtare poſſe, eſſe eam 1. habitum, illam nimirum ſcientiam, *Συντήρησιν* legis naturæ cuſtodem ac conſervatricem, quæ in intellectu practico reſidet in dormiente, in peccatore contra conſcientiam exiſtit, faciendorum aut omittendorum ducem, factorum aut omiſſorum, memoratorem ac nomenclatorem. 2. actum, qui eſt habitus vigilans, ſive conſcientiæ actuale judicium. *Cauſa efficiens DEUS eſt*, qui forum tale ut eſſemus ἀναπολόγητοι intra mentem erexit, ac, ut in tabulas Moſis, ita in mentem opus legis inſcripſit, Rom. 2. De Actuali conſcientia, ex cujus natura eiusdem habitus facile agnoſcitur, nobis tractandum eſt. Ejus *materia* I. *ex qua* eſt triplex mentis actus. 1. *Συντήρησις*, quæ eſt ipſius legis & normæ, juxta quam agendum, aut res acta examinanda eſt, apprehenſio, & cognitio. 2. *Συνείδησις* eſt applicatio normæ cognitæ ad τὸ δεῖν ad agentem, per aut obedientiam in agendo, aut teſtificationem in facto, 1. Reg. 2. 44. Huius ratione conſcientia vocatur mille teſtis, & liber, in quo omnia deſcripta extant, *hic eſt liber, in quo ſcribimus omnia peccata quæ geſſimus, hi ſunt libri in die judicij aperiendi conſcientiæ noſtræ.* Chryſoſt. homil. 2. in Pſal. 50. Duplex eiusdem actus eſt, unus *antecedaneus*, applicatio juris ad aliquid ſuſcipiendum, alter *conſequens*, recognitio facti & collatio ad regulam faciendorum, quæ eſt reflexio quædam ment is, quâ homo cum judicio perpendit ſuos proprios actus, & actu um circumſtantias, dicitur in ſcripturis *appoſitio*

tio cordis, Hagg.1.5. dictio cum corde, Jerem.5.24. reditus in cor. 1.Reg 8.47. judicium ſui 1.Cor.11,31. examen & probatio ſui.2.Cor. 13.5. Denique κρίσις, quæ eſt applicatio ſententiæ (quam norma agendi edidit vel approbando, vel prohibendo) ad agentem, hæc ſæpe hominum vitio interciditur. Poteſt, e.g. quis in genere concedere omnem prævaricatorem legis divinæ eſſe maledictum, fateri ſe prævaricatorem eſſe, abſtinere tamen à ſententia maledictionis de ſemetipſo pronuncianda: & contra, poteſt quis concedere omnem pœnitentem eſſe in gratia DEI, ſe pœnitentem eſſe, & tamen ſuſpendere judicium de concluſione, ob gravem aliquam tentationem & infidelitatis reſiduum. In utroque caſu, concluſionem virtute in præmiſſis contentam actu elicere ministris Eccleſiæ incumbit. Totum judicium conſcientiæ ſecundum omnes partes complectuntur hi ſyllogiſmi practici.

Qui eſt unctus Domini, ille non eſt interimendus à privato.

Saul eſt unctus Domini. E. à me Davide non eſt interimendus. Omnis matricida ſupplicii damnas eſt, Ego Nero ſum matricida, E. ſupplicii damnas. majoris cognitio eſt *ζυντήρησις*: minoris *ζυνείδησις*: concluſionis κρίσις. *Materia conſcientiæ circa quam*, ſive objectum, eſt actus alicujus ſeu interioris Rom.9.1. ſeu exterioris, vel ſuſceptio vel omiſſio, utriusque actus vel per ſe juſti, vel vel injuſti, vel indifferentis.

§. 18. Cauſa exemplaris, ſive norma agendi, eſt voluntas divina, Proverb. 21.2. *id enim hominem velle oportet, quod DEUS eum vult velle*, (quod, inquam, vult eum velle, fieri namque poteſt, ut quis velit, quod DEUS vult, quod tamen eum velle DEUS non vult, exemplum extat 1. Reg. 8. 17. nec peccat, ſi contrà voluntatem DEI faciat, ſed ſi contrà revelatam) voluntas autem divina, ſed quà cognita; etſi enim voluntas divina patefacta obliget etiam ignorantem (eſt enim obligatio debitum morale, ſimile juribus & ſervitutibus, quæ poſſunt in nobis naſci per ſolam actionem & voluntatem alterius, nobis ignorantibus. Quando quis, e.g. intelligit à Viro fide digno legem promulgatam eſſe, tunc ſine dubio obligatur: at non obligatur vi verborum iſtius Viri. Ergò vi promulgationis ſolenniter factæ, ignoratæ licet) tamen in conſcientiam propriè peccare non dicitur, niſi ſciat voluntatem divinam.

atque

Digitized by Google

atq; hinc patet, quomodo polygamia Patrum morale, imò mortale, peccatum fuerit, non tamen peccatum contra conſcientiam. id nihilominus obſervandum, ut rectè docet Rivet. expl. Decal. p. 392. ne quis putet, ſemper ſe poſſe per ignorantiam excuſari, quod ſi quæ falſa dicuntur, talia ſint, quæ, qui teſtatur falſum, ſcire poteſt & debet: quæ etiam ſe profitetur ſcire, etſi vera eſſe exiſtimet, non tamen extra culpam, ita ut interpretativè & per cauſam mendax habeatur: Quod in falſis Doctoribus apparet: nam etſi inter illos multi ſint, qui vera eſſe exiſtimant quæ proferunt, eos tamen ubique ſcriptura mendacii arguit, quibus etiam juſto judicio DEUS immiſit efficaciam erroris, ut credant mendacio, 2. Theſſal. 2. 11.

§. 19. Eſt autem voluntas divina vel naturæ impreſſa, vel ſupernaturaliter revelata, *illam* ſequens conſcientia dicitur naturalis, de qua 1. Cor. 6. 9. *hanc*, illuminata, de qua Roman. 6. 3. e.g. *ſi quæratur, unde opifici certo eſſe liceat de ſua vocatione, quod illa voluntati divinæ congruat?* Reſpondetur, ex naturali inſtinctu & inclinatione ad artem, vocatione parentum, quibus ille obedientiam debuit, conſcientia hæc naturalis eſt. Solam voluntatem divinam cum agendi normam ponimus, hoc ipſo excludimus juramenta noſtra & promiſſiones, cum legi divinæ repugnant, conſuetudinem (ex quâ Judæi errarunt, Matth. 19. 3.) exempla aliorum & minus tuta alia, quæ ad ſolem juſtitiæ divinæ ceræ inſtar liqueſcunt. Unde ſtatim emergit quæſtio, *an lex humana quoq; obliget conſcientiam.* Reſp. 1. legem humanam, cum juſta eſt, obligare, non quà humana, ſed quà juſta eſt, ratio eſt, quia obligatio eſt de eſſentia legis juſtæ. ſicut enim homo rationalis eſt, ſive à DEO immediatè creetur, ſive ab homine generetur: Ita lex ſi lex eſt, ſemper obligat, quiſquis tandem ſit legislator, &c. Si lex eſt ſimpliciter iniuſta, non obligat, quia πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, Act. 5. 29. ſi iniuſta eſt, ſecundum quid, cuiuſmodi leges μέσας appellat Gellius 2. 7. ut ſunt illæ, quæ legi divinæ quidem directè & è diametro non repugnant; iniuſtitiam tamen obſcuram, nec omnibus penetrandam, habent annexam, qualis eſt lex de bello in hoſtem ſuſcipiendo, quod juſtum, an iniuſtum, cuivis ſubditorum perſcrutari non licet, ibi lex humana obligat, iterum non quà talis

lis, ſed quatenus ſuffulta lege divina, quæ Magiſtratibus obedientiam aſſerit. Sic Rex ægrotus paret medico, non qua tali, ſed quatenus remedium illud, quod medicus ſuadet, à DEO Creatore profectum in hominis ſalutem.

§. 20. Quæ conſcientia normæ iſti voluntatis divinæ revelatæ eſt conſentanea, illa vocatur recta & bona: mala, quæ ab iſta abludit. *Bona conſcientia* eſt 1. *vel certa*, vel probabilis; certa ſeu ex omni parte recta, & efficax ſine formidine oppoſiti: & hæc iterum vel eſt pacatè bona, cum excuſat, abſolvit, conſolatur, Act. 24. 6. dicitur καθαρὰ, 2. Tim. 1. 3. καλὴ, Hebr. 13. 18. ἀπρόσκοπος, 2. Cor. 1. 12. vel impacatâ, honeſtè quidem, ſed cum dolore & moleſtia, cum ex lege accuſat & damnat, & cauſam DEI contra ſeipſum agit, contra ſe teſtatur, DEO gloriam veritatis aſſerit, ſibi pudorem & ſupplicii æterni agnitionem relinquit, quomodo? vide *Ameſ.* p. 28 n. 9. pars ſcilicet pœnitentiæ à peccatore requiſita, 1. Cor. 11. 31. Probabilis ſive opinativa eſt, quæ aſſenſum præbet alteri parti electionis, mota non ex certa ſcientia, ſed ratione probabili, aut auctoritate, rectè quidem judicat, ſed non perinde certa eſt, ut prior: habet annexam formidinem oppoſiti, id eſt, (non dubitationem ſed) in eo poſitam, ut ſtatuat rationes illius partis cui aſſentiris, tantum probabiles eſſe, non evidentes, aut certas, ſed fieri poſſe, ut reipſa oppoſita pars vera ſit, cum tamen rationes illius id non oſtendant, ut explicat ex Vaſqueſio Dn. Hornei l. 3. cap. 4. p. 326. e. g. cum inter duas virgines alterutra ducenda, probabilem conſcientiam ſequitur, qui eam ducit, quæ parentibus placet, quam quæ ſuis oculis; probabilius namque eſt parentes prudenter in eligendo verſari, quàm filium amoris affectu faſcinatum. Id verò hîc diligenter notandum, probabilem conſcientiam non ſemper eſſe bonam. Bona eſt in rebus hujus mundi moralibus, civilibus, indifferentibus, in quibus definiendis certa oracu a divina non habemus: vitioſa in iis, quæ ad cultum & ſalutem ſunt neceſſaria, in quibus opinio non ſufficit, quamvis certitudinem habeat ſummam, ſed requiritur fides, quæ nititur certiſſimo DEI verbo, ut rectè notavit Ameſ. lib. cit. p. 13. Hæc bona conſcientia varia obtinuit elogia, dicitur optimus theſaurus, & juge convivium. Proverb. 15. 15. murus aheneus nil conſcire ſibi, & alia, quæ reli-

Digitized by Google

gioſus Bernh. libell. de interiore domo complexus eſt, c.22. Balduin.p.2.

§. 21. Quæ contra conſcientia à regula voluntatis divinæ declinat, ea mala vocatur, & inquinata Tit.1. verſ.15. Quemadmodum verò trifariam à via declinare poteſt viator, vel quà cæcus eſt, vel quà ignavus eundi, vel quia ſibi falſo perſuadet devia eſſe rectam viam: Ita triplex etiam eſt *conſcientiæ malitia*. I. *eſt cæcitas* mentis, quâ ſeductus homo, bonum judicat malum, & malum bonum, Eſa.5.20. vocatur alias *conſcientia erronea*, quæ circa prima principia, ut ſunt DEUM eſſe, eſſe colendum, perjurium cavendum, ſuum cuique tribuendum, impoſſibilis eſt; illa enim ſic luce ſuâ radiant, & pervincunt mentem, ut dubitare neminem ſinant, niſi contra conſcientiam apertè nitatur: atque hinc apparet, cur Idololatria atrocior ſit hæreſi? Verſatur hic error potius circa ſententias ex principiis malè intellectis malè deductas, & actus indifferentes: quatenus illicitum judicat quod licitum, & licitum quod illicitum, oritur vel ex inadvertentia, vel ſuperſtitione, vel falſa perſuaſione, vel excæcatione Sathanica. Eſtque iſte error vel invincibilis, vel vincibilis, vel de re per ſe illicita aut mandata conceptus, vel de re indifferenti, quæ poſterior in Scripturis S. fides infirma dicitur Rom.15.1. Conſcientia erronea invincibilis (e.g. in eo, qui exiſtimat ſe eleemoſynam dare propriis ſuis bonis, hæreditate paterna acceptis, cum tamen è furto largiatur, è tali patrimonio, quod pater clam filio furto acquiſiverat) inter peccata involuntaria, abſcondita, infirmitates, & ſano ſenſu venialia pertinet, atq; ideo, qui ſecundum eam agit non peccat, ideo excuſandus Jacob cum ad Leam non ſuam acceſſit, quam bona fide putarat ſuam eſſe. Eiusdem conditionis eſt etiam conſcientia infirma, h.e. de rebus adiaphoris non perfectè ſatis informata, atque hinc facile offenditur, ut peccet aut affectu inquieto, Rom.14.15. aut damnatione alienæ libertatis, 1.Cor.10.20. Rom. 14.3. aut imitatione facti, 1.Cor.8.10. atq; hinc etiam, qui ſecundum conſcientiam infirmam agit, non peccat. II. *Torpor ſpiritualis*, quo fit, ut homo non excitetur efficaciter ad illud quod bonum eſt, nec avertatur ab eo quod malum eſt, eſtque eorum, qui veritatem in injuſtitiâ detinent, Rom.1.18. qui ſi vires aſſumſerit, ex ſegni ſimula-

mulatione, Act. 26.28. 1.Sam.24.18. ob pacem diuturnam, Jerem. 48.11. in ſtuporem abit: qui, ut lethargis contingere ſolet, non niſi magnis plagis excitatur, Exod. 8. 9. ex hoc in conſuetudinem inſenſilem ἀπολίθωσιν quandam & θηριότητα 2. Petr. 2. 12. Jud. v. 10. abit, cuiusmodi conſcientia cauteriata dicitur, non reſecta aut amputata, ut contra Bezam diſputat Corn. à Lap. in illum locum. *Verbum enim καυτηριάζω ſignificat cauterium inuro, non autem per cauterium amputo. Rurſum cauterium non amputat membrum, cui inuritur, ſed perforat. Conſcientia ergò cauteriata eſt, ut Syrus vertit, notata eſt inuſta indelebili cauterio infamiæ, ſcilicet ob libidines, aliaq; infamia ſcelera. Alludit ad ſtigmata, quæ maleficis ferro candenti inuruntur, quale Calvino ob Sodomiam Novioduni in Picardia inuſtum fuiſſe non tantùm eius familiaris Hieron. Bolſecus, Doctor Medicus in Calvini vita, ſed & multi alij viri graviſſimi aſſeverant. q.d. Paulus: Hi hæretici non tàm corpus, quàm animum habent ſtigmaticum ob vitæ dedecora.* Sed quia 1. inuſta tanquam candenti Sathanæ telo, ut ſenſum mali aut timoris divini perdiderit, ſicut equi, tauri, verveces candenti ferro caſtrantur, vel etiam carcinomata & venenata ulcera cauterio aduruntur, & cruſta quædam cutis loco vulneri inducitur, quæ ſenſu caret. hæc eſt illa dedolentia, de qua Eph. 4. 19. hic ille ſpiritus compunctionis, Rom. 11.8. quia 2 ſtigmatica & interioris coram DEO. & exterioris malæ conſcientiæ notis infamis coram hominibus, ut ſunt lætitia de malo, Prov. 2. 14. admonitionum repulſa, Prov. 27.22. impudentia, illi opponitur conſcientiæ teneritudo, 2. Reg. 22.19.

§. 22. III. Teſtimonium falſum de ſeipſo, 1. in delictorum vel excuſatione, quæ non ex Spiritu DEI, Eſa. 30 1. Deut. 29.19. vel elevatione, vel innocentiæ & facti officii perſuaſione, exempla videas licet, Marc. 10.20. Luc 8.20. Joh. 16.2. Rom. 10.2. 2. in eorundem falſa accuſatione, Rom. 14.22. vel nimia ad irremiſſibilitatem & deſperationem uſque aggravatione, Gen. 4.17. quo pertinet accuſatio peccati iniqua, in eo, cui jam remiſſa ſunt peccata: ſi quis ex fidei infirmitate dubitet de perfecta peccati remiſſione, & varios ſibi ſcrupulos injiciat, ut ſunt gratiæ non perceptio, ſenſus iræ divinæ, crux externa, horrenda intus ad peccandum tentatio, 2. Sam. 15.20.

§. 23. Hactenus norma conſcientiæ, ſequitur *forma:* quæ

Digitized by Google

conſiſtit in variis conſcientiæ actibus, & quidem quoad conſcientiam præcedaneam & comitantem in 1. *directione actuum* indifferentium, eos ordinando ad bonum finem, gloriam ſc. DEI & proximi ædificationem, cuius directionis vi ex actu naturâ medio fit bonus moraliter: actuum verò per ſe bonorum non ſola directione, ſed inſuper inſtigatione ac impulſione, Jerem. 20. 9. Amos 3. 8. Act. 17. 16. obligatione, non ex vi ſua, ſed ex vi legis, quam *Conſcientia* proponit. Sicut præco judicis (quæ D. Baldu. l. 2. de conſc. c. 5. eſt comparatio) obligat eum, cui inſinuat judicis mandatum, non virtute ſui, ſed virtute mandati judicis, obligatione autem tam potenti, ut à nullâ creaturâ diſpenſari aut ſolvi poſſit, Act. 4. 15. 16. & 20. ſed agendi neceſſitatem imponat, Rom. 1. 14 c. 6. 16. Act. 20. 22. 2. Cor. 5. 14. Incidit in hunc locum gravis *controverſia, de obligatione conſcientiæ erroneæ, quas illa vires habeat?* in qua diſcutienda accuratè diſtingendi ſunt actus indifferentes à mandatis aut prohibitis. Univerſim omnis conſcientia erronea ligat ad deponendum errorem tanquam partem veteris hominis. Eph. 4. 22. non (ut rectè monet D. Bald. l. 1. de conſc. c. 7.) vinculo conſcientiæ, hoc dictantis, qua creditur non erronea, ſed vinculo divini præcepti, quia dicitur ne demoreris in errore. Eccl. 17. præſertim cum talis conſcientia nunquam tàm firmum habeat fundamentum, quin poſtulet ampliorem inquiſitionem. In ſpecie conſcientia erronea in re indifferenti obligat ad omiſſionem actus, qui eſt ſecundum ſcientiam, adeò ut is demum hîc delinquat, qui agit contra conſcientiam, non is qui ſecundum. Duplex hujus rei exemplum extat in epiſtolis Paulinis, unum Rom. 14. Cibi per ſe omnes ſunt apud Chriſtianos indifferentes v. 6. Si quis igitur exiſtimaſſet cum Judæis, abſtinendum eſſe è nonnullis lege prohibitis eſcis, is erraſſet in re indifferenti: Is ſi manducaſſet, contraxiſſet culpam, v. 25. quia egiſſet contra conſcientiam quantumvis erroneam: ſi non manducaſſet, nullo ſe alligaſſet crimine, quia ſecutus eſſet ſuæ conſcientiæ dictamen. Alterum legitur 1. Cor. 8. Ethnici peracto ſacrificio partem carnium Idolis mactarunt, partem ſacerdotibus reliquerunt, partem tertiam vel inſtructis conviviis cum amicis communicarunt, ſi eſſent liberales: vel eadem domum revocatâ familiam alebant, ſi eſſent ſordidi & tenaces, quod non ſine

ſor-

ſordium nota de Tacito Imp. Vopiſcus refert: vel denique in macello vendebant. Utrumque igitur factum eſt tempore naſcentis Eccleſiæ N.T. Ut Chriſtiani & condicerent ejusmodi epulis, & in macello emerent carnes idolothyton: edere de his carnibus res erat adiaphora, verſ. 4. ſi quis tamen opinatus eſt, non licere veſci his carnibus, ejus conſcientia revera fuit erronea; ſed fac, ederit ille, peccavit contra conſcientiam licet erroneam; non ederit, non peccavit, quia conſcientiam ſuam tanquam cynoſurā ſequutus eſt. Conſcientia deniq; erronea in re per ſe mala aut prohibita, judicans faciendum, quod lege interdictum, aut omittendum quod mandatum (e.g. Virgines illæ, quibus aut ſtupri paſſio aut religionis abdicatio imponebatur olim ex conſcientia erronea, elegerunt tertium propricidium ſcilicet, lege expreſſa interdictum) peccat ſive ſecundum ſive contra agat, ſi ſecundum, quia ſequitur errorem vinci poſſibilem & grave peccatum in legem committit, ſi contra, quia quantum in ſe eſt formaliter & interpretativè agere vult contra legem DEI, qui conſcientiam nobis ut agendi ducem dedit, qui contemnitur: quemadmodum qui contumeliis afficit privatum aliquem, putans eum regem eſſe, ille regem ipſum læſiſſe putatur. *Dices*, qui ſic agit contra conſcientiam, eum agere conſentaneè ad legem divinam, adeoque legi divinæ: tamen quia id per accidens fit àque invito, ideo non agit benè ex tota cauſa, bonum agit, ſed non benè. Sic e. g. peieraſſet omninò Laban, ſi fidem fregiſſet Jacobo & contra conſcientiam errantem idololatrice jurantem egiſſet. Sic idololatriam commiſit Arrius Chriſtum adorando, quem tantum creaturam eſſe cenſebat erroneè. Hinc Greg. Nyſſ. l. de Fide ad Simplicium, Τί ποιοῦσιν, οἱ λέγοντες, ὅτι κτιστός ἐστι: προσκυνοῦσι τὸν κτιστὸν αὐτὸν, ἢ οὐχί; εἰ μὲν γὰρ οὐ προσκυνοῦσιν, Ἰουδαΐζουσιν, οἱ δὲ προσκυνοῦσιν εἰδωλολατρεῦσιν. Si Anabaptiſta falsò perſuaſus jurare eſſe illicitum, tamen ex magiſtratus mandato juraret, utique peccaret.

§. 24. Poſt factum aut omiſſum in 1. benefacti laudatione, delectatione, àque calumniis vindicatione, excuſatione à reatu, abſolutione à pœna (qui duo actus intimè ſibi hærent, ut ex illo hic neceſſario ſequatur, atq; hinc in fumum abeant ſatisfactiones pontificiæ) conſolatione: hinc paſſiones & affectus animi, ſoli-

 dum

dum gaudium. Prov.15.15. 2. Cor. 1. 12. in martyribus conſpicuum, diverſum à riſu & gaudio hypocritarum ficto, Eccl. 2. 2. fiducia, Eſa.28.16. Syr.22.19. Luc.11.10. omnia bona à DEO ſperans, Prov. 10.9 & cap.28. 1.Tim.4 8. conſcientia bona cuique vinea. Amos.9. 14. *Viro* (ita Bernhard.ſerm.63.in Cant.) *ſapienti ſua vita vinea eſt, ſua mens, ſua conſcientia. Nil quippe incultum deſertumve in ſe derelinquet: ſtultus non ita. Cuncta apud eum neglecta invenies, cuncta jacentia, cuncta inculta & ſordida.* Et inferius. *Bona vinea juſtus, cui virtus vitis, cui actio palmes, cui vinum teſtimonium conſcientiæ, cui lingua torcular expreſſionis. Vides apud ſapientem vacare nihil, ſermo, cogitatio, converſatio, & ſi quid aliud eſt ex eo, quidni totum DEI agricultura, DEI ædificatio eſt, & vinea Domini Sabaoth.* hinc copia bonorum, ſpes exercitiorum pietatis & officii alacritas, ſolatium in adverſis. hinc Poëta, cur tibi tàm levis eſt cur tàm jucunda ſenectus? libera quod vitiis tota juventa fuit. Confer Job.27.6. Omni deniq; de calumnia victoria. Senti de Auguſtino quodlibet, ſola me conſcientia in oculis DEI non accuſet. Aug.l.contra ſecund.Manich.c.1.2. malefacti reprehenſione, remorſione, accuſatione, Eſa.15.12. damnatione, hinc paſſiones & affectus animi contrarii, ut ſunt pudor. Gen.3.7. mœror.1.Sam. 25.31. Act. 2.37.* qui inferni quædam quaſi προγεύσεις timor, fuga, tremor, horror, Deut.28.67. quem ipſum tremorem illum ſignum fuiſſe, quo perpetuo Cain concuſſus, nonnulli contendunt. Gen.4.15. vide Gen.3.10. Prov.28.1. Apoc.6.16. 2.Reg.3.10. Deſperatio Hebr.10.27. hinc jactura fidei, ſpei, exercitiorum pietatis, ſolatii in adverſis, ἐυθυμίας, pereunt preces, quæ vel frigidæ vel nullæ, vel ſteriles: labores officii DEO ſordent.

§. 25. Finis ex parte DEI eſt hominem reddere *ἀναπολόγητον*, Rom.2.1. ex parte hominis eſt ſui ipſius δοκιμασία, an ſit in gratia DEI, & quid poſt hanc vitam ſperare debeat & contra? quæ δοκιμασία non eſt ex eventibus externis petenda, ſed ex judicio conſcientiæ, ut apertè docet Johannes epiſt.1. c. 3. 20. & 21. in quo loco τὸ μεῖζον τοῦ Θεοῦ dubium eſt, *ſit ne de amplitudine miſericordiæ, an juſtitiæ accipiendum.* h. e. *uter ſenſus ſit à Iohanne intentus, ille, ſi cor nos noſtrum condemnet, major eſt DEVS corde noſtro, & offenſa noſtra magna eſt, major eſt DEI miſericordia, liberalior, ditior, plenior, perfectior, tanquam ſententia oppoſita ſit deſperandæ peccati exaggerationi Cainiticæ,*

Gen.

Gen.4.13. *An ille, ſi, ut exponit Oecum. cor noſtrum, quod exiguum eſt, latere nequimus, quo pacto DEVM, qui nuſquam non adeſt, latere valeamus?* nobis probabilior videtur hic poſterior 1. ex συνηθείᾳ Johanneâ, argumentante ex comparatis à minori ad majus in eodem comparationis tertio, quod eſt condemnatio, confer infra c.5.9. 2. *ex ſcopi Iohannei conſideratione,* qui eſt hypocriſin caſtigare, q.d. ſi cor noſtrum nos condemnat quod linguâ tantum, non opere diligamus, eſto, jactemus contrarium, tamen id fruſtra facimus, quia major eſt DEUS, ſi enim tuam hypocriſin non potes celare cor tuum, (nam prima eſt hæc ultio: quod ſe judice nemò nocens abſolvitur, impia quamvis gratia fallaci prætoris vicerit urna.) multo minus celabis eam DEUM, qui corde tuo major eſt & profundior, ac intimius illud videt, magisque illi præſens eſt, quam tu ipſe. Finge amplitudinem miſericordiæ divinæ hìc inſinuari, non hypocriſis caſtigata, ſed ſuffulta eſſet. 3. *ex addita ratione,* novit omnia. quæ ratio hypocriſi opponitur, ad miſericordiæ amplitudinem nihil facit, confer Quisdorp. ad h.l. p.422. qui ſic habet: *Caſtigat Iohannes hypocriſin, quaſi dicat: Si cor noſtrum nos condemnat, quod lingua tantum, non opere diligamus, pone, te contrarium jactare, fruſtrà id ages, quia major eſt DEVS; Si enim cor tuum non potes celare hypocriſin tuam, multò minus eam celabis DEVM, qui intimius cor tuum introſpicit, quàm tu ipſe.*

§. 26. Conſcientiæ quaſi quoddam carcinoma deſtructivum eſt peccatum contra conſcientiam, Rom.1.32. quod an committi poſſit fruſtra dubitatur, nimis enim ſonorè clamat experientia, eſſe, qui videant meliora probentque, & deteriora ſequantur. ratio dubitandi fuit, quia ratio videns determinat voluntatem cæcam, contra illius ultimum judicium practicum, ad quam rationem alibi prolixè reſpondimus in auct. qq. moral. c.2. q.8. q.566. quod peccatum contra conſcientiam Spiritum Sanctum expellit, fidem extinguit, in Sathanæ ſervitutem hominem conjicit, & æternam damnationem poſt ſe trahit.

§. 27. Media bonæ conſcientiæ 1. *generantia* ſunt *verbum & ſacramenta,* Eſt enim S. Baptiſmus ἐπερώτημα ἀγαθῆς συνειδήσεως εἰς Θεόν. 2. *Conſervantia* ſunt ſtudium bonæ conſcientiæ, Act.24.16. per lucernæ verbi divini affulgentiam & acre propriarum viarum examen & jugem pœnitentiam I. n ſpecie hæ obſervandæ ſunt regulæ

gúlæ 1. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω, Rom.14.5. 2.Petr,1.12. Prov. 18.17. v.gl.Luth.ad Prov.22.19. nihil agendum titubante conſcientia, in quolibet opere ſuſcipiendo, cum Paulo dicendum, Κύριε τί με θέλεις ποιῆσαι, Act.9.6. quo lumine ignorantia & hæſitantia diſcutienda, ſupra diximus, certè ſimplicitas malitioſa eorum, qui præ ſecularium cura, voluntatis divinæ ſcrutationem intermittunt, quoad cultum DEI, & quæ ad ſalutem attinent, damnabilis eſt. Non enim ſolum is, qui ſeducit, ſed & ovis & cæcus ſeductus ambo in foveam cadunt, Luc.15.4. cap.6.39. hinc apparet quid de ſimplicioribus in gentiliſmo, papiſmo ſtatuendum, quibus ſe ἀναμάρτυρον DEUS non relinquit, ſi modo ſanctum illud ſemen & reliquias quaſi ſanctorum, quas ſibi annatas circumferunt, ſequi, non veritatem in injuſtitia detinere mallent, Doctis vero in regno pontificio (qui ut Phariſæi olim פקחים videntes ſapientes videri volunt apud Druſ. præterit. p.137.) opponendum illud Chriſti, ſi cæci eſſetis, id eſt, ſi agnoſceretis veſtros errores & veſtram ſpiritualem cæcitatem, peccatum non haberetis, Joh.9.41. II. *In conſcientia bona atq; firma cavendum ne offendiculum* ponatur fratri aut lapſus occaſio, Rom.14.13. ſed infirmitates infirmorum portandæ cap.15.1. Ita enim agendum ex fide conſcientiæ, ne in regulam charitatis impingas. III. *In conſcientia probabili cum media etiam poſt diligentiam adhibitam deſunt, dubium penitus diſſipandum, ſequenda ſententia tutior, id eſt, ea, in qua minus peccandi periculum eſt, non probabilior, quæ pluribus rationibus & auctoritatibus munita.* qui e.g. ſtatuit in corde ſuo firmus ſervare virginem ſuam, benè facit, 1.Cor. 7.37. id eſt, qui rationes habet probabiles, ob quas filiam ſuam elocare debet, reperiat tamen tutius eſſe, ſeu ob periculum ſeductionis à marito ethnico metuendæ, is non peccat tutius conſilium amplectendo. Atque hinc patet 1. non ſequendam eſſe ſemper Votorum multitudinem & opinionum communitatem, Exod.23.2. in pœnalibus & odioſis meliora amplectenda, æquius eſſe decem nocentes abſolvere, quam unum innocentem damnare: debuiſſe martyres virgines ſtuprum pati, quam ſibi manus inferre, ſatius eſſe fame mori, quam furari: perperam egiſſe Judæos, cum ut jugum Romanæ ſervitutis fugerent, urbem ad deſperationem uſque defenderunt: bonum conſilium fuiſſe, quod Ludov. Sanctus Galliarum

liarum Rex filio dediſſe fertur, quod in cauſis dubiis contra ſe pronunciare debeat. Quanquam enim ſi certam tibi injuriam infligas, potius tui rationem habere debeas, tamen cum injuria eſt incerta, hîc tibi voluntas ſuſpecta eſſe debet. Denique inter duo mala moralia, aut utraque, aut morale unum, naturale & moleſtum alterum, nunquam eligendum minus morale, neque probandum quod ſcribit Greg.M.32.moral.20. dum mens inter minora & maxima peccata conſtringitur, ſi nullus omnino ſine peccato evadendi aditus pateat, minora ſemper eligantur, peccavit in hanc regulam graviter Origenes Adamantius apud Epiph. hæreſ. 64. IV *Motibus divinis obtempera*, varias DEUS habet fidiculas, quibus ſoporatam conſcientiam excitare ſolet, ut ſunt intra mentem tacita ejus percuſſio, Gen.3. & 2.Sam.24.10. foris vox divina, Gen. 3. & 4. adhuc hodie in miniſterio ſonora per comminationes pœnarum, Malach.2.2. Actor.2.37. blandus aſpectus, qui ut Petro olim immediatè, ita multis improbis per beneficia divina contingit: extraordinaria facti revelatio, cujus exempla ſupra in quinto præcepto habuimus, executio pœnæ in alio ſimiliter peccante, quo pertinent exempla pœnalia in noſtri excitationem in Scripturis S. annotata, executio pœnæ in ipſo peccatore, quæ eſt ſerius pœnitentiæ præco; vel aperta Exod.9. Hagg.1.5. nunquid ego ſum Dominus? dicendum cum diſcipulis Chriſti, Matth.26. vel ſecreta. V. Jugiter *conſcientiam examina*, 2.Cor.13.5. & judicium tibi informa, inſpiciendo legem, in teipſum ingrediendo & condemnando.

§. 28. Remedia conſcientiæ ſauciæ non ſunt. 1. frigida Calvinianorum & Pontificiorum ſolatia, fructus ſcilicet impiæ doctrinæ. 2. ἀμνηστία & longi temporis mora ac oblivio: longa fuit inter Joſephi venditionem & Fratrum in Ægyptum profectionem intercapedo, ſed nihil ad ſedandum conſcientiæ vermem juvit, Geneſ.42. v.11. & 12. recubat peccatum ad fores inſtar canis dormientis aliquandiu, ſed tandem expergeſit, non 3. delitiæ carnales, quibus à verme illo induciæ impetrantur, ſed non perpetuæ feriæ: ut lacte vermis alitur. Sed Unicum remedium eſt pœnitentia, agnoſcens morbi atrocitatem, triſtitia, pudore & odio peccati ſuffuſa: refugium quæſitum contra conſcientiæ vulnera in vulneribus Chriſti, contra livorem ac turpitudinem ejusmodi in ſan-

 guine

Digitized by Google

guine Chriſti, Hebr.9.14. cap.10.22. contra agoniam mali animi, in agonia Hortenſi ſanguiniflua, Matth. 26. 38. contra inquietem in pacis principe; contra ſyngrapham, quæ contra nos militat in ejus litura & pertuſione, Col.2.14. ſolebant enim olim creditores poſt præſtitam ſatisfactionem ſyngraphas lacerare aut pertundere, ſtylo uncove ferreo affigere, ut narrat Spartianus in Adriano: contra vermem conſcientiæ in ſerpente æneo antitypico, contra totum conſcientiæ forum, in ejus judice, in ἐσχάτῳ Chriſto: contra accuſatorem ac teſtem in advocato Chriſto.

GYMNASIUM CONSCIENTIÆ.

Q. 1.

An ſit vitium alicui objectare crimen verum?

Videtur 1. Quia Siracides ait: Non exprobra aliis peccata, de quibus pœnitentiam egerunt. c.8.6. 2. Chriſtus ipſe recipit peccatores, Luc.15.2. & Paulus præcipit, Gal.6.5. quo lapſis ſuccurramus. Et Baſilius in Pſal.14. ait: *neq; enim qui peccat, probris venit inſectandus.* 3. Jura l. *ſi non convitij* 5. C. de injuriis l. 2. quando quibus quarta pars, *ubi veritas convitij nullam prabet excuſationem,* & l.3. C. de offi. Rect. Prov. 4. c. cum miniſter &c. relegantes 23. q.5. ubi dicitur, pravum animum rem efficere iniquam. Negatur, quia 1. Chriſtus vocat Phariſæos genimina viperarum. Matth. 23. 12. Judæos filios Diaboli. Joh.8.44. 2. Intereſt, ut delicta puniantur l. 51. §. 5. ff. ad L. Aquil. ne infamis & incapax ad dignitates admittatur L. 1. C. de infamibus l. eum qui nocentem 18. ff. de injuriis c. 1. de conjugio leproſorum. Ad contraria Reſp. 1. Fall. cauſæ, Siracides loquitur de remiſſis delictis & jam condonatis, noſtra quæſtio eſt de crimine vero: nam & Juriſconſulti, quod ſemel condonatum & punitum eſt, non amplius vel exprobari volunt vel puniri. 2. Fall. Conſ. Utique recepit, quia eorum cauſâ venerat in hunc mundum. Luc. 4.18. & debemus nos omnes emendare proximum, quod & Baſilius voluit. 3. Fall. ſecundum quid, animus injuriandi hic non præſumitur, quia injuria eſt, quod non fit jure. Atqui hoc jure fit, quod jura mandant, nempe quo delicta puniantur ex locis allegatis. 2. Illa lex, *ſi non convitij,* C. h. t. eſt in dubio, an punitus, an non

non quis. Nec l.3. C.de offic. rect. provinc. agit de actione injuriarum, ſed de pœna adverſus Judices injuſtos & pecunia corruptos conſtituenda: nam diligenter inveſtigandos & puniendos eſſe decernit, ſi modo verè, nec per libidinem effuſæ accuſationes, l.2. C. *quando & quibus*, agit de tali convitio, quod ob Reipubl utilitatem objicere neceſſe non fuit, ſed injuria per detectionem paupertatis, quâ aliàs laboravit, illata eſt. Id quod notandum. Si enim non expedit Reipubl. ut ſi quis alium pauperem, luſcum, ſtrabonem, monoculum, loripedem &c. nominaverit, crimenque punitum alicui objecerit, injuriarum tenetur, quia nemo debet alterius infamiam ſine cauſa detegere, cum defectus noſtros detegi inhumanum ſit & injurioſum l.2. C. *quando & quibus de cauſis quarta pars.* Ita Gueinz.part.2.divit.Evang.p.317.

Q. 2.

An ad calumnias reſpondendum extra judicium?

Negativa videtur verior: quia 1. Chriſtus, ubi vocatur Samaritanus, nihil excipit, inſignis autem erat calumnia, Cyrill. l.6. in Joh. c.8. quum ipſe Galilæus. 2. Scriptura negat maledicenti reſpondendum eſſe: Et non eſſe conviciandum, ſed benedicendum Matth.5.44. 3. Jura volunt, ex C.ſi quis imperatori maledixerit, dum inquiunt, ſi quis modeſtiæ neſcius, & pudoris ignarus, improbo petulantique maledicto nomina Imperatoris laceſſiverit, ac temulantia turbulentus, obtrectator temporum fuerit, eum pœnæ nolumus ſubjugari, neque durum aliquid, nec aſperum volumus ſuſtinere: quoniam ſi ex levitate proceſſerit, contemnendum eſt; ſi ab injuria, remittendum, ſi ab inſania miſereſcendum. 4. Non debet ſe quiſquam purgare relatione criminum, ſed innocentia l.ſi quis reus factus 5. ff. de publicis judiciis. Clarus in §. injuriæ quæro etiam, inſtit. de injur.

Contra 1. hic v.44. dicit ad Judæos Chriſtus, quum dixiſſent, ipſum habere dæmonium; vos ex patre Diabolo eſtis, non ego. 2. Reſponde ſtulto, ne videatur ſapiens, Proverb 26.5. Ad calumnias conticeſcere non oportet, non ut contradicendo nos ipſos defendamus, ſed ne mendacio progreſſum permittamus, circumventos damno affici patiamur, habet Baſilius orat. de invid. & odio.

Digitized by Google

Ariſtot.2. Rhet.2. inquit. Referentes injuriam non afficiunt injuria, ſed vindicant injuriam, Soto de I. & I.lib.1.q.9.art.3. 3. Nihil delinquit, qui id agit, non ut alteri, ſed ne ſibi ſit nocitum, arg.l.2. §.9.ff. aqua & aquæ pl.arcend. & arg.l,25.ff.de procurat. Nec crimen aliquod pertimeſcit, cum ſibi ultionis ſuæ arbitrium ſcit eſſe conceſſum l.5. C.de metat. & Epidemet. Menochius conſ.42. n.20. lib.2.obſerv,100. Et 1.ff. quod quis in alium ſtatuit.

Ad argumenta 1. Chriſti exemplum eſt heroicum, & negat privatam vindictam, ſimulque innuit, quum Samaritanus ſignificet cuſtodem, ipſum faſſum ſe eſſe cuſtodem, ut Auguſt. tract. 43. in Joh. unde quod tacuit, confirmavit. Ad 2. Non maledicendum animo conviciandi, ſed benedicendum animo emendandi. Et uti dicta odium erga inimicos prohibentia non tollunt publicam vindictam, ita quæ ſuadent patientiam, non prohibent famam defendere. Et uti in omni caſu tenemur remittere rancorem animi c.ult. diſt.5. de pœnitent. quia non eſt licitum aliquem odio habere, c.cum in leg. q.4. 23. tamen non tenemur remittere actionem injuriarum, ſeu coercitionem ad diſciplinam contra injuriantem. 3. Quod concernit legem Codicis, loquitur illa *de levitate & inſania*, ita tamen quo integris omnibus ad ſcientiam imperatoris referatur, ut ex perſonis hominum dicta penſentur & utrum prætermitti, an exquiri debeat, cenſeatur. Maledicere enim Magiſtratui ſeveriſſimè prohibitum Exod.22.28. Act.23.5. Bocerus c.3.n.5.ad l.Majeſtatis,

Ad 4. Hic agitur de mutua accuſatione, ubi reus non poteſt accuſare adverſarium niſi prius ſeſe excuſaverit, ob hanc rationem, quod non relatione criminum; ſed innocentia vera purgetur, quod hic locum non habet, ſi quis malitioſè verbis ab alio provocatus ſe purgare voluit l.25 §.Sed ſi ff.de procuratoribus. Agit enim, non ut alteri, ſed ne ſibi ſit nocitum. Ita idem part.3. p.566. Ex eodem Gueinzio.p.566.

Q. 3.

An ſit peccatum infamare ſeipſum?

Reſpondet Becan. opp.Thom.2. p.1107. 1. Affirmat Cajetan. 2.2. quia putat hominem non eſſe dominum ſuæ famę. Unde colligit.

git. gravius eſſe peccatum infamare ſe, quàm proximum, ſicut gravius eſt occidere ſe, quam proximum. 2. Prima concluſio. Seipſum infamare non eſt peccatum mortale ex genere ſuo, neque contra juſtitiam, neque contra charitatem. Ita Sot. l. 5. q. 10. a. 2. & alii paſſim. Prima pars probatur, quia homo eſt dominus ſuæ famæ, ſicut ſuarum opum: ergo illam diſſipando nulli facit injuriam: ergò non peccat contra juſtitiam. Secunda pars probatur, quia charitas non obligat hominem ad conſervandam bonam famam, ſi ipſe ſecundum ſe conſideretur. Confirmatur, quia prodigalitas non eſt peccatum mortale ex ſuo genere, neque contra charitatem, ſed tantum veniale contra libertatem: ergo idem dicèndum de prodigalitate famæ. 3. Secunda concluſio. Ratione tamen alicujus circumſtantiæ, nempè damni, quod nobis, vel aliis contingit, ex noſtra infamia, poteſt eſſe peccatum mortale ſe infamare. Eſt communis 1. Si ex mea infamia ſequatur notabile ſcandalum vel mihi, vel proximo. Mihi quidem, ut ſi ex infamia fierem effrenatior ad peccandum, proximo verò, ut ſi ille ſciens me aliquando tale peccatum admiſiſſe, inde caperet occaſionem idem patrandi. 2. Si inde mihi immineat periculum vitæ. 3. Si mea fama ſit neceſſaria officio, quod gero, ut ſi ſim Epiſcopus, Parochus, Conſul. 4. Si mea infamia redundat in alios, ut in familiam, liberos, vel ordinem religioſum. Hactenus Becanus. Confer quæſt. ſequentem Steuberi.

Q. 4.

An famæ quandoq; ratio prior haberi poſſit, quàm conſcientiæ?

Decidit hanc quæſtionem D. Steuber in Theologia moral. pag. 19. Duæ ſunt res, conſcientia & fama: Conſcientia eſt neceſſaria tibi, fama proximo tuo: qui fidens conſcientiæ ſuæ, negligit famam, crudelis eſt, Auguſt. ad fratr. in Eremo ſerm. 52. illam propter nos ipſos ſapientiſſimè retineamus, hanc propter alios miſericordiſſimè provideamus, idem ſerm. 49 de diver: Non ſunt audiendi ſive viri ſancti, ſive fœminæ, qui, quando reprehenduntur in aliqua negligentia, ut in malam veniant ſuſpicionem, unde vitam ſuam longè abeſſe ſciunt, dicunt coram DEO ſufficere ſibi

Digitized by Google

conſcientiam, æſtimationem hominum non ſolum impudenter, verùm etiam crudeliter contemnentes, quum occidant animas aliorum, ſive blaſphemantium viam DEI, quibus ſecundum ſuſpicionem quaſi turpis, quæ caſta eſt, diſplicet vita Sanctorum: vel etiam cum accuſatione imitantium, non quod vident, ſed quod putant. Proinde quiſquis à criminibus flagitiorum atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi benefacit: quiſquis autem etiam famam, & in alios eſt miſericors. Nobis enim neceſſaria vita noſtra, aliis fama noſtra. Auguſtin. de bono viduitatis & hab. 11. q. 3. Non ſunt audiendi.

Fama tamen nunquam jactura bonæ conſcientiæ redimenda eſt: Charitatis ordo hic obſervari debet, tum quoad perſonam, tùm quoad rem, quæ in illa diligitur, quæ diligitur, vel illi deſideratur. Quoad perſonam quatuor ex charitate nobis diligenda ſunt hoc ordine: primum, quod ſupra nos eſt, DEUS. Is enim ſuper omnia diligendus ex toto corde, ex tota anima & omnibus viribus. Deut. 6. verſ. 5. Matth. 22. verſ. 37. 37. Rom. 8. 35. 38. 39. Alterum, quod nos ipſi ſumus: Qui enim ſibi nequaquã, cui bonus erit? Sirac. 14. 5. Tertium, quod juxta nos eſt, proximus: Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Lev. 19. 18. Matth. 22. 39. Quartum, quod infra nos, corpus hominis, Auguſtin. l. 1. de doctr. Chriſtiana c. 25. 26. 27. Biel. l. 3. diſtinct. 28. ab initio. Quoad rem ſunt bonorum genera tria, quæ vel nobis ipſis, vel aliis, velle poſſumus: I. Sunt bona ſpiritualia, fides, gratia Dei, bona conſcientia &c. longè enim dignior anima corpore, priorem ſibi ſolicitudinẽ naturali vindicat dignitate Bernh. de advent. ſerm. 6. addatur Matth. 6. 25. II. Bona corporalia, vita, ſanitas, Sirac. 30. 15. 16. III. Bona externa, fama, honor, divitiæ Sirac. 41. v. 15. confer. c. 30. v. 16. Hoc eſt vexillum & ordinatio charitatis quoad perſonam & rem, quiſque 1. DEUM diligat. 2. Se ipſum ſecundùm bona ſpiritualia. 3. Proximum ſecundum bona ſpiritualia. 4. Se ipſum ſecundum bona corporis. 5. Proximum ſecundum bona corporis. Denique ſeipſum, & poſtea proximum ſecundum bona externa. Bonum autem inferioris ordinis non eſt redimendum bono ſuperioris, in ſuo genere æque gravis, ut habet regula apud Petr. Navarr. l. 2. c. 4. num. 403. cum igitur bona conſcientia bonum

Digitized by Google

bonum ſit ſuperioris, fama verò inferioris ordinis, illa huic nequaquam cedere debet, nec poteſt. Eſt aliquando gratus etiam qui ingratus videtur, quem mala interpres opinio in contrarium traducit. Hic quid aliud ſequitur, quam ipſam conſcientiam? quæ etiam obruta delectat, quæ concioni & famæ reclamat, & in ſe omnia reponit, & cum ingentem ex altera parte turbam contra ſentientium aſpexerit, non numerat ſuffragia, ſed una ſententia vincit, Senec. l. 6. Benef. c. 21. f. Qui virtutem ſuam publicari vult non virtuti laborat, ſed gloriæ. Non vis eſſe juſtus ſine gloriâ? ac ſæpè juſtus eſſe debebis, cum infamia. Et tunc, ſi ſapis, mala opinio bene parta delectat, idem ep. 113. f. Qui neglectâ conſcientiâ, famæ litat, ambitioſus eſt: Ambitio autem eſt indigno nomine Chriſtiano, Phil. 2. 3. & extra regna cœlorum eliminat Gal. 5. 21. 26. Exemplo vobis eſſe poteſt Joſephus Gen. 39. 7. & ſeqq. qui conſcientia ductus, poſtulatum impurum heræ ſuæ neglectui habebat, nec carcerem nec infamiam curabat. Suſanna, quæ maluit innocens perire, quam contra conſcientiam adulterium committere, in Hiſtor. Suſannæ v. 22. 23. Apoſtoli, qui læti ex concilio Sacerdotum diſcedebant, quod digni habiti eſſent, qui propter nomen ejus afficerentur ignominia, nec minis nec verberibus adigi poterant, ut magis hominibus, quam DEO obedirent, Actor. 4. 19. c. 5. 29. 41.

Q. 5.

An ſi parentibus liceat criminari filios, etiam alijs liceat?

Reſpondet Luth. Tom. 1. Isleb. pag. 468. Occaſione illius dicti Nathanielis; Was kan von Nazareth gutes kommen. Dieſe Wort redet Nathanael auß keinem böſen Hertzen / wie dann die Wort Chriſti hernach anzeigen / da er ihme das groſſe Lob gibt / er ſey ein rechter warhafftiger Iſraeliter / in dem kein falſch iſt. Weil dann dem alſo iſt / ſo muß man auch ſein Wort nicht übel deuten / als wann ſie ein ſtoltzer Phariſeer / oder ſonſt Annas / oder Caiphas zum HERRN geredet hätten / dann da warens eytel Teuffeliſche gifftige Wort / vnd dieſe hätten geſagt / was redeſtu von dem Jeſu von Nazareth? biſtu toll vnd thöricht? ſiheſtu nicht daß wir Herren ſind /

ſind / vnd wir Gewalt haben die Schrifft außzulegen? Da were es Gifft geweſen / dann ſolche Leute verachten Chriſtum / vnd reden ſolches auß hohem Stoltz vnd Verachtung Chriſti / als ſprechen ſie / was meinſt du? Wer iſt der Chriſtus? dann darnach die Perſon iſt / darnach lauten ihre Wort / vnd darnach verſtehet man auch ihre Reden. Gleich wie auch ein jegliche Glocke ihren eigen Klang vnd Thon hat / alſo redet hie dieſe Wort Nathanael / als ein frommer vnd einfältiger guter Mann / der den Worten Moſi vnd der Propheten glaubet / vnd redet ohne arge Liſt vnd Boßheit / auß gutem einfältigem Hertzen daher / vnd auß einer Verwunderung / ey ſoll vns dann ſo viel guts von Nazareth kommen / wer hätte darauff gedacht? Es ſind Wort damit ſich ein Menſch verwundert / vnd für groſſen Freuden vnd Wunder ſolche Wort redet / Ey Lieber iſts wahr / daß er ſolte von Nazareth ſeyn. Ein Vatter rufft offt ſeinem Sohn vnd ſpricht / du Bube / du Schalck / dieſe Wort / weil ſie der Vatter redet / ſind nur köſtliche vnd außbündige Wort / wann ſie aber ein ander redete / ſo würde der Sohn ſagen / nein Geſell du biſt mein Vatter nicht / ich wils von dir nicht überal leyden / vnd würde Zanck vnd Hadder drauß folgen / vnd weren ſolche Wort eytel Gifft. Alſo ſpricht die Mutter zu ihrem Töchterlein / du Hürlin / du Sack / du Merre / das iſt eytel köſtlicher Zucker vnd ſüſſer Honig / ſpreche ſonſt iemand anders dieſe Wort / ſo weren ſie eytel Gifft / eytel Todt vnd Mordt. Dergleichen redet ſenſt ein guter Freund wider mich ein vnfreundlich harte Wort / aber er kans nicht verderben / ſonſt da mirs von meinem Feinde geſaget würde / ſo were mirs gar vnleidlich. Alſo redet Nathanael auch auß einem guten Hertzen / ſoll Chriſtus von Nazareth kommen? thuts nicht auß einer Verachtung / ſondern auß einer Verwunderung / dann er hatte gehofft / daß der Meſſias auß Bethlehem kommen ſolte / vnd daß er würde zu Jeruſalem wohnen / wie alle Propheten vnd die gantze H. Schrifft davon geweiſſaget hatten. Zach. am. 9. ſtehet geſchrieben / ſaget der Tochter Zion / ſihe dein König kompt zu dir ſanfftmüthig ꝛc. vnd im Propheten Eſaia wird geſagt / daß Jeruſalem deß Meſſiæ Königlich Hofflager / ſein eigen Hauß vnd Schloß ſeyn werde / vnd daß der Haußvatter daſelbſt ſein Hert vnd Küchen / ja ſein Haußhaltung hat haben wollen. Da wil er nun ſagen / dawider wil ich nicht reden oder es anfechten / aber es nimbt mich ſehr wunder / daß auß Nazareth viel guts kommen ſolte.

Digitized by Google

Q. 6.

An quis poſſit prodere alium?

Detegenda ſunt, inquit Ameſ. de Conſc. p. 420. crimina, quæ anteà fuerunt occulta, quando nempe circumſtantiæ bene expenſæ hoc ſuadent, e. g. 1. Quando manifeſtatio illa utilis eſt & neceſſaria ad impediendam commiſſionem alterius criminis, quod probabiliter timeatur. 2. Quando grave aliquod incommodum imminet, quod ſine manifeſtatione criminis vix poteſt averti. 3. Quando manifeſtatio illa eſt neceſſaria, vel ad emendationem, vel iterationem delicti impediendam. In iſtis enim caſibus, major habenda eſt ratio juſtitiæ & charitatis, boni communis ac innocentis unius, quam famæ criminoſi, quæ per accidens læditur, idque ex ipſius propria culpa.

Q. 7.

An ſufficiat teſtis ſingularis?

Videtur, ait Gueinz. p. 3. divit. Evang. p. 315. 1. quia ſi omni exceptione major ejus autoritas ſufficit Farin. l. 2. tit. 6. q. 63. n. 17. 18. & ſeqq. 2. Quia ſi unus vel duo teſtes ſummum deponant ſufficit Rauchbar. par. 2. q. 5. n. 6. Non videtur. 1. Quia ipſa ſcriptura inquit, in ore duorum aut trium conſiſtit omne verum Deuter. 17. 6. 19. 15. 2. Inde Chriſtus non uni, ſed multis ſuam reſurrectionem manifeſtavit, & ſemel plus quam quingentis fratribus 1. Cor. 15. 6. 3. Etiam mille teſtes ſingulares non plus probant quam unus c. bonæ memoriæ 23. c. cum delictis 32. X. de electione c. licet cauſam 9. X. de probat. Reüb. de teſtibus part. 23. n. 160. Bald. l. jurisjur. q. C. de teſtibus num. 9. Boer. deciſ. 23. num. 45. Ad Contraria: petitio princ. niſi de facto proprio, Salicet. in l. ſi quis decurio C. ad leg. Cornel. de falſis. Maſcar. de probat. vol. 2. in præf. q. 11. n. 15. Socin. lib. 1. conſ. 61. n. 8. ita tamen ut adminicula & præſumtiones accedant Carpz. in for. ad Conſt. Elect. 16. pag. 1. def. 19. Ad 2. fall. ſecundum quid, in confeſſione de certo loco & tempore facta Rauchbar. part. 2. q. 5. n. 6. Carpz. lib. 3. tit. 7. a. 66. n. 9. ſi nulla ſingularitas ineſt obſtativa Maſcard. de probat. l. 2. concl. 988.

Digitized by Google

Q. 8.

An adverſa pars ſemper citari & audiri debeat?

Reſpondet idem Gueinz. part. 3. p. 579. Non videtur 1. Quia ipſe inquit Chriſtus, qui non credit, jam judicatus eſt. Joh. 3. 18. 2. Quia in notoriis non requiritur, quia de facto jam reus. Mynſing. 6. obſ. 6. n. 6 Videtur 1. Quia Chriſtus ipſe inquit: niſi veniſſem & locutus fuiſſem, peccatum non haberent Joh. 15. 22. nempe tam magnum & horrendum. 2. Verbum, quod locutus, illud judicabit Joh. 12. 48. Inde & gravius Judæis judicium erit, quam Tyriis & Sidoniis Matth. 11. 22. dum ſervus ſciens voluntatem Domini gravius peccat Luc. 12. v. 47. 3. Jura volunt ut omnes citentur, ubi accuſati, etiam in notoriis, Menoch. caſ. 542. n. 21. Gail. 4 obſ. 48. n. 2. Clarus 5. ſentent. §. fin. q. 9. n. 4. Ad Contraria 1. Fall. cauſæ: Eſt quidem judicatus ratione judicii diſcretionis, non retributionis, quod ſequetur in extremo die. Ad 2. fall. ſec. quid. In notoriis verum eſt, ſi de omnibus qualitatibus conſtet. Quod ſi tamen in dubium veniat, citandus. Ummius diſp. 5. th. 9. n. 44. Grev. Concluſ. 57. n. 1.

Q. 9.

An ſecundum acta & probata judicandum?

Reſp. (ita Ameſ. de Conſc. p. 421.) 1. Contra allegata & probata non debet judex ſententiam ferre, quicquid fuerit de ſcientia ejus privata. Nam 1. judex judicat ut perſona publica, & vice reip. Non poteſt igitur cenſeri recte & ex officio aliquam ſententiam ferre, niſi eandem ſententiam etiam Reſpubl. cenſere poſſit, ferre, & approbre. Sed ſi Reſp. judicaret, non poſſet procedere, niſi ſecundum ſcientiam publicam. Ergo vel ſecundum ſcientiam publicam, quæ ex allegatis & probatis exſurgit, debet judicare, vel à judicio abſtinere. 2. Si vel contra vel præter allegata & probata judex poſſit judicare, ſequerentur inde magna incommoda & judiciorũ perverſio: dum iniqui judices facile condemnarent innocentes, & abſolverent nocentes, ſub prætextu privatæ ſcientiæ ab allegatis ac probatis diſſentientis. 3. Non poteſt alia ratione reip. ſatisfieri, ut in tranquillitate conſiſtat II. Non ſic tamen aſtringitur judex allegatis & probatis, ut poſſit propter illa capitis condemna-

demnare eum, quem evidenter novit eſſe innocentem. Nam 1. quia allegata & probata ſunt media ad veritatem manifeſtandam. Contra veritatem igitur certo notam nihil debeat apud quenquam valere. Nihil enim juvat, quod hic reſponderi ſolet, finem probationum eſſe tantum veritatem publicam: quia veritas publica præſupponit veritatem abſolutam. 2. Quia iudex pronuncians illud eſſe verum, quod certo novit eſſe falſum, mendax eſſet, & contra conſcientiam peccaret. 3. Neque ſolvitur hoc argumentum diſtinctione illa, inter conſcientiam iudicis publicam & privatam. Nam 1. privata conſcientia nunquam debet violari. 2. Scientia illa publica, quamvis aliis poſſit eſſe regula agendi, non tamen illi, qui certo novit eam eſſe falſam. 3. Quia occidere innocentem, factum eſt intrinſecè malum, atque adeò non poteſt à quoquam ſciente, volente, licitè patrari. Neque ſatis eſt dicere hoc fieri per accidens, aut talem hominem eſſe nocentem iudicio communitatis. Qui enim ſciens, volens, ex certo conſilio aliquid facit, ille eſt cauſa per ſe. Et iudicium communitatis cum pernicie alicuius errans, non eſt ab eo, qui contrarium novit, vel confirmandum, vel promovendum. 4. Nefarius ab omnibus iure haberetur, qui in ſingulari aliqua cauſa tali, ſuſciperet iudicis partes ad eum condemnandum, quem novit innocentem. Nefarium igitur munere illo ſuſcepto tali modo abuti. 4. Si Judex officium faciat in manifeſtatione veritatis procuranda, talis perplexitas vix unquam continget. Si verò contingat, poſt omnia tentata ad innocentem liberandum, officio iudicis cedere potius tenetur, quam eum damnare.

Q. 10.

An liceat intercedere pro reo?

Reſp. Rivetus, in Explic. Decal. p. 317. Id uſitatum eſt inter Eccleſiaſticos Pontificios, ubi aliquem clericum de gradu deiectum, ob capitale crimen Magiſtratui ſeculari tradunt; quamvis nihilo minus intendant, quam ut eum liberent, imo ſæpè partes ſint & eius condemnationem procuraverint; quia tamen Eccleſia, ut loquuntur, à fundendo ſanguine abhorrere debet, pro forma ſolent ita iudices ſeculares affari, Domini iudices, rogamus vos cum o-

Digitized by Google

omni affectu quo poſſumus, ut amore DEI, pietatis & miſericordiæ intuitu, & noſtrorum interventu, miſerrimo huic, nullum mortis & mutilationis periculum inferatis, quæ formula habetur apud Guliel. Benedict. Juriſc. quæſt. de Homicidio. Sed hæc ſunt ludicra & planè ſcenica. Id enim etiam ſolent, cum tradunt brachio ſeculari, quos vocant, hæreticos, vivi comburio afficiendos. Quæritur nunc, an id ſeriò fieri poſſit ab aliquo pio? Reſpondemus, eſſe nonnullas culpas, in quibus id licere, quod olim Paulo licuit, qui pro Oneſimo ſervo fugitivo intercedebat, non dubitamus: etiam id in crimine homicidii non tantum caſualis, ſed aliquando etiam ex impotentia animi, præſertim ſi ætas minor ſit, & ſpes emendationis certa, aut ſi quis inciderit in crimen, cuius magna ſint merita, & id videatur requirere publica utilitas, ſi modo alia ratione legis ſcopus attingi poſſit, qui præſertim is eſt, ne qui crimen admiſit, abutatur impunitate, & reliquis ſit exemplo. Aliàs pii & boni abſtinebunt, quantum poterunt à tali interceſſione erga Magiſtratum, ne ſcelera relinquantur impunita, neque ſcandalum detur Eccleſiæ, aut deinceps in bonos mores peccetur. Nollem tamen quis exiſtimet, neceſſitatem eſſe impoſitam Magiſtratui, ut in quoslibet ſontes, extremis ſæviat ſuppliciis, quia in praxi ex circumſtantiis judicare debet; itaque ſi aliquando eas rationes habeat, quibus videt ex tali ſeveritàte plus mali & incommodi, quam fructus & commodi, metuendum eſſe, nullo privato affectu ductus aut προσωποληψίᾳ, ſed ſecundum æquum & bonum, non puto gravandam eſſe eius conſcientiam. Quod ſi pii etiam tales ei rationes ſuggerant, non in eo ſunt culpandi. Præſtat tamen communiter, ut intercedant apud DEUM, pro minuenda aut tollenda rei pœna, qui ſolus liberrimum habet puniendi vel remittendi peccata, arbitrium.

Q. II.

An coram Ethnico Magiſtratu liceat litigare?

Licet omninò, (ait Balduin. ad 1. Corinth. 6. pag. 264.) ſi neceſſitas urget, quod ſæpè fit, ſiquidem vita hæc contractibus ac conventionibus mutuis carere non poteſt: interdum & infirmitas hominum tanta eſt, ut non niſi Magiſtratus ope ſanari valeat.

Digitized by Google

leat. Atque hic nihil refert, ſive Magiſtratus fidelis ſit, ſive infidelis, ſive hæreticus, ſive orthodoxus: Omnis enim Magiſtratus à DEO eſt, Rom.13.1. & pro Ethnico quoque Magiſtratu D. Paulus orare jubet, ut quietam & tranquillam vitam ſub ipſo agamus. Idcircò & ſubjectionem & cauſarum noſtrarum cognitionem ei denegare non poſſumus. Loquitur enim Apoſtolus Paulus hoc in loco de contentionibus extra caſum neceſſitatis, ſimulque hortatur, ne in re qualibet facilè Magiſtratum infidelem conveniant, ſed omnia prius tentent arbitris privatis, aut alio quovis modo, ne nomini Chriſtiano, aut doctrinæ orthodoxæ, ejusdemq; confeſſoribus coram hoſtibus veritatis macula inuratur.

Q. 12.

Cur judicia olim in portis habita?

Sanctius ad hanc quæſt. hæc notat, Comment. ad Ruth. p. 24. Quia ſi cauſæ publicè tractentur, non eſt locus fraudi aut injutiæ, quia multi vident, quid rerum fiat. Deinde quia ſic magis cuilibet ad judices, qui coram judicabant, pateret acceſſus: & tandem, ne qui ex pagis judicii gratia ad civitatem confluerent, in urbem ingredi, & ibi commorari, & rerum diſpendium à civibus, quibus in ruſticos libertas eſt major, ſubire paterentur. Non tamen omnes portæ erant in ſingulis civitatibus ad judiciale negotium deſtinatæ; ſed quædam, neque omnes, omnibus ſine delectu, abſque diſcrimine.

Q. 13.

An confeſſio fidei ſemper neceſſaria?

Prout hanc quæſtionem formavit, ita & reſolvit D. Dietrich. in Eccleſ. pag. 503. cujus verba tota non pigebit adſcribere: Hierauff antworte ich mit Unterſcheid. 1. Iſt ins gemein hierinn ein Unterſcheid zu machen inter præcepta Negativa, zwiſchen ſolchen Gebotten die uns befehlen / was wir nicht thun ſollen / als / du ſolt den Namen deines Gottes nicht mißbrauchen / ſolt nicht tödten / ſolt nicht Ehebrechen / ꝛc. welche ſemper, ad ſemper, allezeit / und zu allen und jeden zeiten uns verbinden / daß wir ſie halten ſollen und müſſen.

 Dann

Digitized by Google

Dann was GOtt nicht haben will / ſondern verbotten / das ſoll man nimmermehr vnd nirgend wo thun. Darnach inter præcepta Affirmativa, zwiſchen ſolchen Gebotten / die vns befehlen / was wir thun ſollen; als den Sabbath heiligen / Gottes Wort hören / Allmoſen geben / beten ꝛc. welche zwar ſemper, allezeit / zu halten / aber nicht ad ſemper auff alle vnd iede zeiten. Dann es kan ein Nothfall kommen / daß wir ſie nicht halten können. Als / wann wir ſchwach / oder über Feld reiſen / oder eine Fewersbrunſt entſtehet / oder ein anderer vnverſehener Unfall ins Mittel kommet / daß wir nicht zur Kirchen kommen / nicht Gottes Wort hören / nicht beten / oder nichts haben / daß wir Allmoſen geben können / ſondern ſolch nothwendig vnterwegen laſſen müſſen. Ein ſolch præceptum Affirmativum oder Gebott / welches vns zu thun befohlen / iſt auch die Bekantnuß deß Glaubens / vnd dannoch ſo iſt ſie nit von allen vnd ieden gleich / zu allen vnd ieden ſtunden / an allen vnd ieden Orthen / allen vnd ieden zu thun nöthig. 2. Jſt in acht zu nehmen / wie oder welcher geſtalt vnd Mittel einer vnter die Feinde Göttlicher Warheit kohmme. Dann mancher reiſet etwan ſeiner Geſchäfft halben über Feld / oder kommet ſonſten anderer Nothwendigkeiten vnter dieſelbige. Da iſts eben nicht von nöthen / daß er ſich ſo bald zu erkennen gebe / wann er entweder vom Würth / oder ſeinen Haußgenoſſen vnd Geſind / auß Fürwitz gefragt / wer er ſey? wes Glaubens oder Religions er ſey? dann der ihn fragt / der iſt nicht befugt / daß er ihn frage / drumb er auch nicht ſchuldig / daß ers ihm ſage. Noch weniger iſt ers ſchuldig / wann er deßwegen nicht befragt / vnd zu red geſetzt wird / daß ers von ſich ſelbſt ſage. Dann wann ers nicht ſagt / ſondern ſtill darvon ſchweiget / ſo ſchadet ſein ſtillſchweigen niemand. Wann ers aber ſagt / ſo kan er ſich ſelbſten vnd andere / durch ſolch ſein Unfürſichtigkeit vnd Vermeſſenheit in groſſen Schaden vnd Gefahr bringen / dergleichen vermeſſene Bekantnuß GOtt von keinem erfordert / ſo wohnet David vnter den Philiſtern / thät aber ſeines Glaubens kein Bekantnuß / ſondern da er von andern verrathen / machte er ſich auß dem ſtaub / 1. Sam. 21. 11. Eſther machte weder ihren Glauben noch Geſchlecht namhafft / Eſth. 2. 10. 3. Jſt wohl zu bedencken / wer ſolche Feind ſeyn; die vns der Religion vnd Glaubens halben anfechten / zu reden vnd zu ſetzen / in gleichem zu welchem Ende es geſchehe. 1. Wann es privat Perſonen ſeyn / die allein darumb fragen / daß ſie die Warheit läſtern / ſchmähen / ſampt deren

Beken-

Digitized by Google

Bekennern durchächten vnd verfolgen/ oder je nur ihr Geſpött vnd Fatzwerck damit treiben/ vns dardurch zu ſpötteln/ zu tribulieren/ vnd zu ängſtigen/ ſo iſt keiner ſchuldig/ ihnen dieſelbige zu offenbahren vnd zu erkennen zu geben. Dann es heiſſet: Man ſoll das Heiligthumb nicht den Hunden geben/ noch die Perlen für die Säu werffen/ Matth. 7. 6. Wie dann deßwegen Chriſtus ſelbſten den vnglaubigen Juden nicht antworten wolte/ da ſie ihn fragten/ wer biſtu? ſondern ſagte/ der ich mit euch rede/ Joh. 8. 25. Schwieg auch vor dem Hohenprieſter/ Pilato vnd Herode ſtill/ vnd antwortet ihnen nichts/ weil ſie ſonderlich an Herodis Hoff Hopperey vnd Geſpey mit ihm trieben/ Matth. 26. 62. vnd Luc. 23. 9. 11. Dann hie heiſt es: Antworte dem Narren nicht nach ſeiner Narrheit/ daß du ihm nicht auch gleich werdeſt. Sprüch. 26. 4. 4. Iſt in obacht zu haben/ ob vnſer Glaub/ auſſer dem Stand der Bekantnuß/ gnugſamb bekant/ oder nicht. Dann iſt er ohne das männiglich/ ſo wohl Feinden als Freunden bekant/ ſo iſt nicht nöthig/ daß man denſelbigen iedesmahl/ an allen vnd ieden Orthen/ bey allen vnd ieden Zuſammenkunfften bekenne. Dann die Apoſtel auch ihren Glauben vnd Lehr/ die ſie doch allen Völckern der Welt predigen ſolten/ Marc. 16. 15. nicht allemahl vnd vor allen bekandt haben/ ſondern allein wo es die Noth erheiſcht vnd erfordert 5. Wo es ingleichem ſach were/ daß die Bekantnuß deß Glaubens/ wann ſie nicht von andern begehret/ ſondern von einem von ſich ſelbſten beſchehe/ ſolte die Lehr ſelbſten in Gefahr vnd Nachtheil ſetzen/ iſt ſicherer/ nützlicher vnd verträglicher/ daß man darvon ſtillſchweige/ als daß man darvon rede. In Anſehung deſſen Chriſtus den beyden Blinden/ die er ſehend gemacht/ verbotten/ daß ſie es niemand ſagen ſolten/ Matth. 9. 30. Damit nicht dardurch das Geſchrey von ihm deſto mehr vermehret/ die Phariſeer vnd Schrifftgelehrten darüber deſto mehr verbittert/ vnd hierdurch der Lauff deß Evangelij verhindert werde. Die aber ihr Fundament deß Glaubens haben/ deß Glaubens Strittigkeiten kündig vnd erfahren/ die ſollen dapffer wehren vnd für die Warheit ſtreitten biß in den todt. Syr. 4. 33. 6. Endlich die betreffend/ ſo ihres Glaubens Fundament nicht recht gelegt haben/ daß ſie denſelbigen genugſam verthätigen können/ die ſollen ſich darüber mit nimand in diſputat einlaſſen/ damit ſie nicht eingetrieben vnd verwirret werden/ oder aber dardurch auch ein Spott/ Verlach/ vnd Verachtung der Lehr deß Glaubens erwachſen

möchte/

Digitized by Google

möchte / ſondern ſie ſollen ſo lang darvon nichts reden / biß daß ſie beſſer darinn gefiddert / gegliedert / die Fundament der Sachen recht gelegt / vnd darvon nutz- vnd erbaulich reden vnd diſputiren können. So verbott Chriſtus dem Tauben ſtummen / dem er geholffen / daß ers niemand ſagen ſolte / Marc. 7. 38. Weil er als ein ſchlechter / einfältiger / nicht qualificirt vnd tüchtig genug darzu / daß er es recht vnd nutzlich außbreiten / auch der gemeine Hauff vnbedachtſam vnd vnzeitig eins oder anders hiervon außplappern vnd vrtheilen möchte. Dieſer vnd anderer geſtalt iſt es hie beſſer ſchweigen; als reden. Nichts deſto weniger aber hat in Glaubens Bekantnuß das reden vnd bekennen auch ſeine Zeit. Seine Zeit aber hat es / wann wir ordentlicher weiſe darzu beruffen werden / wann 1. die Obrigkeit einen wegen ſeiner Glaubens Bekantnuß befragt / da ſoll er nicht ſtillſchweigen / ſondern ſeines Glaubens Bekantnuß offentlich ohne ſcheu thun / ingedenck deſſen / was David von ihm bekennet: Ich rede von deinen Zeugnuſſen für Königen / vnd ſchäme mich nicht / Pſal. 119. 48. Was in gleichem Chriſtus ſagt. Sie werden euch überantworten für ihre Rathhäuſer / vnd man wird euch für Fürſten vnd Könige führen / vmb meinet willen / alsdann ſorget nicht / wie oder was ihr reden ſolt / dann es ſoll euch zu der Stund gegeben werden / was ihr reden ſolt. Matth. 10. 17. 18. 19. Sonderlich zur Zeit der Verfolgung / da wir wegen der Religion angefochten werden / da iſt rechte Zeit / daß man rede / vnd einer getroſt mit Johanne dem Täuffer bekenne / vnd nicht läugne / Joh. 1. 20. GOtt gebe / es gehe darnach wie es wölle. Dann hie gilt es erſt recht / was Chriſtus lehret: Fürchtet euch nicht für denen / die den Leib tödten / fürchtet euch aber viel mehr vor dem / der Leib vnd Seel verderben mag in die Hölle / Matth. 10. 28. 31. 32. Wann 2. Lehrer vnd Prediger ihrer Zuhörer vnd Pfarrkinder Glaubens Rechenſchafft erfordern / da ſoll man nicht ſchweigen / ſondern reden / vnd Antwort ſeines Glaubens / ſo gut man kan vnd gelernet / geben / damit ein ieder deſto beſſer / woran es ihm noch manglen möchte / könne vnterrichtet werden / wie die Jünger dem HErrn antworten / als er fragte / wer er ſey? Matth. 16. 14. Luc. 9. 18. Wann 3. Fromme / Glaubige / die vnſers Glaubensgenoſſen / nach vnſerm Glauben vnd Lehr / fragen wann ſie etwa daran ein Zweiffel tragen / ob wir darinn richtig / oder nicht / da wir denſelbigen offen hertzig herauß bekennen / vnd damit denen / die fragen / allen Scrupel benehmen ſollen / wie Chri-

ſtus

ſtus den Jüngern Johannis deß Täuffers geantwortet. Matth. 11. 3. Wann 4. fromme/ einfältige/ vnwiſſende/ der Warheit aber begierige Leut nach vnſer Religion vnd Glauben fragen/ ſich zu erkundigen/ wie es damit bewand/ damit ſie deren grund recht lernen möchten. Da dann ein iedes deſſen gründlichen Bericht auß Chriſtlicher Liebe zu ertheilen verpflichtet iſt/ wie Chriſtus das Samaritaniſche Weiblin vnterrichtet beym Bronnen/ Joh. 4. 10. & ſeqq. Philippus den Kämmerer/ Geſchicht. 8. 35. Paulus den Juden zu Rom: in ſeiner Herberg/ Geſch. 28. 23. Wann 5. Un- vnd Falſchglaubige von einem ſein Glauben zu wiſſen begehren. Dann hie gilt/ was Petrus ſagt: Seyd allezeit bereit zu Verantwortung iederman/ der Grund fordert der Hoffnung die in euch iſt/ 1. Pet 3. 15. Deßwegen man nicht nur den Glaubensgenoſſen/ ſondern auch deß Glaubens Widrigen hierüber Red vnd Antwort geben ſoll/ vnd muß. Wer hie ſchweiget/ der ſchweiget zur Unzeit/ der verläugnet mit ſeinem ſchweigen/ vnd wird deßwegen wider verläugnet werden. Matth. 10. 33. 1. Tim. 2. 11. Darneben aber iſt nicht zu übergehen/ daß die Bekantnuß deß Glaubens nicht nur mit den Worten/ ſondern auch mit den Wercken zu verrichten vnd zu bewähren ſeyn will/ als zum Exempel/ wann einer an einem Päpſtiſchen Orth wohnet/ da die Ubung der Evangeliſchen Religion entweder herbracht/ oder nicht/ vnd von ihm in particulari beſonders/ oder der gantzen Evangeliſchen Gemein/ begehrt wurde/ daß er/ oder ſie/ den offentlichen Proceſſionen vnd Umbgängen ſolten beywohnen/ vnd mit herumb gehen/ oder vor dem Sacramenthäußlein niderfallen/ oder vor den Bildern beten/ oder in die Meß gehen/ oder ander dergleichen Sachen verrichten/ da ſoll vnd kan er denſelbigen nicht beypflichten vnverletzten Gewiſſens. Dann hie ſtehet es auff dem Stand der Bekantnuß/ vnd dennach/ wann er dergleichen thut/ ſo bekennet er ſich im Werck zu den Päpſtiſchen/ vnd verneinet vnd verläugnet den Evangeliſchen Glauben. Damit er aber nicht darfür angeſehen werde/ ſoll er durch vnterlaſſung ſolches Wercks/ ſeinen Glauben bekennen. Es heißt/ hütet euch für dem Saurteig der Phariſeer/ Matth. 16. 6. laßt ſie fahren/ ſie ſind blinde Leiter Matth. 15. 14. ziehet nicht am frembden Joch der Unglaubigen. Was hat das Liecht für Gemeinſchafft mit der Finſternuß? Wie ſtimmet Chriſtus vnd Belial? 2. Cor. 6. 14. Von denen Chriſten zu Rom erwehnet Theodoretus, daß niemand von ihnen in die Kirch gehen wöllen/ wann

Digitized by Google

Felix der Biſchoff/ der mit den Arianern communiciret/ darinn geweſen. Von denen zu Samoſata erzehlet er/daß niemand vnter ihnen/ er ſey geweſen reich oder arm/ ein Handwercks Geſell oder Meiſter/ ein Bauer oder Gärtner/ Mann oder Weib/ Jung oder alt in die Kirchen gehen wöllen eines Arianiſchen Biſchoffs/ vnd welches wohl ein Wunder/ haben auch die Knaben/ als ſie das Ballen geſpielet/vnd derſelbige an Biſchoff Lucium, der ein Arianer/ als er bey ihnen vorüber gangen/ geſprungen / den Ball nicht mehr anrühren wollen / ſo verhaßt war die Arianiſche Sect bey ihnen. Darvon aber weitläufftiger zu handlen/ dißmahlen die Zeit nicht dulden wil.

Optimè Chryſoſt. Homil. 25. in Matth. cap. 10. oper. imperf. Tom. 2. Col. 917. 918. A. B. Homo decem ſenſus habet, quinque carnales, & quinque ſpirituales: Cum his omnibus oportet confiteri Chriſtum. Si autem vel unus minus fuerit, non eſt perfecta confeſſio. Ergo ſi quis tibi dicat, non manduces idolothytum, ſed aſpice tantum ad idola, quomodo ſpecioſa ſunt: Si aſpexeris provocatus, oculis tuis negaſti Chriſtum. Non quia adſpicere idola aliquid ſit; ſed quia invitatus adſpicis, peccas, ſi autem non adſpexeris oculis tuis confeſſus es Chriſtum. Si verò dixerit tibi, nolo, ut adſpicias idola, ſed tantum auſculta, quomodo ille gentilis blaſphemat Chriſtum, ut glorificet Deos, ſi auſcultaveris, auribus tuis Chriſtum negaſti. Si dixerit tibi, nolo, ut audias blaſphemiam Chriſti, ſed ecce, quomodo incenſum Diis offertur. Tantum ſta, & accipe odorem incenſi illius: Si odaratus fueris, oderatu tuo Chriſtum offendiſti. Item, ſi dixerit tibi, non manduca carnem dentibus tuis, tantùm finge, te de immolato manducare: Si ſimulaveris, ſic guſtu tuo Chriſtum negaſti. Si autem nolueris fingere, Chriſtum confeſſus es, ſicut Eleaſarus in libro Maccabæorum, qui carnes vervecinas ſub ſpecie porcinæ noluit manducare. Si dixerit, nolo, fingas, te de immolato manducare, ſed tantum tange idolum manu tua aut tene turibulum: Si tetigeris aut tenueris, tactu tuo Chriſtum negaſti. Si autem nolueris, tactu tuo Chriſtum confeſſus es &c. Omnia enim membra animæ vel corporis tui non ſolum tibi ad uſum DEVS creavit, ſed ſibi ad gloriam. Hæc ille.

Hat reden ſeine Zeit / ſollen wir gewarnet ſeyn / daß/wann der Nothfall da/ daß wir vnſern Glauben bekennen ſollen/wir denſelbigen nicht verſchweigen / ſondern beſtändig bekennen. Da gibt es aber der Ecceboliſten vnd Mamelucken viel / die mit Ecebolo die Religion ändern / abfallen / verneinen / verläugnen vnd verſchwören / ſo offt die Obrigkeit wil. Iſt die Päpſtiſch / ſie werden auch Päpſtiſch. Iſt ſie Lutheriſch/ ſie werden auch Lutheriſch / wird ſie Calviniſch / ſie werden auch Calviniſch. Trage ſorg / ſie werden auch gar Türcken vnd Juden / ja auch Teuffel. Heißt das/ reden hat ſeine Zeit? bekennen hat ſeine Zeit? das reden heiſt verläugnen/ das hat nicht ſeine Zeit/ vnd das thun nicht nur gemeine/ geringe Leuth/ ſondern offtermahls die die gröſte Evangeliſche

Chri-

Chriſten/ vnd die ſo die beſte Hanen im Korb ſeyn wollen/ die das groſſe Wort von der Religion vnd Evangelio machen/ die fallen am erſten ab/ verſtummen/ verneinen vnd verläugnen. Sie bekennen/ ſie ſeyen Päpſtiſch/ Römiſch/ Jeſuiteriſch ꝛc. Welches nicht heiſt reden/ ſondern verläugnen. Der Exempel gibts heut viel aller Orthen; ſonderlich da die Päpſtiſche Religion mit groſſem Zwang eingeführet wird. Ach behüt vns ja GOtt/ daß dergleichen nicht über vns ergehe! Dann ich trüge/ leyder/ groſſe Sorg/ es würden der Mamelucken mehr dann zu viel geben/ die ihre Religion nicht bekennen/ ſondern verläugnen vnd verneinen würden. Viel ſind dubitanten vnd Neutraliſten/ wollen zu beyden Seiten hincken/ es mit beyden Theilen halten. Sind ſie bey den Jeſuitern/ ſo ſind ſie gut Jeſuitiſch. Sind ſie bey den Evangeliſchen/ ſo ſind ſie gut Evangeliſch. Sind ſie bey den Calviniſten/ ſo ſind ſie gut Calviniſch. Bey andern Sectirern vnd Jrrgeiſtern/ gut Sectiriſch vnd Jrrgeiſteriſch mit/ wie mans begehret. Die ſind gleich den Fleddermäuſen/ ſo nicht gantz Vögel/ nicht gantz Mäuß. Es heiſt reden hat ſeine Zeit. Fleddermauſen hat keine Zeit. Es iſt ein HErr/ ein Glaub/ Eph 4.5. Ein Weg/ ein Warheit/ Joh.14.6. Ein GOtt/ ein Seligkeit. Wer mit Chriſto iſt/ der kan nicht wider ihn ſeyn. Luc.11.32. Niemand kan zweyen Herren dienen/ Matth.6.24. So ſag nicht Mum/ Mum/ ſondern Sum, Sum. Jch bins/ ich bins/ non ſum, non ſum, Jch bins nicht/ ich bins nicht/ ſondern ſo ſage vnd rede/ wer du biſt/ vnd bleib wer du biſt. Die alten Ketzer/ die Priſcillianiſten/ weil ſie vnter andern Stucken ihrer Ketzerey/ etliche ſchandloſe Sachen hielten/ lehreten ſie/ daß man den Glauben nicht bekennen/ ſondern verbergen ſolle/ brauchten vnter andern dieſen Vers/ wie Auguſtinus erwehnet.

Jura, perjura, ſecretum prodere noli.

Das iſt:

Schwör hin/ ſchwer her bey deinem Eydt/
Verrath aber keine Heimlichkeit.

Dergleichen auch etliche vnter den Chriſten zu Auguſtini Zeiten gethan/ maſſen Auguſtinus in ſeinen Retractationibus oder Lehren/ die er widerruffen hat/ ſchreibet. Baſilides der Ketzer lehrete/ daß man zur Zeit der Verfolgung den Glauben/ auch durch einen Meyneyd/ oder falſchen Eydſchwur verneinen könte vnd ſolte. Dergleichen æquivo-

caton lehren heutigs Tags die Jeſuiten/daß einer im Nothfall/ wohl die Warheit verneinen könne/ als wann ein Richter oder Obrigkeit einen Prieſter fragte / ob er ein Meßprieſter ſeye / ſoll er ſagen nein/ er ſey es nicht / verſtehe mit vorbehalt dieſer intention vnd reſtriction, Meinung vnd Außlegung / ſo er in ſeinem Hertzen behalten ſolle/ ut narrem tibi, aut aliud ſimile, daß ich dirs ſage/oder etwas anders dergleichen. Welches Gregorius de Valentia prudentem defenſionem, ein fürſichtige Vertheidigung nennet. Das heiſſt nicht / reden hat ſeine Zeit. Es iſt kein Eydſtuck / ſondern recht falſch Bubenſtuck. Dann 1. alle Falſche ſind dem HERRN ein Greuel / Pſalm. 5. v. 7. Alle æquivocationes zweydärmige/zweyfaltige Reden / da einer ein anders mit dem Mund ſagt / ein anders im Sinn hat/ vnd im Hertzen meinet/ ſind falſch. Darumb ſo ſind ſie dem HERRN ein Greuel / vnd alſo an Chriſten nicht zu loben / noch zu billichen. 2. Sind ſolche æquivocæ, zweyzüngige / zweyſinnige auff zwey recht drehbahre Reden vnd Eydformul ein ſchändlicher Mißbrauch deß Namens Gottes/weil dadurch wider Gottes Befehl das/ was falſch/ beſtättiget wird/ 3. Moſ. 19. 12. Darumb ſo wird der / der ihn alſo fälſchlich mißbraucht / nicht vngeſtraffet bleiben. 2. Moſ. 20. 7. 3. Der Chriſten Wort ſollen ſeyn Ja/ Ja/ Nein/Nein/ Matth. 5. 37. Dieſe Wort ſind nicht Ja/Ja/Nein/Nein/ ſondern Ja/ Nein/ vnd Nein/ Ja. Darumb ſo gezienen ſie nicht den Chriſten / ſondern Unchriſten. 4. Auffrechten Chriſten iſt geſagt/ leget die Lugen ab vnd redet die Warheit/ ein jeglicher mit ſeinem Nechſten. Epheſ 4. 25. vnd zwar von Hertzen. Pſal. 15. 2. Die mit æquivocation, zweydärmigen vnd falſchen Reden vmbgehen / die legen die Lugen nicht ab/ ſondern ſie ziehen ſie an/ ſie reden nicht die Warheit mit ihrem Nechſten (ſey Richter oder nicht / brauch rechtmäſſigen Proceß / oder brauch ihn nicht) ſondern die Lugen / ſie reden auch die Warheit nicht von Hertzen/ ſondern wider ihr Hertz. Darumb ſind ſie keine auffrechte Chriſten nicht. Wehe aber denen/ die zweyfachen Hertzens ſind/ Syrach. 2. 14. Sie werden nicht wohnen in deß HERREN Hütten / noch bleiben auff ſeinem heiligen Berge / Pſ. 15. 1. 2. ſondern er wird ſie außſpeyen auß ſeinem Munde / Offenb. 3. 16. vnd wird ihnen zweyfach vergolten werden nach ihren Wercken. Offenb. 18. v. 6. Viel einfältige Leuth bereden ſich / es ſey zur Zeit der Verfolgung damit außgericht/ wann ſie mit dem Mund bekennen/ ſie ſeyen Papi-

ſtiſch/

ſtiſch / daß ſie im Hertzen doch Lutheriſch bleiben / der gibts heut viel / da man mit Gewalt Papiſtiſch reformiret. Denen aber gar ſchön Chryſoſtomus antwortet: Der HErr ſagt nicht / wer mich in ſeinem Hertzen bekennet / ſondern wer mich für den Menſchen bekennet. Dann wer mich für den Menſchen nicht bekennet / dem nutzet es nichts / daß er im Hertzen an Chriſtum glaubt / dann die Wurtzel deß Bekandtnuß iſt der Glaub deß Hertzens / die Bekandtnuß aber iſt die Frucht deß Glaubens. Gilt alſo weder die Bekandtnuß deß Munds / ohn den Glauben deß Hertzens / weder der Glaub deß Hertzens / ohn die Bekantnuß deß Mundes. Dann wann dir genug were der Glaub deß Hertzens / ſo hätte dir GOtt allein das Hertz geſchaffen. Nun hat dir aber GOtt auch den Mund geſchaffen / daß du mit dem Hertzen glaubeſt / vnd mit dem Munde bekenneſt. Biß hieher Chryſoſtomus. Darumb ſo laß dich nicht bethören mit deß Hertzens Glauben / dann der thuts alleine nicht / deß Munds Bekändtnuß muß auch darbey ſeyn. Mit dem Hertzen glaubet man zur Gerechtigkeit / mit dem Munde bekennet man zur Seligkeit. Rom. 10. 11. Sprichſtu / was ſoll man thun? wo ſoll eins hin? wo ſoll eins bleiben? &c. Ach Angſt / ach Noth / O lieber GOtt! Wohl iſt in ſolchem Fall Angſt vnd Noth. Dann iſt etwas ſchwer / mein lieber Chriſt / ſo iſt diß ſchwer / über ſchwer. Aber du kanſt dir auß der Angſt vnd Noth bald vnd leicht helffen. Glaub nur feſt in deinem Hertzen / vnd bekenne / was du glaubeſt / getroſt mit deinem Munde / ſo iſt geholffen / das übrige befehle GOtt / vnd laß den wachen vnd machen mit dir wie er wil. Kanſtu nicht bleiben / ſo weiche / wohin du kanſt / wie du kanſt. Kanſtu nicht bleiben ſub cœlo, vnter dem Himmel / ſo wirſtu gewiß bleiben im Himmel. Halteſtu bey deinem GOtt / er wird wider bey dir halten. Verläſſeſtu alles vmb ſeinet willen / Vatter / Mutter / Brüder / Schweſter / Hauß / Hoff &c. was du haſt / er wird dir alles hundertfältig wider geben. Matth. 19. 30. Verleurſt dein Leben / ſo wirſt du es gewiß erhalten zum ewigen Leben. Matth. 10. 39.

Q. 14.

An confeſſionis ſigillum rumpendum?

Neg. Dann (ita Dietrich. in Eccleſ. part 1. p. 487.) was man ihnen beichtet / als Dienern Gottes / das wird ı: nicht ihnen / ſondern

GOtt ſelber gebeichtet. Darumb ſollen ſie eben ſo viel darvon wiſſen/ als wann es ihnen nicht gebeichtet. Dann deß Dieners Ohr / wie D. Luther ſagt/iſt Chriſtus Ohr/ deß Dieners Mund/iſt Chriſtus Mund/ vnd demnach/ weil es Chriſtus heimlich hält/ ſollen ſie es auch heimlich halten/ vnd ſtracks ſagen: Jch hab nichts gehöret/ hat Chriſtus was gehöret/ ſo ſage ers. 2. So vertretten ſie in der Beicht Gottes Stell. Dann ſie ſind Bottſchafften an Chriſtus ſtatt/2.Cor.5.20. Nun aber findet man von GOtt nirgend in der Schrifft/ daß er eines einigen rewenden Sünders/ der ihm ſeine Sünden/ ſie ſeyen ſo ſchwer/ als ſie wöllen / von Hertzen bekennt vnd beweinet/ Sünde iemals iemanden geoffenbahret/ ſondern daß er dieſelbige zudecke/ Rom.4.7.8. tilge/ Eſa. 44.22. ſo ferne laſſe von ihm ſeyn/ als der Morgen vom Abend/ Pſ. 103. 21. ja/ ſie gar in Abgrund deß Meers werffe vnd verſencke. Mich.7.19. Wie wolte dann ein Prediger darzu kommen / daß er dergleichen Sünden entdecken vnd offenbahren ſolte? 3. Soll ein Prediger ſeine Macht nicht zum verderben /ſondern zum beſſern gebrauchen / 2. Cor. 13. 10. Wann er aber alles / was ihm in der Beicht anvertrauet / entweder der Obrigkeit/oder andern privat Perſonen/offenbahren ſolte/wie viel würden dardurch in verderben Leibs vnd Lebens/ Ehr vnd Gefähr/ Hab vnd Güter gebracht werden? Wie viel ſchüchtere angefochtene Hertzen würden auß Forcht vnd Schew/von der Beicht abgehalten werden/ vnd alſo in ihren Sünden wohl gar vntergehen? Da doch Chriſtus kommen/ nicht zu verderben/ ſondern ſelig zu machen / das verlohren iſt / Matth. 18.11. Das zerſtoſſene Rohr nicht zubrechen/noch das glimmende Docht außlöſchen/ Matth.12.20. dem ſie dann dißfalls auch nachzufolgen. 4/ So hat Hippocrates den Medicis in ihren Eyd eingebunden / daß ſie ihrer Patienten verborgene Mängel nicht entdecken ſollen. Wie viel mehr wil dann den Predigern / als geiſtlichen Seelen Aertzten gebühren/ die Gebreſten ihrer Patienten vnd Beichtkinder/ ſo ſie ihnen entdecken / nicht zu offenbahren / ſondern mit ewigem ſtillſchweigen zuverhüten. Jn Anſehung deſſen / vnd zum 5. iſt in geiſtlichen Rechten vnterſchiedener Urſachen verbotten/ daß kein Prieſter auß der Beicht ſchwätzen / vnd der es thun werde / von ſeinem Ampt abgeſetzt werden ſolle. Drumb hat hie ſchweigen ſeine Zeit. Schweigen ſie nicht / ſo ſind ſie loſe Diener / die deß Ampts nicht werth / ſondern der Straff würdig/ ſo ihnen in Jure Canonico aufferlegt.

DISPU-

DISPUTATIO DECALOGICA DECIMA NONA ET ULT.

DE PRÆCEPTO NONO ET DECIMO.

לא תחמד בית רעך לא־תחמד אשת רעך
ועבדו ואמתו ושורו וחמרו וכל אשר לרעך׃

LXX.

Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου. οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν οἰκίαν τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὔτε τοῦ βοὸς αὐτοῦ, οὔτε τοῦ ὑποζυγίου αὐτοῦ, οὔτε παντὸς κτήνους αὐτοῦ, οὔτε ὅσα τῷ πλησίον σου ἐστί.

Tremell.

Ne concupiſcito domum proximi tui: ne concupiſcito uxorem proximi tui, aut ſervum eius, aut ancillam eius, aut bovem eius, aut aſinum eius, denique quicquid eſt proximi tui.

Vulgat.

Non concupiſces domum proximi tui, nec deſiderabis uxorem eius, non ſervum, non ancillam, non bovem, non aſinum, nec omnia, quæ illius ſunt.

Germ. Antiq. Norimb.

Nicht begehre das Hauß deynes Nechſten. Nit begere ſeynes Weybes/ nit den Knecht/ nit dye Diern/ nit den Ochſen/ nit den Eſel/ noch aller der Ding die ſein ſeyn.

Riſcat.

Piſcat.

Laß dich nicht geluſten deines Nächſten Hauſes: Laß dich nicht geluſten deines Nächſten Weibs / noch ſeines Knechts / noch ſeiner Magd/ noch ſeines Ochſen/noch ſeines Eſels/noch alles das dein Nächſter hat.

Lutherus.

Dich ſolle nicht geluſten deines Nächſten Hauſes: dich ſolle nicht geluſten deines Nächſten Weibes: ſeines Knechts / ſeiner Magd / ſeines Rinds/ ſeines Eſels/ noch alles deß/das deines Nächſten iſt.

Nova Mogunt.

Du ſolt nicht begehren deines Nächſten Hauß: du ſolt nicht begehren deines Nächſten Weib / noch ſeinen Knecht/ noch ſeine Magd/ noch ſeinen Ochſen/ noch ſeinen Eſel/ noch etwas daß ſein iſt.

Ἐργασία.

§. 1.

OCcurrunt in his quoque duobus præceptis I. Actus prohibitus, qui in Exodo una voce, clarius autem & diſtinctius in Deuteronomio duabus vocibus exprimitur, prima eſt חמד altera תתאוה non ſanè id fruſtra. Vox Thachmod eſt à חמד quod in genere eſt concupiſcere, deſiderare, quærere, quod jucundum, gratum, utile, voluptuoſum eſt, Geneſ.2.9. Deut.10.3. Quod verò *Matth. Galen. Catech. 89.* obſervat, hebræum *verbum* חמד *ſignificare non quamlibet libidinem, ſed illud œſtrum, flammas, incendium, quod eſt in hominibus eo vitio correptis, nihilq; habere commune cum avaritia, ſed naturale quiddam eſſe, quod beſtiæ quoq; ſentiſcunt, pertinens propriè ad abuſum libidinis, ſtupra & hujuſcemodi,* id fundo caret ac ſpecie. Vox תתאוה eſt à Pielico אוה hinc hithpaelicum לא תתאוה *non facias te concupiſcere.* Voluit enim Dominus (verba *ſunt Chemnit.* loc. de leg. p.m.108. f.2.) *notare malam radicem, quæ gignit confuſionem appetitionum. Et exempla oſtendunt,* און *ſignificare concupiſcentiam, ſeu pravam inclinationem, quæ gignit malos affectus, etiamſi non accedat conſenſus. Pſ.* 118.133. *non dominetur in me ulla concupiſcentia, Prov.*6.18. *cogitationes concupiſcentiæ, Pſ.*7.15. *concepit* (און.) *Concupiſcentiam, prægnans erit, labore pariet falſitatem.*

tem, Iob.15.v.ult. prægnans factus eſt concupiſcentiâ, & peperit laborem. Et inde Iacobus c.1.15: ſumſit ſuam deſcriptionem: Concupiſcentia cum conceperit.&c. hæc D. Chemn. II. *Objecta* actus prohibiti aliter in Exodo, aliter in Deuteronomio recenſentur. In Exodo videtur obſervari ordo naturæ, *πρῶτον μὲν οἶκον, μετέπειτα γυναῖκα καὶ βοῦν, ἀροτῆρα*, Heſiod. In Deuteronomio dignitatis, quia uxor domui proponitur. Primum obiectum eſt *Domus*, i.e. quævis habitatio, ſive propria, ſive conducta, ſive palatium, ſive tugurium: In Deuteronomio additur *ager*, iſque intelligitur non ſativus tantùm, ſed quælibet terra, quæ hominum inſervit habitationi. Hûc pertinent agri, paſcui, horti, ſylvæ, piſcinæ, & ſimiles. 2. *Vxor*, ſcil. maritata. Jam quod viro interdicitur ratione uxoris alienæ, id etiam mulieri ratione viri alieni. 3. *Servus & ancilla* aliena, non ſolùm mancipio, ſed & mercede nexa. 4. *Bos & Aſinus*, i.e. omne jumentum quod arationem & vecturas juvat. Omnia tamen hæc obiecta prohibentur, quatenus aliena ſunt ſimpliciter. Nam ea, quæ venalia ſunt, & quæ proximus quovis juris titulo transferre cupit, ea concupiſcere licet. 5. *Vniverſa quæ illius ſunt.* Conf.Marc.4.19. *Hoc præceptum*, ait *Luth* in Catech.mai.p.477. *non improbis in mundo nebulonibus conditum eſt, ſed iis, qui volunt eſſe vitæ inculpatiſſimæ, qui laudari cupiunt, & videri longè omnium optimi & integerrimi, ut qui adverſus priora præcepta nihil prorſus deliquerint. Quales præcipuè Iudæi eſſe contendebant, & nunc multi adhuc magni proceres, nobiles & principes. Etenim alia illa communis turba & fex popularis ad locum multò inferiorem, nempè præceptum ſeptimum releganda eſt, ut cui non nimium curæ eſt, quâ laude aut integritate ſua bona ſibi præparaverit.*

§. 2. Tria ſunt hîc nobis controverſa enodanda. 1. *Quid in his præceptis morale?* B.Luth. in Catech. mai. p. 476. D.Chemnit. loc. de LL p.32.& 107. D.Rung.comm.in Exod.p.791. morale habetur *τὸ non concupiſces*, à Paulo repetitum ſine ullius obiecti mentione, Rom. 7.7. c. 13.9. Ceremoniale contra expreſſio obiectorum nominatim recenſitorum, ex ſpeciali è Judaicâ Repub. fluente cauſa profecta. Deducenda igitur fuerit hæc concupiſcentia per omnia Decalogi præcepta, ita ut non tantùm iniqua concupiſcentia, quæ in damnum proximi vergit, ſed quælibet mala concupi-

 ſcentia

ſcentia intelligatur, hic generaliter & formaliter, reſtrictè verò & materialiter in reliquis etiam præceptis. Vide Rung. ad Exod. p.790. Quam univerſim acceptam D. Johannes 1.2.16. diſpeſcit in concupiſcentiam *oculorum, carnis & ſuperbiæ. Ad concupiſcentiam carnis*, ait Auguſt.l.3. de ſymb. c.1. *pertinent illecebræ voluptatum; ad concupiſcentiam oculorum, nugacitas ſpectaculorum; ad ambitionem ſeculi, inſania ſuperbiæ. Concupiſcentia oculorum* eſt avaritia, eius obiectum ſunt aurum, argentum, gemmæ, prædia, opes, res curioſæ & precioſæ. Oculorum dicitur, cùm quia ſolos oculos paſcit, tùm quia ſolis oculis tenetur & poſſidetur. 2. *Concupiſcentia carnis* eſt guloſitas & luxuria, cuius obiecta ſunt, vinum, cibus delicatus, mulier, res venereæ: Carnis autem, quia hanc titillat & irritat, & ab hâc tenetur ac poſſidetur, *vilis*, utpote beſtiis communis: *exigua*, utpote citò conſumpta: *ſordida*, utpote in ſputa deſinens, in ſtercora, vomitus, vomicas, putredines, febres, dyſenterias, morbos alios. 3. *Superbia vitæ*, & ambitio, & faſtus, cuius obiecta ſunt ſuperbæ veſtes, palatia, famuli, rhedæ, dignitates, Magiſtratus, prælaturæ,

Ambitioſus honos, & opes & fœda voluptas,
Hæc tria pro trino Numine mundus habet.

Tres hi ſunt omnium tentationum fontes, quibus prima etiam Mater & Chriſtus tentati, vide Aug.l.10.confeſſ.c.30.

§. 3. Deinde *qualis concupiſcentia in hoc interdicto intelligatur?* Reſp. non 1. naturalis concupiſcentia, aut illius concupiſcentiæ actus, indifferens ad utrumque oppoſitorum, ψιλῶς ἐπιθυμίας abſtractus à ſua deformitate, talis fuit concupiſcentia Adæ ad Evam ante lapſum, exempla alia legas licet Matth.8.24. Luc.16.21. Joh.19. 29. *Non 2. ſupernaturalis & ſpiritualis* concupiſcentia à ſuperiori agente excitata, cùm habitualis, tum actualis, Pſal. 42.1. Pſ. 1.3. Conf. Luc.10.24. 1.Tim.3.1. Pſ.118.40. Eſa.26.8.&9. Gal.5.1. c.5.17. circa hanc non peccatur niſi omiſſione & remiſſione. *Sed 3. concupiſcentia inordinata*, ſcripturæ phraſi *carnalis* dicta, non quòd in ſolo carne, i.e. corpore, aut ſenſualitate partis inferioris, homini cum beſtiis communi, reſideat. (Etenim hoc concupiſcentiæ vitium in intellectu & voluntate, conſequenter demum in appetitu ſenſitivo reſidet, docente Chriſto Marc.7.21. Apoſtolo, Rom. 8.7. & 8.

Coloſſ.

Coloſſ.2.18. Epheſ.4.22. adſtipulante Bellarm.lib.5. de ſtatu peccati, cap.15. ubi verba Apoſtoli recitat è Gal. 5. qui inter opera carnis, etiam idololatriam, hæreſes, invidiam, inimicitiam, actus aliàs non ſenſuales & beſtiis communes, ſed homini corrupto proprios recenſet. Cornel.à Lap.ad Jac.1.v.18.p.48. inter concupiſcentias carnales intellectus refert curioſitatem, vanitatem, inſtantem ſuperbiam: ad voluntatis, cupiditates honorum, gloriæ, opum, deliciarum. Eadem habet Eſthius ad cap 1. Jac) ſed quatenus ſignificat naturalem corruptionem, hereditariò ex Adamo tractam, concupiſcentiam malam, hominis quoad mentem in divinis cœcam, quoad voluntatem DEO hoſtiliter adverſam, quoad affectus, belluinam, leoninam, vulpinam, porcinam, caninam, pavoninam. Hæc concupiſcentia inordinata, concupiſcentiæ naturali inhærens, involvit privativè defectum amoris, & concupiſcentiæ ad DEUM debitæ, & poſitivè, inclinationem perverſam, quâ ſollicitamur ad ea, quæ ſcriptura opera carnis appellat. Eſtque duplex, *vel habitualis & originalis*, *vel actualis*. *Originalis* eſt ipſa radix vitioſa & naturę vitium à parentibus tractum, imò ipſum peccatum originis. *Actualis* eſt ipſa concupiſcentiæ ad obiecta commotio, quæ plures involvit actus, juxta Stoicos olim ῥοπὴν, naturalem propenſionem, εἶξιν admiſſionem & ceſſionem, ϛυγκατάθεσιν, conſenſionem, ὁρμὴν impetum, appetitum. *Objicitur primò viſio ſeu phantaſia? propendeo. Sequitur notio? admitto, celo. Cogitatio? conſentio: Incitatio? appetitus*, ut exponit in Phyſiol. Stoic. *Lipſius*. Juxta Scholaſticos involvit προπάθειαν antepaſſionem, informem, irrationalem, motum ſcil. non diuturnum aut moroſum, qualis eſt vel iræ, vel libidinis momentaneus: & πάθος deliberationem cum conſenſu, concupiſcentiam formalem, rationalem, legi formaliter contrariam, quo quidem ſenſu illos ſolùm affectus dixére Stoici olim, qui rectæ rationi adverſabantur, πάθος ἐϛὶν ἡ ἄλογος (poſitivè rationi repugnans) παρὰ φύσιν κίνησις, ἡ ὁρμὴ πλεονάζουσα, *Zeno* apud Laert. *Nam ſi ira exaudit rationem, & ſequitur qua ducitur, jam non eſt ira, cujus proprium eſt contumacia.* Senec. lib. 1. de ira cap. 9. Hûc pertinet catena graduum peccati, quam nectit *Caniſius* part. 3. de peccat. in gen. quæſt. 6. *Oritur ex ſuggeſtione cogitatio, ex cogitatione affectio; ex affectione, delectatio; ex delectatione conſenſus; ex conſenſu opera-*

tio; ex operatione conſuetudo; ex conſuetudine deſperatio, ex deſperatione, peccati defenſio, ex peccati defenſione, gloriatio; ex gloriatione, damnatio. Nos miſſis Scholaſticorum ignibus fatuis, ad lucem Scripturæ S. contendimus, quæ rotundè & breviter actus concupiſcentiæ expoſuit Jac. 1. 14. & 15. quando concupiſcentiam nobis deſcribit, tanquam *uterum,* in quo quatuor actus conſiderandi. I. *Seminificatio,* quà protrudit ideam aliquam, ſive idolum aliquod, quod eſt illud δέλεαρ, illa eſca, ſub ſpecie boni ineſcans & provocans appetitum, quæ aliàs ſuggeſtio dicitur. Ubi advertendum, plurimùm differre ideas & formas rei externas animo objectas per ſe non malas, quibus non tamen raro Sathanas in tentando abutitur, (cujus rei exemplum eſt in tentatione Chriſti, in qua Sathanas Mundi ſpeciem & pompam omnem ἐν στιγμῇ Chriſto objecit contemplandam, quam & contemplatus eſt Chriſtus, ſine errore ex parte Chriſti & ſine peccato: ſine errore, inquam, quia ſicut non errat, qui chartam à te prius denigratam albam non videt: Ita nec Chriſtus cùm illas aëris præſtigias ut præſtigias aſpexit: ſine peccato, quia in Chriſto non inventum ad malum inclinans principium) & internas à concupiſcentiâ ſatas, κακὰ ſcil. λόγισμοι κακοὶ ὄντα, conſulentes, inclinantes ad malum, titillantes ante rationis advertentiam, cujusmodi motus Scholæ vocant primò primos, conceptus peccati materialiter, quaſi embryones, nondum formatas vel effigiatas. *Hæc imaginatio,* ſcribit Cornel. à Lap. ad Jac. 1. p. 49. *rem concupitam ejusq; pulchritudinem ad vivum rationi & voluntati repræſentat, eiq; oſtendit, quàm ſit ſuavis & delectabilis, ac facit eandem iterum iterumq; cogitari, reſpici, animo volvi & revolvi: quæ cogitationum iteratio parit rei delectationem.* II. *Seminis effuſi conceptio,* quæ eſt ipſa ſυγκατάθεσις, die Einwilligung per neglectam militiam ſpiritualem admiſſio, delectatio. III. *Seminis concepti fomentum,* quæ eſt ipſa interior de peccato perficiendo conſultatio, machinatio, προαίρεσις. IV. *Partus viperinus ipſe,* peccatum ſcil. quod foràs protepit. Quoad primum actum concupiſcentia eſt δελεάζουσα; quoad ſecundum & tertium, eſt ſυλλαβοῦσα; quoad quartum τίκτουσα. Omnes quatuor actus *animadvertere* licet in Davide, in quo, viſâ imagine Bethſabeæ, concupiſcentiæ fons ebullit idolum aliquod, tanquam ſemen irritans ad libidinem: quod cum admiſit, non fortiter reſtitit, concepit: fovit

vit cùm machinatus eſt, quô pactô objecti cupiti ſibi fieri copia poſſet: denique peperit, cùm in impios amplexus ruit. Differentia inter hos actus eſt, quòd primus & ſecundus etiam in ſanctiſſimis ac regenitis reperiatur, non item tertius & quartus. Eleganter allophylorum non nemo totam hamartigeniam his verbis deſcripſit: *Ex mala cogitatione mentis naturaliter oritur delectatio in voluntate; ex delectatione appetitus: ex appetitu conſenſus: ex conſenſu opus: ex opere conſuetudo: ex conſuetudine obſtinatio: ex obſtinatione gehenna. Vice verſa ex cogitatione bona hæc eadem, ſed bona oriuntur, ac tandem cœleſtis gloria, felicitas. Vide hic proſapiam cogitationis bonæ & malæ, ejusq; filios, nepotes & pronepotes. Quare ſumma homini cura adhibenda eſt circà cogitationes, ut non niſi bonas animo verſet, & malas, vel à dæmone, vel à concupiſcentia, vel ab hominibus immiſſas, ſtatim excludat, & velut ova aſpidum exterminet. Qui enim ſemper bonas cogitationes mente verſat, non niſi bonum appetere poteſt. Voluntas enim ſequitur intellectum & cogitationem. Hoc eſt, quod Chriſtus ait, Matth. 15. 19. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ, hæc ſunt, quæ coinquinant hominem.*

§. 4. De ſecundo, tertio & quarto actu nulla eſt controverſia inter nos & Pontificios, utrobique enim illi actus in peccatis cenſentur: neque etiam quæſtio eſt de concupiſcentia in non renatis, quam illi quoque peccatum eſſe fatentur. Non denique controverſia eſt de concupiſcentià in renatis reſiduâ, an ſit peccatum materialiter, an metonymicè? nam illud quoque illi largiuntur. *Sed, an 1. concupiſcentia originalis & actualis præveniens rationem, ſive* ἀβουλία, *in renatis reliqua, ſint propriè ac formaliter peccata, adeoq; hâc Decalogi lege prohibita?* Id negant communiter Pontificii. Sic enim *Concil. Trident.* ſeſſ. 5. *Manere*, inquit, *in baptizatis concupiſcentiam, vel fomitem, hæc S. Synodus fatetur & ſentit: quæ cùm ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, ſed viriliter per Chriſti Ieſu gratiam repugnantibus non valet, quin imò, qui legitimè certaverit, coronabitur. Hanc concupiſcentiam, quam aliquando Apoſtolus peccatum appellat, S. Synodus declarat, Eccleſiam Catholicam nunquam intellexiſſe peccatum appellari, quod verè & propriè in renatis peccatum ſit, ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium ſenſerit, anathema ſit. Bellarm.* l. 5. de amiſſ. grat. & ſtat. peccat. c. 7. *Aſſerimus igitur naturæ corruptio-*

 nem,

nem, ſive concupiſcentiam, qualis remanet poſt baptiſmum in regeneratis, non eſſe peccatum originis, non ſolùm quia non imputatur, ſed etiam quia imputari non poteſt. Corn. à Lap. ad Jac. 1. p. 49. è Baſilio adducit ſimilitudinem de equo petulante. *Sicut, ſi equus petulans,* inquit, *dejiciat ſeſſorem, culpa non eſt equi, utpote qui ratione non utitur, ſed imperiti & incauti ſeſſoris: ita ſi homo per concupiſcentiam trahatur in peccatum, culpa non eſt carnis, ſed ſpiritus.* Bailius in Catechiſmo contror. citatus à Rivet. in Cathol. orth. p. 446. *Fides Catholica tenet, concupiſcentiam reliquam in regeneratis poſt baptiſmum, eſſe tantum ſimplicem paſſionem, quæ in nobis relicta eſt ad nos exercendos, quæ gignit in nobis inclinationem ad voluptates carnis noſtræ concupiſcendas, pluſquam ratio poſtulat, cui ſi reſiſtamus, nulla culpa tenemur, ſed victores meremur.*

§. 5. Noſtra ſententia eſt *affirmans* priori contradictoriè oppoſita, ſubnixa 1. *voce Hebræâ,* quâ Moſes in repetitione ſapienti conſilio utitur: lò tithave, quâ, ut ſupra vidimus, illa etiam concupiſcentia, *quæ facit concupiſcere ſeipſam,* h. e. δελεάζουσα, prohibetur; *peccatum peccans.* 2. *Apoſtolicâ explicatione* Rom. 7. 7. τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, οὐκ ἐπιθυμήσεις. Ubi ſupponimus Paulum loqui non in perſona aliena, hominis non renati: id quod firmat frequens repetitio τ͂ ἐγώ: & prædicata peccatum nolle, & aliquando facere: bonum ſpirituale velle, & plerumque facere. verſ. 15. 19. 20. & ſeqq. *Nec obſtat,* quod carnalis, item venundatus ſub peccato dicatur; Quia 1. ut in valetudinario partim ſanitas, partim infirmitas; in ſubluſtri nocte partim lux, partim tenebræ depræhenduntur; Ita in renato, carnalia. Aliud eſt eſſe carnalem, h. e. eſſe in carne: aliud carnalem, id eſt, ambulare ſecundum carnem, 1. Petr. 4. 3. ſic venundatus eſt ſub peccatum non ut mancipium 1. Reg. 21. 20. ſed ut ſervus luctans, è vinculis libertatem captans, quoad eam partem, quâ nondum planè ſanctus erat. Quô poſito, ſic colligimus: Ea concupiſcentia à Paulo intelligitur in Decalogo interdicta, quam Paulus ignoravit, ac ſcire è lumine rationis non potuit. At concupiſcentiam συλλαβοῦσαν & τίκτουσαν peccatum eſſe ignoravit, vel ſi maximè Phariſæi interiores motus omnes à peccato exceperint, auctore Joſeph. l. 12. ant. cap. 13. ſcire potuit ex eo lumine, quô id ſciverunt Stoici olim, quando affectus propriè dictos, h. e. ut exponit Epict. apud Gell. lib. 19. cap. 1. συγκαταθέσεις

volun-

Digitized by Google

voluntarias, utpote peccaminoſas exſcindi voluerunt, apud Senec. ep. 86. Ex eo lumine, quo idem agnovit Philemon apud Juſtin. vel ut placet Clem. Alex. lib. 5. Strom. Menander, hominem bonum, quem DEUS diligat, opere nihil alieni aſpicere aut concupiſcere, non fœminam præſtantem, non domum, non poſſeſſionem, non puerum aut ancillam, non equos & boves, non jumentorum aliquid, ne filum acus quidem. Fruſtraneæ igitur ſunt inſtantiæ Thom. Henrici in Anatomia Auguſtanæ Confeſſionis artic. 3. quæſt. 3. pag. 44. *Objicit apologia Confeſſionis, Paulus ait: Concupiſcentiam neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret. Non concupiſces: Ergò concupiſcentia manens in renatis eſt propriè dictum peccatum, quia eſt prævaricatio legis. Reſpondeo hoc loco non intelligi fomitem peccati per concupiſcentiam, ſed actum concupiſcendi voluntarium, qui præcepto prohibitus eſt. Nam præcepto illo non prohibetur peccatum originale aut fomes concupiſcentiæ; quia poſt lapſum hominibus datum eſt, & ideò non prohibet id, quod nemo evitare poteſt, ſed neceſſario omnes contrahunt. Præterea concupiſcere non ſignificat fomitem habere; quia fomitem ſemper habemus, non tamen ſemper prohibita concupiſcimus, ergò hic tantum prohibetur, ne mala concupiſcamus, obediendo videlicet concupiſcentiæ pravæ, juxta illud Rom. 6. 12. Non ergò regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiis ejus: Non concupiſcentiæ fomitem habeamus, quem citato Rom. 7. ipſe ſe Paulus habuiſſe teſtatur. Et confirmatur 1. Apoſtolum non intelligere fomitem concupiſcentiæ, quando illi opponit legem iſtam. Non concupiſces: Quia immediatè poſt ſubjungit: Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam; Sed concupiſcentia, quam peccatum per mandatum, ſive cognitionem mandati, operatum eſt in Paulo, non erat fomes concupiſcentiæ, quia illum non eſt operatus Paulus, ſed traxit à primo parente. Ergo ibi non agitur de originali fomite concupiſcentiæ; ſed de fœtu ejus, ſive de actibus concupiſcendi. Confirmatur II. Quia id inſinuat hic Paulus, quod Chriſtus Matth. 5. Judæis exprobat, cum non motus internos, ſed exteriora tantum opera mala pro peccatis reputarent. Cujus ſententiæ fuit etiam Ioſephus lib. 12. Antiquitatem cap. 13. de Antiocho dicens: Nam qui nullatenus agit peccatum, ſed tantum cogitavit, nullo reatu tenebatur. Unde & Lutherus in magno Catechiſmo docet, hoc præceptum; Non concupiſces, Judæis potiſſimum datum eſſe, quòd exiſtimarent, ſe legem impleſſe, ſi externa tantum opera feciſſent. Senſus*

itaq;

itaq; Apoſtoli talis eſt. Ego more aliorum ignoraſſem, concupiſcere aliena eſſe peccatum; niſi lex diceret: Non concupiſces: Sed ſola me lex, de qua vos Iudæi ſola gloriamini, adeò juvare non potuit, ut illius occaſione gravius peccaverim: quia videlicet cognitionem peccati contulit, vires autem ad abſtinendum à peccato conferre non potuit. Confer. D. Steg. diſp. 11. Photin. p. m. 127. vide rationes alias in Anthrop. Meiſn. decad. 1. p. 266. & ſeq. 3. *disertâ peccati appellatione, quinquies* cap. 6. Rom. *ſepties* cap. 7. *ter* cap. 8. quæ identidem repetita appellatio ad minimum ſuſpectum reddit à Concil. Trident. confictum tropum. 4. *Peccati definitione* ad concupiſcentiam accommodatâ. Eſt enim concupiſcentia illa ἀνομία, & legi contraria, 1. non tantùm quoad victoriam, h. e. Lex de concupiſcendo non tantùm nos obligat ad pugnam, contra ejusmodi motus, ſed & ad victoriam, ne planè ſentiamus ejusmodi ſtimulos; obligat enim ad perfectam obedientiam Matth. 19. 17. Luc. 10. 18. Quô pertinet aureus *Auguſt.* locus l. 1. de nupt. & concup. c. 9. *Multum boni facit, qui facit quod ſcriptum eſt, poſt concupiſcentias tuas non eas, ſed non perficit, quia non implet quod ſcriptum eſt, non concupiſces. Ad hoc ergò dicit lex, non concupiſces, ut nos in hoc morbo jacere invenientes, medicinam gratiæ quæreremus, & in eo præcepto ſciremus, & quo debeamus in hac mortalitate proficiendo conari, & quo poſſit à nobis in hâc immortalitate beatiſſima perveniri: niſi enim quandoq; perficiendum eſſet, nunquam jubendum eſſet.* 2. *non tantùm morbus naturæ* obligans ad quærendum Medicum, non ad ſupplicium: ſed ejusmodi morbus, qui (ut aliàs mera pœnæ mala habere ſolent) DEUM auctorem non habet. Neque enim reddi ratio poteſt, cur hujusmodi concupiſcentia in irregenitis malum culpæ ſit, deſinat autem eſſe malum culpæ in renatis. 3. *non tantùm anomalia* aliqua, quatenus etiam errores & monſtra naturæ in genere ἀνομίαι dici poſſunt. ſed anomia propriè dicta legi privativè repugnans in eâ naturâ, in quâ ἀνομία eſſe debebat. 5. *Abſurdi conſecutione.* Si in nono & decimo præcepto nihil prohibetur niſi conſenſus voluntatis ad malum, ſequitur legem eſſe tautologicam, quia in omnibus aliis præceptis, quæ ſpiritualia ſunt, talis conſenſus circa unumquodque peccatum prohibetur. Quemadmodum enim qui dixit, non occides, prohibuit odium proximi; ſic etiam qui dixit non mœchaberis, non furaberis, &c. voluntatem & deſiderium mœchandi &

furandi

Digitized by Google

furandi prohibuit. Unde ſequitur poſtremum hoc mandatum, aliquid ſuperioribus ſuperaddere, & damnare corruptionem naturæ, cum inclinationibus, cogitationibus & motibus, ad malum tendentibus. 6. *A Chriſti exemplo*, à quô hunc in modum ratiocinamur: Omnis illa tentatio, homini aliàs communis, quâ caruit Chriſtus, eſt peccatum. *In omnibus enim tentatus fuit ſimiliter, excepto peccato.* Hebr. 4. 15. Concupiſcentia carnalis cum primis ſuis motibus eſt tentatio, quâ caruit Chriſtus, E. concupiſcentia carnalis eſt peccatum. Dicimus, tentatio communis, ne de febri aut podagra cavilletur Becan. Tom. 4. Theol. Schol. de pecc. orig. c. 9. q. 3. verba hæc ſunt. *Objicis: Chriſtus aſſumpſit omnes humanas miſerias, excepto ſolo peccato, ſed non aſſumpſit concupiſcentiam: E. concupiſcentia eſt peccatum. Major patet ex illo Hebr. 2. 17. Decuit per omnia fratribus ſimilari. & Hebr. 4. 15. Habemus Pontificem per omnia nobis ſimilem absq; peccato. Reſp. Major falſa eſt. Quia non aſſumpſit ignorantiam involuntariam, nec motus concupiſcentiæ involuntarios, nec febrim, nec podogram, nec alios morbos. Ratio eſt, quia hæc non proderant ad redimendum genus humanum.* 7. *Ab elogiis peccatum* arguentibus, quibus Jeſuitæ ipſi concupiſcentiam hanc ornant, nominatim verò Corn. à Lap. ad Jac. 1. pag. 46. & ſeqq. qualia ſunt, quod concupiſcentia δελεάζουσα ſit inſtar *Evæ Adamum* decipientis, *febris* æſtuantis ad bibendum vinum illicientis, *vulpis* colligatæ cani, canem ſecum ad invadendam gallinam abſtrahentis, *Lenæ* virum ab uxore alienanantis, *ſcabiei* titillantis, *germinis Diaboli*, *vulneris* animæ, *arbori malæ*, *viperæ*, *cupidinis*, cujus comparationem cum concupiſcentia prolixè perſequitur ibid. p. 52. *Calvinus* non malè lib. 2. inſtit. c. 1. §. 9. & ſeqq. comparat concupiſcentiam originalem *fornaci ignitæ*; actualem *ſcintillis*; deliberatam & machinantem, *flammæ* erumpenti.

§ 6. *Nec obſtat* 1. *perfecta remiſſio*, verbis auferendi, tollendi, delendi, dealbandi, mutandi, dejiciendi in profundum maris, deſcripta. 2. Damnationis à renatis remotio Rom. 8. 1. 3. Baptiſmi conditio. 4. Diſtinctio à concupiſcentia pariente peccatum, & ipſo viperino partu, Jac. 1. v. 15. 5. Formæ peccati, quæ eſt reatus ſublatio. 6. Peccati definitio, quæ neceſſariò τὸ voluntarium involvit. 7. Finis concupiſcentiæ relictæ, qui eſt eſſe materiam exercendæ virtutis. *Reſp.* ad 1. illis verbis perfectam ablationem in-

Digitized by Google

telligi, 1.quoad perfectam ſatisfactionem, ablationem è conſpectu, deletionem è λογικῷ Judicis, deinde quoad perfectam ſanctificationem in alterâ demum vita ſperandam. Hinc regula *Auguſt.* l.contra Donat. c.7. *Quæcunq; teſtimonia divinarum ſcripturarum commemorari potuerint, quibus ab omni malorum permixtione pura prænunciatur, Eccleſia: non qualis nunc eſt, illis teſtimoniis prænunciatur ſed qualis poſt illam mortalitatem in vita æterna futura eſt.* Ad 2. ἰδὶν quidem κατάκριμα, nulla actualis damnatio eſt in renatis: eſt tamen in iis peccatum damnabile, ſi ex rigore juſtitiæ nobiſcum acturus eſſet DEUS. Odit DEUS reſiduum peccatum, non tamen perſonam reconciliatam, quemadmodum Pater odit vitia in filio, non ipſum filium. Poſſet eum ob vitia exhæredare, non vult per ςοργὴν. Confer diſtinctiones *D. Meiſn.* in Anthrop. dec. 1. p. 296. inter meritum intrinſecum, inter Syllogiſmos legales & Evangelicos. Ad 3.baptiſmi conditionem nos docere à Sp.S.in nobis peccatum per baptiſmum eſſe mortificatum, nos eſſe peccato mortuos, non quod ipſum peccatum planè abſorptum, ſed quod ei, ſicut veſpæ, ſtimulus (qui eſt reatus) ereptus, ſicut Apoſtolus Rom.7.4. negat Legem eſſe mortuam, fatetur tamen nos legi mortuos, id eſt, ex ejus jugo & ſervitute exiviſſe. *Auguſtin.* l.1. de nupt. & concup.c.26.*Sicut eorum*, inquit, *peccatorum, quæ manere non poſſunt, quoniam cùm fiunt, prætereunt, reatus tamen manet, & niſi remittatur, in æternum manebit: ſic illius concupiſcentiæ, quando remittitur, reatus aufertur.* Adeoque corpus peccati inefficax redditum, ἵνα καταργηθῇ, Rom.6.6. 2. Nos ablutos eſſe non phyſicè, ſed meritoriè & per modum ſacramenti: totalem abolitionem non inferre. Ad 4. Argumentationem illam (quod peccatum parit, non eſt ipſum peccatum) perinde ineptam eſſe, ac ſi quis concludat, qui generat hominem, homo non eſt. Non eſt quidem ille ipſe homo, quem generat, homo tamen eſt: Ita concupiſcentia ἐπιθυμία ſυναία, non eſt peccatum illud ipſum, quod generat, puta adulterium, eſt tamen peccatum peccans, Rom. 7. 13. *Quis tam imprudens, impudens, inſanus,* ait *Auguſt.* lib.6.contra Julian.Pelag.cap. *qui cùm peccata mala eſſe fateatur, neget eſſe malam concupiſcentiam peccatorum?* Negat quidem Auguſt. concupiſcentiam in renatis eſſe peccatum: hinc lib. 1. de nupt.& concup.c.23. *Ipſa quidem concupiſcentia jam non eſt peccatum*

Digitized by Google

in regeneratis, quando illi ad illicita opera non conſentitur: & mox, *ſed modo quodam loquendi peccatum vocatur, quod peccato facta eſt, & peccatum ſi vicerit, facit reum, ſed peccati nomine reatum involvit, alias fatetur eſſe malum.* hinc l.6.contra Julian. *Tu autem, qui putas, quod ſi malum eſſet concupiſcentia, careret eâ qui baptizatur, multum erras. Omni enim peccato caret, non omni malo. Quod planius ita dicitur: omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis. Sic & concupiſcentia eſt peccatum mortale, gignit mortem quoad meritum, ſolùm tamen conſummatis peccatum, id eſt, conſuetudine & perſeverantia peccati continuatam quoad actum ſupplicij, mortem infert.* Ad 5. tolli formale relativum (reatum) non abſolutum (ipſam *ἀνομίαν*) ſicut ſublatione lapidis fundantis domum per deſtructionem domus, ipſius tamen lapidis forma abſoluta manet. Ad 6. Omne peccatum eſſe voluntarium ſubjectivè, quia eſt in homine voluntate prædito, non neceſſariò efficienter tanquam à propria hominis voluntate elicitum, quia ſic ne quidē originale peccatum eſſet: Omne itidem peccatum eſſe voluntarium, quia eſt ab inclinatione voluntatis in veteri homine: Omne itidem involuntarium: quia fit novo homine invito. Ad 7. eſſe materiam virtutis non per ſe & directè, quod enim ſic eſt materia virtutis, DEUM habet auctorem: ſed indirectè & per accidens, quô pactô ſæpè tentationes Sathanæ, & crucifixio Chriſti à Judæis profecta materiæ virtutis factæ ſunt.

§. 7. *Tertia controverſia eſt* de partitione præcepti penultimi & ultimi, quæ ſcil. concupiſcentia in nono, quæ in decimo prohibeatur? De quâ, cùm ſupra Diſp.1. egerimus, eò Lectorem remittimus. Conf. D.Bald. ad Rom. 7. q.3. p.m.470. D. Gerh. Schol. piet.l.4.p.412.& ſeqq. D.Rung.comm. in Exod. p.790. præcipuè D. Meiſn.colleg.adiaph. diſp.2.

§. 8. Concupiſcentia originalis ſive habitualis, quia ipſum eſt peccatum originale, quod, quatenus involvit naturale in bonum odium, ἐπιθυμία ἐξέλκουσα; quatenus naturalem in malum inclinationem, δελεάζουσα appellatur Jac. 1. Ideò communiter peccati originalis interdictum hûc refertur, ut totum ad partem expreſsè poſitam, ſynecdochicè: non metonymicè, ut cauſa ad ſuum effectum, uti quidem ſtatuunt *Rivet. in explic.* decal. p.427. & *Alſted. theol. catech.* ſ.3.c.12 p.m.646. Rationibus perſuaſi ſolutu

faciſſbus 1. peccatum, ajunt, eſt habitus innatus, concupiſcentia eſt actus & motus ex illo habitu profectus. 2. Peccatum originis eſt in ſomno ſopitis, concupiſcentia in vigilantibus & ſomniantibus. 3. Quod jam in nobis eſt, & ex natura noſtra corrupta in nobis hæret, id vetari non poteſt, nempe ne id faciamus. Reſp. ad 1. nihil uſitatius eſſe, quàm eodem nomine gaudere, affectum, actum & habitum rei, id quod exemplo miſericordiæ docet Scal. exerc. 307. ſ. 4. ut igitur rivuli illi motuum inordinatorum conſtituunt ἐπιθυμίαν actualem: Ita fons malitiæ peccatum originis, fontem ipſum. Ad 2. eâdem opus eſſe diſtinctione, concupiſcentiam habitualem ineſſe altiſſimo ſomno ſopitis; actualem vigilantibus. Ad 3. vetari peccatum originis, non ut faciamus illud, ſed ut non inſit, totus homo contra eâ ſanctitate illuſtris ſit, quam per lapſum amiſit. Eſt certè peccatum originis ἀνομία aliqua, lege igitur aliqua decalogi prohibita. Vide quam grato animo confeſſionem Calvinianam (peccatum originis ſcil. lege non prohiberi) amplectatur *Corvinus* in cenſura anatom. Armin. cap. 8. p. m. 117.

§. 9. De quo peccato nos hâc vice quatuor capita definiemus, *Exiſtentiam, originationem, quidditatem & qualitatem. Exiſtentiam* 1. deducimus ex Geneſ. 6. & 8. *Omne figmentum cogitationum cordis ejus, tantùm malum omni die à pueritia.* Mera emphaſis verborum, mera univerſalitas ex hypotheſi & occaſione gigantum ad θέσιν & rationem univerſalis diluvii, quô etiam infantes ſubmerſi, deducta, quæ omni hyperbolæ rimam obſtruit. *Univerſalitas 1. ſubjecti*, omne figmentum cogitationis cordis, h. e. non tantum cogitatio jam formata, ſed etiam ipſa cogitationis formatio, ſeu ipſe motus primò primus. 2. *Actus*, tantùm malum, ut quamvis raro ab imaginis divinæ reliquiis prodeant ejuſmodi motus, tamen imputentur ab aliis circumſtantiis & peccati originalis affluentibus fecibus. 3. *Temporis*, omnibus diebus, ab ipſa ſtatim pueritiâ. Sic enim legas τὸ Naar uſurpari Exod. 2. 6. 1. Sam. 2. 2. c. 4. 21. Jam è rivi ad fontis, è fructus ad radicis indolem optima conſequentia eſt oſtenſa, Matth. 7. 17. Confer cap. 12. 34. c. 15. 19. Concludunt ex hoc loco Ambroſ. l. de Noë & arcâ, cap. 22. Chryſoſt. homil. 22. in cap. 6. Gen. Hieron. ad Ezech. 47. Quod attinet verſionem hujus loci, de eâ videndus Sixtin. Amam. antib. bibl. p. 395. & 401.

& 401. ex Pſal.14.2. & 53.3. הכל סר *Omnis receſſit*, i.e.quaſi è vino in vappam abiit, Confer Oſe.4.18. vide D.Meiſn.dec.1. anthrop. p.m. 149. & ſeqq. ex Pſal. 51. qui locus habet confeſſionem Davidicam peccati non actualis alieni ad progenetricem matrem relati, cùm nulla foret conſequentia: Mater mea peccavit in mei conceptione, E.remittes mihi adulterium: ſed originalis proprii, communis tamen cum omnibus hominibus: Ex generali enim miſeriæ humanæ abyſſo, abyſſum divinæ miſericordiæ implorat. Concludunt ex hoc loco Cyrill. homil. 8. in Levit. Baſil. ad Pſal. 118. Ambroſ. l. 1. de pœnit. c. 11. Hieron. ad cap. 47. Ezech. vide D. Meiſn. l.cit.p.154 ex Job.14.4. in quem locum LXX.ſecutus *Auguſt.* de prædeſt. & grat.c.3. ſic ſcribit; *vitiata radicis macula ita propaginis traduce per generationum ſarmenta diffuſa eſt; ut nec infans quidem unius diei à culpa ſit primæ prævaricationis alienus, niſi per indebitam Salvatoris gratiam fuerit liberatus. Quod ſi nec hic quidem ſine peccato eſt, qui proprium habere non potuit, conficitur, ut illud traxerit alienum, de quô Apoſtolus dicit: per unum hominem, &c.* Confer D.Meiſn. l.cit. p.159. ex *Ioh. 3. 5.* qui locus quando regenerationis ſpiritualis neceſſitatem aſſerit, generationis primæ impuritatem apertè innuit, vide Meiſn. l.cit. p.162. Illuſtriſſimus locus extat Eph.2.5. ubi *τὸ φύσει* opponitur Pelagianæ ἔθει aut *μιμήσει*. Conf.Rom. 2. 14. Col.2.15. Exempla quidem forinſecus excitant malitiam latentem, ut ignem ſub cineribus follis, ſed malitiam præſupponunt. Eadem exiſtentia quoque deducitur ex *experientia* infantum, in quibus ſeminium peccatorum evidenter pellucet, de quo Joh.Arnd.l.1.Chriſt.c.2. Nota Auguſt. obſervatio de parvulo Zelante, *nondum loquebatur & intuebatur pallidus amaro aſpectu collactaneum ſuum,* ait Auguſt.l.cit. *An pupparum amor ſit in infantibus ſemen idololatriæ?* meritò dubitatur, per ea, quæ contra Molinæum de hoc argumento diſputat *Corvinus* c.7. anatom. p.m.110. 2. *Adultorum*, qui ignorantiam deplorare, pronitatem ad malum deteſtari, affectationem rapinæ Majeſtatis divinæ altè inſitam experiri neceſſe habemus: ſentimus cor à Deo ſummo bono averſum, DEO adverſum. 3. *Maximè mortis*, & mortis prodromorum, penetrantis ad eos etiam, qui non peccaverunt in ſimilitudinem prævaricationis Adæ. Rom. 5. 14. atque eheu! ad infantes intra uterum prius denatos, quàm natos. *Quâ juſtitiâ*,

 ait

Digitized by Google

ait *Fulgent.* l. de incarn. cap. 14. *parvulus ſubjicitur peccati ſtipendio, ſi nulla eſt in eo peccati pollutio? vel quomodo videmus morte punctum, ſi nullum ſenſit aculeum?* Auguſtini de hoc argumento illuſtria extant teſtimonia l.6. cont. Jul. c.4. *Parentum peccata modo quodam dicuntur aliena, & rurſus modo quodam reperiuntur & noſtra. Aliena quippe proprietate ſunt actionis, & noſtra ſunt contagione propaginis. Quod ſi falſum eſſet, profectò grave jugum ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, nullo modo, juſtum eſſet. Idem poſt. reſp. contra Iul. c.88. Quando parvulum ſpiritus vexat immundus, animamq; ejus & corpus affligit, ſenſus ſanitatemq; pervertit, nonne univerſa ejus, quam DEVS inſtituit, natura turbatur, nec invenitis omninò tanti hujus mali meritum, negantes originale peccatum? Et cap.113. Diſpendia, quæ naſcentes flendo teſtantur, dicito quo merito, ſub juſtiſſimo & omnipotentiſſimo judice eis, ſi nullum peccatum attrahunt, irrogatur. Et l.11. c.118. Videre, vel confiteri non vis, remiſſionem peccatorum etiam ad illos pertinere, qui unum habent; ad quam medicinalem gratiam non pertinent parvuli, ſi nullum habent, quod impiè negatis, quia eis Salvatorem negatis.* Gravem errorem errant Arminiani, cùm ex mortis ſequelâ negant inferri poſſe vitium originale in infantibus eſſe peccatum. Sic enim *Corvin.* c.7. anatom. p.112. *Si ea mors non habet rationem pœnæ, non ſequitur infantes iſtos, qui moriuntur, peccatum propriè dictum habere, non magis, quam ſequeretur iis illud non eſſe remiſſum, quia pœnam mortis temporalis luunt. Et p.127. uti Chriſtus de cæco nato dixit, ita eum natum eſſe, non quod vel ipſe, vel parentes peccaſſent, ſed ut opera DEI manifeſta fierent: ita enim afflictiones infantum corporales (nam tales nos intelligimus, & tu etiam tantùm tales recenſes) adultis de DEI operibus erudiendis poſſunt inſervire.* Nam ſi maximè de infantibus regenitis obtinuerint, in iis mortem non habere rationem pœnæ, num tamen non habebit rationem pœnæ in irregenitis? In cæco nato negatur à Chriſto non peccatum omne, generale calamitatum attractivum; ſed peccatum tam enorme, ut cæcitatem præ reliquis hominibus meruerit. Nititur enim illa quæſtio ſuſpicione de μετεμψυχώσει, ut non malè opinatur Piſcat. in ill. loc. ut ita quærentes putarint, forſan hanc animam propter præcedentia peccata (in priore corpore) in corpus cæcum detruſam eſſe. Quæ Pelagianorum fuerit de hâc materia ſententia, videndi D. Chemnit. L. de peccat p.259. D. Meiſn. l. cit. p.135. Voſſ.

pag.

pag.172.& ſeqq. Quæ Photinianorum? vide D.Stegm.diſp.10.Photin. Patrum ſuffragia vide collecta à Dn.Meiſn.l.cit.p.171. & Voſſ. l.2 hiſt.Pelag.Part.1.theſ.6.p.m.150.

§. 10. Sequitur hujus *peccati originatio*, in quâ perpendendus 1.*ſuccus vitioſus propagatus*. 2. *ſtirps ſive radix à quâ*. 3. *ſubjectum & terminus ad quem*. 4. *Modus propagandi*. Ad omnia quatuor reſpondit Gentium Doctor abſolutiſſimè, Rom.5.12. Ubi ſuccus vitioſus eſt peccatum hæreditarium in ſingulari numero poſitum, commune omnibus hominibus, i.e. primò ac definitè originale, quò conſtituimur peccatores, verſ.19. ex quô, radice, actualia ſequuntur. *Dices*, de tali peccato ſermonem eſſe, quod uſque ad legem fuit in Mundo. At originale ſupra legem fuit in Mundo. Reſp. τὸ uſque non excludit ſequentia tempora, ut exemplis declarat Glaſſ.Philol.l.3.can.12. II. *Stirps*, eſt *unus homo*. Adam, radix & repræſentator, totius ſui generis, typus ſecundi Adami Chriſti, ita enim deſcribitur: v.12.14.& ſeqq. Unus, inquam, homo, Eva quidem ratione ordinis 1.Tim.2.14.(quæ quidem ſi ſola peccaſſet, non laceſſito viro, peccatum non propagaſſet, quod non niſi generatione propagatur.) Adam & Eva ratione propagationis & familiæ. Radix, inquam, & repræſentator totius ſui generis ἐφ' ᾧ v.12. relativè ſcil. in Adamo, juxta explicationem Apoſtolicam 1. Cor.15.22. (ἐπὶ pro ἐν juxta uſitatam Enallagem, Matth.XIII.14. Marc.II.4. c.IV.28. Hebr.IX.10.& 17. v.Gariſoll.p.228. Gen.XIX.21. ἐπὶ τῷ ῥήματι τούτῳ in hac re Exod.V.23. ἐπὶ τῷ ὀνόματι Θεοῦ in nomine DEI, Deut.XII.7. εὐφρανθήσεσθε ἐπὶ πᾶσιν, lætamini in omnibus. ποιεῖν τι ἐπὶ τῷ κέρδει, facere aliquid lucri cauſa, τὸ ἐπ' ἐκείνῳ, quantum in ipſo eſt. ἐπὶ θύραις, in foribus, τὸ ἐφ' ἡμῖν ἁλίσκεσθαι ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendi in ipſo furto) per Adamum ac in Adamo, inquam, ut radice, fonte, cauſa, capite. Rege, in quo pactum ad totius poſteritatis obligationem eſt compoſitum, Oſe. VI. 7. eo ſenſu.

Vbi Hieronymus hæc notat: Ipſi, imitati ſunt Adam, ut quod ille in paradiſo fecerat pactum meum, legemque præteriens, iſti in terra facerent, & ibi, hoc eſt, in paradiſo omnes prævaricati ſunt in ſimilitudine prævaricationis Adam. Non enim mirum, ſi, quod in parente præceſſit, hoc etiam in filiis condemnetur, confeſs.Auguſtin. l.16. C.D. c.27.

Quo ut docet Ariſtoteles l.4.Phyſ.c.3. ὡς ἐν ἀγγείῳ τὰ τῶν ἑλλήνων, καὶ

ἡμᾶς

ὅμως τῷ ἐν τῷ πρώτῳ κινήματι.Fuit omninò afferenda ratio, cur ab uno homine mors in omnes irruperit. Fruſtra ſunt Sociniani cum τὸ ἐφ' ᾧ exponunt abſolutè, ſine relatione ad Adamum, quaſi hoc dixiſſet Apoſtolus, in omnes homines mors pervaſit, quia illi omnes homines, in quos mors pervaſit, peccaverunt, vel ut exponit Eraſmus φωτινιαρίζων, quatenus omnes peccaverunt. Verba ἐφ' ᾧ, inquit Smalz. contra Franz. diſp. 2. verti poſſe, nemo neſcit, qui græcæ linguæ vel tantillum peritus eſt. Socinus inſuper in prælect. c. 4. exemplis ſuam gloſſam confirmat è 2. Cor. 5. v. 4. Hebr. 2. 18. Fruſtra, inquam, nam inter illos homines in quos mors pervaſit, ſunt etiam tenelluli infantes & nondum nati. Hi moriuntur aut ob ſuum aliquod actuale peccatum, quod nolint Sociniani. Ergo ob alienum ἐφ' ᾧ, hoc eſt, in quo ipſi quoque peccaverunt. Exempla allegata ſtant à noſtra expoſitione, nam 2. Cor. 5. 4. τὸ ἐφ' ᾧ commodè accipi ad τὸ σκῆνος, atq; in tabernaculo corporis gemunt pii ſui ἀιάλυσιν; In altero loco nihil abſurdi eſt, ἐν ᾧ referre ad liturgiam ſacerdotalem, in qua ipſi contigit tentari. conf. Auguſtin. l. 6. in Julian. c. 12. Gariſſol. in explic. decret. Synodici Carenton. c. 7. p. 222. Joh. Piſcator p. 883. inſuper Socino tibicinem ſupponens, nimis contortum eſſe ſcribit, ſi referatur hoc pronomen relativum ad nomen illius hominis, cujus mentio fit in primo hujus verſiculi membro. Tanquam hujusmodi hyperbata non ſimilia quoque legas in eodem Apoſtolo, vid. Epheſ. 2. c. 3. 1. 8. hoc ipſo loco v. 14 qui typum gerit illius remotioris Chriſti v. 11. Omnes peccaverunt, quotquot imaginem illius terreni circumferunt 1. Cor. 15 v. 49. non ſanè nuda imitatione, quia mortis, conſequenter peccati, regimen in eos etiam vires ſuas exeruit, qui non peccaverunt ad ſimilitudinem transgreſſionis Adam, primum participatione actualis inobedientiæ, deinde congeneratione naturali, tum imputatione reatus. Etenim illi, qui cum nondum eſſent in rerum natura, dicuntur in alio peccaſſe, cenſentur proculdubio, eo committente peccatum, & ipſi etiam commiſiſſe, imputativè ſcil. Ut enim naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ, ut aquila ferox non mitem gignit columbam, ſed aquilam, leo ferus ferum leonem, & inter homines non raro ebrioſus ebrioſum, podagricus podagricum, ita Adam, in cujus lumbis nos eramus virtua-

tua-

Digitized by Google

tualiter, repræſentator, fons, caput ac ſeminarium totius naturæ humanæ, ſuam nobis labem aſperſit, ac quod pulchrè dixit Greg. M.l.7.ep.53. quia genus humanum in parente primo velut in radice putruit, ariditatem traxit in ramis, ac ante Gregorium Juſtinus M. in dial. Tryphon. τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ὑπὸ θάνατον καὶ πλάνην τὴν τοῦ ὄφεως ἐπεπτώκει παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν ἑκάστου αὐτῶν πονηρευσαμένου, genus humanum per Adamum in mortem & ſeductionem ſerpentis incidit, præter propriam per ſe cujusque malè agentis culpam. Ubi diſtinguit inter τοῦ γένους πλάνην & ἰδίαν αἰτίαν. Dices, Adamum verbo Evangelii regenitum fuiſſe, adeoque peccati reatu abſolutum, peccatum actuale in mare ſuffocatum, inhabitans venenum ſceptro ſuo ac vi fuiſſe exutum, quî igitur in prolem ab eo natam peccatum eſt? id poſt Auguſtin. gemini ſimili oſtendit Martyr. l. cit. p. 254. unum eſt de granis tritici, quæ cum à folliculis ariſtis, paleis & ſpicis purgata ſeminentur, tamen cum illis omnibus renaſcuntur, ratio, quia ea purgatio granis non natura contingit, ſed hominum arte & induſtria: Cum autem frumenta non naſcantur ab his principiis artis & induſtriæ, ſed naturæ, neceſſe eſt, ut naſcentia non ſequantur rationem humanæ induſtriæ, ſed naturæ ſuæ. Alterum de homine circumciſo, cum procreat filium præputiatum. Adde Philoſophum, qui filium genuit à Philoſophia rudem. Ita, quia regeneratio eſt ex gratia, generatio ex natura, proles naſcitur non juxta indolem iſtius ſed hujus. III. *Terminus ad quem Mundus*, etiã ante Moſaicus, ac in mundo omnis homo, nullo prorſus, quàm Θεανθρώπῳ excepto, qui factus eſt pro nobis κατάρα, non ex neceſſitate originationis, ſed ex libertate diſpenſationis, τὸ πολλοὶ v. 15. exponitur per πάντας v.12. & 18. Fruſtra excipiunt Jeſuitæ *virginem Deiparam*, quam ab originali labe eximi & potuiſſe & debuiſſe, & exemtam contendunt, argumentis hilo levioribus, quæ omnia ſolidè protrivit Daniel Chamier lib. 5. panſtrat. c.3. & ſeqq. præcipuus illorum quaſi Achilles eſt τὸ κεχαριτωμένη, Luc. 1.28. At verò ſi κεχαριτωμένη, E. prius peccatis polluta; οὐ μόνον ἐπίχαριν ἐποίησε, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτημάτων ἀπήλλαξε, ait Chryſoſt. hom. 1. ad Epheſ. 6. Conſtat ſanè de Mariæ gravi negligentia, Luc. 2. intempeſtivitate culpata, Joh. 2. congregatione ad preces, Act. 1. quas inter ſine dubio oratio Dominica, & in hâc quinta petitio extitit. vid. Voſſ. hiſt. Pelag.

Digitized by Google

Iag.lib.2.part.3.th.3.p.m.232. Temerè itidem *fidelium liberos* Reformati ſaltem à reatu peccati originalis eximunt, & ſanctitate quadam ſpirituali ornant, nec, ſalvis hypotheſibus, de abſolutâ electione, baptiſmi geminatione & efficacia non tàm ſanctificativa, quàm obſignativa aliter poſſunt, vide D.Hutter. in Iren.c.28.art.8. De *Chriſto* non leve dubium eſt, an is quoque *reatui Adamico fuerit obnoxius?* De ipſa culpæ pravitate conſtat, ab ea Chriſtum fuiſſe exemtum: quâ de re egregiè *Anshelm.Cant.*l.2.cur *DEVS ſit homo*, cap.16. *de maſſâ, ſcribit, peccatrice & humano genere, quod totum infectum erat peccato, hominem ſine peccato quaſi azymum de fermentato DEVS aſſumſit: ſed annon ex eo*, quod Chriſtus fuerit in lumbis Adæ, etiam reatus imputationi, perinde ut Adamigenæ alii fuerit obnoxius? quod argumentum contra Molinæ. prolixè tractat *Arnold.Corvin.in* cenſurâ anatom. Armin.c.7.p.110. & ſeq. Nos negamus Chriſtum fuiſſe in Adamo cum peccabat, ſive Adamum quà peccatorem, fuiſſe Patrem Chriſti, Argumenta petuntur ex 1.*dominio legis*, Chriſto etiam ſecundum humanitatem aſſerto Marc.2.v.ult. Si Dominus, Ergò reatui non obnoxius. 2.*ex oppoſitione Chriſti* ſacerdotis Melchiſedechiani & Sacerdotum Leviticorum, Hebr.7. qui tanquam in lumbis Abrahæ quà peccatoris, ac ideò benedictionis indigo, & ad decimationem obligato conſtituti, in Abrahamo decimati ſunt: Chriſtus non item (ut hinc malè concludat Enjed. citatus à Pareo ad Hebr.7.pag.m.894. ex eo, quod Chriſtus decimatus ſit in lumbis Abrahæ, ſequi ipſum Chriſtum fuiſſe ignobiliorem Melchiſedecho) 3.*Ex incarnationis eventuali conditione*. Illi dicuntur fuiſſe in Adamo peccatore, qui ex Adamo neceſſariò nati ſunt. At Chriſtus ſolùm ex occaſione peccati natus eſt, non naſciturus ſi Adam non peccaſſet.

§. 11. IV. *Modus propagandi* ipſius naturalis pravitatis eſt in voce ἐπῆλθε. Quæ εἰσέλευσις non eſt μιμητικὴ, nam ſic forma peccandi prima non eſt Adam, ſed Sathan, unde dicere debuiſſet Apoſtolus per Sathanam intraſſe peccatum. Nimirum ut Juſtitia Chriſti intravit, non ſola imitatione, ſed & communicatione, & quota pars hominum eſt, quæ de primo gentis noſtræ ſatore Adamo aliquid novit? v.Auguſt.l.1.de peccatorum meritis. c.8.9.10. aliàs potius dicendum eſſet per Sathanam introiiſſe peccatum, cujus imitatione

tatione peccatum intravit Sap ent.2.ſed infectiva ad eum modum, quô lues furtim irrepit in domum, & generativa per traducem, ut ex leproſo Patre leproſa gignitur ſoboles. Jac.1.15. Et quidem generatione traductiva,

Com. à Lap. ad Rom. p. 79. Aliud eſt in Adamo peccare, aliud eſt peccatum Adami in omnes pertranſire, ſive omnes ex Adamo peccatum contrahere: Illud enim actuale fuit, hoc verò habituale eſt, & cuique proprium ac inhærens peccatum originale, ut dixi; Cum ergò ait Paulus, in quo, ſc. Adamo, omnes peccaverunt, ſenſus eſt, quod actus ille Adami quo ipſe peccavit, omnibus imputetur, & cenſeatur omnium fuiſſe proprius, indeque fit, ut quilibet Adæ filius neceſſitatem peccati hujus ex Adamo, unà cum natura ſua trahat, & neceſſariò, cum naſcitur, peccator naſcatur.

uti diſp.6. colleg. ψυχολ. fuſè demonſtratum dedimus. vide de hoc argumento diſputationes varias Auguſt.l.2.adv.Jul.24.l.5.c.3. Remoram pleno aſſenſui faciunt. 1.*Promiſſio divina* de non puniendis filiis ob delicta parentum, Ezech.18 20. 2.*Intellectus in infantibus defectus*, qui, cùm legem non cognoſcant, ideò nec prævaricari poſſunt, ubi nulla lex, ibi nulla prævaricatio, Rom.4.15. 3. *Peccati in piis parentibus ignoſcentia*, quibus cum remiſſum ſit peccatum, quomodo reatum ad liberos devolvunt? 4.*Liberorum infidelium conſideratio*, quos ob peccati originis involuntariam infectionem damnare, nimis quàm durum videatur. Reſp. ad I. illam promiſſionem fuiſſe 1.de peccato individuali & perſonali, non de enormi læſæ Majeſtatis divinæ crimine, quod ſupplicia & pœnas etiam in poſteros derivat. Ut enim parricidium in Regem commiſſum nullâ etiam exquiſitâ pœnâ luerit ſatis Sicarius ex juſtitiæ demenſo (exceptâ extraordinariâ clementiâ, cujus exemplum extat 2.Reg. 14.6.) niſi in prolem quoque ſervitus, infamia, confiſcatio aliqua redundet (ponatur vita regia in unam libræ lancem, & ſupplicium parricidæ in alteram, ſua æquilibrio proportio non conſtabit.) Lubet adſcribere verba *Weſemb.* ad l. Jul Majeſt. p.1594. *Memoria ſontis inſuper damnata, boniſq; publicatis: olim quidem non extantibus liberis, L.eorum.9. hoc tit.hodiè ex conſtitutionibus.d.l.quiſquis, indiſtinctè: quin & filij infamia notantur, & factione teſtamenti carent, d. l. quiſquis.* §. *filij. quod crudele videri poteſt: ſed antiquum eſſe, & omnium civitatum commune*, inquit Cic.in Ep. ad Brut. *ut charitas liberorum amiciores parentes Reipub. redderet.* Ita quia enormi peccato Adam Majeſtatem divi-

Ffffff 2 nam

riam immediatè & formaliter læſit, pœnam in poſteritatem derivavit: cujus tamen rigori aliâ ratione à miſericordia divina conſultum fuit. Eſt namque imputatio Adamici reatus tota diſpenſativa, in uno oſtendens, quid omnibus accideret, ſi rigidum jus urgere vellet, ſimul gratiæ neceſſitatem monſtrans, & viam fœderi gratioſo quaſi ſternens. 2. eſſe de *gratioſâ voluntate* DEI, non ſecundum juris rigorem acturi. 3. *De futuro eventu*, poſt converſionem fore tempus, cum poſt captivitatem Babylonicam aliquando reverſuri, fortunæ ſuperioris immemores, è parentum peccatis nihil ad ſe pertinere conſpicient: neque ſtuporem fore ullum ex uvis immaturis & acidis, quas cum tanto ſuo & filiorum damno comederant Patres. Confer Jer. 31. 29. Ad II. legem obligare etiam non intellectam. Nam quod Chriſtus dicit Joh. 15. 22. ſi non veniſſem & dixiſſem illis, peccatum non haberent, non habet hunc ſenſum, quaſi ſublatâ agnitione nulli peccaſſent, ſed quòd tàm enormiter non peccaſſent. Ad III. *Viciſſim Auguſtinus* rogat l. 3. de peccat. merito, cap. 8. *quomodo præputium quod per circumciſionem aufertur, maneat in iis, quos genuerint circumciſi? Quomodo & palea, quæ opere humano tanta diligentia ſeparatur, maneat in fructu, qui de purgato tritico naſcitur?* Ad IV. Eſſe quidem infantes non baptizatos reos æternæ damnationis ob peccatum in quo naſcuntur, ſed alia diſpenſatione divinâ ipſis caveri ab actuali pœnæ inflictione, de quo argumento videndus D. Meiſn. in Anthrop. decad. 1. pag. m. 232. & ſeqq. de totius controverſiæ hiſtoria, Voſſ. hiſt. Pelag. l. 2. part. 3. th. 4. pag. m. 239. & ſeqq. Illud ſolum hîc monemus, magnam difficultatis molem ſuperaturum, qui dictum Chriſti, Joh. 3. niſi quis renatus fuerit, &c. rectè expoſuerit, hoc ſcilicet modo: *Nullus irregenitus* (privativè, id eſt, qui cùm renaſci poterat, divino ordini reſiſtit, & conſilium DEI ſpernit adverſus ſemetipſum, Luc. 7. 30. qui irritum facit pactum DEI, Geneſ. 17. 14.) *introibit in regnum cœlorum.* Coronidis loco monemus, quanquam homo irregenitus ſit naturâ filius iræ, non tamen ideò rectè appellari filium Diaboli: nec infantem è Chriſtianis parentibus natum ante baptiſmum ethnicum dicendum eſſe, GOtt hat uns ein Heyden beſcheret / bitt wollet ihn helffen zum Chriſten machen / per ea, quæ accuratè tradit D. Feurb. faſc. 2. diſſert. 4. & faſc. 5. diſp. 2. th. 83. & ſeqq.

§. 12. Ter-

§. 12. *Tertium propoſiti noſtri* caput eſt, *peccati originalis Quidditas*, quam tribus membris rotundè abſolvit *Chemnit*. loc. de peccat. orig. pag. 247. 1. *Carentiâ juſtitiæ originalis debitæ ineſſe, amiſſione doni poſſibilitatis*, ut explicat Auguſtin. 2. *Concupiſcentiâ pravâ*, complectente carnalem ſecuritatem, contemptum DEI, odium judicii divini, iraſci DEO, deſperare gratiam, habere fiduciam rerum præſentium. 3. *Reatu*, ad quem pertinet mors corporis, æterna ira DEI & condemnatio, Tyrannis Diaboli. *De ſecundo membro an qualitas ſive Ens poſitivum appellari debeat, ſive an peccatum originis præter privationem juſtitiæ originalis qualitatem aliquam poſitivam involvat?* controverſia eſt, in quâ diſtinctio inter terminum POSITIVI *ἐν πλάτει* & in rigore ſumptum, litem componere videtur. Non eſt peccatum originis Ens poſitivum, quatenus poſitivum dicitur id quod 1. DEUM habet auctorem, quatenus DEUS facere dicitur, quicquid aliquo modo eſt, auctore Auguſtin. XXII. Civit. DEI, cap. 24. quod 2. cum bonitate convertitur. Sic etiam quod eſt Ens poſitivum, bonum eſt, quod plus habet Entitatis, hoc plus bonitatis. Id verò eſſet peccati originalis malitiam non explicare, ſed elevare. Quod 3. habet cauſas per ſe agentes. Eſt poſitivum quatenus poſitivum appellatur 1. denominativè, quod ſubjectivè includit actum poſitivum. 2. formaliter, quod præter actum cui privatio inhæret, & præter privationem juſtitiæ debitæ ineſſe, inclinationem & malitiam aliquam involvit. e.g. præter cæcitatem in intellectu, aliquam judicandi licentiam de rebus naturalis cognoſcibilitatis *ἀναφίρειαν* longiſſimè tranſcendentibus: præter freni juſtitiæ ablationem, ferocem aliquam laſciviam nunquam penitus cicurabilem. 3. Analogicè, quod 1. vocibus poſitivis in Script. S. deſcribitur. 2. inſtar habitus durat ac permanet, adque actus vitioſos inclinat, movet, facilitat. 4. Oppoſitivè in oppoſitione exilitatis & tenuitatis, à qua hoc peccati genus depingitur à Bellarm. l. 5. de amiſſ. grat. c. 15. p. 552. *Dicimus enim ſenſualitatem eſſe pronam ad concupiſcentiam etiam contra ordinem rationis, non ex aliqua inſita qualitate eam inclinante, ſed ex carentia juſtitiæ originalis, quæ eam perfectè rationi ſubjiciebat. Quemadmodum ſi equus incitetur ad currendum, non quia admoventur ei calcaria, ſed quia ſublatum eſt frænum: & veluti ſi aliquid propendeat ad caſum non quia premitur aliquo corpore gravi ſuper-*

Ffffff 3. addi-

addito, ſed quia ſublatum eſt aliquid, quod prohibebat ne caderet. & ib. p.555. *Adam per actum peccandi efficere potuit in ſe diſpoſitionem aliquam ad ſimilem actum, ſed non talem qualitatem, quæ perpetuò hæreret, & ad omnia mala inclinaret, qualis eſt concupiſcentia. Nam actus ille ſuperbiæ fuit, & per eum gigni non potuit continuò habitus ſuperbiæ, ſed ſolum levis diſpoſitio, quæ facillimè tolli potuiſſet, & multò minus gigni potuit habitus inclinans ad fornicationem, adulteria, homicidia, furta.*

§. 13. Primum peccati originis membrum eſt, *carentia juſtitiæ* originalis, debitæ ineſſe, eaque totalis, ſalvis tamen quibuſdam ruderibus. Vide Meiſn. anthrop. l.c. q.2. Adeoque 1. quoad mentem, ignorantia rerum tàm naturalium, (atteſtante informationis difficultate) quàm ſupernaturalium, ignorantia, ſcil. tàm ſcopi, quàm viæ ſalutis, quam latius deducit Bellarm. l.6. de amiſſ. grat. c.9. p.619. *Non enim ſolùm ignorant omnes homines, niſi divinitus adjuventur, finem ſupernaturalem, ſed etiam maxima pars hominum ab ipſo naturali fine intelligendo aberrat. Cujus rei teſtes eſſe poſſunt tam diverſæ Philoſophorum ſententiæ de ſummo bono.* De quibus vide Auguſtinum lib.19. de Civit. Dei c.1. & ſeqq. *Quid autem miſerius fingi poteſt, quam ignoratio proprij finis, i.e. veri ac ſummi boni. Quintum eſt ignoratio mediorum ad finem, i.e. earum rerum, per quas ad bonam beatamq; vitam perveniri poteſt. Nemo eſt enim tam prudens, qui non ſæpenumero dubitet, hæſitet, cæcutiat in deliberatione rerum agendarum, ac præſertim, circa locum, tempus, modum aliaſq; rerum circumſtantias: Cogitationes enim mortalium timidæ & incertæ providentiæ noſtræ, inquit Sapiens c.9. Tertium eſt incredibilis quædam negligentia in iis, quæ ad beatè vivendum; tam in hac vita, tum etiam poſt mortem pertinent. Nam cum ſatis conſtet, beatitudinem in hac vita, in virtute perfecta ſitam eſſe, & ſimul experiamur viam ad perfectam virtutem eſſe difficilem: ratio poſtulat, ut magno ſtudio in hanc rem incumbamus. Si enim qui magnum ſtudium adhibent, non ſine labore perveniunt, quid fiet de illis, qui nullum adhibent? Rurſus, cum animã eſſe immortalem naturaliter cognoſcamus, par eſſet, ut nihil ſæpius, nihil diligentius, nihil majori cum ſollicitudine tractaremus, quam quid nobis ſit eventurum poſt mortem. At contra pleriq; hominum nihil minus curant, quam de parandis virtutibus, vel beatitudine ſempiterna; & quod magis eſt admirandum, ne in extrema quidem ſenectute, cum certum eſt, mortem longè abeſſe non poſſe, ſtudium incipiunt adhibere ad procurandam ſalutem;*

tanta

Digitized by Google

tanta videlicet oblivio, tantus ſopor, tanta ſecuritas genus humanum merito primæ prævaricationis oppreßit, ἀπιστία. Quoad 2. voluntatem ἀδυναμία in curſu ſpirituali. 3. Quoad affectus ſumma à ſummo bono averſio. Alterum membrum eſt *poſitiva malitia, error in mente: In voluntate rebellio*, contumacia, hoſtilitas adverſus DEUM, in DEI imagine homine exercita, temeritas, ſive enim DEUS ex juſtitia agit, tyrannus videtur: ſive ex miſericordia, nimis lenis: ſive ex divinis ſuorum imperſcrutabilium judiciorum quaſi reſervatis, προσωπολήπτης, ſive ex ſapientia, cœcus. *In affectibus* beſtialis inclinatio, aſininus ſtupor, & bonorum ſpiritualium negligentia, pavonina ſuperbia, lupina avaritia, vulpina calliditas, ſuilla impuritas, canina invidia, leonina ferocia, &c. *Reatus* pœnarum ex crimine læſæ Majeſtatis divinæ ac infinitæ juſtiſſimè fluentium, *Mors eſt*, mors ſcil. naturæ, gratiæ, gloriæ, de quibus aliàs & alibi.

§. 14. Reſtat adhuc peccati originalis *Qualitas*. Juxta hanc malum eſt 1. ἀκατάπαυστον, 2. Petr. 2. 14. nunquam infœcundum, nunquam quietum, ne in ſomno quidem 2. εὐπερίστατον, Hebr. 12. 1. quod nos inſtar thoracis ferrei in agone Chriſtiano moratur. 3. *penetrantiſſimum* inſtar lepræ, cancri, aut veneni (quo ſcribitur infectum fuiſſe corpus Mithridatis.) Daß da hart anklebt / ait Luth. tom. 4. Jen. p. 526. nicht wie ein rother Rock / daß wirs köndten außziehen vnd ablegen / ſondern wir habens auß Mutterleib gebracht / es iſt vns durch Fell vnd Fleiſch / Marck vnd Bein / durch alle Adern durch vnd durch gezogen. Et tom 6. p. 63. Es iſt vns durch die gantze Natur gangen / Fleiſch vnd Blut iſt durchgifftet / es läßt ſich nicht außſchwitzen / oder mit einem Bad / oder mit einem Lappen außſchewren oder mit Feur außbrennen / ſondern es iſt Fleiſch vnd Blut / Marck vnd Bein / Haut vnd Haar gantz vnrein. 4. *Catholicum*, non tantum ratione ſubjectorum, ſed & temporum, non niſi in mortis ultimo νῦν (quoad electos) finiendum. Fefellit igitur Pelagius cùm ſtatuit ſanctos in hâc vita ſine peccato vivere poſſe. *Eſto*, ait *Critobolus* Pelagianus apud Hieron. l. 3. adv. Pelag. *ut nullus potuerit omne vitare peccatum in pueritia, adoleſcentia & juventute: numquid negare potes, plurimos juſtos & ſanctos viros, poſt vitia, omni ſe ad virtutes animo contuliſſe, & poſt hac caruiſſe peccato?* Sanius multò Auguſt. ad *Hieron.* Epiſt.

29. Chr-

29. *Charitas in aliis major, in aliis minor, in aliis nulla eſt, pleniſſima verò, quæ jam non poſſit augeri, quam diu hic homo fuit, eſt in nemine. Quamdiu autem augeri poteſt, profectò illud quod minus eſt, quàm debet ex vitio eſt. Ex quo vitio non eſt juſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet.*

§. 15. Concupiſcentia originalis, ſive δελεάζουσα hactenus, ſequitur συλλαβοῦσα, concipiens improbum ſemen, ipſa ſcilicet actualis conſenſio ad malum, in quam excurrere non nihil placet, & videre principium irritans, ſeminificans, ſive tentans, quod eſt ipſa peccati cauſa. Deinde reſiſtentiam illius tentationis, hoc æquè præcepto mandatam. Quod attinet *principium tentans ac irritans ad malum*, id 1. *non eſt DEUS*, qui ut peccati auctor non eſt, ita nec tentator. Quod horribile abſurdum, utinam tàm ſincerè rejicerent, quàm ſimulatè à ſe declinant recentiores Calvini diſcipuli, quæ veteres jecerunt hodiè captioſè mutantes, quibus opponi poſſit illud *Hieron.* ad Cteſiphont. *nolo vobis liberum negare, quod ſemel ſcripſeritis.* Varios circa peccatum DEI actus largimur, quos hoc ſchematiſmo exprimimus.

Omn[illegible]

Omnis actus divinus circa peccata, vel eſt

- temporarius
  - antecedens
    - Vniverſalis permiſſio
    - particularis quò pertinet
      - deſertio per gratiæ ſubtractionem peccatis prouocatam.
      - impeditio
        - facultatis
          - vitæ ablatione, e.g. Pharaonis ſuffocatione.
          - objecti remotione, e.g. Lothi è manu Sodomæorum ereptione.
          - conſiliorum ſubverſione, e.g. Abſolom per Chuſai, 1 Sam. 17,7.
          - majoris potentiæ oppoſitione. 2. Reg. 6,16.
          - virium imminutione, 1. Reg 13,4.
          - animi perturbatione, 2. Reg. 7,6.
        - voluntatis
          - monitione
          - dehortatione
          - diſſuaſione
          - idq;
            - 1. externè
              - per amicos, Gen. 27,32.
              - per miniſtros Act. 16,25.
            - 2. extraordinariè per viſiones aut ſomnia, Gen. 20,3.
            - 3. internè per ſpiritum pugnantem cum carne.
  - concomitans
    - creaturam, ſuſtentatione & μακροθυμίας declaratione.
    - motus inordinatos
      - determinatione ratione metæ & temporis, Iob. 2,6. Ioh. 7,30. Act. 14,16. & 16.
      - directione ad bonum finem.
  - conſequens
    - remiſſione, factâ pœnitentiâ.
    - pœnæ irrogatione
      - ſpiritualis
        - induratione.
        - excæcatione.
        - traditione in poteſtatem Sathanæ quæ traditio non eſt otioſa permiſſio, ſed poteſtatis datio, Matth. 8. verſ. 21.
      - corporalis
        - ſingularis.
        - hæreditariæ.
        - epidemicæ.
        - æternæ.
- Æternus præſcientia.

§. 16. His verò actibus divinis circa peccatum non contenti Calviniani Deo peccatum imputant, adſcribendo DEO I. *decretum neceſſitans lapſus. Quid ergò? an peccata fiunt neceſſariò?* Ita eſt ſanè, *ſi nempè intelligas neceſſitatem illam, quæ pendet à geminâ hypotheſi, decreti ſcil. permittentis & finis boni,* Synod. Dordr. in Jud. exter. p. 291. Ne verò quiſpiam cum Pareo diſtinguat ex Iren. p. 247. inter velle, i. e. præcipere, approbare, & velle, i. e. non impedire: DEUM voluiſſe peccata non priori modo, ſed poſteriori. 2. Cum aliis inter velle ut pœnam & ut culpam. 3. Obtendat DEUM voluiſſe peccatum, ſed ob bonum finem. GOtt wolle die Sünde nicht / ſo fern ſie Sünde iſt; ſondern nur ſo fern er im Sinn hat etwas guts darauß zuſchaffen / Palatini im kurtzen Anhang / pag. 178. Reſp. DEUM ſic (in illa ſchola) velle, ut τὸ velle τῷ permittere opponatur. Ridet enim eam ob cauſam Calvinus diſtinctionem voluntatis & permiſſionis, lib. 3. inſtit. c. 23. §. 8. eâ voluntate, quâ ſine nullus paſſer in terram cadit Außführl. Bericht / c. 7. p. 349. Ad 2. eam inſtantiam non procedere in primo peccato Adæ, quod non potuit velle ut pœnam, cùm nulla culpa præceſſerit. Ad 3. DEUM nullo modo velle peccatum: ut impium eſt facere peccatum ob bonum finem. Rom. 3. Ita & malum eſt, velle peccatum ob bonum finem. Homo quidem ſæpè vult malum (ſub apparentia boni) ob bonum finem, ſed id fit ex errore, qui in DEUM non cadit. II. *Decretum præteritivum & denegationem gratiæ.* Croc. converſ. Prut. part. 2. p. 314. 319. Ex quo decreto ſic concludimus, 1. Q. denegat auxilium debitum, is lapſus inde conſequentis cauſa eſt moralis. e. g. nauclerus, qui debet curam in navi regendâ: Capitaneus in bello præficiendo; ductor cæci in eodem à lapſu præſervando, naufragii, cædis, lapſus cauſa eſt. Sed DEUS Eſavo præ Jacobo debitum auxilium denegavit (debitum inquam non abſolutè, ſed quatenus miſericordiam generi humano lapſo promiſit, quatenus Judex ordinariè agens, quò quidem pacto DEUM agere fatetur Pareus in Iren p. 255.) Erant namque Jacob & Eſau quoad peccatum originale pares: nec Eſau cùm adhuc intra uterum lateret, ſpeciali aliquo peccato ſe gratiæ incompotem præ Jacobo fecerat. Cur igitur unum præ altero præteriit? *Dices,* quia ſic abſolutè voluit. Atqui verò non potuit velle quod injuſtum eſt, quia juſtitia ſuum

cuique

Digitized by Google

cuique tribuit etiam in comparatione ad alterum: non ſanè ſe juſtè puniri fatebitur adultera, niſi etiam adulter, quî cùm conſueverat, idem ſupplicium ſubeat. vide Remonſtr. p.235. III. *Cauſam impœnitentiæ*: Oportet enim impœnitentiæ cauſam eſſe aut DEUM, aut hominem. Homo non eſt cauſa, quia is eſt cauſa moralis alicujus culpæ, qui vel aliquid faciendum non fecit, vel aliud circa ipſum agens impedivit. Jam homo reprobus 1. nihil faciendum neglexit, audivit verbum, auditu externo (ſed auditu inefficaci:) Actus internus ſive fiducialis apprehenſio, fides, acceſſus ad DEUM vocantem, converſio non eſt tale quid, ad quod ſe homo habet activè, ſed paſſivè: non igitur verbum non apprehendendo neglexit aliquid faciendum. Non 2. impedit actionem circa ipſius ſalutem operoſam, quia nulla actio divina converſiva circa ipſum erat occupata, & ſi quæ eſſet, illa foret irreſiſtibilis. E. cauſa impœnitentiæ DEUS eſt. Quia enim non tàm peccatum ipſum, in quô omnes naſcimur, quàm *ἀπιστία* contumax cauſa eſt interitus: DEUS verò media efficacia ad fidem abſolutè reprobis denegat: fieri non poteſt, quin in DEUM cauſa redundet, per quem ſtetit quò minus illi crediderint. Vide hujus argumenti prolixiorem exegeſin in ἐξετάσει. Nic. Hunn. p. 578 & ſeqq. IV. *Mandatum ad peccandum*. Ich will dem Sathan befehlen / daß er durch Achitophel dem Abſolon dieſen Rath gebe / vnd deß Abſolons Hertz bewege / denſelben ins Werck zuſetzen / Piſcat. ad 2. Sam. 12. 2. V. *Beneplacitum peccandi*. Die Söhne Eli gehorcheten ihres Vatters Stimme nicht / dieweil der HErr ein Wolgefallen hat ihn zu tödten. Piſcat. 1. Sam. 2. v. 25. & in not. darumb gab er ihnen die Gnade nicht / daß ſie ſich bekehrten. Ergò beneplacitum puniendi eſt cauſa ſublatæ gratiæ converſivæ: ſublata gratia eſt cauſa inobedientiæ perſeverantis. Perinde ac ſi dicas, pater vult filium ſuum perire; voluntas perditionis eſt cauſa virgarum non adhibitarum; virgæ non adhibitæ cauſæ ſunt contumaciæ filii. Quis ejuſmodi patrem à peccati beneplacito abſolverit? VI. *Efficientiam peccati*. Judas, Herodes, Pilatus, ſind Gottes Werckzeug geweſt / Außführl. Bericht. cap. 7. p. 148. Ita & *Rivet*. cathol orth. tract. 4 q. 6 p. m. 341. eô ipſo in loco, quô injuriam ſuis fieri declamat: *Habet autem ipſe admirabiles potius quàm explicabiles rationes, ex quibus ſic utitur diabolis omnibus & peccantibus homini-*

bus tanquam instrumentis, ut quicquid illi malè agunt, id ipſe ſicut juſtè ordinavit: ſic etiam in bonum convertat. Jam cauſæ efficientis & inſtrumentalis in ſaniori Philoſophia eadem eſt numero actio. VII. *Impulſum tentativum.* GOtt hat Simei geheiſſen / durch ſein verborgene vnd vnerforſchliche Schickung/ damit er den böſen Kettenhund dahin lenckete / daß er eben den David anfallen vnd ihn beiſſen muͤſte. Gleich wie er durch ſeine verborgene vnd vnerforſchliche Schickung den Raben gebot/daß ſie den Propheten Eliam verſorgen ſolten/ 1. Reg. 17.4. vnd dem Walfiſch/ da er Jonam ans Land ſpeyen ſolte/ Jon. 2. v 11. Außfuͤhrl. Bericht. c. 7. p. 325. *Impulſum talem, qualis eſt equitis in equum claudicantem, aut Iudicis in carnificem nequam ad necem tertio inferendam*, ut ſcribit Rivet. ad Exod. 1. p. m. 20. Hæc ideò operoſius cùm ex publicis confeſſionibus, tùm novitiis ſcriptoribus adducere placuit, ne calumniam ſibi fieri quiſquam deploret.

§. 17. Pugnat verò hæc doctrina cùm in genere cum omnibus iis argumentis, quæ DEUM à cauſa peccati abſolvunt, quæ noſtri alibi urſerunt, tùm vel maximè, quod præſentem materiam attinet, cum illuſtri teſtimonio Jacob. 1. 13. *Μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω, ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πειράζομαι: ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα.* In quo teſtimonio medium membrum difficultatem habet in verſione: *ἀπείραστός ἐστι.* Piſcat. vertit paſſivè: GOtt kan nicht verſucht werden von böſen Wercken. Sed nihil impedit utrovis modo exponi. Eſt enim DEUS I. *ἀπείραστος* activè ac negativè (aliàs intentator eſt, qui mali quippiam impingit, ut obſervat Eraſm. annot. in h. l.) i. e. intentator, qui non tentat, ſicut Cato *ἀγέλαστος*, & paſſivè intentatus, intentabilis, *ἀπείραστος κακῶν*, qui nullum mali ſenſum habet, aut experientiam, totus bonus, qui tàm homines ad malum incitare non poteſt, quàm ignis nequit humectare. Objecerant nonnulli. Si tentatio omnis eſt bona, v. 12. & beatum facit, ſequitur eam eſſe à DEO: negat Jacobus conſequentiam, tentationem propriè dictam malam eſſe per ſe innuit, licet per accidens ſit bona in fidelibus, qui ex veneno medicinam, ex viperâ theriacam parant. Adſcribitur quidem DEO tentatio, ſed illa potius dicenda *δοκιμὴ, τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως*, Rom. 5. 3. Jac. 1. 3. & exempla extant Gen. 22. 1. Deut. 7. 2. Chron. 32. 31. & alibi. Sic pater tentat filium, herus ſervum, Vir uxorem, Magiſter diſcipulum,

utin-

Digitized by Google

ut ingenium, affectum, ſtudium exploret, acuat, accendat. Alia *ſignificatione*, ait Aug.lib.2.de conſenſ.Evang.cap.30. *Intelligitur tentatio, de qua dictum eſt; DEVS neminem tentat, & alia de qua dictum eſt, Tentat vos Dominus DEVS veſter, ut ſciat ſi diligitis eum, Deut.*13. conf.Geſn. ad Pſalm.17. pag.157. Wann vnſer HErr GOtt in ſeiner Schul Examen hält/ vnd mit ſeinen Bacchanten depoſition, vnd das בחנרת anſtellet/ ſo führet er ſie per omnes claſſes vnd gradus. *Primò enim promovet in Baccalaureos, cum ille eorum cor perſcrutatur: deinde in magiſtros, cum nocte eos probat, deniq; in Doctores, cùm admotis facibus tribulationum eos excoquit. Profundiſſimus gradus examinis divini eſt cordis & cogitationum latebras excutere, id quod ſoli DEO competit. Secundò, nocte me viſitaſti, inquit, qui eſt alter gradus examinis. Fiducia noctis & tenebrarum multa ſcelera homines perpetrare ſolent, quæ latere poſſe confidunt, ut Salvator ait Ioh.3.v.20. Sed tu, mi DEVS, inquit hoc loco David, noctu quoq; & tenebris, omnium conſiliorum & actionum mearum fuiſti arbiter, qui coram omnia arcana aſpexiſti. Tertius gradus examinis eſt, de quo dicit: Igne me examinaſti ſeu coxiſti: poteſt enim cor eſſe rectum, conſilia quoq; & arcana inſtituta aliquandiu ſincera, ſed cum accedunt calamitas, crux & ærumnæ, foris pugnæ, intus pavores 2.Cor.7. quibus pij uſtulantur, facile fit, ut ex imbecillitate carnis hallucinentur & veritatem abnegent, quod Petro & Apoſtolis, aliisq; ſanctis hominibus uſu venit: Idcircò David ait, Tu me, mi DEVS, igne tribulationum examinaſti, & veluti metallum in fornace excoxiſti. Elegans eſt metaphora deſumpta ab aurifabris, & iis qui metalla probant, & igne à ſcoriis purgant: Sic etiam Chriſtiani in fornace calamitatum examinantur & purgantur. Illa ſeductionis eſt, hæc probationis*, Orthodoxè in h.l. *Calvinus* ſcribit, *non aliunde nos impelli, ſed cuiq; pravum ſuum affectum eſſe ducem ac impulſorem.* De jugi crucis & fidei comitatu vide quæ collegit è veteribus Corn.à Lap.ad Syr. 2. pag. 76. *Hieron. epiſt.*1. Erras, frater, erras, ſi putas, unquam Chriſtianum perſecutionem non pati, S. Leo.ſerm.9. quadrag. Nunquam deeſt tribulatio perſecutionis, ſi nunquam deſit obſervantia pietatis. Egregiè verò Chryſoſt. homil.8. in 2.ad Timoth. Nemo certans requiem quærit: nefas eſt pugilem DEI vacare deliciis: non licet epulari luctantem. Luctamen quidem ſunt præſentia omnia, certamen, bellum, ſtadium; aliud eſt quietis tempus: hoc ærumnis deputatum eſt atque ſudoribus: nullus, ubi ad

Gggggg 3 certa-

certamen ſe exuit, unctusque eſt, requiem quærit: S.Bernhardus ſerm.1.de converſ.S.Pauli. Videbatur, ait, jam ceſſaſſe perſecutionis tempus; ſed, ut palàm factum eſt, nunquam deeſt perſecutio Chriſtiano. Undique eminent nobis certamina, quin etiam intra nos ipſos inteſtino bello oppugnamur. Ita Chryſoſt. homil. 24. in Act. Apoſtol. Vides, inquit, nunc maiorem eſſe perſecutionem, invadentibus nos undique affectionibus tanquàm beſtiis; Nam eſt grauis perſecutio, vel ob hoc, quòd non putatur eſſe perſecutio: Etenim etiam hanc difficultatem habet bellum, quod pax putatur, ut ne contra illud arma ſumamus, vel inſurgamus, nullus formidat, nullus tremit. Et in eandem ſententiam S.Hieron. epiſt. 1. Tunc, ait, maximè oppugnaris, ſi te oppugnari neſcis. Enumerat deinde vitiorum oppugnationem: Inde, inquit, me perſequitur luxuria; Inde avaritia conatur irrumpere; inde venter meus vult mihi DEUS eſſe pro Chriſto; compellit libido, ut habitantem in me Spiritum Sanctum fugem, ut templum ejus violem. Id olim in Iſmaele, qui, ut ait Paulus Gal. 4. v. 29. Iſaacum perſequebatur, fuiſſe ſignificatum longa oratione docet Origenes homil.7.in Geneſ. Si caro, inquit, cujus perſonam gerit Iſmael, qui ſecundum carnem naſcitur, ſpiritui blandiatur, qui eſt Iſaac, & illecebroſis cum eo deceptionibus agat, & delectationibus illiciat, voluptatibus molliat, hujuſmodi ludus carnis cum Spiritu Saram maximè, quæ eſt virtus, offendit, & hujuſmodi blandimenta acerbiſſimam perſecutionem judicat Paulus. Et tu ergò, ô auditor, non illam ſolum perſecutionem putes, quando furore Gentilium ad immolandum Idolis cogeris, ſed ſi fortè te voluntas carnis illiciat, ſi tibi libidinis alludat illecebra; hæc, ſi virtutis es filius, tanquam perſecutionem, maximè fuge. Sed, ſi injuſtitia blandiatur, & gratia ejus flexus non rectum judicium feras, intelligere debes, quia ſub ſpecie ludi blandam perſecutionem ab injuſtitia pateris. Verùm & per ſingulas malitiæ ſpecies, etiamſi molles & delicatæ ſint, & ludo ſimiles, has perſecutionem ſpiritus dicito. Quocirca verè Beda in proverbiis: Ante converſionem, inquit, præcedit turba peccatorum: Poſt converſionem ſequitur turba tentationum. Amor enim ſeculi contemptus eſt DEI: & viciſſim amor DEI, contemptus eſt ſeculi. Rurſum:

Dia

Diù jacens in peccatis, diu quoque ſe converti voluerit, Diabolicæ tentationis moleſtias ſuſtinebit.

